Ginry


NAZIONALE
VITT. EMANUELE
13
17 G
12

P. F. PHILIPPI DE BICTIS
A CAMERINO
CAPVCCINI
EPITOME
Consiliorum, & Commentariorum
THEORIÆ, ET PRAXIS
Causarum Judicialium Regularium.



EDITIO SECVNDA.

P. F. PHILIPPI DE BICTIS
A CAMERINO CAPVCCINI
Ordinis Min. S. Francisci, Theologi, & vtriusq; Iur. Doct.


EPITOME,
SEV COMPENDIVM,
Consiliorum, & Commentariorum,
IN DVAS PARTES DISTRIBVTA:

THEORIAM, ET PRAXIM
Causarum Iudicialium Regularium;

In qua Iudicibus, præsertim Regularibus, solidè omnibus prius, ad rem pertinentibus, Theoricè explanatis quæstionibus; formulis, posterius, practicè adamussim singulis fabrefactis, iudicialibus in causis, via satis plana ostenditur.

Opus Regularibus Superioribus, & Diffinitoribus, cæteris Ecclesiasticis Prælatis, Sæcularibusquè Iurisperitis, necnon Aduocatis, Consiliarijs, Testibus, Reisquè, maximæ vtilitatis.

Cum suis copiosis Indicibus; In hac secunda editione diligenter ab eodem Authore recognita, & additionibus locupletata.



ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.


D. HORATIO DE BONFIOLIS

Patritio Bononiensi, Vtr. Sign. D.N. Referen. Protonot. Apost. Ciuitatis Fani &c. pro S. R. E. Gubernatori.




BONONIÆ, ex Typographia Ferroniana M. DC. LX. Superiorum permissu.





ILLVSTRISSIME, ET REVERENDISS. DOMINE.





Varebat nouum renouatum hoc opus Patronum: nullus te aptior occurrit Illustrissime, & Reuerendissime Præsul: Consilia, & Commentaria in Theoriam, & Praxim distributa nonnisi Iudici in vtroque perito debebantur: te cognosces in istis; te cognoscent ista; sed iam diù te cognitum Nobilitas, Virtus, & Fama reddiderunt: Nobilitas, quæ te præclarissimæ Felsineas inter, germen Familiæ, dedit: Virtus, quæ te vel Lycæis disserentem, & Victorem, vel Collegijs, laureatum, & adscriptum, vel Archigymnasijs, docentem, & interpretem, ostendit: Fama, quæ te Vrbi iam cognitum per Orbem contulit: attestetur hanc veritatem Interramna, fateatur Fauentia, confirmet Fanum, vbi tua vnanimi voce

Prudentia, Iustitia, optatur, & comprobatur; vbi dignissimum acclamaris illius familiæ germen, quæ primæuis nunc quoque insita familijs, Patriæ Illustrissimos Ciues, & Senatores; Romæ dignissimos Antistites, & Thesaurarios, Vrbibus æquissimos proginuit Gubernatores; quibus omnibus Tù nihil inferior florenti adhuc ætate similem geris Prudentiam, adeout plerumq; tibi suas commiserit æquilibrandas lances Astræa. Hæc me fortiter impulerunt, vt opus istud, verè Te dignum, tuo nomini inscriberem: Superbiet in sua humilitate Auctor, qui conspicuis, quas dedit Religio, & meritum, dignitatibus hanc quoq; superaddet, talem scilicet sui laboris, suæ Virtutis adinuenisse Patronum: me quoque non parùm honoris adeptum existimabo, cui tua permisit Humanitas, vt, tibi dum hanc Epitomen sisto, humillimum in te patefaciam obsequium. Vale.

Illustriss. & Reuerendiss. D. Tuæ

Humiliss. & Addictiss. Seruus

Ioannes Baptista Ferronius.

Authoris præfatio ad Lectorem.



Vm Regularibus Iudicibus, quibus præcipuè hanc Epitomen dirigendam duxi, in assiduis Religionis exercitationibus occupatis, in munere Prælationum, in concionandi, & prælegendi officijs, &c. plurima, vastissimaque Farinacij volumina, vel aliorum huius farinæ, tempus reuoluendi, dubio procul, nouerim non vacare, immò, nec sine magnis difficultatibus, talium Authorum necessaria copia, ipsismet, vix præstari: Cumque in legalibus, nemo iure gloriari possit, secum antiquæ memoriæ bibliothecam deferre, quam D. Hieronymus in alijs facultatibus secum indesinenter habere insinuabat. Alacriter libellum hunc, tamquam compendiosam, copiosamque bibliothecam, Regulares recipiant, perlustrent, & apud se seruare studeant, vt ad eam in opportunitatibus recursum valeant habere. Sine quo, vel consimili subsidio, dum Iuris peritiam, Regulares Iudices, non callent; vel sæcularibus Iuris prudentia præditis, secreta, quandoq; Religionis verecunda, non sine famæ iactura, patefacere; seu eamdem Religionem, aut Reum, per nefas lædere, quasi ineuitabiliter compellantur. Neque in eadem, copiosam rerum varietatem percurrere ægrescerant, multò enim magis ipsis molestum iure foret, si quædam ex illis, in occurrenti casu perquirendo, contra huius lucubrationis institutum, in hac non inuenirent Epitome: In qua licet de criminalibus præcipuè, & ex professo agatur causis, attamen, cum vt plurimum ad ciuiles etiam causas materia subiecta, vel congruat, seu de facili aptetur, vt operi titulus congrueret vniuersali illo termino causas vtrasque complectens (Causarum Iudicialium) eandem honestandam censui; Epitomenq; idest Compendium, & Theoriam, & Praxim inscripsi, cum omnia prædicta compendiosè in ea pertractentur: Nec non Consiliorum adieci particulam, nam Lacedemones mores abhorrens (qui in Capsulis, & abdictioribus domi partibus sanctiones, & statuta abscondebant) in palam prodire curaui, prudentium, sapientium, studiosorum, ac illustrium iuris prudentiæ hominum excogitata consilia, ea potissimum, quæ in causis iudicialibus plurimi sunt facienda, vt iuxta Senecæ assertum, possint hi, ad quos spectat in rebus, quæ tanti sunt ponderis, ac momenti deliberare diu, quod statuere debent semel. Demum non incongrue titulum claudere statui sub Commentariorum termino, eoquod non pauca, quæ vel tenebris latitabant, vel dubijs obuoluta iacebant, luci restituere, breuibusque commentarijs enodare, & subleuare curaui: Assiduè in hoc incumbens, vt doctrinam magis tutam, practicabilem, & communem Doctorum in medium afferrem; Et vt in singulis quæstionibus grauem aliquem Auctorem, ferè semper inducerem, qui ex professò, indicato loco, de propositis dissereret,

Vtilitas, & necessitas huius libri

Quid seruetur in hac Epitome.


rerer,

reret, vnde volens ad saturitatem, doctrinas latius lustrare posset; Et breuitati studens, sæpius plures in progressu operis Doctores citaui absq; indicatione locorum; nusquam tamen sine loci citatione, saltem vnius ex ipsis, postero regulariter loco citati eorundem DD. cum suis locis relatoris. Nolui ego per extensum omnia hic exarare, ne Epitomes, seu Compendij, & Consiliorum, & Commentariorum metas transilirem. Attamen, vt existimo, omnia dubia, quæ in prælibata præcipuè intenta materia, Regularibus occurrere solent, non breui cum breuitate tetigi, & controuersa, non superficialiter ventillaui. Assiduèque in singulis indifferenter me gessi, tam pro, quam contra Reum, quamuis eius causa apud Iudicem fauorabilior esse debeat, quam Actoris, iuxta *l. fauorabiliores ff. de Reg. iur. & diffusè tractat, & probat Guazz. defens. 29. per totam.* Quandocumque Opus hoc percurrendo in errata quædam offendes, ad eiusdem calcem conuolabis, ibi enim grauiora correcta inuenies menda, leuiora prætermissa. Hæc (benigne Lector) insinuanda censui, vt huius voluminis vtilitatem, necessitatemque præ oculis tibi offerrem: In quo nihil pertinaciter assero; & si quid in eo à veritate declinet, inaduertentiæ adscribatur; Omnia, cuicunque melius, & clarius veritatem intuenti, & præcipuè Sanctæ Matris Ecclesiæ correctioni, submittendo. Vale. Venetijs Opus primo in lucem prodit die 2. Ianuarij 1652. Et denuo Typis fuit datum Bononiæ die 1. Iunij 1660.



Argu-

Argumentum Operis.



Vas præcipuas huius Epitomes, seu Compendij, Consiliorum, & Commentariorum Partes constituendas duxi. In quarum prima Theoriam variarum quæstionum, & communium opinionum Causarum Iudicialium Regularium tradam. In qua post quædam Præludialia ad tria Capita, totam hanc Theoriam redigam; Et in Primo vtique capite, quæ ad ritè inchoandum; In Secundo, quæ ad ordinatè prosequendum; Et in Tertio, quæ ad debitè processum terminandum spectant, enucleabo. In Secunda verò Principali parte, prælibatarum Causarum Praxes tres, ipsis Regularibus accommodatas, facillimas, in formulis trium processuum, proponam; iuxta triplicem procedendi modum, Inquisitionis, Denunciationis, & Accusationis; Quibus ne quid vlterius, ad rem, desiderari queat. Quartam subnectam Praxim diuersarum Formularum, data opera, nec sine ratione, in prædictis dimissarum, pro opportunitate in ijsdem processibus vtendarum.

Diuisio Operis.

Diuisio Theoriæ.

Diuisio Praxis.



APPRO-

APPROBATIONES.

Imprimatur.

Hieronymus Vallemanus Vicarius Generalis Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Aemilij de Alterijs Episcopi Camerini.

EGo Frater Ambrosius de Gozze de Pisauro Sacr. Theologiæ Lector, Prior, & Vicarius S. Officij Fabriani, ex commissione P. Reuerendiss. Inquisitoris Eugubij, diligenter vidi Epitomen, seu compendium Theoriæ, & Praxis causarum iudicialium Regularium, in duas partes distributam ab A. R. P. Philippo de Bictis à Camerino, Ord. Minorum S. Francisci Capuccinorum, Theologo, Guardiano Fabrianensi, Prouinciæ Marchiæ Diffinitore, & V. I. D. & perutilem censui Iudicibus præsertim Regularibus, impressioneq; dignam: Verè suo dignā Auctore. Dat. Fabriani die 23. Aug. 1657.

F. Ambrosius Prior, & Vicarius qui supra.

Imprimatur.

Fr. Pius Gamundus Inquisitor Generalis Eugubij, & Fabriani.

REuerendiss. P. F. Simplicianus à Mediolano totius Ordinis Capuccinorum Generalis Moderator meritissimus, mandauit mihi Fr. Bonauenturæ à Monte Regali Concionatori Capuccino, Sacræ Theologiæ Professori, Prouinciæq; S. Francisci Exdiffinitori; vt opus reuiderem R. P. Philippi à Camerino Vtriusque Iuris Doctoris, nec non Theologi, & Marchiæ Prouinciæ Diffinitoris. Cuius titulus est: Epitomes, seu Compendium Theoriæ, & Praxis Causarum Iudicialium Regularium, in duas partes distributum. Vidi ego illud, attentiusq; consideraui, ac simul gustaui: Vidi inquam, & quicquid in eo est, Iustitia, & veritas est, quia fidei veritati totum consonat, æquissimæq; morum disciplinæ nihil dissonat. Gustaui etiam, & subito factum est Volumen istud (tanquam Ezechielis illud) in ore meo, sicut mel dulce, quod quidem (vt vera fatear) comedere potius exoptabam, vt viscera quoq; mea (cum Propheta) complerentur, quam vix bibendo gustare, alijsq; propinare. At ne Cæteri huius studiosi facultatis hac priuentur dulcedine, & ex eo tanquam ex diuite penu necessaria iura depromere, totumque simul vnico haustu Theoriæ, & Praxis sitim extinguere valeāt; Nouo semper Prælo dignum esse opus, iterum, atque iterum iure iurando pronuncio, Dat. Eugubij Die 10. Mensis Iunij 1658.

Ita est, Ego Fr. Bonauentura à M. Regali qui supra manu propria.

Vo-

VOlumen, cuius inscriptio, Epitome, siue Compendium Theoriæ, & Praxis causarum iudicialium Regularium, &c. ab A. R. P. Philippo à Camerino I. V. D. Fratrum Capuccinorum Theologo, Diffinitore maxima cum industria elucubratum, & aliàs in lucem editum, magno cum applausu celebratum; Modò ab eodem additionibus non paucis impinguatum, iussu Reuerendiss. Patris Simpliciani à Mediolano eiusdem Ordinis Ministri Generalis à me F. Bonauentura à Tiferno Capuccino, & Sac. Theologiæ professore reuisum, & perlectum. Lectulus Salomonis; quia ex lectissimis Doctorum floribus collectus, sexaginta fortibus ambitus; quia ex electissimis regularum gemmis circumuallatus est repertus: Sacræ doctrinæ, moribusq; probis ita conformis, vt ad alliciendos Sæcularis, Ecclesiasticæ, Regularis, ac Spiritualis vitæ professorũ animos in vtroq; foro desudantiũ, ad requiem, diuini Iudicis confessoribus promissam, preuiè, ac celeritèr consequendam, sit maximè dispositum: Vt denuo quam primùm in lucem prodeat, dignissimum, ac vtilissimum iure iurando censeo. In quorũ fidem hoc testimonium prebui manu propria subscriptum &c. Dat. Tiferni 13. Kal. Iunij 1658.

F. Bonauentura à Tiferno, qui supra manu propria.

IVssu A. R. P. Simpliciani Mediolanensis, Congregationis Fratrum Minorum, qui Capuccini nuncupantur Ministri Generalis, perlegi librum, cui titulus est: Epitome, seu Compendium Theoriæ, & Praxis causarum iudicialium ab A. R. P. Philippo à Camerino, eiusdem instituti Theologo, Diffinitore, ac I. V. D. iam pridem, cum non vulgari Auctoris laude typis euulgatum, & ab eodem nunc denuo accuratius recognitum, ac locupletatum. Illumq; assero, non modo fidei Orthodoxæ, & Diuinis, humanisq; legibus conformem; Sed etiam styli facilitate, methodi elegantia, Doctrinæ vbertate, ac dilucida (quòd rarò accidit) breuitate præclarum: atq; adeo censeo dignissimum, vt in lucem iterum, atq; iterum prodeat, ad innocentium tutelam, nocentium vindictam, Iudicum, præsertim regularium, directionem, rei deniq; litterariæ ornamentum. Datum Firmi in nostro Conuentu S. Laurentij, pridie idus Iulij A. D. 1658.

Ego Fr. Bonauentura Recinetensis Philosophiæ, ac Theologiæ Professor.

Nos

Nos Fr. Simplicianus à Mediolano totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum Generalis Minister licèt Immeritus &c.

CVm opus, cui titulus: Epitome, siue Compendium Theoriæ, & Praxis Causarum Iudicialium Regularium à R. P. Philippo Camerinen. &c. nostri Ordinis Theologo compositum, & à tribus alijs dicti nostri Ordinis Theologis iuxta commissionem nostram relectum, & approbatum fuerit: Vt typis mandari possit, seruatis aliàs seruandis, tenore præsentium facultatẽ concedimus, & indulgemus. In quorum fidem his sigillo nostro munitis subscripsimus. Datum Cordubæ die 22. Martij 1659.

Fr. Simplicianus Minister Generalis.

VIdit D. Iuuentius Tortus Cler. Reg. S. Pauli Pœnit. pro Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Hieronymo Boncompagno Bononiæ Archiepiscopo, & Principe.

DE mandato Reuerendissimi P. Magistri Gulielmi de Focis Bononiæ Inquisitoris, vidi ego infrascriptus volumen, cui titulus P. F. Philippi de Bictis à Camerino Capuccini Epitome Consiliorum, & Commentariorũm Theoriæ, & Praxis Causarum Iudicialium Regularium; nihilq; inueni in eo à fidei dogmatibus dissonum. Opus methodi facilitate perspicuum, Doctrinæ vbertate, & claritate Proficuum: ac proinde rursus Chalcographis tradendum, vt denuo imprimatur.

Ita assero ego F. Ioannes Riccius Carmelita Bonon. Doctor Collegiatus, & in Archigymnasio Bononiæ publicus Lector. Die 26. Augusti 1659.

Fr. Gulielmus Inquisitor Bonon.

INDEX RERVM
OMNIVM NOTABILIVM
Quæ in prima Parte
EPITOMES THEORIÆ
Consiliorum, & Commentariorum,
Variarum Quæstionum, & communium opinionum Causarum Iudicialium Regularium continentur.

A

Ape-

super

12. Blas-

Ca-

Con-

106.

190.

tan-

Dene-

nis

53.

De-

Epi-

Ex-

16. Fa-

81. In-

cau-

217 Iu-

clesia-

34.No-

54.Nul-

O

63. Pœ-

Pœnitentia, & Pœnitentiatus.

24. Re-

98. Sub-

144. Syn-

25. Te-


putam

Tortura Rei.

182. Tor-


Finis Indicis Rerum Theoriæ.





INDEX QVÆSTIONVM
PRIMÆ PARTIS,
EPITOMES THEORIÆ,
Consiliorum, & Commentariorum, quæ continentur in hac Prima Parte.

PRÆLVDIALES QVÆSTIONES.



CAPVT PRIMVM.

De illis, quæ spectant ad ritè Processum inchoandum.

De Inquisitione, Tractatus I.

De Denunciatione, Tractatus II.

An,

De

CAPVT III.

De illis, quæ attinent ad Processum debitè terminandum.

De illis, quæ ante sententiam sunt scienda.
De Delictis, & pœnis, Tract. X.

De arbitrio Iudicis in iudicijs, Tract. XI.

De illis, quæ in sententia ferenda obseruanda sunt, Tractatus XII.

Finis Indicis Quæstionum Theoriæ.





PRIMA PARS EPITOMES,

Seu Compendij, Consiliorum, & Commentariorum, THEORIÆ, VARIARVM QVÆSTIONVM, Et communium opinionum Causarum Iudicialium Regularium.

PRÆLVDIA.

1. RÆLVDIALES, seu proæmiales sequentes decem quæstiones præmittendas duxi, tùm quia ea, quæ in ipsis tractâtur, ante alias Iudiciales quæstiones prænoscenda sunt, tum etiam, quia aptiorem locū alium de tali subiecto disserendi in tota hac Theoria, non facilè quis inueniet. Et ad quatuor causas, Efficientem, Materialem, Formalem, & Finalem, omnia, quæ in ijsdem recensentur, redigi possunt; vt liquidò in progressu harum proæmialium decem quæstionum patebit. Et ab Efficienti iudicij causa, quæ est ipse Iudex, initium meritò sumendo; Quæritur,

Qualis, & quotuplex sit Iudex Regularium? Quæstio 1.

2. SVMMARIE' Regularium Iudex erudiatur, qualis ipsemet esse debeat: Nempè iuris peritia ornatus, secundùm DD. *in l. certi iuris, C. de iudic. & in cap. cum in cunctis, de elect.* Aliàs enim turpiter Iudicis officio fungeretur, *l. 2. §. seruus, ff. de orig. iuris.* Et à Iudice summo Deo grauiter plectendus esset, teste *D. Tho. p. 2. q. 76. a. 2.* Veri, & recti cupidus; Perso- Qualis esse debeat Iudex Regulariū

 sona-

ſonarum minimè acceptator; Qui æquitate, non ira, neque odio ducatur; Humilis, & charitatiuus; Prudens, ita vt ex vna parte, non palpet criminoſos, nec eorum vulnera vſq; ad finale iudicium incurata ſeruet, vt ait D. Hieron. *in Synopſe*; Dum enim vnus corripitur, vt dicit D. Gregor. *in Regiſtro*, plurimi emendantur; Et ex alia parte, non ſemper ſeuerus erga quoſcumq; delinquentes ſe gerat, ſed iuxta eundem Greg. *in 19. Moral.* Regat diſciplinæ rigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet rigorem; vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. Hæc de qualitate Iudicis Regularis; Cuius legitima poteſtas, & iuriſdictio pro indubitabili ſupponenda eſt; de qua plenè Miran. *in Manu. Prælator. prima p. q. 13.* & plenius *in ord. iudiciario per plures quæſtiones, ſignanter, q. 2.* Quotuplex igitur ipſe ſit, videamus, iuxta propoſita.

Eius iuriſdict.

3. Triplex Iudex Regularium eſt, Ordinarius, Delegatus, & Arbiter; cui triplex iuriſdictio, ſeu poteſtas correſpondet; Ordinaria, Delegata, & Arbitraria. De Ordinaria agitur in Decretali, *tit. de offic. Ordin.* De Delegata, *in tit. de officio, & poteſtate Deleg.* Et de Arbitraria, *in titulo de Arbitr.*

Quotuplex ſit d. Iudex?

4. Nonnulli, ad prędictas tres iuriſdictiones, Acceſſoriam addunt, quæ Iudici acquiritur erga alias non ſibi ſubditum, ratione criminis commiſſi in loco ſuæ iuriſdictionis, cõtra quem procedere poteſt, & eum condemnare, vt tradit, probatq; Clar. *in §. fin q. 38.* cum communi DD. ſed meo iudicio, ſuperfluum eſt, tribus propoſitis aliud ſuperaddere membrum, cum hæc Acceſſoria iuriſdictio ſemper redigatur ad Reum ſubijciẽdum Ordinario, vel Delegato, & conſequenter in omni caſu talis iuriſdictio Ordinaria, vel Delegata erit.

5. Subnectam hic vnicum verbum de Arbitro; Iudex Arbiter, qui & Compromiſſarius dicitur, eſt ille, qui ex conſenſu litigantium in Iudicem eligitur, vt habetur in Decretali, *in tit. de Arbit. & in 2. q. 6. in c. à Iudicibus, in c. peruenit, & in c. Si Sacerdos, eod. tit. & in l. 1. ff. de Arbit.* de quo latè Azor. *in Inſtit. mor. lib. 13. c. 12. par. 3.* vbi ait, quòd talis tenetur in ferenda ſententia ſeruare iuris ordinem: Secus autem Arbitrator, qui tãtùm æquitatem iuris naturalis ſeruare debet. Veniamus ad Iudicis Ordinarij, Delegatiq; tractationem.

Quis Ordinarius, quiſue Delegatus Iudex dicatur; Eorumq; iuriſdictionem, an delegare valeant; Et Delegato malè ſe gerente, quid contra eum poſſit Ordinarius? Quæſtio 2.

1. REGVLA 1. ſit. Iudex Ordinarius ille dicitur, qui beneficio legis habet ſuam auctoritatem, ſecundùm Azor. *in Inſtit. mor. par. 3. lib. 13. c. 12.* ſeu ille, qui ab vniuerſitate eſt electus, & a Superiore cõfirmatus, vt vult Franc. Arret. *in pract. c. 1.*; Vel eſt ille, qui ex natiuo, non datiuo nomine poteſtatem habet, ita Gabr. *in 4. diſt. 15. q. 6. art. 1.*, Valent. *to. 3. d. 5. q. 1.* Tolet. *lib. 5. inſtit. c. 56. nu. 5.* & hinc eſt, vt notat Bouer. *in directſ. par. 1. c. 4.* quod Iudex Ordinarius appellatur, qui ſuo iure, nõ alieno beneficio iudicandi poteſtatem habet. Quis ſit Iudex Ordinarius, tradũt etiam Innoc. & Hoſtien. *in c. cum* Quis Iudex ordinarius ſit?

Ecclesiarum, de offic. Iud. Ordin. S. Antonin. in p. 3. tit. 9. §. 1. tr. 5. Sylu. *in ver. Iudex,* Dec. *in rub. de offic. Deleg. nu. 2.* & Alciat. *in rub. de off. Ordin. nu. 5.*

Ordinarius, cui cōmissio fit, an per hāc Delegatus fiat?

* AMPLIATVR Reg. 1. Vt quādo Iudici Ordinario Patētes diriguntur literæ, quibus iurisdictio circa illa cōmittitur, quæ circumscripta commissione ad illius potestatem spectāt; per hanc, dictus Iudex, Delegatus nō fiat, nec delegata ei de nouo iurisdictio tribuatur, sed eius ordinaria excitetur, Ias. Menoch. & Barbos. *par. 3. de offic. & potest. Episc. alleg. 92. nu. 8. & est tex. in c. licet, de offic. Iudic. Ordin.* vbi post *glos. pen.* cōmuniter notant DD.

* LIMITATVR primo ampliatio, quādo Ordinario causæ committuntur, in quibus, citra cōmissionem, potestatem non habebat, tunc enim in illis, Delegatus esset, Bart. Menoc. diffusè, & Barb. *vbi sup. num. 9.*; Nisi commissio fieret, habita ratione ad Ordinarij officium, vt si in patētibus literis diceretur (Ad officium talis Iudicis) vel (Ad talem Iudicem pertineat) tunc enim ordinaria iurisdictio diceretur prorogata, seu extensa, Menoch. & Barb. *d. nu. 9.* Et hinc deduces, quid sentiendum sit, cum Generalis, in actu Visitationis, visitatæ Prouinciæ causas, illius Prouinciali committit.

* LIMITATVR 2. ampl. Dum in Patentibus literis est clausula (Auctoritate nostra) licèt commissio esset circa ea, ad quæ aliàs Ordinarius iurisdictionem habebat; Nam talis, Iudex, Delegatus, dubio procul, in illis esset, Barb. *vbi sup. nu. 8. per tex. in l. 1. §. si quis simpliciter, vers. cum adijcitur, ff. de verb. oblig. & in c. cum aliquibus, vers. nisi, de rescrip. in 6.* cum Bart. Menoch. & alijs.

* LIMITATVR 3. ampliatio; Dum in Patentibus literis, in dicta clausula, adijcitur particula (etiam) Ex. gr. (Auctoritate etiam nostra); Tunc enim Ordinarius, cui fit commissio, in commissis causis, Ordinarius, & insimul Delegatus esset, & vtramque, Ordinariam videlicet, & Delegatam potestatem haberet; hęc namque dictio (etiam) vnam exprimit, & aliam includit, vt docēt Abb. Innoc. Fely. & Barb. *loco citato n. 12.*

Quis Iud. Delegatus sit?

2. REGVLA 2. sit. Delegatus Iudex dicitur ille, qui ex alterius cōmissione authoritatem habet, cuius vices gerit, *c. sanè, & c. cum olim de offic. & pot. Iud. Deleg. & toto tit. eodem in 6. & l. 1. ff. de offic. eius, cui mād. est iurisd.* Huiusmodi verò Delegatus, vt ait Sylu. *in ver. Delegatus,* & Miran. *in ord. iudic. q. 2. art. 9.* deriuationem talis nominis habet, à delego, quòd idem significat, ac vices meas alicui committo, prout tradit etiam Abb. *in rub. de off. & pot. Iud. Deleg.*

Ordinarius potest delegare.

3. REGVLA 3. sit. Dubio procul, in omni casu Ordinarius suam potest alteri iurisdictionem delegare, vt est *tex. in cap. cum Episcopus, de off. Iud. ord. in 6.* & non solùm in parte, sed etiam in toto; & licēt de iure Ciuili causæ criminales meri, & mixti Imperij nō possint delegari, vt tradunt DD. *in l. 1. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.* vbi Dec. *nu. 28.* & Curt. Iun. *nu. 21.* tamen hodie, ex generali consuetudine, omnes causæ indistinctè ab Ordinarijs delegantur, vt testatur Clar. *in §. fi. q. 41. in pr.*

Delegatus an possit subdelegare.

4. REGVLA 4. sit. Delegatus Iudex nisi infirmitate, vel alia iusta causa detineatur, subdelegare nō potest,

vt ait Sylu. *in ver. Delegatus nu. 12. & est text. in l. cum Prætor ff. de iudic.* quòd præsertim procedit, dum in commissione delegationis, personæ industria electa est, sicut regulariter fit, per illam clausulam (cōfisi de tua industria, doctrina, &c.) vel per aliā similem clausulam, *glos. recepta in cap. cum causam de appell. & tex. in l. cum Prætor §. 1. ff. de iudic.* quod maximè procedit in Delegato ab inferiore Prelato ad vnam causam, quam proculdubio subdelegare non potest.

5. LIMITATVR 1. regula 4. Vt Delegatus possit absolutè subdelegare, dum ei talis facultas à Delegante concessa est, & ad vnam, & ad plures, & etiam ad vniuersitatem causarum, itaut vnam tantùm quoque sibi delegatam, possit subdelegare, iuxta tenorem suæ Commissionis, *gl. in l. is cui, de off. Deleg. in 6.* Nau. *in c. placuit nu. 7. de pæn. dist. 6.* quod procedit etiā in Delegato ab inferiore Ordinario, Alph. de Leone *recoll. 9. nu. 131.* vbi testatur de communi, citans Sanch. *de matr. lib. 7 disp. 31. nu. 6,* Graff. *in append. lib. 1. c. 7. nu. 44.* & Vgol. *de off. & potest. Episc. c. 36. §. 7. vers. excipitur.*

Quid in Delegato ad vniuersitatem causarum?

6. LIMITATVR 2. regula 4. in Delegato ad vniuersitatem causarum, qui dummodo non sit electa industria personæ per dictam clausulam (confisi, &c.) vel similem, subdelegare potest, nō quidem ad vniuersitatem causarū sibi commissarum, sed ad aliquam, seu aliquas causas. *glo. in c. cum causam de appell.* iuxta dictam *l. cum Prætor.* Et hinc sequitur, quòd Delegatus P. Generalis ad vnā Prouinciam, dum non est electa industria personę, subdelegare poterit, non solum vnam, vel alteram causam, sed etiam multas, immo omnes causas vnius, vel alterius Conuentus, in quo licèt sint plures causæ, nihilominus in ordine ad talem Delegantem, dici potest, vna tantum causa delegata, nempè visitatio vnius, vel alterius Conuentus: Et eadem ratione videtur similiter dicendum, quòd Delegatus vnius Conuentus, vnam, vel alteram illius Conuētus causam delegare possit, licèt non omnes.

Quid in Comissa. Gener. ad causā?

7. An autem Delegatus a Principe, vt apud nos est P. Generalis, possit vnam causam criminalem sibi commissam subdelegare, controuersum fuit apud DD. vt ait Clar. *in §. fi. q. 41. vers. in Delegato:* Et in hac cōtrouersia *gl. in l. vnica C. qui pro sua iurisd. vers. iudicandus,* tenet partem affirmatiuam, quam esse magis communem testatur Paul. de Castr. quem refert, & sequitur Vant. & illi se subscribit Ias. & ita in curia Delphica seruari dicit Guido Papæ, *locis citatis ibid.* à Clar. Sed in causa meri, & mixti Imperij negatiuam tenuit Iacob. de Arena, & eam tanquam tutiorem sequutus est Alberic. dicens, dictam gl. communiter reprobari, quòd d. Iacob. credit verum ante aduentum Bar. Et de obseruantia negatiuè in Francia attestatur Boer. & Mediolani Clar. loco citato; Subdēs, quòd cum in his causis semper eligatur industria personæ, videtur valdè absurdum, delegatam causam subdelegare; Et fusè consentit Menoch. *de arbitr. iud. q. 54.* quibus ego libenter consensum præbeo.

8. De materia huius q. Boer. & Aret. *vbi sup.* & Miran. *in ord. iud. q. 2. art. 4. 5. 9. & 12.* Et pręsertim de Delegato latissimè pertractat Decian.

in

in tr. crim. to. 1. lib. 4. c. 25. necnon Guazz. *defens.* 13. & Far. *in Frag. Lit. D. nu.* 65. *vsq;* 89.

An Ordin. inalè agente Delegat. possit resistere?

9. REGVLA 1. sit. Iudex Ordinarius Delegato iniustè, notoriè, & nulliter agente resistere potest, *c. solicitudinem vers. si verò,* & ibi *Phil. de appell.* & hinc ait Card. *in Clemen. 2. de pœnit. & remiss.* quod Iudex inferior, potest, de facto iniusto, & nullo Superioris, cognoscere ei obuiando, vt non sortiatur effectum; Huic Regulæ subscribit Maran. *disput. 1.* eamq; solidè probat tredecim argumentis, *à nu. 16. vsq; ad nu. 32.* Necnon contrarijs respondit, *nu. 40. vsq; ad n. 44.* Butr. Gig. Far. & alij *in frag. Crim. lit. I. nu.* 977.

Quid in Deleg. Papæ?

10. AMPLIATVR 1. Reg. vt procedat in Delegato Principis, etiam Papæ, in quibus terminis loquitur Maran. *in d. disp. 1. præsertim in princ.* Et not. Far. *ibid. nu.* 973. & 977. cum citatis ab eo, *per tex. in Auth. de mand. Princ. §. deinde,* vbi Bar.

An violenter?

11. AMPLIATVR 2. Reg. 5. Vt Ordinarius resistere possit violenter, vt est *tex. iuncta gl in c. ex literis, in ver. denunciētis, de Offic. Deleg.* & hanc gl. dicit Abb. singularem *in c. si quando, de Offic. Deleg.* Maran. *vbi sup.* cōprobans, *nu.* 25. Resistit enim vt priuato, Abb. Bar. & Maran. *nu.* 32.

An teneatur?

12. AMPLIATVR 3. Reg. 5. Vt non modo possit, sed teneatur in hoc casu Ordinarius resistere, cum hæc resistentia præcipiatur in iure Ciuili, Canonico, & Diuino, iuxta textus allatos à Maran. *ibi nu.* 18.

Quid si Delegatus exequatur extra-

13. AMPLIATVR 4. Reg. 5. Vt, si Delegatus procedat ad executionē extraiudicialiter, non facto processu, possit ei per Ordinariū resisti, etiam violenter, & indistinctè, dum à Principe non habet expressè in commissione, vt ita procedat, & exequatur, sed est Delegatus ad iustitiam, excederet enim limites suæ commissionis, Maran. *vbi sup. nu.* 34. testans in hoc concordare omnes DD. præsertim Abb. Innoc. & Bar. Et subdit, *nu.* 35. ex Abb & Innoc. idem dicendum in procedente iudicialiter in negotio sibi non commisso.

iudicialiter?

Vel iudicialiter?

14. AMPLIATVR 5. Reg. 5. Vt quando Delegatus procedit iudicialiter, & vult exequi iniustè cum damno irreparabili, vt quia vult aliquem iniustè occidere, mutilare, seu torquere, indistinctè possit Ordinarius ei resistere, Fely. Abb. & Maran. *d. n.* 35. vbi ait, ita communiter tenere omnes, nullo discrepante; Et cum Ias. & Abb. sentit, nec appellatione opus esse; Et opinionem Bal. quod prius debeat appellari, & postea resisti, existimat esse potius ad cautelā, non de necessitate, secundum communem DD. Et idem dic in damno reparabili, si sententia est notoriè iniusta, & nulla, cum Dyn. Bar. Abb. Alex. & Maran. *nu.* 36. Necnon, dum non est nulla, sed iniusta, & ab ea fuit appellatum, appellatione pendente, Abb. Fely. Innoc. *in c. si quādo, de offic. Deleg.* Bal. & Maran. *nu.* 37. At si sententia iniusta transijt in rem iudicatam, vel non fuit ab ea appellatum; non potest resisti, Abb. & Maran. *ibid.*

An Ordin. puniat De legatū delinquentem?

15. AMPLIATVR 6. Reg. 5. Vt Delegatus á Principe, vel à Papa, si delinquat, possit puniri ab Ordinario loci, in quo delinquit, non solum si delinquat extra officium suum, puta vulnerando, fornicando, &c. *Authen. si qua*

ſi qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport. vbi Bal. & Bellapert. ſentit Iacob. Lauren. & Far. *in Frag. Crim. lit. I. num.973.* teſtans de communi. Verũ etiam ſi delinquat intra ſuum officium In ipſa cauſa, in qua eſt Delegatus, excedendo, & abutendo in iudicando, Bal. & Bellapert. *ibidem.* Farin. & alij *nu.974. & 975.* Secus ſi in fabricãdo proceſſu abutatur, Aufrer. Io. Andr. Farin. & alij *d.nu.975.*

In fabricando proceſſu?

16. De materia Reg. 5. Vide Far. *in Frag. Crim. lit. I. nu.973. cum ſeq.* & Macan. *in diſput. 1. diffusè, & optimè per totam.*

Quis Ordinarius, quis verò Delegatus Iudex habeatur? Quæſtio 3.

Quis ſit Iudex ordin. apud nos?

REGVLA 1. ſit. Apud nos immò apud omnes Regulares, intra Ordinem, primus, & ſupremus Iudex Ordinarius eſt Capitulum Generale, conſtans ex capite, & ſuis membris, toto tẽpore quo celebratur, itá ſentit Suar. *to.4. de Relig. lib.2. c.8. n* 4. dicẽs, quod ſupremum tribunal Religionis nõ eſt Generalis, ſed Capitulum Generale, addens *nu.8.* quod Capitulum Generale Religioſorum eſt ſupra ipſum Generalem: Et in eiſdem locis notat idem auctor, cõſequenter maiorem ipſo Generali auctoritatem Generale Capitulũ habere, eo quod Generale aſſiſtente, ſtatuta perpetua Capitulũ Generale condere poteſt, etiam contra ſuffragium ipſius Generalis; qui ſine ſuffragijs maioris partis Capituli hoc pręſtare non poteſt: His conſentiens Leza. *to.2. c.12. nu.6.* ait cõceptis verbis, Generalem ſubditum eſſe Capituli Generalis, & ſubſcribens Sanctes Romanus *in c.8. Regulæ Minorum, verſ. ſi dee,* poſt Cordubam ait, Capitulum Generale, maioris eſſe auctoritatis, quàm Generalis; & hinc eſt, quòd vt cum quatuor Magiſtris, Vgo, Petro Io. & Cord. notat Sanctes, *ibid. verſ. & oltra,* Generalis non poteſt irritare, ſeu mutare ordinem aliquem Generalis Capituli, cuius eſt ſubditus. Secundus Ordinarius Iudex intra Ordinem eſt dubio procul Generalis. Tertius eſt Capitulum Prouinciale toto tempore, quo celebratur, quod ſe habet ad Prouincialem, ſicut Capitulum Generale ad Generalem, vt obſeruat Sanctes loco proximè citato. Quartus quilibet Prouincialis. Quintus eſt Guardianus, qui per electionem, ſeu potius per prouiſionem à Prouinciali, & Diffinitoribus in Dignitate cõſtituitur, & ſit verè Pręlatus, ſubditos habens. vt animaduertit Gemin. *in c. nullus de elect. in 6.* vbi gl. & Syluest. *in ver. Delegatus nu.3.* Vltra prędictos in numero Ordinariorum, in locum decedentium, ſunt Commiſſarius Generalis, & Prouincialis, qui poſt obitũ eorundem illis in officijs ſuccedunt; Tales enim Commiſſarij propriè nõ delegantur, ſed itá inſtituti ſunt per leges noſtras Municipales, nempè Conſtitutiones in Capitulo Generali editas; Vnde ab vniuerſitate electi dicuntur; Probatur ſupradictos habere ordinariã iuriſdictionem, nam ſicut Abbates habent ordinariam iuriſdictionem in ſuos Monacos, *c. ea quæ, de ſtat. monach, & ibi.* Panorm, ſic ſupradicti Superiores Regularium, ordinariam poteſtatem habent in ſuos fratres, Abb. *in c. ne Religioſi, de Regular.* & tradit Specul. *in tit. de offic. Ordin. §.1. & not. Bouer. in direc. p.1. c.4.*

& in his non est difficultas; sicut nec etiam; Quod sup. Ordinem, Iudices Ordinarij sint Eminētiss. Protector, Sac.Cong.super Regulares, & super omnes, Sum. Pont.

An Procurator Curiæ, vt Comissar. Gener. & Visitator Gener. sint Ordinarij?

2. Sed an P.noster Procurator Curiæ, vt Commissarius Generalis; nec non P. Visitator Generalis permanens, vel non permanens, sint Ordinarij, vel Delegati, non ita liquet.

3. Partem affirmatiuam, quòd scilicet Procurator Curiæ, vt Commissarius Generalis apud nos sit Ordinarius, tenet Bouer. *vbi supra §. porrò*, vbi eidem tribuit secundum locum inter Iudices Ordinarios; & ibidem quarto loco inter Ordinarios enumerat Visitatores Generales permanentes. Negatiuam verò sustinet Franc. Arretin. *in pract. in c.1.* vniuersaliter, Comm ssarium, & Visitatorem Generales inter Delegatos enumerans, cui se subscribit Bouer. *ibid. in §. Iudices*, in Visitatore nō permanente, qui à Generali mittitur ad aliquam Prouinciam visitandam. Nam Commissarij, & Visitatores generales, siue permanentes, siue non permanentes sint, non natiuam, sed datiuam potestatem habent, tantam, quantam eis P. Generalis dat, & consequenter, iuxta ea, quæ dixi *in q. 2. nu. 1.* eorum iurisdictio, vt datiua, non Ordinaria, sed Delegata est dicenda; & eadem ratio viget in Procuratore nostro Curiæ, vt est Commissarius Generalis, qui iuxta recentem declarationem factam in Capitulo nostro Generali, ampliorem, vel strictiorem auctoritatem Commissar.j habet, in quantùm eidem à P. Generali datur, & non vltrà, vnde etiam eius auctoritas datiua videtur dicenda, & merè Delegata.

4. Conclusio tamen sit. P. Procurator Curiæ apud nos, vt Commissarius Generalis; immò etiam quilibet Visitator, seu Commissarius Generalis, siue permanēs, siue non, si non sint Ordinarij, saltem eorum auctoritas in multis iurisdictioni Ordinariorum comparatur; Ratio est, quia apud nos, Generalis est velut Princeps Religionis nostræ, vt notat Bouer. *in d. cap. 4.* & Arret. *in praxi in fin. cap. 1.* Et iurisdictio Delegati à Principe, iurisdictioni Ordinarij comparatur; talis enim iure proprio videtur iurisdictionem habere, vt tenet Squillans *in tract. de priuil. Cleric. c. 2. nu. 31* ex Pyrr. Alph. Et hinc est, in comprobationem nostræ conclusionis, quòd si à Delegato ab inferiore appelletur, non ad Delegantem appellatur, sed ad eum, ad quem appellaretur, si Delegans tulisset sententiam, *l. 1. §. vlt. ff. si quis, & à quo*: Et tamen a Delegato Principis ad ipsum Principem Delegantem appellatur, vel ad Præfectum Prætorij, *l. præcipimus § huic C. de appell.*

5. Et ad rationem ad oppositum allatam *hic nu. 3.* responderi potest, quod dato, prædictos Commissarios, & Visitatores esse Delegatos, tamen quia eorum delegatio est a Principe, idest a Generali, cùm eorum iurisdictio sit, vt dicebamus, Delegati á Principe, comparatur iurisdictioni Ordinarij, licet non in omnibus.

6. Pro concordia propositæ controuersiæ, & discordantium opinionum, possumus dicere: Quod etsi Cōmissarij, & Visitatores Generales, verè Delegati sint; tamen quia eorum delegatio à Principe est, possunt

ali-

aliquo modo dici Ordinarij, cùm eorum iurisdictio, vt probatum est, Ordinarij iurisdictioni compareretur; immò maiorem iurisdictionem habeat, quocunque Ordinario, *c. sanè de offic. Deleg. & notat* Farin. *q.* 18. *n.* 49. At in re tam graui, cum hic punctus controuersus, ambiguusq; sit, tutius erit, vt quantum fieri potest, Delegati à P. Generali, se vt Delegati gerant, non autem vt Ordinarij, ne eorum gerenda in ambiguo ponantur.

Quis Iud. Delegatus sit apud nos? 7. REGVLA 2. sit. Apud nos, Delegati habentur infrascripti, nempè. Commissarius constitutus à Prouinciali, eo absente, vel infirmante, seu alia ex causa, siue sit ad aliquas causas, siue ad vniuersitatem causarum. Item Vicarij locorum, absentibus Guardianis. Item Custodes, Guardiani, & Vicarij eorum, dum processum de grauioribus, vel grauissimis delictis formant, & de consilio Discretorum, dum fuga timetur, in carcerem ad custodiam detrudunt in vrgenti aliquo casu, in quo Prouincialis præsentia haberi non potest, vt adnotauit Bouer. *in direct. par.* 1. *c.* 4. *§. Iudices*, & non dissentit Franc. Arret. *in praxi c.* 1. Et cum in his nulla sit controuersia, alia non est opus probatione.

8. An autem prædicti Ordinarij, seu Delegati Iudices valeant, vel nō delegare, seu subdelegare, quilibet *ex regulis tertia, & quarta in q.* 2. *hic supra*, deducere facilè poterit.

Vicar. Guard. deleg. vniuersaliter est. 9. Vnum tantum subnectam; quòd licèt, de iure, Vicarij Guardianorū, vniuersaliter delegare, & alios Vicarios constituere non possint; Tamen secundum vsum, & consuetudinem nostræ Religionis, quando Guardiani absentes sunt, dum Vicarij de Cōuentu exeunt, vel infirmitate impediti sunt. seu alia iusta causa, constituere possunt Subuicarium, ne Conuentus sine Rectore, & Vicario Domus remaneat; In hac enim re, secundum communem DD. & præsertim Speculat. *in tit. de offic. Ordin.* consuetudini multum tribuendum est.

10. Posset hìc agi de Conseruatore, qui Iudex est Delegatus, à Papa Regularibus datus, vt eorum iura, bona, & priuilegia ab iniurijs defendat, vt not. Leza. *to.* 2. *c.* 10. *n.* 2. *qui in sequentibus per totum illud caput*, de tali Conseruatore agit; Sed ad eundem Leza. lectorem remitto, nec non ad Rodr. *to.* 1 *in quæst. regul. q.* 65. Cum apud nos parum ad rem sit hæc materia, de qua plenè etiam alij auctores, vbi supra à Leza. relati pertractant. De Cōseruato re remissiuè.

11. De materia huius quæstionis agunt Bouer. & Franc. Arret. *locis hic supra relatis.*

De duratione, & probatione iurisdictionis Iudicis Delegati, & quomodo eius patentes literæ sint interpretandæ?

Quæstio 4.

1. REGVLA 1. sit. Iurisdictio Delegati durat vsq; ad tempus à Delegante taxatum, vel quousque ab eodem reuocetur, vel Delegans moriatur, seu deponatur; Depositus enim in hoc mortuo æquiparatur, *c. adijcimus* 16. *q.* 16. siue ab officio cesset, dummodo res sit integra, vt tenet, & latè probat Squillans *in tr. de priuil. cleric. c.* 2. *nu.* 93. *& seq.* vbi declarat, quando res dicatur integra, vel non. Delegati iurisdictio quantū duret?

2. Sed si res non esset integra, vt quia

quia auctoritate Delegati facta esset citatio, vel alius actus iuridicus in causa, iurisdictio non expiraret per mortem, per depositionem, neq; per cessationē ab officio Delegantis, secundum Vant. *in tr. de nullit. rubr. 14. quæ est vlt. n.* 71. Et Squill. *vbi supr.* Qui præsertim, *n.* 112. docet, quod quando Delegato sunt commissæ plures causæ per modum vnius, quamuis illæ causæ inter se connexæ non sint, vt in delegatione ad vniuersitatem causarum vnius loci, vel ad generalitatem causarum, tunc in citatione in particulari causa facta, efficitur, vt res non sit integra, quoad omnes causas ita commissas, & sic, quoad eas, perpetuatur iurisdictio, nec expirat per mortem, depositionem, vel cessationem ab officio Delegantis; Vnica enim censetur commissio facta, *l. scire debemus, ff. de verb. oblig.* & ita in supradictis tenet Bar. *in leg. more, ff. de iur. om. iudic. n.* 14. Ias. *n.* 56. Dec. *nu.* 56. & alij, quorum opinionem probabilem testatur Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 28. *n.* 27.

Quomodo probetur Delegati iurisdictio?

3. REGVLA 2. sit; Ad probandam iurisdictionem Delegati (deficientibus patentibus literis, quarum ostēsione regulariter probatur, vt e. g. ad sustinendam eius sententiam, contra quam opponitur nullitas iurisdictionis) sufficit probatio delegationis, vel per testes, vel per partium confessiones; vel habeatur recursus ad Delegātem, qui se delegasse declaret; *gl. in ver. sine reprehensione., in cap. cum olim, il primo*, vbi Abb. *in fine, de priuileg.* Vel sufficit probatio, quod pars fuerit pręsens, & non contradixerit, dum sententia, vel alius actus iuridicus ferebatur; Vel probetur diuturnitas temporis; Ve pronunciatio Delegati facta de sua competentia; Hæc omnia Vant. *vbi supr. num.* 8. & 42. Vel, si officialis sit magni Principis Delegatus, sufficit, quod ipse asserat se habuisse iurisdictionem, *cap. nobilis, 97. dist.* quam textum ita intelligi debere, declarat Rota Romana, *decis. 714. in antiquis, quæ incipit, Nota quod non creditur*, vt refert, & sequitur Vant. *ibid. nu.* 43. & in defectu prædictorum, probetur per testes, quod notoriè, sciente, & tolerante illo, qui poterat delegare, sententiam tulit, vel alia Acta iudiciaria fecit, Vant. *ibid. n.* 47. quod etiam procedit, si mandatum iurisdictionale insufficiens appareret, Vant. *n.* 44. vel saltem probetur, quod communis esset error, idest publicè reputaretur pro Iudice, & ad illum tanquam ad talem ab omnibus recursus haberetur, *l. Barbarius, ff. de offic. prat.* & *not.* Vant. *num.* 46. quod intellige dummodo non desit etiam titulus coloratus, vt ex illo textu obseruant scribentes. Delegatus, dum pars non petit, non tenetur ei ostēdere copiam suæ delegationis, & sufficit, vt se asserat Delegatum, petenti vero ostendenda est, Imol. Bal. Innoc. Hostien. & alij *in c. præterea, de dilation.* Menoch. qui testatur de magis communi. DD. Fely. & Far. qui ait, hoc procedere, dum cum parte agitur existente in eadem Diœcesi, vel Prouincia *in fragm. Crim. litera D. num.* 92.

Delegatus non tenetur ostendere copiā suæ delegationis parti nō petenti, sed creditur

B Op-

eius as- sertio. Oppositum vero tenentes nempe in prima citatione antequam petatur manifestandam Commissionem, verum dicere, dum Citatio mittitur existenti in partibus longinquis, cui interesse habenti, vtiq; cum prima citatione trāsmitti deberet copia Commissionis, Farin. *n. 91.* & *93.* ex Bar. & alijs.

Literæ patentes delegationis, quomodo sint interpretandæ? 4. REGVLA 3. sit. Quamuis patentes literæ delegationis strictè sint interpretandæ, dum læduntius commune, vt notat Vant. *ibi nu. 64. post DD. in c. 1. de rescript.* Nihilominus, quando parum, vel nihil ius commune offendunt, latissimè interpretari debent, & ex lato significatu verborum; Vant. *num. 65.* Vnde Delegatus Principis (Ad audiendum) videtur Delegatus etiam (Ad diffiniendum;) & Delegatus (Ad exequendum,) si negotium non fuisset examinatum, & cognitum per Delegantem, censetur Delegatus etiam ad cognitionem, quasi præambulam ad executionē, Vant. *ibi post* Bart. *in l. à Diuo Pio, in princ. de iudic.* & Delegatus ad vnam causam, videtur Delegatus ad quamlibet illi incidentem; & sic in incidentibus, & accessorijs non est necessaria cōmissio specialis, idem post Bal. *per illum tex. in l. fin. C. vbi, & apud quem*: & hinc est, quod Iudex causæ appellationis, absque alia speciali cōmissione cognoscit de nullitate, tanquam de incidenti, & accessorio, idem post Bal. *in l. 1. C. quando prouocare non est necesse*: & causa simpliciter commissa, intelligitur tam Ciuiliter, quam Criminaliter, Bal. *in add. Spec. in tit. de iudic. deleg. vers. causa simpliciter*; & insuper intelligitur commissa, nedum quoad cognitionem, sed etiam quoad decisionē, Bar. & alij *in l. à Diuo Pio, in princ. ff. de iudic.*

5. Sub simplici ergo commissione causæ, regulariter includuntur omnia, sine quibus iurisdictio explicari, & causa cognosci non posset, *l. 2. ff. de iurisdictio. omn. Iud.* Idcirco Iudex datus super aliquo negotio, de omnibus dependentibus, incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, sine quibus negotium commissum commodè expediri non posset, cognoscet, gl. *in c. cum dilectus de arbitr.* plura Fely. *in c. præterea de offic. Delegat.* Latius hæc omnia Vant. ibid. a *n. 66. vsque ad 70.*

An Iudices Regulares suorum subditorum causas iudicare valeant, & debeant? Quæstio 5.

1. REGVLA 1. sit; Possunt, & debent Iudices Regulares, de quibus supra actum est, suorum subditorum causas cognoscere, & iudicare, Graff. *p. p. decis. lib. 3. c. 5. n. 132. per e. irrefragabile, de off. Ordin. Lez. to. 1. c. 18. n. 15.* Legitimorum enim Iudicum authoritatem habent, vt probat Bouer. *in direct. p. p. c. 4.* Iudices Regulares, an, & quas suorū subditorum causas iudicare possint.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt leuia, & grauia crimina, iuxta declarationem *infra ponendam q. 7.* omnes Iudices, & superiores Regulares, etiam Guardiani, & Vicarij locorum possint, & debeant cognoscere, & iudicare, sine strepitu, & figura iudicij, omni appel-

latio-

latione remotâ, absq; processu, & vllo scripto, nec non salutaribus pœnitentijs corrigere, ita Far. *q.* 21. *n.* 133. S. Antonin., quem sequitur Bouer. *in cap.* 6. *vers. porro*, & determinant Summi Pontifices *in c. ad nostram, c. reprehensibilis, & c. cum speciali §. porro, de appel.* Nisi excederent correctionis modum, quia tunc appellare liceret, *c. de priore, de appel.* & not. Abb. Bouer. & alij in d. vers. porro.

Quid si delinquant; peregrini? AMPLIATVR 2. Reg. 1. Vt Iudices prædicti Regulares, eorum Ordinis Religiosos peregrinos, in locis, eorum iurisdictioni subiectis, contra ius comune, aut proprium totius Ordinis, delinquentes, ratione loci delicti, eos possint, & debeant punire, *c.* 1. *de rapt.* Et notauit Pelliz. in Man. Regul. *tr.* 7. *c.* 1. *n.* 20.; Cum Religiosi, etiam peregrini vbique teneantur dicta iura seruare, aliàs delinquant, &, ratione loci delicti, subditi fiant, Pelliz. *ibidem n.* 21. Secus si non seruarent ius municipale, quod, de iure communi, peregrini seruare non tenētur, Palud. Siluest. Sanch. Sayr. & plures alij, quos refert, & sequitur Laym. *lib.* 1. *tr.* 4. *c.* 12. *n.* 4.; Licet Nauar. Couar. Suar. Rodriq. Abb. & alij, *eodem* 4. *num.* relati, in hoc aliter sentiant, dum, saltem peregrini, non sunt in solo transitu, sed hospites, si non vltra, vnius diei.

3. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt in grauioribus, & grauissimis iuxta declarationem, de qua *infra q.* 7. Generales tantummodo, & Prouinciales Ministri, ac eorum Delegati procedere valeant, apud nos, formato processu, vt dicetur *infra q.* 7. *vbi* adnotatur, in casu vrgenti procedere posse etiam inferiores.

4. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt Iudices Regulares nullo modo se ingerere possint in cognoscendo, vel iudicando in crimine hæresis, vel in alio delicto ad Sāctum Officium Inquisitionis spectante; Vnde, vbi Inquisitio viget, non possunt Iudices Regulares accipere in talibus causis Accusationem, Denunciationē, informationem, neq; processum vllo modo formare; Cum Paul. V. *Constitutione, quæ incipit, Romanus Pontifex, edita anno* 1606. Regularibus omnibus sub pœna excōmunicationis latæ sententiæ, ipso facto incurrendæ, & alijs pœnis, vt priuationis, &c. hoc inhibuerit, ita vt nullo prætextu dictas causas cognoscant, iudicēt, aut in ipsis procedant, sed ad Inquisitionem referant, statim ac crimen animaduerterint, vt notat Bouer. *in Direct. p. p. c.* 5. *in princ.* & Leza. *tom.* 1. *c.* 18. *n.* 18. Iudices Regulares non se ingerant in causis ad Sanctū Officiū spectātib.

5. Et propterea si præsentetur aliqua Denunciatio, seu Accusatio, in qua tangatur aliquid, licet per accidens, ad Sanctū Officium spectans, Iudex talem Denunciationem, vel Accusationem, nullatenus admittat, vel accipiat, nec aliquod decretum acceptationis, vel reiectionis faciat; Sed oretenus, & extraiudicialiter poterit insinuare pręsentanti, vt quę ad Sanctum Officium spectant, non sibi, sed Patri Inquisitori deferat; De reliquis verò, ad Sāctum Officium non pertinentibus, vt aliam De-

nunciationem componat, & sibi porrigat.

6. Sed quid aget Iudex, si in examine alicuius testis, seu Rei detegerit nouum delictum ad Sanctum Officium attinens? Vel si idem delictũ, de quo iam inceptus est processus, ex aliqua circunstantia ad Sanctum Officium in progressu processus eiusdem spectare detegatur? Exempli gratia. Denunciatus est simpliciter sacerdos, de solicitatione ad turpia alicuius mulieris, deinde in examine testis alicuius, vel rei detegitur, talem solicitationem fuisse in actu Sacramẽtalis Confessionis, quod ad Sanctum Officium spectare, dicetur, *infra q.* 122. *n.* 2. In similibus casibus, ego vidi quosdam Regulares Iudices, quamuis aliàs admodum peritos, in non leuibus angustijs, nescientes, quomodo se gerere deberent; alios autem non leuiter errasse. Quod tutius est, si voluerit Iudex præstare, in primo proposito casu nempe, dum in examine testis, vel Rei nouum detegitur crimen ad Sanctum Officium spectans; Oretenus Actuario inhibeat, ne vllo modo talia in Actis inserat, cũ ea ad eius non spectent tribunal, moneatque testem, seu Reum, vt deferenda deferat ad Sanctum Officium Inquisitionis; Et ipsemet Iudex ad eumdem Sanctum Officium, referenda, referre non negligat; Et ita se gerendo, poterit sine periculo in reliquis processum prosequi. E contra verò, si ad prædictum Officium spectantia; in Actis adnotari permitteret, ad vlteriora pergere, neque in alijs Iudex valeret, totusq; processus propalandus, deferendusq; esset ad Tribunal Inquisitionis, Inquisitore ita iubente, prout ego mandari vidi ab Illustrissimo Inquisitore Regni Neapolitani, qui habito processu quorundam Regularium, in quo diuersa delicta, præter id, quod ad Sanctum Officium spectabant, continebantur, facultatem permittere noluit prosequendi processum in cæteris criminibus, nisi post longum temporis spatium, & expedito ab eo prius processu, causaque terminata ad Sanctum Officium spectante, cum non leui incõmodo, & detrimento causæ ad Regulare Tribunal pertinentis. In secundò verò casu proposito, videlicet, dum in delicto, de quo agitur, circunstantia reperitur ad Sanctum Officium attinens, &c. A tali causa prorsus abstineat, in eaq, nullo modo se ingerat, cum nec de iure possit, vt dictum est.

7. LIMITATVR 3. Regula 1. in crimine læsæ Maiestatis, in quo solus Princeps, vel ab eo Delegatus procedit, & iudicat, vt probabitur *infra q.* 106. *num.* 4.

8. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt Iudex quicunque Regularis legitime, vt suspectus recusatus in aliqua causa, eamdem cognoscere, & iudicare minimè possit, vt probandum, & declarandum erit *in sequenti q.* 6.

9. REGVLA 2. sit. Regulares Iudices, Nouitiorum, qui in Ordine permanere volunt, delicta, etiam capitalia, cognoscere, & iudicare valent, non autem Ordinarij, — Nouities punire, an & quãdo possint Regulares?

rij, aut Sæculares *Iudices*; *Nauar.* Aldrete, & Lez. to.1.c.24. nu.4. Sanch. Azor. Suar. & Pelliz. *in Man. Reg. tr.2. cap.6. n.2.* Prædicti verò Iudices, cum agatur de foro externo, non sunt Magistri Nouitiorum, sed Prælati, Lez. *tom.2. c. 13. n.43.* & Pelliz. *ibidem n.4.*

10. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt procedat, dum res est integra, tunc enim, si nollent perseuerare in Religione, ab ea non possent puniri, si verò iudicium fit iam incæptum à Prælato contra Nouitij delictum, & ita res minimè integra fit, vbi incæptum iudicium fuit, ibi finem debet accipere, *l. vbi cæptum, ff. de iudic.* & Nouitius sententiam expectare debet, eamque exequi, nisi legitima appellatione suspendatur, Sanch. *lib. 6. moral. c. 10. n. 13. Qui n. 24. notat*, quod si re integra, Nouitius exeat, fit merè Sæcularis, & à suo Iudice esset puniendus.

Ad carcerem damnare, & torturę subijcere? 11. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt dum Nouitius delinquens vult manere, Prælatus Regularis, possit ad carcerem etiam perpetuũ eum damnare, Anchar. Sanch. & alij, *d. num. 13.* Et dum opus esset torturæ subijcere, Nauar. & Sanch. *num. 12.*

Sub cẽsuris præcipere? 12. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt Prælatus Nouitio in iudicio, & extra, ex causa præcipere sub censuris possit, in omnibus casibus, in quibus ordinarius hoc potest cum suis subditis; huiusmodi enim præceptum fundatur, non in vòto obedientiæ, nondum à Nouitio emisso, sed in iurisdictione Ecclesiastica, ei à Papa concessa, Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 16.* Sanch. *lib. 6. decal. c. 10. n. 17.*

An, & ex quibus causis Iudex Criminalis recusari possit. Quæstio 6.

1. REGVLA 1. sit; Iudex Criminalis tanquam suspectus recusari potest, *glo. in c. qualiter, & quando, & ibi* Marian. Soc. *n. 78.* qui testatur de communi, *de accusat.* Clar. Tusch. & Guaz. *defen. 1. c. 19. n. 11.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. cas. 152.* & est textus, *in l. apertiss. C. de iudic. & in c. 2. requiris, de appell.* Quod procedit etiam apud Regulares, Victori; & Bouer. *in direct. p. 3. c. 1. vers. id igitur, vbi* ait hoc esse indubitatum apud omnes, Necnon Farin. *in Frag. crim. litera I. n. 686. vbi* de communi iuristarum, & Canonistarum; *& num. 687.* probat regulam procedere in ciuilibus, & criminalibus. Iudex criminalis, vt suspectus recusatur.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat non modo in Iudice Delegato, sed etiam in Ordinario, qui recusatus, vt suspectus, amouetur in totum, ita Costa *de subsid. remed. n. 7. & seq. remed. 123. per tex. in c. licet, de foro compet. c. suspicionis, de offic. Deleg. & c. cum speciali, de appell.* Mascar. Lancell. & Guaz. *defen. 1. c. 19. n. 12.* qui concordantes alios inducit, & testatur, ita sæpius declarasse Sac. Cong. super Episc. & probat hoc procedere de iure Canonico, cum de iure Ciuili Ordinarius recusari non possit, sed detur ei Adiunctus; Subdens *n. 13.* de consuetudine Iudicem criminalem per suspicionem penitus amoueri, Ampliatur regula prima vsq; ad n. 14.

ueri, de qua sunt testes Bal. Baiar. Menoch. & alij ab eo inducti; & *ibid. not.* quod Romæ Ordinarius suspectus, vel remouetur, vel ei datur Adiũnctus, iuxta qualitatem suspicionis; nec est in vsu electio Arbitrorum, vt dicit Baiar. ab eo relatus. Sed si Ordinario, cui Adiunctus datur suspicio in totum non cesset, etiã de iure Ciuili remouetur in totum, secundũ Bar. Carauit. & Guaz. *n.35.* At Far. vult, & cumulat cõcordantes *in Frag. crim. lit. I.* de iure Ciuili procedere negatiuam *n.732.* de iure Canonico affirmatiuam, *n.734. Vide nu.* 742. *cum sequentibus.*

Ordinario suspecto, an etiam eius Vicarius suspectus sit? 3. Et hic nota, quod, dum Ordinarius est suspectus, etiam eius Vicarius suspectus est, & e contra, dum viget eadẽ ratio, Bal. Io. Ant. de Nigr. & Guaz. *n.53.* Quod non esset, dum causa suspicionis non concerneret Episcopum, & Vicarium, Mascar. Io. Ant. de Nigr. qui cõcordantes inducit, & Guaz. *nu.83.* Absolute autem Capic. & Tusc. *relati ibidem* à Guaz. tenent, quod dum suspectus est Episcopus, & eius Vicarius suspectus sit, & subscribunt Fely. Maranta, & Guaz. *defen.* 1. *cap.* 21. *nu.* 33. Vide Far. *in Frag. crim. lit. I. à num.* 750. *vsq; ad nu.* 769. vbi ampliat, & limitat hanc doctrinam.

4. Nota vlterius, quod Syndicatores; siue Ordinarij, siue Delegati sint, vt suspecti recusari possunt, Put. *in tr. de Sydic. vers. suspicio n.* 1. 2. & 3. *vbi concordantes, & Guaz. c.19. n.56.*

5. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt Delegatus à Principe tanquam suspectus recusari possit, Menoch. *de arbit. iud. q.* 54. *n.* 11. & *seq. lib.* 1. Baiar. Ias. Bal. qui loquitur in Delegato ad vnam, & etiam ad vniuersitatem causarum, Franc. Io. Ant. de Nigr. qui loquuntur etiam in delegato à Papa, & Guaz. *c.19. num.15.*

6. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt Iudex suspectus dari possit non modo, quando est solus, sed etiam quando habet alterum, vel plures Coniudices, qui procedentes in causa cum Iudice recusato, totus processus inualidus redderetur, Franc. & Guaz. *n.* 59. De hac autem nullitate vide dicenda *infra n. proximè seq.*

7. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt Collegiũ, Vniuersitas, & Concilium possint, vt suspecti recusari, Tusch. & Guaz. *n.23.* & 57. Boer. Lancell. & Scacc. *de appel. q.16. lim.1. n.16.* Et quidem, quod Concilium Prouinciale recusari possit, tenuerunt Boer. Dec. Felyn. Ripa, Specul. & Menoch. alios etiam inducens, *de arbitr. iudic. lib.* 2. *cas.* 458. *nu.3.* Licet secus sit in Concilio Generali, Abb. Dec. Ripa, & Menoch. *num* 24. vbi testatur de recepta ferè omnium DD. sententia, de quo dicendum erit *infra nu.* 15. Quod vero Senatus recusari possit dicunt, Boer. & Menoch. *nu.* 11. Item quod Collegium recusetur, aiunt Alber. & Menoch. *n.12.* Intellige dum manifestè constat de iusta causa recusationis, aliàs præsumitur fraus in recusante tot Iudices, Bald. Ias. & Menoch. *d. nu.* 12. Vide pro hac ampliatione Far. *in Fragm. crimin. lit. I. n.* 708. 709. & 710.

& 710. vbi probat, & limitat.

8. SVBAMPLIATVR 4. Ampliatio. Vt dum caput vnius Congregationis est suspectus, tota Congregatio, vt suspecta recusari possit, Brun. & Scacc. de appel. q. *16. lim.* 1. nu. *16.* vnde si Archiepiscopus sit suspectus, tota Synodus Prouincialis, vt suspecta recusari posset, Boer. Brun. Fely. & Scacc. *d. num. 16.* Bald. Dec. & de recepta opinione testatur Ripa, & hos sequitur Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 458. nu. 16.* Idem dic de Præsidente, seu Præsidentibus Concilij, vel de aliquo magnæ authoritatis viro, cui alij nō audeant contradicere, dum enim tales suspecti sunt, totum Concilium suspectum redditur, Tusch. qui de communi concordantes allegans *tom. 7. cōcl. 907. nu.* 8. Fely. Put. & Guaz. *cap. 19. nu. 77.* cessante tamen fraude in recusante, Caualc. & Guaz. *ibid.* & Far. *ibid. cum concordantibus nu. 711. & seq.*

9. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt recusari possit per solum iuramentum Iudex destinatus ad recipiendum examen, Cagnol. Thesaur. & Guaz. *nu.* 18. Idem dic de Consultore, Notario, Actuario, & Cancellario, Caualc. Tusch. qui alios allegat, & ait in hoc ius Canonicū nihil immutasse, & Guaz. cum concordantibus *num. 19.* De his Far. *nu. 719. & 720.*

10. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt Arbiter, Arbitrator, & quicumq; alius cognitor suspectus recusari possit, Tusch. qui cum Bald. dicit, quod in Arbitratore grauis causa requiritur, Caualc. & Guaz. *defen. 1. cap. 19. num. 21.*

11. AMPLIATVR 7. Regula 1. Vt Episcopus, & Archiepiscopus suspecti dentur, & Adiuncti illis assignentur, Franc. Guaz. & alij, *nu.* 22. Et nota, quod in quocumque casu Iudici Adiunctus datur, statim eiusdē Iudicis iurisdictio cessat, vt solus procedere non possit, Thesaur. & Guaz. nu. *31.*

12. AMPLIATVR 8. Regula 1. Vt Iudex recusatus præsens esse non possit, coram Iudice ad quem, discussioni, & relationi super recusatione, Tusch. *tom. 7. concl. 911. nu. 1.* vbi alios allegat, Capic. Caualc. Carauit. & Guaz. *nu. 36.*

13. AMPLIATVR 9. Regula 1. Vt recusatione pendente, Iudex ad vlteriora procedere non possit, Alex. Guaz. & alij, *nu. 37.* Et dum Iudex ex legitima causa suspectus datus fuit, ad vlteriora procedens, nullum, ipso iure, processum facit, Tusch. *concl. 913. num. 25. & seq.* Bart. *in l. quia poterat, ff. ad Trebel.* Baiard. Bertaz. Guaz. plures concordantes inducens, *cap. 20. nu. 1.* Vant. *de nullit. ex defec. iurisd. Ordin. num.* 140. & Far. qui de magis communi *cons 76. n. 26.* Quod tunc maximè procedit, cum causa per appellationē ad alium fuit translata, Far. *cons. 17. nu. 1.* vbi de magis communi, Tusch. Lancell. & alij relati à Guaz. *nu. 3.* Vbi refert tenentes, de iure ciuili, acta post solam recusationem esse ipso iure nulla, de iure verò canonico, constito de suspicione, acta venire annullanda: Cum verò appellatum non fuit, acta valida esse, post Innoc. tenet Gabr. *lib. 2. tit. de iudic.*

Recusatus an possit ad vlteriora procedere.

concl.

concl. 5. *nu.* 2. vbi concordantes, & testatur de communi, Franc. Rom. & alij relati a Guaz. *defen.* 1. *c.* 20. *nu.* 2. Vide infra, *q.* 156. *nu.* 10.

14. Cum autem hic punctus controuersus appareat, Far. *consil.* 17. *nu.* 1. concordat opiniones dicens, quod Bart. opinio seruanda sit in terris Imperij, Innoc. verò sententia in terris Ecclesiæ; & eodem modo hanc côtrouersiam concordare nituntur Bertaz. Alex. Osasc. & Tusch. relati à Guaz. *cap.* 20, *nu.* 3. Sed vt, quod tutius est, quis sectetur, ille qui recusat simul appellet à Iudice procedente ad vlteriora, & ita reddetur vlterior processus nullus, iuxta proximè adducta in ampliatione, de cuius materia latè Tusch. *tom.* 6. *concl.* 411. *vers. Iudex suspectus qualiter, & to.* 7. *concl.* 913. per totam; Diffusè etiam Far. *in Fragm. crim. lit. I. à nu.* 931. *vsque* 953.

Limitatur prima Regula vsque ad nu. 30.

15. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt Papa non possit remoueri vt suspectus Bero. Tusch. Guaz. *defen.* 1. *cap.* 19. *n.* 79. Franc. Lancell. Scacc. *de appel. q.* 16. *lim.* 1. *nu.* 7. & Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *cas,* 459. *nu.* 60. Sicut nec Concilium vniuersale, Papę authoritate congregatum, Bero. Tusch. Guaz. & alij, *nu.* 79. Menoch. *nu.* 56. vbi testatur de veriore. Idem dicendum est de Imperatore, & de quolibet Principe superiorem nô recognoscente, Scacc. *nu.* 9. Bero. Franc. Tusc. & Guaz. *d. nu.* 79. Far. cum concordantibus *in Fragm. in lit. I. num.* 721.

16. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt recusari non possint vt suspecti Magistratus maiores immediatè à Principe supremo procedentes Osasc. *decis.* 15. *nu.* 10. Guaz. *defen* 1. *cap.* 19. *num.* 14. *per tex. in Auth. si verò contigerit C. de iudic.* & testatur de practica Vrbis in A. C. Senatore, Vicario, & Gubernatore, qui rarissimè remouentur, vt suspecti. Quando verò tales, vel Cardinalis legatus à latere, siue Prorex remouendi essent, ante remotionem de vera, & legitima causa constare deberet, Baiar. Carauit. Caualc. & Guaz. *d. n.* 14. Sed regulariter, Cardinales præsertim, non remouentur, vt suspecti, nisi forte in causa alterius Cardinalis Iudices essent, Franch. qui concordantes inducit *in cap. postremo, num.* 15. *de appellat. in* 6. Qui idem sentit de Religioso Cartusiensi, & de alio religioso bonæ obseruantiæ, & eum sequitur Scacc. *de appell. q.* 16. *limit. prima nu.* 17. De recus. Cardinalis Far. *in Frag. lit. I. n.* 725. *& seq.*

17. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt Princeps nô recognoscens Superiorem, Iudicê dare possit cum clausula, quacumq; suspicione, seu recusatione remota, Franch. & Scacc. *nu.* 118. vbi de vera, & communi testatur. Et præsertim, quod Papa possit hoc præstare, tenet Lancell. qui de communi, *tract. de attent. p.* 2. *cap.* 6. *de attent. post recusat. num.* 32. *tom.* 5. Qua clausula stante Iudex, recusari non potest, quamuis recusatio friuola non esset, Franch. & Scacc. *dict. nu.* 118. Sed si dictus Princeps committeret cum clausula, Recusatione remota, sine particula illa (quacumque) vel alia ampla simili, intelligeretur — Princeps causam committit, recusatione remota &c.

tur

tur de suspicione friuola, non autem de iusta, & releuante, Franch. Lancell. Specul. & Scacc. *de appel. quæst.16.lim.1. nu.* 120. Cum quæ tamen clausula inferior Principe committere non potest, Franch. & Scacc. *num.*124. Nec Legatus à latere, Franch. alios inducens. & Guaz. *defen.1. cap.19. num.9.* Et vt probabitur *infra n.*57. recusatio, & appellatio pari passu ambulant; latè de limitatione Far. *in frag. crim. lit. I. nu.*954. *vsque* 971.

18. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt suspecti dari non possint omnes de Collegio, Bero. Tusch. & Guaz. *nu.*80. sicut nec omnes Iudices in Ciuitate existentes, Mascar. concordantes allegans, & testans de communi, Io. Ant. de Nigr. qui ait, quod, qui ita omnes suspectos allegat, in fraudem facere censetur, maximè quando causa esset parua, & extra Ciuitatem commode mitti non posset, & subscribit Guaz. *nu.* 74. *& seq.* Sed cessante fraude omnes recusari posse tenuerunt Cauàlc. & Guaz. *vbi proximè.*

19. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt merus Executor nō recusetur, cum nullum possit præiudicium inferre, Bero. & Tusch. *tom.7. concl.* 907. *nu.* 13. Nisi Executor cognitionē causæ haberet, Bero. Tusch. *d. nu.*13. Caualc. & Guaz. qui limitationi, & sublimitationi subscribit, *nu.* 82. Et esset Executor mixtus, habens iurisdictionem, Franch. & Scacc. *nu.* 11. vide Farin. *in frag. crim. lit. I. num.*728. *& sequentibus,* vbi declarat, &c.

20. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt in notorijs criminibus Iudex, vt suspectus recusari nō possit, Bero. Innoc. Specul. & Far. concordantes alios citans *quæst.*21. *num.* 129. Clar. Lancell. & Guaz. cum alijs *nu.*84. *&* 99. Intellige, dum pœna est determinata, secus si esset arbitraria: Item dum est notorium facti permanentis, secus si sit facti transeuntis, Burlat. & Far. cum concordantibus *quæst.*21. *nu.* 130. & Guaz. *defen.1. nu.*85. & diffusius de hac limitatione Farin. *in fragm. crim. litera I. nu.*699. *& sequentibus.*

21. LIMITATVR 7. Regula 1. Vt Iudex de consensu partium electus, recusari non possit, Mascar. Specul. Tusch. & Guaz. *nu.*81. *& est tex. in l. item si suspectus, ff de procurat.* Nisi post electionem causa ad recusandum sufficiens superueniret, Thesaurus, qui alios allegat, Simon. de Præt. & Guaz. *cap.* 21. *nu.* 63. Vtrumque probat Far. *in fragm. litera I. nu.*695 *& seq.* Qui idem solidè probat de impetrante *nu.*692. 693 *&* 694.

22. LIMITATVR 8. Regula 1. Vt recusatio, dum est facienda, debeat fieri ante litis cōtestationem, Bertaz. *cons* 8 *nu.*5. *vol.*1. Mascar. qui de cōmuni, Marant. Gram. & Guaz. *cap.*19. *nu.*87. Et in summarijs, in quibus lis non contestatur, primus actus, qui fieri solet post litis contestationem, inducit contestationem litis, Carauit. qui de cōmuni Marant. & Guaz *nu.* 87. *& est tex. in l. apertissimi, vbi glo. C. de iudic.* & ante talem primum actum in his, recusatio erit facienda; Immo recusatio debet precedere omnes exceptiones etiam dilatorias, Bertaz. *cons.*8 *n.*5. *vol.*1. Felyn. *in cap.* Recusatio Iudicis, quo tempore facienda.

inter monasterium, de re iudic. Io. Ant. de Nigr. qui alios citans, testatur de communi, & Guaz. *ibid.* sed si vno contextu proponerentur plures exceptiones, licet tutius esset, vt prius opponeretur recusatio tamen si daretur recusationi etiam vltimus locus, non per hoc induceretur consensus in Iudicem, nec præposteratio noceret, Felyn. *n.* 5. Ang. Io. Antonin. de Nigr. & Guaz. *n.* 88. In eadem enim scriptura non datur primum, nec secundum, sed omnia intelliguntur perfecta in eodem instanti, Ias. *in l.* 2. *§. prius n.* 21. *ff. de vulg. & pupil.* Menoch. *præsumpt.* 134. *n.* 23. *lib.* 3.

23. SVBLIM. 1. Dum comparens protestatur non intendere consentire, nisi quatenus iuris esset, tunc enim, etiam post contestationem litis, posset Iudicem recusare, Abb. Bald. Felyn. & Guaz. *defen.* 1. *c.* 19. *num.* 92.

24. SVBLIM. 2. Dum causa suspicionis de nouo superuenit, quia, tunc recusatio potest fieri etiam post qua n in causa cōclusum fuit, Carauit. qui concordātes allegat, & testatur de veriore opinione, Franch. Maran. & Guaz. *nu.* 95. Quod autem causa post litem contestatam superuenerit, vel post quam in causa fuit conclusum, notorie, & clare apparere debet, Franch. Mascard. & Guaz. *n.* 95. qui has, & plures alias sublimitationes proponit *à num.* 88. *vsque ad numerum* 98. quæ cum parum ad nos faciant, prætermittuntur hic. De materia huius limitationis, & sublimitationum Farin. *in fragm. crim. agit num.* 197. 698. *in litera I. cum pluribus sequentibus, nempe vsq; ad numerum* 914.

25. LIMITATVR 9. Regula 1. Vt si ille, qui Iudicem suspectum allegauerit coram eodem comparreat; allegando, producendo testes, petendo, vel recipiendo dilationes, vel aliqua faciendo tāquam coram Iudice, ab eodem Iudice suspicio tollatur, Bald. & Tusch *tom.* 7. *concl.* 113. *num.* 34. Mascar. & Guaz. *num.* 71. & *est text. in c. cum venissent, de testibus.*

26. Et ideo, qui Iudicem suspectum allegauit, vt sibi non præiudicet, coram eodem comparendo, in qualibet comparitione protestetur, se facere citra consensum in iurisdictionem, & intendere, se non recedere à facta recusatione, in eumq; non consentire, nisi quatenus de iure teneretur, Felyn. Io. Ant. de Nigr. & Guaz. *num.* 72. vbi testatur de practica in Vrbe obseruata.

27. LIMITATVR 10. Regula 1. Vt allegans Iudicem suspectum, reuerenter, & sine verbis iniuriam præseferentibus loqui debeat, Io. Ant. de Nigr. & Guaz. *defen.* 1. *c.* 109. *n.* 62. & *est tex. in l. quisquis, C. de postulando, & in c. in loco,* 5. *q.* 4. Recusatio quibus verbis fiat?

28. LIMITATVR 11. Regula 1. Vt Procurator non possit Iudicem suspectum allegare, nisi ex speciali mandato, Caualc. qui concordantes allegat *de brach. Reg. p.* 3. *n.* 334. Rom. Tusch. & Guaz. *n.* 61. Farin. *in fragm. Crim. lit. I. n.* 704. vbi etiam inducit DD. contra tenetes, dum procurator pro absente principali de raro promittit. An per Procuratorē recusetur Iudex?

29. LIMITATVR 12. Reg. 1.

Vt

Suspectus in iudicando non sit suspectus in delegando? Vt suspectus in iudicando non sit suspectus in delegando, Bar. Castren. & Dec. quos refert, & sequitur Menochius *de arbitr. iudic. cas.* 458. *num.* 19.

Causa suspicionis, an corã Iudice à quo sit exprimẽda? 30. LIMITATVR 13. Reg. 1. Vt quicquid sit de iure ciuili, tamen de iure canonico, quod seruandum est in statu Ecclesiæ præsertim, & magis apud Ecclesiasticos, causa suspicionis coram recusato sit exprimenda, Far. *cons.* 17. *n.* 16. *in fin.* vbi addentes, qui alios allegant, Carauit. Gram. Rolan. Guaz. *num.* 63. *& est tex. in cap.* 2. *requiris, de appel. vbi not. glo.* quod talis debet esse causa allegata, quod si probata esset, legitima reputari deberet *per c. cum speciali, de appell.* nisi suspicio esset famosa, quia tunc alleganda, & probanda esset coram Superiore, Clar. qui de communi, *§. fin. quæst.* 43. *in fine*, vbi de communi *per dictum c.* 2. *requiris*, & not. Guaz. *nu.* 66. Et ad suspendendum iudicium, donec Superior adiri possit, dum causa est famosa, sufficit pro tunc iuramentum, Far. & ad eum addentes, qui alios allegant, *cons.* 17. *num.* 16. Baiar. Mascar. & Guaz. *num.* 64. *cap.* 19. *defen.* 1. Hæc procedunt regulariter, sed dum suspicio esset iuris, & de iure, excipere necesse non esset, & acta a suspecto, quamuis non sit proposita exceptio, nulla essent, Franch. & Scacc. *de appell. quæst.* 7. *num.* 71. latè de hac limitatione Far. *in fragm. lit. I. d n.* 882. *vsque ad numerum* 896.

Causas suspicionis, non Arbitrorum, sed Superiores cognoscunt. 31. Nota, quod cum hodie, vt dictum est *supra num.* 2. Arbitrorum electio ad causam suspicionis cognoscendam non sit in vsu super tali exceptione, & an causa probetur, legitimaque sit, Superiores cognoscunt, & alium Iudicem, vel Adiunctum concedunt, Clar. *§. fin. q.* 43. *in fin.* & ibi Baiar. *n.* 18. Carau. latissimè, & Guaz. *n.* 70. Quod Arbitrorum electio recesserit ab aula in statu Ecclesiastico, testis est Far. *n.* 929.

Recusatio fit in Scriptis cũ causæ expressione. 32. Nota vlterius, quod recusatio Iudicis in scriptis fieri debet, & dum viua voce tantum fit, non tenet, Ias. in *l. fin. num.* 11. *C. de iur. dic.* & Guaz. *num.* 103. Farin. concordantes inducens in *fragm. crim. litera I. num.* 703. Dum autem in scriptis recusatio porrecta fuit, appellatio non requiritur, secundùm Far. *cons.* 17. *num.* 4. vbi concordantes citat; Præsertim quando recusans adire Superiorem non potuit, Bertaz. Caual. Carau. & Guaz. *n.* 103. vbi cum Menoch. & Caual. ait, quod vnico contextu causa legitima exprimenda est: Nisi esset scandalosa, quia tunc in Actis non exprimeretur, sed Superiori proponeretur.

Probãde causæ. 33. Nota tandem, quod si allegans causas suspicionis non probet, iniuriarum actione tenebitur secundùm Bal. *in cap. super, de offic. Deleg.* Ang. Baiar. & Guaz. *n.* 62.

An Iudex recusatus, cognoscat super exceptiones contra se datas? 34. Pro corollario eorum, quæ vsque huc dicta, & dicenda sunt *in hac quæst.* obserua, quod super exceptiones, quæ ad recusandum Iudicem, contra eius iurisdictionem proponuntur, regulariter ipsemet Iudex cognoscit: At si opponatur aliqua exceptio ad eum recusandum eius sugillans personam, vt

quod sit infamis, excommunicatus, &c. non potest ipse super huiusmodi exceptione cognoscere, Alex. Imol. & Clar. qui testatur de communi *q. 43. §. fin. vers. vnum*, quia, vt idem Clar. ponderat, Iudex esset in propria causa, & certè numquam declararet se infamem &c. & ideo Superior super tali exceptione cognoscit, vel aliũ Iudicem, ad cognoscendum, dare debet. De hac materia, an Iudex cognoscere possit super exceptionibus contra se datis, melius qnam alibi declaratur per *glos. in l. ex quacumq; in ver. sciatur ff. si quis in ius vocatus non ier.* de quo etiam agit Fely. *in cap. super literis num.* 18. *cum seq. de rescriptis*.

Plures sũt causæ recusandi Iudicẽ.

35. REGVLA 2. sit; Plurimæ, dubio procul, sunt iustæ, legitimæ, & sufficientes causæ ad Iudicem suspectum recusandum, quæ referuntur, à DD. & præsertim a Laurent. Beneuent. *in suo eleganti tract. de Iudice suspecto*; à Franch. *in cap. postremo, de appell.* vbi 40. causas enumerat, *& ibidem* Alex. causas 90. ponit; a Guaz. qui *defen.* 1. *cap.* 21. *per totum*, causas 53. affert: Et ego h c insinuabo magis practicabiles, releuantes, & quotidianas, & ad pauca capita illas redigam.

Inimicitia, an sit legitima causa Iudicem recusãdi?

36. Causa 1. sufficiens ad Iudicem recusandum, & in totum, vt suspectum remouendum, est inimicitia, Aret. & Ias. *in l. apertissimi, C. de iud.* Maran. Mascar. & Guaz. *defen.* 1. *cap.* 21. *n.* 4. Inimicitia verò ex iisdem capitibus colligitur ad Iudicem repellẽdum à iudicando, ex quibus repellendi essent testes a testificando, facilius enim repellitur Iudex à iudicãdo, quam testis à testificando, Tuich. *tom.* 7. *concl.* 908. *n.* 11. Masc. & Guaz. *n.* 2.

37. Capita verò dicta inimicitiæ fusè referuntur à Far. *q.* 49. *per totam*: & ea quæ ad Regulares spectare possunt, adnotata sunt *hic infra q.* 27. & ad propositum etiam faciunt, *dicta, q.* 26. De pluribus capitibus inimicitiæ, ex quibus, vt suspectus remouetur Iudex, in specie agit Guaz. *cap.* 21. *à n.* 4. *vsque ad numerum* 10. *Qui n.* 5. cum Maran. & Franch. tenet quamlibet inimicitiam, etiam non capitalem sufficere ad Iudicem, vt suspectum remouendum; Dummodo allegetur in specie, Capic. Carau. Frãch. & Guarz, *n.* 6. Qui *dict. n.* 5. exemplificat in Iudice, qui salutantem non resalutauit, & iterum tenuit idem, *n.* 37. ex Maran. & Put.

38. Supradicta procedunt, quamuis inimicitia Iudicis processerit ex culpa, & facto proprio ipsius allegantis, Franch. & Scacc. *de appell. q.* 17. *limt.* 47. *mem.* 1 *n.* 18.

39. Ad causam inimicitiæ reducuntur sequentia, ex quibus Iudex, vt suspectus, recusatur; Puta, quia iam iudicauit semel, & in causa appellationis constat grauasse, Io. Andr. *in c. ad hæc. de appel.* quem teste Franch. ibidem communiter DD. sequuntur, & tenent Guaz. *defen.* 1 *cap.* 21. *n.* 24. Dec. & Scacc. *quæst.* 17. *lim.* 47. *mem.* 3. *n.* 2 Et ex hoc capite Iudex suspectus erit, non modo in eadem, sed etiam in aliis causis omnino separatis, Franch. & Scacc. *n.* 3. quod maximè procedit in grauamine torturæ, quia iniustè tortus, & etiam

tota

tota eius domus, talis torquentis iurisdictionem declinare potest, Ang. *in l. 2. nu. 4. ff. de appell.* Scacc. *de appell. q. 17. lim. 47. mem. 3. n. 3.* Vt si Iudex, denegatis copijs indiciorum, vel sine indicijs Reum ad torturam posuit, Castren. & Guaz. *num. 29.*

40. Imò, quòd sufficiat ad Iudicem recusandum, quod semel in eadem causa iudicauerit, licet non constet de grauamine, cum non præsumatur, opinionem mutare velle, ne sibi sit contrarius, voluerunt Aret. *cons. 29.* & Io. Ant. de Nigr. *super constit. Reg. cap. 217. n. 43.* Et quod idem dicendum sit quamuis de grauamine non constet, dummodo recusans in alia causa ab eodem Iudice appellauerit, pendente appellatione, opinati sunt, Franch. Imol. & Maran. quos refert Guaz. *dicto n. 24.* Vbi ait hoc sine difficultate procedere, si probetur, quo Iudex propter appellationem, contra appellantes vlcisci soleat. At quod regulariter non sufficiat appellationis pendentia in alia causa, nisi de grauamine constet, verum existimarunt Io. Andr. quem sequitur Scacc. *nu. 4.* & est communis DD. sequenda, non enim qui temere appellauit, iure potest Iudicem suspectũ allegare, vt not. Abb. Cardin. Alex. & Scacc. *de appell. q. 17. lim. 47. mem. 3. n 4.*

41. Ad eandem inimicitiæ causam iustam pertinet Iudicis recusatio, eo quod sit nimis seuerus, & crudelis, Bal. Iaf. Maran. & Guaz. *defen. 1. cap. 21. n. 44.* Indiscretus, iniquus, Bal. Maran. & Guaz. *nu. 47.* vbi cum Franch. idem dicit de Iudice; qui iniquus esse consueuit. Idipsum dicendum est de Iudice, qui in causa Aduocatũ audire non vult, Lanfranc. Maran. & Guaz. *nu. 49.* Vel qui excedit modum in exequendo, aut non seruat essentialia iudicij, puta non admittendo testes, dum debet, seu potestatem delegatam vltra metas excedendo, *cap. super quæstionem, de offic. Deleg* & not. Nauar. *in cap. si quando de rescriptis nu. 6.* Pegn. quem sequitur Bouer. *in direct. par. 3. ca. 1.* Similiter suspectus recusari potest Iudex, qui grauamen comminatur. Franch. Maran. Put. & Guaz. *nu. 36.* Et hoc quamuis comminatio extraiudicialis tantũ fuerit, Tusch. *tom. 7. concl. 908. n. 31.* Castren. & Guaz. *n. 28.*

42. Repellitur pariter Iudex, vt suspectus, quando Domini allegantis inimicus esset, Bar. Io. Andr. Lanfrac. & Guaz. *n. 55.* sicut etiam si Dominus suspectus esset, & tota eius familia suspecta reputaretur, Franch. Maran. & Guaz. *n. 34.*

Nota, quod Iudex, dum est suspectus ex causa capitalis inimicitiæ, etiam non opposita recusatione, processus ab eo factus est nullus, secundùm Præpos. Ang. Bal. & Farin. *in frag. crim. litera I. num. 706.* Quamuis Iudex ex alijs capitibus notoriè suspectus, validè procedat, & pronunciet antequam recusetur, Abb. Butr. Felyn. & plures alij, quos sequitur Farin. *ibid. nu. 705.* vbi exemplificat in Iudice patre in causa filij, & Domino in causa sui familiaris. De materia huius causæ latè Farin. *num. 862. vsque 881.*

43. Cau-

Amicitia an reddat Iudicē ſuſpectum.

43. Cauſa 2. Principalis ad Iudicem, vt ſuſpectum recuſandum, eſt oppoſita primæ, nempè amicitia, & beneuolentia; Ex qua beneuolentia, & proprio erga ſe ipſum amore, oritur, vt quilibet Iudex ſuſpectus ſit in cauſa propria, vt latè probat Tuſch. *tom.7. concl.* 908. *n.* 1. Et diffuſius *concl.* 422. Oltrad. Maran. & Guaz. *defen.* 1. *cap.*21. *n.* 15. *Qui n.*16. probat etiā Aſſeſſorem, & Officialem illius, de cuius cauſa agitur, eſſe ſuſpectum.

Iudex in cauſa propria eſt ſuſpectus.

44. Ampliatur, quod dictum eſt in proximo numero, vt procedat non modo in Iudice Delegato, quod minus eſſet, ſed etiam in Ordinario, qui in cauſa propria Iudex eſſe non poteſt, *l. Iulianus, la 2. ff. de iudic. l. vnica, C. ne quis in cauſ. prop.* & not. Surd. cum multis ab eo citatis, *conſ.*50. *n.*9. *& conſ.*47. *n.*1. Bal. *in c. primo colum.* 2. *verſ. de propria autem, de inueſt. in marit. fact.* Socin. *conſ.*96. *n.* 7. *volum.*1. Bart. *in l. qui iuriſdictioni ver. n. quid, ff. de iuriſd. omn. Iudic.*

45. SVBAMPLIATVR 1. ampliatio, vt procedat, etiam ſi pars non contradicat, Surd. qui de communi teſtatur, *conſ.* 50. *n.* 24. quia, ipſo iure, quis prohibetur eſſe Iudex in propria cauſa, Surd. *d. n.*24. & Iaſ. *in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. Iud.* & propterea etiam parte non recuſante proceſſus eſſet ipſo iure nullus.

46. SVBAMPLIATVR 2. Vt Iudex Ordinarius in totum ſit remouendus in cauſa propria, nec ei Adiunctus dari valeat, cum quo proceſſum fabricet, & ratio eſt, quia Adiunctus datur, dum Ordinarius ex alijs capitibus ſuſpectus recuſatur, Tuſch. *pract. concl.*200. *in ver. Adiunctus n.* 1. & tunc Ordinarius iuriſdictione in cauſa procedendi non priuatur, ſed tantùm illa iuriſdictio cōmunicatur Adiuncto, ſine quo ipſe Ordinarius in cauſa procedere non valet, Gratian. *diſcept. foren. cap.* 100. *n.* 41. *& ſeq.* At in cauſa propria, Iudex ipſo iure iuriſdictione caret, in puncto Surd. *d. conſ.* 50. *n.* 21. 25. *&* 26. nec non, & melius *n.* 33. *&* 34. vbi probat, quod Iudex quicumquè, etiam ſi ſit Epiſcopus Ordinarius, in propria cauſa omnino iuriſdictione caret, & eſt tanquam priuatus, citans Hoſtien. & alios.

47. Eadem de cauſa, Prælatus in propriæ Eccleſiæ cauſa, vti ſuſpectus recuſari poteſt, Abb. & Dec. *in c. poſtremo, de appell.* Frāch. Maran. & Guaz. *defen.* 1. *cap.* 21. *nu.* 38. qui cum Maran. idem dicit de conſanguineo Prælati. Et idem dicendum eſt de quolibet habente intereſſe in cauſa, puta, quia teneretur de euictione, Franch. Maran & Guaz. *n.*44. vel quia litigaret in ſimili cauſa, talis enim iudicaret, ſicut iudicari vellet, glo. *in c. cum ſuper, de offic. Deleg.* Abb. Franch. Maſcar. & Guaz. *nu.*13.

48. Propriè ex dicta cauſa 2. ſuſpectus allegatur Iudex, qui nimis fauet parti aduerſæ, demonſtrando ei nimię amicitiæ ſigna, Tuſch. *tom.*7. *concl.*908. *n.*8. Franch. Maran. & Guaz. *nu.*25. *&* 35. Immo ſufficit ad hoc, vt veriſimiliter præſumatur Iudicem in fauorem alterius partis inclinare, Bertaz. *conſ.*8. *num.*4. Abb. *in cauſam, quæ il*2.

Iudex eſt ſuſpectus qui nimis fauet vni parti.

il 2. de iudic. Maran. & Guaz. *n.* 14.

Vel parti nimis est familiaris.

49. Idem dic, si Iudex nimis familiaris, & domesticus sit vnius partis, qui suspectus allegari potest, Abb. Dec. & Io. Ant. de Nigr. *in const. Regn. cap.* 217. *n.* 38. Vel commensalis, Tusch. *tom.* 7. *concl.* 918. *n* 6. Franch. Maran. & Guaz. *defen.* 1. *cap.* 21. *num.* 27. Vel subditus, vasallus, seu suffraganeus, latè Bart. *in tract. de Iudic. susp. in princ.* Tusch. *concl.* 908. *num.* 19. *& seq.* Franch. Maran. Put. & Guaz. *nu.* 32. Vel compater, Maran. Put. & Guaz. *n.* 48. Vel Aduocatus, siue Procurator in causa, Frãch. Lanfranc. & Guaz. *n.* 51. Vel testis in causa, Dec. *in c. postremo, de appel.* Franch. Io. Ant. de Nigr. Maran. & Guaz. *n.* 23. Vel consanguineus aut affinis, Bart. vbi supra Tusch. *nu.* 14. 17. *&* 23. Bal. Franch. & Guaz. cum alijs concordantibus *num.* 18.

Vel datus ad partis instantiã &c.

50. Huc spectat, vt Iudex suspectus iure recusetur, dum ad instantiã partis aduersæ datus fuit, Bertaz. *cons.* 8. *n.* 4. *volum.* 1. Caualcan. Franch. Maran. & Guaz. *defen.* 1. *cap.* 21. *num.* 40. Vel si idem Iudex causam sibi cõmitti solicitauerit, Franch. Maran. & Guaz. *nu.* 41. Seu dum donum à parte contraria Iudex accepit, Franch. Maran. & Guaz. *nu.* 42. Siue quando pretio, aut prece Iudex fuit corruptus, Franch. Maran. & Guaz. *nu.* 45. Et idem dicẽdum est, quando vnus impetrauit aliũ, & alius impetrauit alterum, & sic dum Iudices reciproci sunt, Franch. & Guaz. *n.* 54.

Vel ex voti propalatione.

51. Similiter suspectus Iudex redditur, dum parti aduersę, vel etiam alijs, ante sententiam, suum propalauit votum, Cępol. Innoc. & Carauit. *cons.* 134. *num.* 2. Ias. & Guaz. concordantes inducens, & testans ita passim obseruari, *defen.* 1. *cap.* 21. *n.* 64. Aret. Speculat. & Menoch. *lib.* 2. *cas.* 458. *n.* 14. Cum enim Iudex suam detexerit voluntatem, præsumptio est, quod ab ea non recedet, Menoch. *n.* 13. De materia huius secundæ causæ copiosè Farin. *in Fragm crim. litera I. à n.* 808. *vsque ad n.* 829. *immò ad num.* 861.

Iudex imperitus recusatur, itẽ mutus, surdus, furiosus.

52. Causa 3. principalis, ex qua Iudex recusari potest, eius est inhabilitas, vt quia sit imperitus, & causa sit grauis, & difficilis, *c. ex literis de consanguin. & affin.* & not. Bald. Dec. Ias. Maran. Mascar. & Guaz. *n.* 12. Vel quod sit mutus, surdus, vt tenent Armil. Gratian. Tabien & Bouer. *in direct. p.* 3. *c.* 1. Vel perpetuo furiosus glos. *in c.* 1. *vers. & qui perpetuo*, 3. *q.* 7. Immò absque recusatione, Iudicis muti, surdi, furiosi, & similium processus est ipso iure nullus; Idem dic de similibus, puta de minore 18. annorum, de perpetuo cæco, &c. Bald. quem sequitur Fely. *in c. ad probandum de re iudic.* Late Caualc. *de brach. Reg. Frag.* 3. Vant. & Guaz. *c.* 22. *n.* 3. *def.* 1.

Itẽ excõmunicatus

53. Ex eodem capite inhabilitatis recusari potest excommunicatus, Armil. Sylu. Tabie. & Bouer. *in d. c* 1. *& est tex. in c. decernimus de sent. excom. in* 6. Stante enim sentẽtia excommunicationis contra Iudicem, eius iurisdictio vsq; ad absolutionem suspẽditur, Franch. Innoc. Vant. & Guaz. *n.* 5.

54. Inha-

[illegible] de cr[illegible] con- demnatus.

54. Inhabilis similiter est Iudex criminosus, condemnatus de furto, adulterio, vel similibus, qui de talibus criminibus iudicare non potest, & propterea iure recusatur in iisdem criminibus, Ang. *in l. cum Prætor. §. non autem, ff. de iudic.* Innoc. *in cap. sup. literis de rescrip.* Lanfranc. & Guaz. *n. 9. & est tex. in l. Iudices, C. de Dignit.* Secus si de prædictis non fuerit condemnatus, tunc enim exceptio criminis, Iudicis iurisdictionem, siue Delegatam, siue Ordinariam non suspēderet, nec repelli posset, Card. Alex. & Clar. qui testatur de communi *q. 43. vers. item*, Marian. Soc. & Guaz. *n. 2.*

Causa expellens, testem, etiā Iudicē repellit.

55. Generalius, *quam supra n. 36.* hic notandum, quod omnis causa, quæ ad testem suspectum allegandum sufficiens est, multo magis sufficiet ad Iudicem allegandum suspectum, faciliùs enim Iudex à iudicando repellitur, quam testis à testificando, Tusch. *to. 7. concl. 908. n. 11.* Mascar. concordantes inducens, Lanfranc. & Guaz. *c. 1. n. 2.* Ias. *in l. apertissimi n. 7. C. de iudic.*

Iudex recusatus supersedeat regulariter.

56. Tandem animaduertendum, quod licet causæ, ad Iudicem repellendum vt suspectum, debeant esse sufficientes, & legitimæ, tamen saltem de consilio, dum Reus Iudicem suspectum allegat, dicens sibi non confidere, causas suspicionis allegare, Iudex supersedere debet, donec consulatur Superior, qui mandet, vel causam per alium cognosci, vel per se ipsum, non obstātibus allegatis suspicionibus; ita Bertaz. *lib. 1. cons. 8. n. 39.* Conrad. *de offic. prætor. n. 9.* Et vt bonus, doctus, & Deum timens Iudex, vt not. Ambrosin. *de modo forman. process. inform. lib. 1. cap. 7. n. 20. & seq.* libentissimè à talis causæ cognitione abstinere debet. Non est nihilominus dubitandum, quod recusatio notoriè frustatoria, absq; periculo attentatorum, per Iudicem recusatū sperni possit, Costa, Guaz. & alij, *defen. 1. cap. 21. n. 65.* Immò præsertim, quando in limine expeditionis, vel prolationis sententiæ, si recusatio manifestè calumniosa proponeretur, reijcienda esset, Rot. Rom. *decis. 563. nu. 16. & seq. part. 1. in nouissimis.* & Guaz. *d. n. 65.*

Recusatio, & appellatio æquiparantur.

57. Plura de materia huius quæstionis Guaz. *defen. 1. cap. 19. 20. & 21.* nec non plurima erunt ad propositum dicenda *infra tract. 13. vbi agetur de appellatione*, cum recusatio, & appellatio pari passu ambulent, secundū Franch. Fely. & Scacc. *de appel. q. 16. lim. 1. n. 8.* Et diffusius Far. *in Frag. crim. litera I. in ver. Iudex à num. 685. vsque ad num. 971.*

Religiosis recusatio licita, an sit?

58. Non desinam hic adnotare, non licere Religiosos, nisi in casu raro, in quo licita esset appellatio, Regularem Prælatum recusare, nempè, quando constaret, quod iste omninò iniquè se gereret in materia graui, ita Sanch. *lib. 6. in Decal. cap. 8. nu. vlt.* & Leza. *to. 1. cap. 9. n. 8.* Qualiter autem se gerere debeant Regulares, tam recusans, quam recusatus, agit Peirin. *tom. 1. quæst. 1. de obedientia cap. 19. §. 1.*

Quot,

Quot sint criminum genera, & à quibus sint plectenda? Quæstio 7.

1. HVCVSQVE de causa iudicij efficiente actum est, *in hac quæst. & sequenti*, de eiusdem causa materiali, quam etiam dicũt materiam circa quam, differendum erit; Nempè de diuersis criminum generibus: Crimina nanq; sunt velut materia, circa quam iudicia omnia versantur; de quibus propterea iterum, atq; iterum in progressu huius operis agẽdum erit, præsertim *à q.* 107. *vsque ad q.* 132. in quibus, ex professo, de quamplurium delictorum generibus, & eorum pœnis pertractabitur.

Quatuor criminĩ genera. 2. REGVLA 1. sit. Crimina omnia ad quatuor genera redigũtur; Ad leuia, grauia, grauiora, & grauissima, & de hac distinctione meminit Bar. *in l. si non solum §. si mandato meo, n.* 7. *ff. de iniur. glos. in l. auxilium, ff. de minor.* Panorm. *in c. tuæ, de pœn.* & Clar. *in lib.* 5. *§.* 1. *vers. sunt etiam*.

In leuibus, & grauibus, qui procedant? 3. REGVLA 2. sit. In leuibus, & grauibus criminibus, non solum Superiores Maiores, sed etiam Minores, vt Guardianus, Præses, & Vicarius sine vllo prorsus scripto salutaribus pœnitentijs procedere debent omni appellatione remota, vt determinatur *iuxta c. ad nostram, c. reprehensionis, & c. specialis. §. porrò de appell. & notat* S. Antonin. 3. *par. tit.* 9. *c.* 8. Clar. *§. fin. q.* 8. *sub vers. scias tamen*; & Far. *q.* 21. *num.* 136.

4. LIMITATVR. Vt appellatio in his licita sit, dum Superiores correctionis modum excedunt, *c. de Priore, de appell.* & ponderat Abb. *in dict. cap. ad nostram, & in c. cum speciali*, & Feder. de Sen. *cons.* 55. *circa finem*; hanc limitationem habes etiam *in c. irrefragabili, c. de offic. Ordin.*

Quid in grauioribus, & in grauissimis. 5. REGVLA 3. sit. In grauioribus, & grauissimis, habetur *in q.* 108. *vsq; ad q.* 113. *hic infra*.

6. De materia huius quæst. agit Bouer. *in Direct. p.* 1. *c.* 6. *&* Franc. Arret. *in praxi c.* 3. *in* 1. *substantiali iudicij*. Ego *in q.* 107. *vsq, ad q.* 132.

An apices, & Solemnitates iuris, in Regularium iudicio dimitti debeant? Quæstio 8.

1. IN *Superiori quæst.*, de materiali, *in hac, & sequenti q. ritè* de formali iudicij causa tractandum erit; Nempè *in præsenti q.* de apicibus, qui sunt forma dimittenda in Regulari priuilegiato iudicio, licèt in alijs non priuilegiatis iudicijs, forma talis seruanda sit; In sequenti verò de substantialibus, & essentialibus iudicij, quæ ad formam necessariam spectant, in eorum iudicijs etiam à Regularibus seruandam.

Apices quid? 2. Et pro tituli declaratione, præmitto; Apices, & solemnitates iuris esse, quę ad perfectionem, pompam, & ornatum, iudicij, de iure ciuili, vel canonico ordinata fuere, vt declarat Abb. *in c. dilecti de iudic.*, S. Antonin. *par.* 3. *tit.* 9. *c.* 15. *§.* 6. *&* 7. Nauar. *in lib.* 2. *tit. de appell. cons.* 5. *n.* 10. & Sylu. *ver. iudex* 1. *q.* 5.

Apicibus dimissis, procedere posſũt Regulares, ſummariè, &c.

3. REGVLA ſit. In iudicio Regulari apicibus, & ſolemnitatibus iuris dimiſſis, procedere Iudices poſſunt ſimpliciter, ſummariè, de plano, & ſola facti veritate inſpecta, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: Hæc regula eſt cõmunis ferè omnium interpretum iuris Canonici, & maximè Abb. *in c. cum contingat, de foro compet.*, & eſt fundata *in c. qualiter, & quando, il 2. in fi. de accuſa.*; vbi prænotato ordine iuris à non Regularibus ſeruando, ſubditur ſic. Hunc tamen ordinem circa Regulares perſonas, non credimus vſquequaq; ſeruandum; *& in c. olim eod. tit.*, vbi declaratur; Non decere ſeruos Dei inuolui in ſtrepitibus iudicialibus; & propterea in eorum negocio procedendum eſſe de plano, & ſine iudiciorum ſtrepitu; Et in noſtris *Conſtitutionibus in c. 10. §. & perche, in illis verbis*: Et non s'oſſeruino le ſottilità delle leggi, ouero le giudiciarie tele, ſecondo la conceſſione di Bonif. VIII.

4. Eadem regula fundamentum habet *in d. Indulto Bonif. VIII.*, *de quo in Compen. priuileg. ver. appellare n. 1. & ver. correctio fratrum n. 6.* tenoris ſequentis.

Bonifacij Indultum.

5. Bonifacius Epiſ. Ser. Ser. Dei, dilectis filijs Generali, & Prouincialibus Miniſtris, & vniuerſis fratribus Ordinis Fratrum Minorum &c. Authoritate Apoſtolica indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones fratrum eiuſdem Ordinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis ſupradicti, ad quos ſpectare ea noſcuntur, rimulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis liberè procedere valeant, ſecundum conſuetudines approbatas, & Generalia facta, & facienda Ordinis inſtituta, &c. Itaque apices, & ſolemnitates iuris, ſeruandæ apud non priuilegiatos, dimittendę ſunt apud priuilegiatos Regulares.

Quomodo Regula, & Indultum intelligãtur?

6. Caueant tamen Regulares Iudices, ne cum aliquibus minus iuris peritis allucinentur, & decipiantur, non rectè verba Indultorum, præſertim adducti *priuilegij Boniſ.* intelligentes; quæ ſunt iſta. Rimulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis, &c. Non enim, vt animaduertit S. Antonin. *par. 3. tit 9. c. 15. §. 7.* intelligi debent hæc verba, vt in procedendo in iudicio Regulari, poſtponantur omnia ciuilia, & Canonica iura, quia hoc eſſet *contra l. bona fides, iuncta glo. ff. depoſiti*; Sed intelligenda ſunt, ait S. Antonin., hoc eſt; Poſtpoſitis, & non ſeruatis illis iuribus, ſiue Ciuilibus, ſiue Canonicis, quæ ponunt quaſdam ſolemnitates, ſeu ſubtilitates, quæ veritatem negocij non tangunt; talia enim vocantur apices iuris, vt not. etiam Bar. *in l. ſi fideiuſſor, §. quædam, ff. mandati*: Alia verò iura, quæ veritatem negocij tangunt, circa teſtes, & circa reliqua, in procedendo, in Regulari iudicio ſeruanda ſunt. Et propterea non modo ea, quæ de iure Diuino, vel gẽtium, ſed etiam ea, quæ de iure communi Canonico, ſiue Ciuili diſponuntur, & ad negotij veritatem ſpectant, apud quoſcunque Regulares, tanquam ſubſtantialia, & eſſentialia iudicij, ſeruanda erunt; & tangam iterum *inf. n. 18.*

7. Accipe quamplures ampliationes, seu potius declarationes propositæ Regulæ.

8. Declaratur 1. Regula 1. Vt à iudicio Regulari remoueantur calumniatores, dolosæ dilationes, & frustratoriæ exceptiones, hoc enim importat particula illa in regula (simpliciter,) vt declarat Card. Alex. *in Clem. dispendiosam, nu.*42. vbi etiam Paul. de Cast. & S. Antonin. *in par.* 3. *tit.* 9. *c.* 15. *in princ.* De hac particula (simpliciter) agit Barbo. *in tract. de clausul. in clauf.* 103. vbi de tota hac clausula differit (simpliciter, summariè, de plano, siue strepitu, & figura iudicij.)

Pluribus modis Regula declaratur vsque ad n.16.

9. Declaratur 2. Regula; Vt omittantur in dicto iudicio sessio pro tribunali, & solemnitas non procedendi in diebus festiuis, hoc enim sibi vult particula regulæ (De plano,) vt innuit Paul. de Cast. *in dicta Clem. dispendiosam, & in Clem. sæpe, de verb. Sign.* vt notat S. Antonin. *vbi sup.* §. 1. Item per hanc particulam excluditur perniciosa superfluitas, maximè superfluum multorum testium examen, & reprobatio non necessaria ipsorum, secundum Card. Alex. *vbi supra.* De hac particula (De plano) agunt Barbosa *in tract. de Clauf. in clauf.* 103. & Marta. *clauf.* 160. *nu.* 9 *par.* 1.

10. Declaratur 3. Regula; Vt in dicto foro solùm requirantur, quæ ad iudicij naturam pertinent, vnde in eo non conceditur Reis, vt testium iuramenta videant, Abb. *in c. cum contingat, n.* 26. *de foro Compet.* Nec testium depositionum copia eis datur, quòd significatur illa particula regulæ (Summariè,) vt deducitur ex dictis Bar. & Bal. *in l. filius familias, ff. de donat.* Aret. *in l. eum qui, §. filius, ff. de acquir. hæred.* & Felyn. *in c. dilecti, de iudic.* Agunt de hac particula (Summariè) Marta *de clauf. par.* 1. *clauf.* 160. & Barbosa *clauf.* 103. *in tr. de clauf.*

11. LIMITATVR hoc vltimum, nempè, copiam depositionum testium Reis in dicto iudicio non dari, vt saltèm articulorum copia ex dictis testium extracta summariè Reis danda sit, nec non copia aliorum indiciorum in processu apparentium, talis enim copia ad sui defensionē cuilibet Reo necessaria est, vt obseruant Abb. & Hostien. *in c. cum olim, & in c. qualiter, & quando, il* 2. *de accusat.*

12. Declaratur 4. Regula; Vt solemnitas requisita multorum testium sit amputanda, ita, vt apud Regulares, duo testes cōtestes sufficiant, licèt, in aliquo casu, de iure Ciuili plures requirantur; libellus non detur, nec lis cōtestetur, Bar. *in l. fideiussor, §. quædam, ff. mandati,* nec alia huiusmodi prǽstentur, quǽ ad figuram, & strepitum iudicij pertinent. An autem datio nominum testium sit de apicibus, vel substantialibus, habetur *infra qu.* 90. *n.* 10. *vsque ad n.* 13.

13. Declaratur 5. Regula; Vt Prǽlati Regulares in testes admittere possint personas à iure reprobatas, puta relegatos, & infames, quia infamia est de iure positiuo, *c. per tuas de Simon.* & ità tradunt S. Antonin. *par.* 3. *tit.* 9. *c.* 15. §. 6. & Sylu. *ver. Iudex, il primo n.* 5. & 9. &

9. & consequenter admitti poterunt in testes, mulieres, quæ, non iure naturę, nec gentium, sed Canonico, repelluntur, *in c. mulierem, 33. q. 5.* & deducitur *ex Clar. lib. 3. §. testamentum q. 6.* Vide in proposito in comprobationem, & declarationem, dicenda *infra q. 30. n. 10. & 11.* Quanta verò fides præstanda sit prædictis testibus, habetur *infra, q. 41. per totam.*

§ 14. Declaratur 6. Regula, Vt in modo procedendi in Iudicio Regulari, omnis reijciatur pompa, seu solemnitas iuris, dummodo ius Diuinum, naturæ, & gentium intactum maneat, & hic est sensus illius particulæ regulæ (Sola facti veritate inspecta) Abb. *in c. dilecti, & in c. qualiter, & quando, supra citatis.*

15. Pro maiori declaratione huius particulæ (Sola facti veritate inspecta) animaduertendum est, quod idem importat, quod illa alia particula (Manu Regia,) & relaxat omnes solemnitates iuris positiui; vnde qui facultatem habet taliter procedendi, ad ea tantùm tenetur, quæ sunt iuris gentium, Marta *de claus. n. 8. claus. 160.* cum Ias. Alex. & Rom. & latius *in claus. 250.* in qua de hac particula agit per totam, & post eum, *in tra. de claus. Barbos. claus. 101.* Et hic nota, quod idem importat alia clausula, seu particula (sine strepitu, & figura iudicij) secundum Martam *in dicta claus. 160. n. 6.* ex Bar. *in Clem. ad reprimendum vers. & figura in fi. & ibid.* addit Marta, quod hęc particula (sine figura iudicij) importat virtutem omnium similium clausularum simul, & semel dictarum, videlicet (simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij) & ita ait sentire, *vbi sup.* Bar. & ibi ad eum addentes, concordantes plurimos inducunt. Pariter hæc clausula (Manu Regia) idē importat, quod tota ista clausula (Summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij) per hanc enim clausulam (Manu Regia) censentur sublatæ omnes iuris positiui solemnitates, ita vt causa decidi possit de iure gentium, ita Alex. Bar. Bal. Felyn. Marta, & alij *claus. 70.* vbi ex professo per totam, agit de hac clausula (Manu Regia) Et de omnibus prædictis clausulis agit remissiuè Far. *q. 185. §. 2.*

16. Declaratur 7. Regula, Vt Iudex Regularis, supradicta ad apices, & solemnitates pertinentia, omittens in modo procedendi in iudicijs, cum non teneatur, immo nec regulariter illa admittere expediat, non solùm non sit culpabilis, nec punibilis, sed potius laude dignus, cum præstet, quod sui muneris est. Consilium tamen sit, vt quando quædam ex prædictis, de facili, sine procrastinatione, & sine iudicij præiudicio seruari possunt, seruentur; saltem quādo ambiguum est, an res, de quarum omissione tractatur, spectent ad apices, vel ad substantialia, seu aliquo modo ad substātialia redigantur; Et hoc consilium tanto libentius sequendum videtur, quanto Iudices Regulares, non tenentur, ex vi *Constitutionis Bonif. VIII.* eius priuilegio vti, cum Pontifex non dicat:

cat; Iudices Regulares (debeant) sed (valeant) & propterea si voluerint, iudiciarium ordinem seruare poterunt, vt tenet Abb. *in c. cum contingat, de foro compet. n.26.* post Ioan. de Lign. & ita etiam sentit *gl. in Clem. dispendiosa, in ver. valeat*, vbi citatis iuribus in comprobationem, sustinet, quod etiam partibus contradicentibus, possint Iudices Regulares ordinem iuris seruare, & in confirmationem propositi Consilij, ait: In casibus, in quibus dubitatur, an hæc Constitutio locū habeat, Iudex ad omne dubium tollendum, ordinem iudiciarium seruet. Et vtique circumscriptis omnibus alijs rationibus, & dato, quod in rei veritate, aliquæ iuridicæ obseruationes superfluę nobis essent, tutius est, quędam superflua admittere, superflua enim, secundum iura, non vitiāt, quam vel minimum substantiale omittere; omissio enim vnius substantialis processum vitiatum reddit: Quod pręsertim cauendum est, dum potest dubitari, quin acta tandem, Reo reclamante, extra Religionem transmittenda sint: qui enim exra Religionem processus dijudicant, apices seruare assueti in eorum processibus, apud ipsos in foro non Regulari essentiales, de facili, etiam in Regularium processibus essentiales esse existimant, licet verè non sint, & ex eorum omissione processus nullos decernunt.

Proces sus, cœptus, an possit 17. Declaratur, 8. Reg. Vt si Iudex Regularis, iuris seruando apices, causam incipiat; via ordinaria dimissa, summariè processum prosequi, & terminare possit, ius enim commune eligendo, iuri priuilegiato renunciare non cēsetur, Bal. *in l. 3. ff. de testam. milit.* Et non obstante, quod in prædicto processu aliquis emergeret defectus, qui eum de iure communi vitiaret, ex d. priuilegiato iure, vt summarius, processus valeret; Maran. disput. 4. n. 5. & sequentibus, vbi pluribus rationibus, & authoritatibus, comprobat, præsertim gl & Alex. *in l. vinum, ff. si cert. pet.* qui aiunt, quod in causis, in quibus libellus non requiritur, si interueniat, & sit inceptus, non vitiat, & est dictum, teste Maran. *nu.* 7. communiter approbatum; Et idem sustinet in alijs actibus ineptis, vel omissis, non necessarijs. Ex hac notabili, & frequenter practicabili declaratione sequitur, in potestate Iudicis Regularis esse, causam via ordinaria per processum inceptā, immo, & prosequutam, quamuis acta, attēto iure ordinario, inepta essent, eam summariè, & iure priuilegiato rite terminare, vel per sententiam, dimissis in ea iuris solemnitatibus de quibus *inf. in quæst.* 145. *per totam*; vel per decretum, iuxta formam, de qua *inf. in par.* 2. *prax.* 4. *n.* 29. *&* 30. Ita vt in omni causæ statu, in arbitrio Iudicis Regularis sit, in ea per viam articulorum procedere, secundum modum exaratum *in d. prax.* 4. *à n.* 22. *vsque ad n.* 30. At cum hic punctus oppositionibus non careat, à Maran. *vbi sup. à n.* 1. *vsque ad* 4. relatis; Quamuis illis sufficienter respondeat, *nu.* 11. 12. *&* 13. Tutius erit, vt Iudex Regularis, qui summariè terminari p viā articulorum?

mariè procedere intendit, ita incipiat, & vſque ad cauſæ finem proſequatur; iudiciumque, via ordinaria cæptum, ſine cauſa in ſummarium non variet; & quando, ex cauſa, variandum eſſet, in decreto de procedendo per viam articulorum, cauſa, ſi non in ſpecie, ſaltem, illa clauſula, exprimatur (Iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus.)

Multipliciter limitatur Regula vſque ad n. 21.

18. LIMITATVR 1. Regula; Vt licet non teneantur Regulares ad ea, quæ ſunt iuris Ciuilis, & Canonici, hoc procedat, *vt ſupra dictum eſt n. 6.* quoad modum procedendi, dimiſſis ſubtilitatibus, &c.; In reliquis verò, ligantur, omnino Regulares proculdubio à iure Canonico, immò etiam à Ciuili, quãuis ab hoc non ex vi coactiua, ſed directiua, vt latè tradit Squillans *in tract. de priuil. cleric. c. 7. n. 94. & ſequentibus*, cum Bonac. Dia. Suar. & diffuſius de hoc agetur *infra, q. 9. n. 5. 6. & 7.*

19. LIMITATVR 2. Regula; Vt Iudex Regularis non poſſit ſine cauſa pœnam à lege, vel ſtatuto taxatam augere, minuere, vel mutare, hoc enim ad apices non ſpectat; vt diffusè tractabitur *infra, q. 133. vſque* 140. Et hic tantum adnotandum cenſui, quod in Regularium foro, pœnæ mitiores eſſe debent, quàm in foro ſæculari; Indignũ enim eſt honorabilia Chriſti membra, ſeu eius Eccleſiæ indignè tractari, vt docet Conc. Brachar. *char. 3. cap. 6.* vnde iuxta eorum ſtatuta Regulares ſunt pœnis plectendi.

20. LIMITATVR 3. Regula; Vt circumſcriptis cõſuetudinibus, & inſtitutis Generalibus factis, vel faciendis, Regulares debeant ſeruare apices, & rimulas iuris, attento prędicto priuilegio Bonif. VIII. aliàs eius limites excederent, cum tamen vltra tenorem extendi non debeat, *cap. porrò, de priuileg.* In eo nanque non concedit Pontifex, vt liberè, & ex proprio capite, apices Prælati poſtponant; ſed vt liberè ſecundum conſuetudines approbatas, & Generalia facta, & facienda Ordinis Inſtituta, rimulis, & apicibus iuris poſtpoſitis, procedere valeant, quibus ceſſantibus, ceſſat priuilegium, ita Megal. *in pract. crim. Canon. c. 1. n. 6.*

21. De materia huius quæſtionis latè S. Antonin. *par. 3. tit. 9. c. 15. & in eorum tract de clauſ.* Barb. *in clauſ. 101. & 103.* & Marta *par. 1. clauſ. 160. & 250.* apud quos habes alios Doctores de eadem materia tractantes; & videre poteris præſertim *gloſ. in Clem. diſpendioſam, de iudic. & in Clem. ſæpe, de verb. ſign.*

An ſubſtantialia, & eſſentialia iudicij apud Regulares in cauſis criminalibus neceſſariò ſint ſeruanda?
Quæſtio 9.

1. CVM in præcedenti q. de forma in iudicio Regulari dimittenda actum ſit; In hac de eiuſdem iudicij forma ſeruanda, tractandum eſt.

2. REGVLA ſit. Subſtantialia, ſeu eſſentialia in iudicio Regulari ſeruanda proculdubio ſunt, Abb. *in c. dilecti, de iudic.* Sylu. *ver. Iudex 1. q. 5.* Nauar. *de appell. conſ. 5. n. 10.*

Subſtãtialia in iudicio Regulari sũt ſeruanda.

10. S. Antonin. *par. 3. tit. 9. cap. 15.* & hæc regula non habet contradicentem.

Regula ampliatur, & declaratur *vsq; in fin. quæstionis.*

3. AMPLIATVR, seu declaratur 1. Regula; Vt substantialia, & essentialia, certò certius, in iudicio sint ea, quæ sunt de iure Diuino, naturali, vel gentium, & consequenter hæc omnino seruanda sunt, ita omnes proximè relati Doctores, *locis citatis*.

Quid de Statutis Regularium.

4. AMPL. 2. Regula; Vt tanquam essentialia substantialia seruanda sint apud Regulares, eorum statuta Regularia, Constitutiones; Hæc enim Regularibus sunt velut ius gentium, vt obseruarunt, Mansus *in Modo proced. cap 7. n. 4.* & Bouer. *in direct. p. 2. c. 40.*

5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt quamuis Regulares non teneãtur ad ea, quæ sunt iuris Ciuilis, & Canonici, quo ad ea, quæ spectant ad solemnitates in ordine ad modum procedendi, &c. vt declaratum, probatumque *est supra q. 8.* In reliquis tamen, quæ veritatem negotij tangunt ligantur omnino Regulares, etiam in Modo procedendi, & in eisdem iuribus disposita, consequenter in eorum iudicijs substantialia, & essentialia sunt. Et ad ea vtique, quæ in iure Canonico disponuntur, Regulares, ex vi, non modo directiua, idest in foro conscientiæ tenentur, sed etiã ex vi coactiua, & directè, idest, in foro fori, vt not. S. Antonin. *in par. 3. tit. 9. cap. 15. §. 7.* Bonacin. Diana, Suar. Vasq. & Squillans, qui etiam alios inducit *in tract. de priuil. Cleric. cap. 7. n. 94. & sequentibus, facit tex. in l. Bona fides, iuncta glos. ff. depositi,* & in hoc non est difficultas: Quo verò ad ius Ciuile, in quo apud Doctores aliqua est controuersia.

An Regulares teneãtur seruare ius Canonicum?

An Regulares ligentur ll. Ciuilibus?

6. AMPLIATVR 4. Regula; Vt Regulares in eorum iudicijs (excepto modo procedendi dimissis solemnitatibus, vt dictum est *in precedenti ampliatione*) habere debeant pro substantiali, iuris Ciuilis obseruantiam, tenentur enim, licèt non ex vi coactiua, ad ius Ciuile seruãdum ex vi directiua, idest in foro conscientiæ, itaut in casu contrauentionis, ab Ecclesiastica potestate, nempè à proprijs eorum Iudicibus, puniri possint, ita Bellectus, Barth. à S. Fausto, Bonaci. Diana, Ricc. Suar. Vasq. & Squillans, diffusè hoc tradens, *in tract. de priuil. Cleric. cap. 7. n. 94. & sequentibus*; Leges enim Ciuiles, quę pro omnibus feruntur in corpore iuris insertæ, quæque minimè sunt repugnantes Ecclesiasticæ immunitati, per Canones approbantur, & quasi Canonizãtur, vt not. Suar. *de ll. lib. 3. cap. 34. n. 13. per totum caput*, de materia differens, *& n. 14.* inducens Canones, prædictas leges approbantes, nempe *cap. 1.* vbi Dec. *de nou. oper. nunciat. cap. innotuit de arbit. c. de capitulis, distinct. 10.* & plures alios; Et hanc rationem in terminis sequuntur Mantua, Pet. Gregor. Maran., Rebuff., Vasquez, & Suarez *dicto num. 13.*

7. Quod autem prædictæ ll. Ciuiles approbatę tantùm sint à iure Canonico quo ad vim directiuam, non autem quoad coactiuam, patet ex praxi Ecclesiæ, secundum quam

quam personæ Ecclesiasticæ nunquam coguntur a Iudicibus Ciuilibus, sed ab Ecclesiasticis; Et expressè in *c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit*, determinatur, vt Princeps politicus in Ecclesiasticos iurisdictionem non habeat, & not. Diana *par. 7. tra. 10. resol. 2. vers. quod, & vers. itaque*, vbi plures Canones cōcordantes inducit; *& in tota illa resol.* ex professo agit, an Clerici subijciantur tantùm ex vi directiua ll. Principum sæcularium? & Doctores pro, & contra tenentes citat.

Substātialia quædā iudicij enumerantur. 8. AMPLIATVR, seu declaratur 5. Regula; Vt substantialia sint primò, vt contra, aliquem non procedatur, nisi accusatum, denuntiatum, vel infamatum; secundò vt absens vocetur; tertiò vt testes cum iuramento examinentur, vel saltem cum præcepto Sanctæ obedientiæ; quartò, vt indefensus non condemnetur, nisi contumax; Hæc enim sunt substantialia iudicij, non omittenda, vt declarabitur, & probabitur infra distinctè, suis locis.

9. De materia huius quęst. plura S. Antonin. *in 3. par. tit. 9. cap. 15. præsertim, §. 3.*

Iudicium, seu causa, quanam dicatur criminalis, ciuilis, vel mixta?

Quæst. 10.

1. DE tribus iudicij causis, efficiente, materiali, & formali hactenus egimus, superest, pro complemento pręludialium quæstionum, vt hic de quarta, de causa nempè finali, iuxta titulum huius quęstionis, differamus; Ex fine namque, quo publicum, vel priuatum bonum in iudicio intenditur, criminale, ciuile, vel mixtum iudicium resultat. Et dimissis opinionibus, quas in hac quęstione refert, & reijcit Clar. *§. fin. q. 1.* Pręnotandum est, opere precium esse dignoscere, an causa, seu iudicium sit criminale, vel ciuile; in criminali namque, non in ciuili, necesse est probationes luce meridiana clariores esse; &, vt in progressu huius operis patebit, plurima seruari debent in criminali, & mixto, non autem in ciuili iudicio.

2. Regula 1. sit. Illa dicitur causa, seu iudicium criminale, in quo agitur ad commodum publicum, siue ex delicto imponenda sit pœna corporalis ad publicam vtilitatem, siue pœna pecuniaria applicanda fisco: Hæc est communis opinio Doctorum, à qua, in consulendo, & iudicando, recedendum non est, vt dicit Clar. *q. 1. vers. 4. igitur, & vers. ex quorum*, citans *gl. in l. 3. in ver. centum, ff. de sepul. viol.* vbi Bar. ait, hanc opinionem omnes tenere, & de communi testantur Canonistę *in Rubr. de iudic, & ibi* pręsertim Aret. *n. 19.* & Dec. *n. 95. in prima, & n. 51. in secunda lect.* Criminalis causa, quæ dicatur?

3. Regula 2. sit. Causa, seu iudicium dicitur ciuile, quando agitur ad commodum priuatum, siue causa descendat ex contractu, siue ex delicto, puta ad rei restitutionem parti, ad refectionem damnorum, vel etiam ad pœnam ipsi parti applicandam: Hæc est etiam communis Doctorum, quam sequitur, & de qua testatur *ibid.* Clar. *vers. 4. igitur, & vers. 4. casus*, & hanc Ciuilis causa quæ? etiam,

etiam, ait Bart. omnes tenere, *post gl. in dicta l.3.* & de communi *in dicta Rubr. Canonistæ* testantur, inter quos sunt citati Aret. & Dec.

Declaratur regula vsq; ad n.7.

4. AMPLIATVR 1. Regula; Vt iudicium sit ciuile in casu Regulæ, siue Iudex procedat ad instantiam partis, siue ex officio, ita Clar. *ibidem vers. adde*, & Maran. in Speculo, *fol.24.n.27.* testatur de communi.

5. AMPLIATVR 2. Vt quando quis agit per viam exceptionis, crimen contra testē proponēdo, non vt puniatur, sed vt non recipiatur eius dictum, vel debilitetur, aut non noceat, causa sit ciuilis, cum sit ad priuatum interesse, ita tenēt omnes Doctores, teste Clar. *ibid. vers. vltimo*; Secus si per viam exceptionis crimē proponeretur ad puniendum, *idem q.19. vers. criminaliter.*

6. AMPL. 3. Vt iudicium dicatur ciuile, quando agitur ad pœnam extraordinariam, puta priuationem offic j, seu benefic j, & nihil applicatur Fisco: In hoc omnes concurrunt, & ab hac sententia non esse recedendum, ait Gratus, *lib.2. cons.71. n.9. & post eum* Clar. *ibid. vers. 5. casus*; Secus tamen esset, dicunt isti Doctores, si priuatio prædicta, vel similis, esset pœna ordinaria, quæ pro delicto imponitur, quia tunc iudicium criminale esset.

7. LIMITATVR hæc 3. ampliatio; Vt procedat, quando agitur solum ad pœnam extraordinariam priuationis beneficij, tunc enim agitur ciuiliter; Sed si agatur, vt Clericus propter crimen degradetur, vel deponatur, *iuxta c. qualiter, & quando, il secundo, &c. super his, de accus.* tunc causa diceretur criminalis, vt tenet Feder. de Sen. *cons.23. col. 2.* Barbat. *in c. testimonium, de test.* & Io. Anton. Niger. *in Rubr. de causis criminalibus. & ciu. n.13.*

8. REGVLA 3. sit. Causa, seu iudicium tūc dicitur mixtum, quādo cum pœna applicāda fisco, ratione cuius est criminale, proponitur, & agitur pro interesse partis, vt pro restitutione rei, refectione damnorum, vel vt aliqua pars pœnæ parti applicetur, & ratione huius interesse est ciuile, sic tenet Boss. *de appell. n.8.* qui testatur de communi, & ita videtur sentire Ias. *in Rubr. C. de iudic.* Gomez Arias *super. l.80, Tauri n.20. in fine.* Mixtū iudiciū.

9. LIMITATVR Regula; Vt procedat, dum ex diuersis legibus, vel statutis interesse publicum, & priuatum statuuntur, secus, dum ex eadem lege emanat vtrumque, tunc enim iudicium non esset mixtum, sed secundum digniorem partem esset dicendum criminale merum, Clar. *q.1. vers.3. casus.* Plura de causis mixtis Baiar. ad Clar. *ibid. n.1.2. & 3.*

10. Late de tota materiā huius quæstionis Farin. *qu.100.* & Clar. *locis in hac quæstione citatis.*

Finis Quæstionum Præludialium.

CAPVT PRIMVM CONSILIORVM, & Commentariorum, THEORIÆ, CAVSARVM IVDICIALIVM Regularium,

IN QVO DISSERITVR

De his, quæ spectant ad ritè processum incohoandum.

DE INQVISITIONE, Consiliorum, & Commentariorum.

TRACTATVS PRIMVS.

1\. PRÆSVPPOSITA doctrina cõmuni, Iudicem procedere tantum posse per viam Inquisitionis, Denunciationis, vel Accusationis, de qua *in c. qualiter, & quando, il 2. de accusat.* Ab Inquisitione hic initium sumo.

In quibus casibus per Inquisitionem Generalem procedi possit, & ab ea ad specialem deueniri? Quæst. 11.

Inquisitio quid? 2\. PRænotandum est 1. quod licet variæ descriptiones inquisitionis à Doctoribus tradantur, possumus breuiter, & faciliter dicere, quod Inquisitio est informatio delicti, Iudicis officio, & auctoritate facta; Ita Iodoc. *in pract. crim. tit. de inquisitione c. 8. n. 1.* & hanc descriptionem sequutus est Clar. *§. fin. q. 3. vers. aduerte*, & post ipsum Farin. *q. 1. n. 3.*

3\. Prænotandum 2. quod duplex est inquisitio, generalis, & specialis; Generalis est illa, qua incerto delinquente, per Iudicem generaliter inquiritur, quis delictum commiserit? generales informationes sumendo; Specialis autem est, quæ fit per Iudicem contra particularem, Inquisitio quotuplex?

rem, seu particulares personas, de cuius, vel quarum delicto iam curia in notitiam venit, vel ex inquisitione generali, vel ex denunciatione, vel ex legitimo alio modo. Hanc distinctionem inquisitionis amplector, ad quam omnes inquisitiones rediguntur, *vt infra* patebit; His enim duobus modis hodiè contra delinquentes proceditur, teste Innoc. *in cap. bona, il* 1. *n.* 5. *de elect.* vbi ait, quod ita seruat totus mundus, Clar. *§. fin. q.* 5. *vers. poterit*, & Farin. plurimos citans, *q.* 1. *n.* 4. *vers. stante*, vbi ex Clar. ait, quod generalis inquisitio fit, ad inuestigandum delinquentem, specialis autem ad puniendum eum.

Inquisitio generalissima nihil præ-requirit; Declaratur regula vsque ad n. 7.

4. REGVLA 1. sit. Inquisitio omnino generalis, seu generalissima, (quæ omnes personas visitationi subiectas, & omnia delicta complectitur, de qua *in cap. perniciosa de off. Ordin.* & in Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 7. *& sess.* 24. *cap.* 3. quæque, vt statuitur in nostris Constitutionibus, a Patre Generali semel in toto ordine, & à PP. Prouincialibus bis quolibet anno fieri debet) Nec infamiam, nec aliquid aliud prærequirit, sed absolutè ab ea in omni casu inchoari potest processus, ita tenent communiter Doctores, & vniuersaliter practicatur, *iuxta cap. Romana §. sanè de censibus in* 6. vbi de Superiore visitante habentur hæc verba; Proposito verbo Dei, quærat de vita, & conuersatione ministrantium Ecclesijs; Et Conc. Trident. *cap.* 8. *&* 10. *de reform. sess.* 7. Et not. Bonac. plures inducens, *de præcep. decal disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 5. *num.* 7.

A generalissima ad specialem deuenitur

5. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt licet Visitator in hoc casu non debeat inquirere de aliqua particulari persona; tamen, si aliquod crimen de grauioribus, seu grauissimis, vel criminosus diffamatus detegatur iudicialiter in hac generalissima inquisitione, ab hac deueniendum est ad specialem Inquisitionem, vt aduertit Bouer. *in Direct. p.* 1. *c.* 3. *§. secundum, & §.* 7. Et in hoc casu expediens erit redigisse in scriptis generalem inquisitionem, vt appareat regulate deueniri ad specialem.

Omnes in generalissima admittũtur.

6. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt in hac generalissima inquisitione omnes vniuersaliter admittantur, etiam infames, maleuoli, &c. vt praxis vniuersalis testatur, & not. *ibidem* Bouer. *§.* 7.

De Syndicatu Superior. apud nos.

7. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt in Syndicatu nostrorum Generalium, Procuratorum Curiæ, Prouincialium, ac Guardianorum, in fine eorum Officiorum, nullam opus sit præcedere infamiam delictorum, sed sufficere, vt Prælatus, seu alij, ad quos spectat, generaliter interrogent, quommodo Syndicatui expositus in officio se gesserit; An in Regulæ, seu Constitutionum obseruantia deliquerit? An subditos oppresserit? & de similibus: Et dato, quod, in hac inquisitione, crimina detegantur, ea obseruari debent, quæ in generalissima inquisitione dixi obseruanda, *hic sup. n.* 4. ita Bouer. *ibid. cap.* 7., & ita apud nos passim, sinè contradictione practicatur.

8. REGVLA secunda sit. Quocun-

Inquisitio generalis an aliquid præ-requirat? cunque modo Iudici constet delictum esse commissum, in omni casu, potest ex officio procedere per viam inquisitionis generalis, absq; eo quod aliquid aliud præcedat, vt inueniat personam delinquentis, interrogando testes, an sciant, quis tale delictum commiserit; Ita Clar. §. *fin. q.* 5. *vers. poterit*, vbi citat Innoc. *in c bonæ memoriæ il* 1. *n.* 5. *de elect.* qui dicit, ita seruare totum mundum, quem sequitur Megal. *in sua Praxi cap.* 11. post Farin. *q.* 1. *n.* 49. & tenent DD. *in cap. Inquisitionis de accus.* præsertim Anan. *n.* 4. & Felyn. *n.* 6. & de Generali consuetudine testatur Ambrosin. *de modo forman. proces. in form. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 1. quicquid aliqui citati à Diana *p.* 2. *tract.* 15. *resol.* 63. aliter sentiant. Constito tamen prius de corpore delicti, iuxta tradenda *infra q.* 12. *n.* 3. *erga fin.* Præsentis Regulę inter alias, hanc reddunt DD. rationem, nempè, magnam boni communis vtilitatem, aliàs enim sæpè impunita crimina remanerent, non sine subditorum scandalo; Dia. *ibidem vide infra q.* 13. *n.* 13.

Inquisitio generalis aperit viam ad specialem. 9. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt si in generali inquisitione, delinquentem aliquis nominauerit, ista nominatio viam aperiat ad inquirendum specialiter contra nominatum, idest ad assumendum contra eum alias informationes, Farin. *q.* 1. *n.* 49. *&* *q.* 9. *n.* 19. *&* 21., Innoc. *vbi supra*, qui ait, hoc de consuetudine seruare totum mũdum, Bar. *in l.* 2. §. *si publico, n.* 9. *ff. de adult.*, Bal. *in l. edita, C. de eden.*, Anan., & Card. Alex., quos refert, & sequitur Clar. *loco citato*, & teste Aret. *in c. cum oporteat n.* 44. *de accusat.*, hæc est communis conclusio, & Nauar. *in Rubr. de iudic. post n.* 88., ait opinionem Innoc. in theoria, & praxi receptam esse. Et hæc consuetudo, de qua in Regula, & in hac ampliatione, derogauit iuri communi, nempè *c. Inquisitioni, de accusat.* vt notat Bonac. *de præceptis Decal. disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 5. *n.* 12., vbi in comprobationem huius ampliationis inducit Azor., Molin., Petr. Nauar., & Sa. Ratio verò eiusdem ampliationis est; quia, quod apparet in actis, dicitur notorium, quod Iudici viam aperit ad specialiter inquirẽdum, vt probat Clar. *loco citato*, Sed nota quod primus testis, nominans delinquẽtem, habetur pro Denunciante, vt firmat Decian. *respons.* 93. *n.* 125. *vol.* 2. Et ideo, vti Denunciator, non probat, vt contra Iudices aliter facientes, exclamat Bertaz. *cons.* 251. *n.* 103. *vol.* 2. & sequitur Guaz. *defen.* 29. *c.* 2. *n.* 18. De primo teste nominante Reũ.

Quid iuris, si indebitè in inquisitione generali Reus detegatur? 10. AMPL. 2. Regula 2. quod cum in casu regulæ eiusdem, Iudex non sit causa iniusta detectionis, indebitè dato, quod quis interrogatus generice, indebite occultum auctorem detegat, poterit Iudex ad inquisitionem specialem cõtra detectum procedere, secundum Nauar. *in rubr, de iudic. n.* 87. *vers. non obstat*, Franc. Arret. *in pract. c.* 13. *&* Less. *de iust. & iure lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 15. vbi ex Nauar. contra Sotum tenet, Iudicem in hoc casu, non modo posse, sed etiam procedere teneri, & subscribunt Thom. á Iesu,

& Leza.

& Leza. *to.* 1. *c.*27. *n.*4. Ratio ampliationis est, quia in hoc casu, iure suo vtitur Iudex; hoc enim ipso, quod crimen in iudicio est detectum, fit publicum iuris, quod etsi ab altero impie fuerit detectum, iure suo vti Iudex poterit, specialiter inquirendo. Non silebo hic, Bouer. *in direct. p.* 2. *cap.* 4. *vers.* 3. *obseruandum*, ex Soto, Nauar. & Sayr. existimare melius esse in proposito casu abstinere a procedendo, & tangam *infra q.* 13. *n.* 14.

11. De materia huius quæst. agit Bouer. *vbi sup. cap.* 3. 4. *&* 7. Franc. Arret. *in praxi in primo substantiali cap.* 11. 12. *&* 13. Clar. *in § fin. q.* 5. *vers. poterit*, & Farin. *q.* 1. *nu.* 4. *&* 49.

12. Quid autem concludendum sit in foro conscientiæ, quoad obligationem reuelandi, vel tegendi, dum quis in inquisitione generali interrogatur, patebit *infra q.* 59., vbi ex professo hic punctus tractabitur, nempè, An iuridicè testis interrogatus, veritatem aperire teneatur?

An ante omnia alia, etiam ante inquisitionem generalem Iudici constare debeat, & quomodo de corpore delicti? Quæstio 12.

1 CVm vulgatum sit dictum; Ante omnia Iudici constare debere de corpore delicti, ante omnes alias, hanc propono quæstionem, in qua.

Ante omnia constare debet de corpore delicti.

2. Regula sit ista. Iudex nunquam debet procedere ad aliquem actum in criminali causa, nisi ei prius constet de delicto, seu, vt aiunt DD., de corpore delicti, scilicet, delictum esse commissum. Hæc non solum est communis, & practicata opinio, sed vt testatur Farin. *q.* 2. *n.* 1. omnes DD. ita exclamant, vt videre est apud Bar. Ang. Rom. Cuman. Io. Igneum, & alios *in l.* 1. *§. item illud, ff. ad sillan.* & Clar. *§. fin. q.* 4. *in prin.* ait, ita semper facere practicos Iudices, cum sit trita conclusio (iuxta titulum huius quæst.) quod ante omnia Iudici constare debet de delicto, & ad hanc comprobandam per plures alios DD. inducit *ibid.* Farin., dicens quod ab hac nemo, quem viderit discrepat. Concordat Guazzin. *in tract. ad defens. cap.* 1. *n.* 1. *defen.* 4. *vbi concordantes.*

Multipliciter ampliatur Regula, vsque ad n. 12.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt dum non constat de corpore delicti, non solum Reus non possit condemnari, etiam si conuictus sit, vt tradit Clar. *§. fin. q.* 66. *in princ.* vel confessus; ex sola enim confessione propria, dum non constat de corpore delicti, Reus non debet damnari, Clar. *qu.* 55. *vers. potest etiam*; & Ang. *de Malef in vers.*, & vestem cœlestem, *nu.* 25. & ita seruari attestatur Boss. *tit. de confess. post tort. post num.* 15. *vers. sed quid, quando*, Et Farin. *q.* 2. *n.* 7. vbi citat ad saturitatem. Sed nec torqueri Reus potest, vt *est tex. expressus in l* 1. *§. item illud, ff. ad S. llan.* & in hoc puncto loquitur iste text. licet à DD. generaliter citetur ad propositã n Regulam probandam, vt notat Farin. *q.* 2. *n.* 3. *&* *q.* 38. *n.* 2. multos DD. inducens. Immo nec sine tortura potest constitui, seu examinari Reus, nisi constet de cor-

corpore delicti, Clar. Foller. Marf. & alij, quos refert, & sequitur Farin. *q.2.n.1.* Nec Reus capi, Farin. *nu.2.* citans Marf. Boss. & alios inter quos Bonacos. testatur de communi DD. Et si capiatur Clericus, dum de corpore delicti non constat, Iudex est excommunicatus, Farin. *ibid.* post. Io. Andr. & Corneum, qui testatur de communi. Nec contra Reum potest specialiter inquiri, Farin. *q.1.n.6. & q.2.nu.1. per l.necessario, §.1.ff. ad Sillan.* & plura alia iura; citans, Bal. Ang. Marf. Boss. & alios, & testatur de communi DD. Nec in istis casibus dicitur cõstare de corpore delicti, cùm porrecta est querela, vel denunciatio, Clar. *qu.4. vers. quando,* & not. Farin. *q.2.n.1.* Et quod plus est, nisi de delicto cõstet, nec generaliter inquirere, nec ad aliquem actum procedere debet Iudex, sunt verba Clari *in princ. q.4.* vbi ait semper ita facere practicos Assessores, vt dicit Catus, *cons.99.n.7. vers. secundo etiam, lib. 1.* & in comprobationem, quod Iudex, nec generaliter possit inquirere, Bouer. *in direct. par.2. cap.7. §. primo modo,* citat plures DD.

4. Ratio propositę regulę, & huius totius ampliationis est, quia, vt probat Far. *q.2.n.1. in fi.* post Boss. vbi lex disponit de aliqua re, debet prius de illa constare, *l. Diuus, ff. de testam. milit.*; Et qui vult probare qualitatem, debet prius probare substantiã; in qua illa qualitas fundatur; *gl. in l. si arbiter, ff. de probat.*

5. Notandum pro dilucidatione Regulæ, & 1. ampliationis, quod non modo in delictis facti trãseuntis, sed etiam permanentis, dum periculum est in mora, vel alia aliqua subsistit vrgens causa, Iudex potest deuenire contra suspectos ad capturam incontinenti, habita notitia, quod delictum sit commissum, quamuis, adhuc de corpore delicti non sibi constet, Clar. *q.4. vers. quando verò §. fin.* & Ambros. *de modo forman. proces. inform. c. 1. nu. 10.* Sed debet inspici grauitas criminis, qualitas personæ, si delictum sit occultũ, vel difficilis probationis; & omnibus perpensis, arbitrium in hoc suũ regulet Iudex, Clar. Baiar. Far. & Guaz. *defens. 4. c. 1. nu. 10.* Et consequenter ex vrgenti causa, poterit Iudex, antequam sibi constet de corpore delicti ad alios actus deuenire, puta ad testes examinandos, &c. dummodo aliquem inter Reos non recipiat, nec constituat antequam ei constet de corpore delicti, Clar. & Ambrosin. *nu.9.*

Declarat. Regula, & prima ampliatio.

6. AMPLIATVR 2. Regula; Vt non solum debeat constare de delicto, puta de homicidio, sed etiam de illius qualitatibus, & circunstantijs, & ideo praxis vniuersalis est, vt Iudex vadat, vel mittat Notarium ad visitandum cadauer occisi, & in actis redigat, quot percussiones, seu vulnera, punctim, seu cæsim, & in qua parte corporis habeat, & similia, Ang. *de malef. verb. fama publica, n.108. vers. duodecimò tu Iudex.* Boss. Foller. Clar. qui benè loquitur in proposito *q.4. ver. quando verò,* cum pluribus, quos refert, & sequitur Farin. *q.2.n.4.* Et vlterius cadauer debet cognosci per testes, qui dum interfe-

Quomodo corpus delicti sit visitandũ?

fectus viuebat, eum cognoscebant, si fieri potest; Si verò cuius sit cadauer ignoretur, debet per vestes & signa describi; & particulariter omnia adnotanda sunt; & tunc licet ignoretur nomen occisi, prædicta satis erunt, vt constare dicatur de corpore delicti, & ad procedendum, etiam vsq; ad condemnationem, Clar. *ibi* post Foller. *in pract. crim. fol.* 15. *n.* 4. qui ait, quod ita dicunt omnes, Boss. *tit. de delicto n.* 33. & Ang. *in l.* 1. *§. interdum, num.* 1. *ff. si pars hæred. pet.* vbi ait, quod siue ignoretur nomen delinquentis, siue offensi, ipse vidit in vtroque casu practicari, quod procedatur, & quod hęc est bona praxis, ne ex eo, quod nomen ignoretur, delicta remaneant impunita, vt aduertit etiam Clar. *q.* 52. *vers. vlterius.*

Quid si co pus delicti non reperiatur?

7. LIMITATVR 1. hæc ampliatio; Vt non procedat, dum non reperitur corpus occisi, quia fuit combustum, vel proiectum in mare, sufficit enim tunc probatio per famam, vt ait Baiar. *qu.* 4. *ad Clar vers. dictum, n.* 4. citans in comprobationem Bal. Aug. ad Aret. & Marf. Sed si cadauer fuerit sepultum, poterit Iudex illud exhumari facere, *ibid.* Bai. cum Bal. Maran. *Farin. q.* 2. *num.* 5. *&* Clar. *q.* 55. *vers quomodo.*

An in stupro Corpus del cti inspiciatur?

8. LIMITATVR 2. eadem ampliatio; Vt in stupro illato virgini, non sint inspicięda eius genitalia, quia in his oculus, & manus obstetricum sæpe fallũtur, vt ait Tiraq. *de legibus connub. l.* 4. *nu.* 22. *& est tex. in c. nec aliqua*, 27. *q.* 1. & ita etiã sentit Franc. Marci *decis.* 678. *par.* 2. & subscribit Baiar. *q.* 4. ad Clar' *vers. quando verò, erga fin.* vbi enarrat casum in proposito, quem sibi accidisse ait. At Clar. *ibidem* tenet, esse inspicienda genitalia virginis, & cum eo Abb. & Alber. locis citatis a Bai. & hæc tutior est opinio.

9. AMLIATVR 3. Regula, Vt de corpore delicti debeat constare liquidò, & per plenas probationes, nempe per testes, vel per euidentiam facti, Farin. *q.* 2. *n.* 6. post Dec. Bal. Ias. & alios, *locis ab eo citatis*; Vnde Clar. *q.* 4. vers. *quando*, ait non constare legitime de delicto, nisi Iudex, vel curia illius corpus oculis subijciat, & sequitur Blanch. Liquido de corpore delicti constet.

10. AMPLIATVR 4. Regula; Vt nisi constet de corpore delicti, sententia lata in contumacia sit nulla, Bertaz. Boss. Foller. & Farin. *q.* 2. *n.* 7. Chartar. Foller. Tusch. & alij, *litera D. concl.* 171. *n.* 14.

11. AMPLIATVR 5, Regula; Vt nisi constet de corpore delicti, non puniatur confitens se occidisse, hominem ignotum in nemore, vel prope littus maris, & illum in mare proiecisse, aiunt plures DD. citati à Far. *q.* 2. *n.* 8.; *vbi in sequentibus* limitat, & declarat hanc ampliationem, nempe, dum de homicidio constaret per famam, vel dum ageretur de homine occiso noto, vel quando Reus esset malæ famæ inducens DD. ita sentientes. Intellige ampliationem de pœna ordinaria, quia extraordinaria potest infligi, dum confessio est de certo homine, Alex. & Tusch *litera D. concl.* 171 *n.* 5. *&* 43. An cõfitens occidisse ignotũ puniatur, si de delicto nõ cõstet?

12. AM-

12. AMPLIATVR 6. Regula; Vt procedat etiam in casibus, in quibus procedi potest ex abrupto, latè Maurus Burg. *de modo proced. ex abrupto q.*22. *n.*3. *& seq. &* n.16. *& seq.* & Guaz. *defen.* 4. *cap.*1. *n.*1. Nec non in Iudice habente facultatem procedendi, nulla seruata solemnitate, ita Bursat. qui concordantes allegat *conf.*201 *nu.* 90. *vol.*2. & Guaz. *vbi sup. n.* 3.

Procedit regula in causis Regularium &c.

13. Notandum est hic, quod sicut, dum non constat de corpore delicti, Iudex procedere non potest; Ita caueat Iudex postquam sibi constiterit de delicti corpore, à neglig̃etia in procedendo; Tunc enim tenetur Iudex in causa procedere, & informationes sumere, alias, si neglexerit, vel informationes sumere noluerit, puniri poterit, Bal. & Clar. *§. fin. q.*4. *n.*1 *in fi.* Bursat. & Guaz. *in tr. ad defens. c.* 1. *n.* 22. *defen. quarta*, nec non Baiar. *ad Clar. q.*66. *n.*7. *& seq.* vbi concordantes citat.

Iudex, dum de delicto cõstat, procedere tenetur.

14. LIMITATVR 1. Regula; In inquisitione omnino generali, seu generalissima, quæ in visitatione fieri solet, hæc enim inchoatur absque eo quod constet de aliquo delicto, vt dixi *sup. q.*11. *num.* 4. & idem dicendum est de Syndicatu, qui fit in fine officiorum nostrorum Prælatorum, *iuxta dicta sup. q.* 11. *n.* 7.

Limitatur Regula in inquisitione generalissima?

15. LIMITATVR 2. Regula principalis cum suis ampliationibus; Vt procedat in delictis relinquentibus post se vestigia, secus in his, quæ post se vestigia nulla relinquunt, vt in fornicatione, in simplici insultu, vel etiam in percussione manu vacua, & in similibus, in quibus non est opus præcõstare de corpore delicti, sed habita denunciatione, vel simili, statim potest procedi in causa, secundum Clar. *q.*4. *post princ. & in vers. scias tamen* post Bal. *in l. mancipia, n.* 1. *C. de seru. fugit.* & notat Farin. *q.*2. *n.*1. *in fin.* etiam vsque ad condemnationem, *idem n.* 13. vbi cit. Boss. dicentem, ita quotidiè seruari.

Item in delictis non relinquẽtibus vestigia.

16. LIMITATVR 3. Regula; In delictis occultis, & difficilis probationis, de quorum corpore non est necesse, quod liquidò constet, sed sufficit constare per coniecturas, ita Boss. Foller. Gabr. & Clar. quos refert, & sequitur Farin. *q.* 2. *n.*12. In his enim præsumptiua, & coniecturata probatio habetur pro plena, ibidem Far. & de communi apud ipsũ testatur Bal. Mars. Alex. & alij, inter quos plene Osasc. *decis.* 72. *n.*1.; Et cum ex numero horum delictorũ sit furtum, dum furtum fit sine fractura, indicia sufficiunt, absque alia inuestigatione delicti ad inquirendum specialiter, & existentibus legitimis indicijs, potest procedi ad capturam, & ad torturam; Non tamen ad condemnationem, quamuis Reus confiteretur, nisi reperta re furata; Et hanc praxim docet Ang. *de malef. in ver. & vestem cælestem, vers. quid si quis n.* 25. vbi ait, quod in hoc casu Iudex debet destinare nuntium ad loca confessa pro verificatione, & quod aliter faciendo damnat animam, & corpus suum, & idem tenent Bruno, Monticel. Bal. Boss. Foller. Clar, & alij, quos refert, & sequitur Far.

Quid in occultis.

q.2.

q.2. n.15. Subdens *n. 16.* coniecturas, quibus in furto corpus delicti probetur. Sed si furtum fuerit, cum fractura, de ea ante omnia debet constare, Clar. *q. 4. vers. quando,* Poller. Marsil. & Mascar. *in tr. de prob. lib.2. conf.829.* vbi refert plures hic subscribentes; & ait in isto casu sufficere probare, quod res furto subtractæ semel in loco cõmissi furti fuerint ante furtum commissum, & testatur de communi. Vide Farin. *q.2. à num.14. vsque ad* 20. vbi late, quomodo in furto debeat constare de corpore delicti; *Et hic infra q.123. num.20. vsque ad n.30.*

17. LIMITATVR 4. In casibus, in quibus ambiguum est, an interuenerit delictum? vt in reperto suffocato in puteo, occiso veneno, &c. tunc enim non necesse est, vt constet de corpore delicti, nempe delictum esse commissum, nec Iudex debet sumere informationes de maleficio, sed vt veritatem facti intelligat, & scelere detecto, ad vlteriora procedat; Secus autem silebit processus, Clar. *q.4. ver. hæc autem,* & Farin. *q.2. n.29. vbi vsque in fin.* declarat istam limitationem, in qua non desunt difficultates, ab eo tactæ.

Quid in ambiguis delictis?

18. Quomodo probetur corpus delicti, dum prætenditur venenum alicui datum esse, vide Farin. *q. 2. num.30. & seq.*

19. Quid dicendum, quando periculum est in mora, vel in simili, *vide sup. hic n.5.*

20. De materia totius quæstionis huius, diffusè Clar. in *§. fin. q.4. & 55. vers. potest etiam, quæst.64. vers. potest etiam. & q.66. circa princip.*, & Farin. *q. 2.* nec non Guazz. *in tract. ad defensam, per totam quartam defens.*, & quædam *hic infra q.89. in princip.* latè etiam Tusch. *litera D. concl.171. per totam, Vbi nu.59.* ait cum Brun. & Alex. in multis Iudicem excusari, &c.

Quænam præcedere inquisitionem specialem debeant, & sufficiant, vt ab ea ritè processus inchoari possit?

Quæstio 13.

1 A Generali, merito ad specialem inquisitionem fit transitus, & pro declaratione tituli quæstionis, & totius materiæ inquisitionis.

2. Præmitto 1. quod, vt tactum est *sub q.11. n. 3.* inquisitio specialis, quæ solemnis etiam dicitur, ea est, in qua de vno, vel pluribus specialibus delictis, aduersus certam, vel certas personas iudicialiter informationes, officio Iudicis, sumũtur, iuxtà tradita à Farin. *q.1. n.4.* & tenent Innoc. *in cap. bona, il primo, de elect. & DD. in cap. inquisitionis,* vbi præsertim Annan. num.4. & Felyn. *n. 5. de accus.* & Clar. *§. fin. q.5. vers. poterit igitur,* & etiam alibi.

Inquisitio specialis

3. Præmitto 2. Quicquid sit de iure, & de sancitis *in cap. inquisitionis de accusat.* & *traditis ibidẽ* à Canonistis; hodie, seruatis seruandis, hæc specialis inquisitio formari potest, in omnibus delictis, & est remedium Ordinarium, ex generali consuetudine, de qua testatur, Alber. Bal. Aret. Bosl. & alij cum. Farin. *q.1. n.10.* locis ab eo citatis;

In omnibus delictis proceditur p specialem inquisitionẽ.

F quod

quod procedit, non solum in delictis publicis, sed etiam priuatis, Anton. Gomez. *var. resol. to.3. tit. de delictis, cap.1. n.49. in fin. & nu.* 10. vbi testatur de communi, & sequitur Prac. Corr. Io. Mar. Monticel. & Clar. *q.3. vers. sed certè*, vbi multos citans concordantes.

In adulterio, an procedatur ex officio?

* Nota; In crimine adulterij, etiã secundum Bar. Bal. & alios relatos a Farin. *q.*141. *nu.*41. procedi posse per viam inquisitionis, & ex officio; Sed quia Petr. Cabal. pluribus negatiuam defendit, citatus, *n.*42. distinguit Farin. *nu.*44. vt 1. opinio procedat in adulterio notorio, 2. in occulto; de quo, vt ponderat Anton. de Possentibus, experientia teste, periculosum est inquirere propter Zelotypiam coniugum, consanguineorum, & affinium, & cum Foller. *in prac. crim. de pœn. deb. Ferian. par.6. de form. capitul. in plur. delict. n.*1. & Afflic. *in Constit. legum asperitate*, negatiuę adheret, *in suis singularibus centur.* 4. *singul* 393. Et Diaz. *in prac. crimin. canon. c.*85. *in ver. Adulteri, n.*6. & 8. monet Iudices in occultis, ne facilè procedant.

Modus duplex processus inchoãdi.

4. Præmitto 3. in criminalibus, duobus modis processus inchoari posse, & procedi; Primò ad instantiam partis, quando scilicet pars offensa, vel alius, ad quem de iure spectat, porrigit accusationem, seu querelam, & super ipsa proceditur, & hoc est, quod dicitur; procedere per viam accusationis; Secundò ex officio Iudicis, quando Iudex à seipso, & ex suo officio assumit informationes contra delinquentem, & procedit, & hoc est, quod dicitur; Procedere per viam inquisitionis, & ex officio; & ad hunc secundum omnes rediguntur modi, qui non sunt per viam accusationis, etiam modus inchoandi, & procedendi per denunciationẽ; ita Clar. *§. fin. q.* 3. *vers. quæro*, & testatur, se non inuenire in toto iure Ciuili, aut Canonico, neque in tota praxi, quæ ex consuetudine communiter obseruatur, aliquem alium modum procedendi.

Nullus est processus, dũ nulla est inquisitio.

5. Præmitto 4. quod multum attendendum est, vt inquisitio validè formetur, si enim inquisitio nulliter formaretur, etiam processus, & omnia inde sequuta nulla pariter forent, Gratus *consil.*57. *nu.* 11 *lib.*1. vbi ait, quod omnes DD. intrepidè ita tenent, Clar. *q.*20. *vers. ad formandam*, Boss. *tit. de inquisitione, num.* 77. vbi dicit, quod quando inquisitio est inepta, & nulla, tunc non potest sequi condemnatio, quia omnia corrunt; immò quod Reus absoluendus est ab obseruatione iudicij, & de nouo alius inchoandus est processus, Ludou. Cat. Marsil. Paris. & plures alij, quos citat, & sequitur Farin. *q.* 1. *n.*5. Ad euitandam igitur nullitatem specialis inquisitionis, opere pretium erit, benè perpendere ea, quæ in hac quæstione, & sequenti dicemus, de his, quæ præcedere, & comitari specialem inquisitionem debeant, & sufficiant, vt ab ea validè processus inchoari possit. Et suppono hic, quod ante inquisitionem specialem, dubio procul, debet constare de corpore delicti, vt probaui *supra q.*11. *n.*3.

6. REGVLA sit. Inquisitio spe-

cialis,

Inquisitio specialis præquirit famam.

cialis, non præcedente fama, inualida est, & nulla, vt apertè probat *tex. in cap. inquisitionis, & in cap. qualiter, & quando, il 2.* vbi plenè scribentes, *de accus.*, & ideo hæc regula communiter à DD. recipitur, testibus Rolan. Brunor. à Sole, & Ludou. Cat. qui ait, quod eam totus mundus sequitur, locis citatis a Farin. *q.9.n.* 1. vbi eos sequitur citando plures DD. concordantes, & *q.1.n.50.*

Ampliatur Regula vsque ad numerum 12.

7. AMPLIA Regulam 1. Vt procedat etiam in Iudice, qui à statuto, seu Principe, plenum haberet arbitrium, vt tenent, Bal. Dec. Marsil. & tot alij, quos refert, & sequitur Farin. *q.9.n.2. & 9.* vbi etiam ait, non valere statutum, quod possit contra non diffamatũ inquiri, cum Card. Alex. Marſ. &c. quod procedit, non solum in Delegato, sed etiam in Ordinario, secundum communem, de qua Alciat. Card. Brunor. & Clar. *q. 6. vers. sed retenta*, quos refert, & sequitur Farin. *q. 9. n. 3.* Contra Ang. communiter in hoc reprobatum; & Iudex secus faciens, non modo mortaliter peccat, sed tenetur in Syndicatu, etiam si Reum absoluerit, Farin. post alios *n.* 10.

Fama quid.

8. AMPLIATVR 2. Vt licet contra subditum, seu personam priuatam, sufficiat simplex fama, quæ describitur; Communis opinio voce manifestata ex suspicione proueniens, secundum Bar. *in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst.*

Clamosa insinuatio contra Prælatum.

Tamen contra Prælatum requiritur clamosa insinuatio, nempè, vt eadem fama, sæpè ad aures Iudicis deuenerit, secundum Card. Alex. qui asserit ita communiter DD. tenere, *in c. accusatione col.* 28. *in fin. de accus.* & Clar. sic asseuerat, *q.6. vers. quæro nunc, & q.7. vers. item quæro §. fin.* & refert, & sequitur Farin. *q. 9. n. 5.*

Fama ortum habeat à fide dignis & constet in Actis.

9. AMPLIA 3. Vt fama debeat habere ortum, non à malignis, sed à fide dignis, iuxta doctrinam Abb. Bar. Aret. & aliorum, quos refert, & sequitur Farin. *q.9.n.6.* Et vlterius est necesse, quod constet in actis per contestes, ita vt Iudici de ea asserenti non credatur, secundum magis communem DD. teste Farin. *n.7.* qui plurimos citat, Dec. Fely. Nauar. Bouer. & al j *in Direct. p. p. cap. 5. vers. altera quoque.*

10. Sed nota, quod si Iudex processerit indebitè ad specialem inquisitionem, absque eo, quod in actis de fama constet; valebit processus, & ex eo Reus condemnari poterit, dum ipsemet Reus præsens hoc non opposuerit, *cap. 1. & 2. de accus. in 6.* Nauar. *in rubr. de iudic. n.91.* Less. *de iust. & iur. lib.2. cap.29. dub.16.* & Bouer. *vbi supra, ver. id tamen*; Si verò Reus exceperit, & appellauerit, secundum eosdem Auctores, processus erit nullus: Hæc doctrina est communis, vt testantur Aret. Foller. & Clar. *q.6. vers. vlterius.*

11. Non prætermittam hic eundem Foller. relatum a Clar. *q.31. ver. fama*, velle, Iudici asserenti in actis, famam præcessisse, credendum ei esse, & ex hac assertione, famam esse probatam, & testatur de communi: Huic doctrinæ in Iudice Ordinario subscribit Aret. qui etiam testatur de communi,

F 2 Bero.

Bero. & Clar. *in d. ver. fama*; Dummodo Iudex ex mero officio procedat, Card. Alex. & Clar. *ibid.*

12. Notandum hic, quod in terminis ampliationis tertiæ, sufficit, quod contestes dicant, se ita publicè audiuisse, vel ita passim dici, Bal. *in l. literas n. 2. de præsumpt.*, sicque passim seruatur teste Clar. *q. 6. ver. debent*, & de praxi communi testis est Cassiod., etiam in curia Romana, testibus Paris. Hieron. Montan. & Ferret. & huic sentētiæ se subscribunt multi DD. *ibidem* à Clar. relati: Et animaduertatur, quod testes debent ad minus nominare duos, vel tres, à quibus famam audierunt, quando fama, à dicto ortum habet, etiam non interrogati, aliàs secundum Clar. *vers. sed quid*, non probant, post Bar., & Innoc., quos refert, & sequitur Franc. Arret. *in 2. substant. c. 14. vers. quoad secundum*.

Famā probāt dicētes, ita publicè audiuisse.

13. LIMITA Regulam 1. Vt sicut famæ probatio non prærequiritur ad inquisitionem generalem, vt asseris, & probat Farin. *q. 9. n. 18.* ita nec etiam famæ probatio prærequiritur, in casibus, in quibus præcessit inquisitio generalis, potest enim tunc deueniri ad inquirendum specialiter contra aliquem nominatum in ea sine probatione famæ, prout probatum est *sup. q. 11. n. 9.*, & tenuit Farin. q. 9. nu. 19. post Bart., Bal. &c. & totum hoc in puncto iuris. Sed in praxi de consuetudine, & in modo, quo vtuntur Iudices in inquirendo, fama recessit ab aula, nec ab ea incipiunt Iudices, sed à generali inquisitione, & ab hac ad specialem deueniunt, vt ait Clar. *in §. fin. q. 6. in princ. & ver. præterea*, quem sequitur, declarat, & defendit Farin. *n. 21.* Et plenius dictum est *sup. q. 11. n. 9.*

Limitatur Regula multis modis vsq; ad n. 30.

Fama recessit ab aula.

14. Attamen Religiosus pius Iudex, si aliquando viderit alicuius famam iniustè læsionem pati, quia nulla infamia præcedente, e. g. delictum ab ignaris detegitur, melius erit, vt delationes iudicialiter non accipiat, sed potius suauiter admoneat delatores de culpa imminente; Nec ex iniqua criminum delatione iudicium colligat, vt monet Bouer. *in Direct. p. 2. cap. 4. vers. tertiò obseruandum, post Sot. de secr. teg. q. 2. n. 2.* Nauar. *in cap. inter verba 11. q. 3.* & Sayr. *in Clau. Reg. lib. 2. cap. 9. n. 18.*

Consiliū Iudici, qui videt famā indebitè lædi.

15. LIMITA 2. Regulam in inquisitione speciali, quæ fit ad denunciationem iudicialem, in qua non est necesse, vt fama præcedat. Ita ponderat Leza. *tom. 1. cap. 27. n. 109. per cap. inquisitionis, & c. qualiter, & quando de accus.* siue denunciatio fiat à publico officiali, vt dicit, Bar. Bal. Saly. Ang. & alij, quos refert, & sequitur Farin. *q. 9. n. 11.*; Siuè fiat a quocunque alio ritè Denuntiante, secundum Bouer. *ibidem cap. 6. vers. octauus est*; talis enim denunciatio succedit loco diffamationis, secundum Clar. *§. fin. q. 7. in princip.* vbi loquens de denunciatione, tam publica; quam priuata, ait, eam aperire viam Iudici ad inquirendum ex officio; & ita seruatur in praxi, teste, *ibidē* Clar. & Praxis Papien. *in forma inquisitionis in verbo, hæc est quædam inquisitio, post numerum*

Denunciatione stante, non requiritur fama præcedēs.

38.& ita quotidie esse in vsu ait Boss. *in tit.* 1. *de denunc. n.*2. dictum igitur Denunciantis, etiam non præcedente fama, ad specialiter inquirendum sufficit, Clar. *vbi sup. vers.* habes, & Arret. *in secundè substantiali in pract. cap.* 16. quia in via inquisitionis ideo infamia requiritur, vt suppleat vicem Accusatoris, quam vicem sustinet Denunciator, Suar. *to.*4. *de relig. l.* 10. *cap.* 72. *n.*35. & Leza. *tom.* 1. *c.*27. *n.*19.

Quid apud nos? 16. Et apud nos est in vsu, vt Prælati Minores teneantur, in huiusmodi denunciationibus sibi factis, prætermissa inquisitione præcedentis famæ, inquirere veritatem, licet delicta sint priuata, & ita attestatur P. Io. à Tusa, olim noster Generalis, *in sua declaratione super Regulam nostram cap.* 10.

Quid in publico iuris. 17. LIMITA 3. Regulam; Vt non sit opus, famam præcedere inquisitionem specialem in publico iuris; Declaro exemplificando, & probando in pluribus casibus, in quibus datur hoc publicum iuris, viam aperiens ad inquirendum, non probata fama.

Publicum iuris inducitur ex confessione coram Iudice, & Actuario. 18. Casus 1. sit; Quando quis coram Iudice, & Actuario crimen confitetur in iudicio, talis enim confessio publicum iuris inducit, *cap. fin. de temp. ordinand.*; & hoc siue ex professo, siuè incidenter; siuè circumstantia delicti, siuè distinctum delictum sit confessum; in quolibet enim casu, aperitur via Iudici ad inquirendum specialiter, secundum Nauar. *in Rubr. de iudic. n.*86. Less. *de iust. & iur. lib.*2. *n.*29. *dub.*15. quos refert, & sequitur Bouer. *ibidem cap.* 6. *in princip.*

Item ex depositione testis in processu. 19. Casus 2. sit. Dum delictum per testes in processu innotescit, vel etiam per vnum testem, sic enim inducitur publicū iuris, quod sinè fama aperit viam Iudici ad specialiter inquirēdum, secundum communem DD. *in l.* 2. *§. si publico, ff. de adult.*, & tenet Nauar. *vbi supra, post num.* 86. *vers. ex quo colligitur, & n.*88.

An noua tela iudicij requiratur, dum crimen nouum in iudicio detegitur, & testes in secundo iudicio etiā esse possint qui detexerunt crimen in primo. 20. Hic animaduertas, quod, si in isto, & etiam in antecedenti casu crimen in iudicio detectum, sit tantum aggrauatiuum principalis criminis, in eodem iudicio Reus plecti poterit; vt si Iudex de fornicatione inquirens, cognoscat incidenter, mulierem esse Rei consanguineam, aut monialem; Si verò est delictum à principali distinctum, quod detegitur, vt si inquisitus de furto, reperiatur fornicator, tunc noua tela iudicij ex officio ordiri debet; cum disparatum crimen, disparatum iudicium deposcat, Nauar. *in Rubr. de iudic. n.* 36. *vers. admoneo*; An idem testis, qui de crimine in primo iudicio depofuit, in posteriori testis esse possit? dic non posse, ad tradita *sup. q.*11. *n.*9.

Processus ciuilis aperit viam criminali, & est aliud publicum iuris. 21. Casus 3. sit. Vt sit publicum iuris aperitiuum, vt supra, quādo Iudex habens auctoritatem in ciuili, & in criminali, in processu ciuili detegit aliquod delictū patratum ab N. poterit enim attento hoc publico iuris in ciuili, nouam telam in criminali ordiri, (cum acta in iudicio ciuili, in criminali fidem non faciant, nisi ad inquirendum) & criminaliter inquirere, & punire Clar. *q.*54. *vers. item*,

itẽ, post Rip. Diaz, Villal. & Fely. qui testatur de communi, *locis à* Cla. *citatis*.

Publicum iuris resultat ex obiecto crimine testi.

22. Casus 4. fit. Cum testi in iudicio crimen obijcitur ad eum repellendum, seu vt ei fides non adhibeatur, in hoc enim casu cum agatur ciuiliter, non poterit testis, etiam conuictus, puniri ordinariè, immò nec extraordinariè ex ciuili processu, secundum magis cõmunem DD. vt ait Clar. *ibidem vers. per exceptionem*, & concordat Boss. sed tantum ex isto publico iuris, via Iudici aperitur, ad criminaliter contra talem inquirendum, telam nouam ordiendo, vt docet *ibidem* Clar.

Ex cõfessione corã incompetente resultat publicum iuris.

23. Casus 5. fit. In confessione iudiciali Rei cum iuramento facta coram Iudice incompetente, hæc namque confessio publicum iuris inducit, aperiens viam Iudici competenti, vt contra taliter confessum valeat inquirere, & ipsum torquere, est cõmunis opinio DD. vt aiunt Imol. Alex. Dec. Ruin. & Socin. quos refert, & sequitur Clar. *q.21. vers. sed hic quæro*; Et ampliat *in vers. hanc etiam*, in Iudice prorsus incompetente, & testatur de magis, communi, cum Aret. Dec. & Bero.

Item ex delicto in iudicio facto.

24. Casus 6. est; Dum quis commisit delictum coram Iudice, & alijs præsentibus in iudicio, e.g. iniuria afficiendo, vel aliquem percutiendo, vt enim not. Incisa *in tr. 3. cap. 8.* & Bouer. *vbi supra vers. 13.* in hoc etiam casu aperitur, circumscriptis alijs, via Iudici ad procedendum. Et idem omnino dicendum est, cum testis in iudicio falsum testimonium dicit; Aut Accusator calumniosè agit; contra talia enim delicta, absque alia præcedente infamia, ex indicijs, & vehementi suspicione, procedi potest, Less. *de iust. & iur. lib. 2. c. 29. dub. 15.* vbi citat Bar. Specul. & Nauar. & sequitur Bouer. *vbi sup. vers. tertius quando*. Et ratio omnium, quæ in hac tota limitatione dixi, est; quia cum in his casibus reperiatur notorietas iuris, quæ Accusator fictus nuncupatur, ea supplet vicem infamiæ, ita Nauar. *vbi sup. n.88. vers. ex quo colligitur*.

25. LIMITA 4. Regulam in notorio facti; Vt cum delictum est euidens, & notorium, ita vt nulla tergiuersatione celari possit, e.g. cum quis deliquit coram populo, aut maiori parte Conuentus, tunc enim non requiritur aliqua probatio famæ ad specialiter inquirendum, facti enim euidentia habetur pro Accusatore, *c. euidentia de accus.* & in hoc, vt dicit Arret. *in Trac. cap. 15.* consentiunt omnes Theol. & Iuristæ; Et idem dicendum est, dum quis fuit deprehensus in fragranti crimine, Clar. *q. 21. vers. scias*, vbi testatur de communi; Et similiter quando est suspicio populi, communitatis, vel Conuentus, contra aliquem de delicto, hæc enim suspicio supplet vicem infamiæ, vt docet Nauar. *in Rubr. de iudic. n. 95.* post Anton. de Butr. Abb. & Aret. quos refert Less. *lib. 2. cap. 29. dub. 15. n. 30.* — Notorij facti, &c. est loco famæ.

26. LIMITA 5. regulã, dum adest criminis confessio propria Rei extraiudicialis corã multis, quæ plenè — Sicut etiam confes-

Confessio extra iudicialis, &c. nè contestibus sit in actis probata, talis enim confessio abundè supplet vicem infamię, Foller. *in prac. crim. in p. par. tertia par. num.* 86. Bouer. *ibid. vers.* 9. & Aret. *vbi sup. vers.* 2. *casus.*

In enormibus sine fama proceditur ex indicijs. 27. LIMITA 6. Regulam in delictis contra fidem, vt in hæresi;& in crimine Læsæ Maiestatis; in delictis contra Rempublicam; & in omnibus alijs enormibus, & atrocibus, in quibus, de iure, sine fama proceditur ex indicijs, & vehemẽtibus suspicionibus ad specialem inquisitionem: de hæresi est *tex. in c. excommunicamus, §. adijcimus, & ibi omnes Interpretes, de hæret.* & notat. Farin. *q.* 9. *n.* 14. citans Bar. Boss. Menoch. Fely. qui testatur de communi, quem refert Clar. *q.* 6. *vers. item scias*, & Decian. cum pluribus alijs; De reliquis in hac limitatione, est communis opinio DD. *in c. qualiter, & quando de accus.* & tenuit *vbi sup.* Farin. *nu.* 15. cum Gig. Alciat. Cephal. & Decian.

Immo idem procedit in omnibus delictis. 28. AMPLIATVR hæc limitatio; Vt generaliter in omnibus delictis ritè fiat inquisitio specialis, fama non pręcedente, dum præcedunt indicia, sine quibus inquisitio esset nulla, Farin. *q.* 1. *n.* 40. vbi ait, quòd nemo est, qui de hoc dubitet, & citat Doctores ad saturitatem; Et indicia qualia esse debeant, remittitur arbitrio Iudicis, *ibid. n.* 45. & 46. & ita dicunt omnes, teste Clar. *q.* 20. *in princ. vbi subdit vers. ad inquirendum*; quod ad specialiter inquirendum sufficiunt leuia indicia, vt aliqua probabilis suspicio, propter quam Iudex rationabiliter credat delictum ab N. fuisse commissum, citans Salycet. & testans de communi praxi, & exemplificat in assertione vulnerati, in graui inimicitia, &c.

29. LIMITA 7. Regulam, cum Reus prius secreta admonitione, deinde coram testibus fuit correctus, & tandem Prælato fraternè denunciatus, tunc enim si rebellis sit, rebellio loco accusationis succedit, & sine infamia potest specialiter inquiri, Sot. & alij passim, quos sequitur Bouer. *ibid. vers. dicimus*, Franc. Arret. *in loco citato c.* 15. *vers. dico secundo.* *Rebellio supplet vicẽ infamiæ.*

30. LIMITA 8. Regulam in inquisitione, & examine ad inuestiganda merita eligendorum, talis enim inquisitio potest fieri sine aliqua fama præcedente, Less. *de iust. & iur. c.* 29. *dub.* 15. & Bouer. *ibid. in fi.* Et idem dicendum est, quando fit inquisitio ad pręcauendum malum futurum animarum, & ad tollẽdas occasiones, Nauar. *ibid. n.* 92. & Innoc. *in cap.* 1. *de postulat.* *Fama nõ pręrequiritur in inquisitione meritorum eligendorum, vel ad præcauendũ malum, & occasiones malorum.*

31. De materia huius quæstionis fusè Farin. *q.* 1. & 9.

Quænam specialem inquisitionem comitari debeant, vt ab ea legitimè processus incboari possit?

Quæstio 14.

1. VIsis antecedentibus, nunc ordinariè, de necessarijs concomitantibus requisitis ad specialem inquisitionẽ, est agendum.

2. REGVLA sit. Ad tria capita possunt redigi ea, quæ inter Regulares, inquisitionem specialem comitanmi- *Tria requisita concomitan-*

tia speciale in quisitionem. mitari debent, ad hoc vt ab ea ritè processus inchoari possit; Propono, & probo singula tria capita, & his probationibus. Regula eodem tempore comprobata erit.

Inquisitio specialis, sit clara, &c. 3 Caput 1. requisitum est. Vt inquisitio specialis; sit specifica, certa, clara, cõtinens in se omnes delicti qualitates, & circumstantias, locum, & tempus; & omnia ista in progressu processus probentur, vt Reus melius se in iudicio defendere possit: Vnde inquisitio obscura, generalis, & incerta, sine loco, & tempore, minimè valet, *l. libellorum, ff. de accus.* & ita senserunt, Abb. Maran. Monticell. & Boss. quos refert, & sequitur Farin. *q.* 1. *n.* 11. etiam parte non opponente, Ang. Decian. & Boss. quos *ibidem* sequitur Farin. qui ait criminalistas passim hoc dicere.

Regulares priuilegiati in hoc. 4. LIMITA 1. hoc 1. caput in vtentibus, sicut nos plenè vtimur, Priuilegio Bonifacij VIII. *de quo sup. q.* 8. *n.* 4. *& iuxta adnotata ibidem n.* 3. *&* 15. quo Priuilegio muniti, cum in iudicio procedamus summariè, sine solemnitatibus iuris positiui, & sola facti veritate inspecta, non est nobis necessaria expressio loci, & temporis commissi delicti in inquisitione, Farin. *q.* 1. *n.* 17. cum Cæph. Boss. & Mech. qui citat alios DD. Nisi quando delictum esset solum punibile certa die, vel hora, quia tunc tale tempus in inquisitione exprimi deberet, *l. non solum, §. sed vt, ff. de operis nou. nuncup.* & ita tenet Bar. & est communis, teste Anton. Gomez *locis cit.* a Farin. *n.* 19. vel nisi inquisitus petat expressionem diei delicti, quia velit probare se alibi tunc fuisse, tunc enim exprimi deberet, secundum Bar. Iaf. Viui. & Boss. & hi duo vltimi testantur de communi, & Clar. videndus in proposito huius limitationis, testatur in hoc pũcto de magis communi, *q.* 12. *vers. dixi etiam*, quos refert, & sequitur Farin. *n.* 20. vbi hanc opinionem communem, & practicatam asserit; Dummodo à Reo hæc expressio non calumniosè petatur, quia tunc talis expressio minime necessaria esset, Farin. *n.* 21. post Boss. Saly. & Ang.; Sicut nec etiã Iudex teneretur diem exprimere, si ipsemet ignoraret, Farin. *n.* 22. & tradunt Ang. Saly. & alij relati à Clar. *q.* 12. *vers. dixi etiam in fi.* Quomodo autem iudex in casu nostro calumniam detegere possit, vide Farin. *dicto n.* 22. Et aduerte, quod licet Iudex possit iniungere expressionem diei, parte hoc petente, non debet hanc iniungere ex officio, Baiar. ad Clar. *q.* 12. *n.* 7. cum Vestr. & Viuio.

5. LIMITA 2. idem caput; Vbi in inquisitione est clausula (Omni meliori modo) vel alia similis; (& apud nos etiam sine ista clausula, cum procedamus, vt dictum est *numero præcedenti* sola facti veritate inspecta:) Valet namque inquisitio, & sequitur condemnatio pro principali delicto, puta, pro vulnere, etiam non probata qualitate, seu circunstantia in inquisitione deducta, scilicet, cum cicatrice, Farin. *q.* 1. *num.* 33. 34. *&* 35. *per l. Emilius, & ibi Bar. in* 2. *col. in fi. ff. de minor.* Socin. Alex. Boss. Menoch. & alij ab eodem citati; Præsertim Aliud Regularium Priuileg.ium.

tim

tim si adesset confessio Rei, Farin. *num.35.* post Ang.& Imol. Stante enim Rei confessione, debet sequi condemnatio, etiam ex inordinato processu, Farin. *ibidem* post Bar. Marsil. Ang. Anton. Gomez, Ana. & Clar. *q.55. vers. item posset.*

Inquisitio formetur à Iudice competēte, ante præscriptionē delicti. 6. Caput 2. requisitum erit; Vt inquisitio formetur à Iudice competente; aliàs nulla esset, Farin. *cum ibi citatis, q.1.nu.53.* Et antequam delicta præscripta sint, spatio enim 20. annorum præscribuntur, Iodoc. qui de communi *per l. querela, & ibi DD. C. ad leg. Cornel. de fals.* Bal. Bosi. Abb. qui etiam de communi, & Clar. *q.51. in princ. & vers. hæc quidem*, & ait, quod in hoc omnes concordant, quos cum pluribus alijs refert, & sequitur Farin. *n.68.* vbi testatur de communi, & practicata opinione; & latius de his disserit, *q.10.* De tempore, quo delicta præscribuntur, agendum erit *hic infra q.94. à n.2. vsq; ad n.21.*

De quo iam nō sit factū iudicium 7. Caput 3 requisitum erit; Vt ille, contra quem Iudex inquirere vult de aliquo delicto, non fuerit de eodem iam iudicatus; Bis enim de delicto quæri nō potest; & præsertim, semel absolutus amplius molestari non potest, *l. penul. §. fin. ff. naut. caupo. stabul. l. si cui §. ijsdem, vbi* Bar. *ff. de accus. C. de his, vbi DD. de accus.* Specul. Anan. Alex. Ang. qui testatur de communi omnium DD. Clar. *q.57. in princ.* Foller. qui ait, quod hæc conclusio est approbata ab omnibus Legistis, & Canonistis, & tenent alij citati à Farin. *q.1. n.51.*

8. AMPLIATVR hoc requisitum in eo, qui fuit à Principe gratiatus, Far. *q.1. n.52. per l. 1. §. si qua autem, ff. de postul.* & est communis DD. teste Clar. *q.59. in princ. & vers. & hæc quidem conclusio*; semel enim dimissum, *vt not. gl. in c. de his, de accus.* Diuina clementia, iterum ad vltionem venire non patitur, *c. Diuina, de pœnit. dist. 4.* Vel obtenta gratia.

9. LIMITATVR 1. hoc requisitum dum Accusator 2. probaret, absolutum fuisse Reum, quia primus Accusator præuaricauit, *gl. in dicto c. de his, per l.3. ff. de præuaric. & l. si quis homic. C. de accus.* & est etiam *tex. in c.1. de collus. deteg.* Dupliciter limitatur requisitum 3.

10. LIMITATVR 2. hoc requisitum; dum Accusator 2. ignorauit accusationem à 1. institutam, & suam propriā offensam, vel damnum prosequitur, Glos. *ibidem, per tex. in l. si cui, §. ijsdem, ff. de accus.*

11. De materia huius quæstionis diffusè pertractat Farin. *qu. 1. nec non q.9.*

Finis Tractatus Primi de Inquisitione.

G DE

DE DENVNCIATIONE,

Consiliorum, & Commentariorum,

TRACTATVS SECVNDVS.

Continuatio materiæ.

1 POST tractatum de 1. modo inchoandi processum per inquisitionem, ordinatè sequitur tractatus de 2. modo per denunciationem, à qua, vt plurimum, processus apud nos initium sortiuntur. Et antequam quæstiones aggrediar, pro totius materiæ denunciationis intelligentia, præter, ea quæ dicta, & probata sunt de denunciatione, *q.13. nu.15.* & 16. Nempè; Denunciationem, etiam non præcedente fama, viam Iudici aperire ad procedendum ex officio, ita vt, apud nos, sit in vsu, vt Prælati nostri teneātur in huiusmodi denunciationibus sibi factis, etiam in delictis priuatis procedere; Tria præmittenda duxi.

Modus procedendi per Denunciationem an sit idem cū modo procedēdi per Inquisitionē?

2. Præmitto in primis. Modum istum inchoandi processus per denunciationem, secundum Clar *in. §.fin.q.7.in princ.*, non esse modum separatum ab inquisitione, talis enim denunciatio iudicialis, nihil aliud operatur, nisi quod succedit loco querelæ, vel diffamationis, & sic aperit viam Iudici ad inquirendum ex se, & ex officio contra aliquem, Ita Clar. *vbi supra*; Et ideo præsentata, & admissa denunciatione, Iudex ex officio contra denunciatum super ea informationes assumit, & ita communiter in praxi seruatur, teste Pract. Papien. *in forma inquisitionis ver. hæc est quædam inquisitio, post numerum* 38. Et ità quotidiè esse in vsu, attestatur Boss. *in tit. de denunciatione, n.2.* quę omnia, ait *ibidem* Clar. intelligenda sunt, tam de denunciatione, quæ fit ex necessitate officij, quam de ea, quæ fit à quocunq; alio, qui legitimè denunciare potest. Et *vers. diximus*, subdit quod licet fortè, de iure cōmuni, hoc habeat aliquam difficultatem, tamen de consuetudine, de qua attestatur etiam Abb. passim seruatur, quod quilibet accedit ad Iudicem, & denunciat iniuriam sibi, vel alteri factam (& hæc vtique praxis, quotidiè apud nos seruatur) & Iudices de facili procedūt; hancq; bonam esse praxim, ne delicta impunita remaneant, *ibidem* asseuerat Clar. Et cum ita res se habeant, hæc materia denunciationis, sub tractatu de inquisitione collocanda esset; Et nihilominus, tractatum hūc distinctum ordinaui; Tum maioris distinctionis gratia, tum quia non ignobiles DD. tanquam de membro distincto ab inquisitione, & accusatione, de denunciatione tractant.

3. Pręmitto 2. quod cum denunciationes omnes ad duo capita redigan- De iudiciali denun-

cationе hic agitur. digantur, ad fraternam, & iudicialem, vt docent S. Antonin. Greg. de Valen. Rodr. Miran. & alij, quos refert, & sequitur Bouer. *in Direct. p. 2. cap. 2. in princ.* In hoc tractatu 2. sequendo Clari vestigia, *vbi supra*, de denũciatione iudiciali tantum loquar, super qua iuridicè procedi solet, quæque crimina Prælato, vt Iudici, absque vlla prætensione, aut iure actionis, manifestantur, sed merè, & præcisè ad Iudicem excitandum, vt pro suo arbitrio, iuris ordine seruato, ex officio inquirat, prout illi expedire videbitur, vt tradunt communiter DD. *in cap. super his, & in cap. cum dilectus, de accus. & cap. nouit, de iudic.* & not. Bouer. *ibidem*: Omittendo tractatum de denunciatione fraterna, quæ etiã Euangelica dici solet, cum non faciat ad præsens institutum; de qua Clar. *libro 7. §. denunciatio*, & Bouer. *ibidem cap. 9.*

4. Præmitto 3. Delicta denuncianda, alia esse publica, seu excepta, alia priuata. Priuata delicta sunt, quæ in delinquentis tantum, vel in alterius priuati damnũ redundant, vt sunt peccatum gulæ, superbiæ, iræ, furti priuati, & similia, ex quibus nullum Reipublicæ damnum, ex sua natura infertur. Publica verò, seu excepta crimina, illa dicuntur, quæ atrocia sunt, & in publ cum Reipublicæ detrimentum resultant: Tale est omne illud, quod directè fit contra Deum, vel res Diuinas, vt hæresis, blasphemia, euersio templorum, & imaginum sacrarum, violatio immunitatis Ecclesiasticæ, &c. hæc enim in omnium iniuriam fieri existimantur: Item sunt delicta, quæ fiunt contra Maiestatem Principis, vel Reipublicæ, (vt coniuratio contra Principem, rebelliones, proditiones, & percussiones eiusdem, latrocinia publica, &c. Item omnia delicta, quæ à lege declarantur, vt publica habeãtur, vt sunt homicidium, parricidium, adulterium, crimen falsi; &c. vt patet *in l. 1. ff. de publ. iudic.* Tota hæc doctrina est communis DD. & præsertim *glos. in Rubr. 6. q. 1.* Farin. *q. 49. n. 1.* Sot. *de teg. secr. mem. 2. q. 4.* Rodr. *tom. 2. q. 5. art. 7.* Miran. *in ord. iudic. q. 1. art. 2.*

Delicta priuata, & publica quæ dicãtur?

5. Ad rem spectat, quod inter Regulares, vltra supradicta, publica, & excepta existimanda sunt, peccatum nefandum, & fornicatio, saltem quando morale imminet publicationis periculum, vt apertè sentiunt Rodr. *in ord. iudic. cap. 3. n. 6.* Valer. *de differ. vtriusq; for. ver. inquisitio, differ. vltima*, Miran. *in ord. indic. q. 11. art. 2.* Ximenez *in declar. Reg. cap. 10. q. 2. concl. 3. n. 17.* Quamuis enim hæc duo vitia, immediatè, & per se non tendant in perniciem publicam; tamen dum prædictum periculum publicationis imminet, in detrimentum Religionis tendunt mediatè, & quodammodo, per accidens, respectu scandali, quod ex ipsis oritur, & infamiæ, quæ in Religionem redundat; & etiam quia huiusmodi crimina ex sua natura contagiosa sunt, vt not. Suar. *de fide, spe, & char. disp. 8. de pract. charit. sec. 6. n. 11.* & Sanch.

Publica, quæ apud Regulares sint delicta?

de præcep. tom. 2. lib. 6. c. 56. n. 50. quibus subscribit Bouer. *ibidem cap. 12. vers. secundo, & vers. bis accedit*. Quinimmò Valer. Miran. & Ximen. *ibidem* sine proposita limitatione, periculi publicationis, absolutè peccatum nefandum, & fornicationem reponũt inter Regulares inter excepta, & concordant Aldrete, Ioseph de S. Maria, Arret. S. Tho. S. Antonin. Ang. Nauar. &c. locis relatis, *vbi supra* à Bouer. *vers. verum*. His prælibatis, ab antecedẽtibus denunciationem initium sumo, vt sequitur.

An fraterna correptio præcedere debeat iudicialem denunciationem, vt ab ea processus ritè initium sumat? Quæstio 15.

1. REGVLA sit. Crimina publica, idest excepta, de quibus hic sup. proxime, absque præuia correptione, Iudici statim denunciari possunt, quantumcunque occulta; est communissima opinio D. Thom. 2. 2. q. 33, art. 7, Ricc. Palud. Duran. Adrian. Innoc. Medin. Sayr. Nauar. Miran. & aliorum, quos refert, & sequitur Bouer. *in Direct. p. 2. cap. 13.* Bonum enim cõmune, bono particulari delinquentis præferri debet; & peccatum publicum, sine publica punitione non est relinquendum, vt notat Rodr. *p. 2. q. 6. art. 4.* Et idem dicendum est in criminibus, quæ sunt in alterius damnum pendens in futurum, secundum omnes ferè DD. inter quos sunt, Greg. de Valen. Sayr. Rodr. & Miran. & post ipsos Bouer. qui

Crimina publica, idest excepta denunciantur sine correptione.

eosdem refert *ibidem cap. 14.*

2. AMPLIA 1. Regulam; Vt quamuis, quando crimina excepta sunt adeo occulta, vt testibus probari legitimè non possint, denunciare non teneamur, secundum Nauar. *in Man. c. 17. n. 124. & iterum in cap. inter verba conf. 7.* Graff. quem sequitur Leza. *p. 1. cap. 27. n. 3.* Regin. *in prax. pœnit. tom. 2. lib. 24. cap. 3. num. 50.* Megal. *in prax. crim. Can. cap. 11. n. 5.* Nihilominus, iuxta Regulam propositam, si quis vellet, posset etiam in isto casu iuridicè denunciare, nec probare teneretur, Megal. *ibidem*, & Lezana *to. 1. in q. Regul. cap. 27. n. 20.* dũmodo saltem per vnum testem possit probare, vt tenent, Nauar. Lazar. & Auila, quos refert, & sequitur Bonac. *in tract. var. disp. de onere, & obligatione denunc. &c. disp. 6. punct. 1. §. 4. n. 4.* alias nullo indicato teste talis non Denunciator, sed proditor, & calumniator præsumeretur, Bonacina *ibidem*, & S. Antonin. *in 3. p. tit. 9. cap. 9. pen. cap. si peccauerit 2. q. 1. & cap. si tantum 6. q. 1.* Sed de consuetudine, vt aduertit Clar. *§. fin. q. 7. vers. quæro nunc*, Denunciator nullo modo tenetur probare, citans Ang. Saly. Maran. & Card. Alex.

3. AMPLIA 2. Regulam in criminibus alio sensu publicis, idest notorijs in Ciuitate, Communitate, vel Collegio, & in oculis ferè omnium patratis; huiusmodi enim præuia admonitione non indigẽt, sed statim Iudici denunciari possunt, iuxta sententiam Soti *de teg. sec. mem. 2. q. 5.* Bann. 2. 2. *q. 33. art. 8. dub. 6.* Greg. de Valen. 2. 2.

Itẽ notoria.

disp. 3. q. 10. punct. 5. Miran. *in ord. iudic. q. 11. art. 1.* & est communis DD.

4. AMPLIA 3. Regulam. In criminibus priuatis, etiam si sint occulta, quæ possunt iudicialiter denunciari sinè præuia correptione vt docet Say *in Clau. Reg. lib. 12. c. 10.* Nauar. *in Man. cap. 18. nu. 30.* qui copiosè hoc probat *in cap. iurauit, de probat.* post Adrian. *in 4. de correp. frat. col. 17. ad secundum*; quos refert, & sequitur Franc. Arret. *in pract. par. 2. cap. 9, vers. secundo denunciatio, car. 58.* Et ratio est; quia in tali denunciatione sicut in accusatione, non intenditur solù emendatio fratris, sed potius, vt publica pœna delinquenti iniungatur, vel satisfactio debita parti exhibeatur, vt not. *ibidem* Arret. *cap. 8. vers. pro ampliori*; Regin. *tom. 2. lib. 25. c. 52.* & Bonac. *in tract. de ll. disp. 10. q. 2. punct. 5. nu. 1.* Pro hac ampliatione vide Dian. *in p. p. tr. 4. resl. 2. vers. prima opinio*, pro qua citat Sanctarell. Sancium, Suar. cum pluribus alijs.

Quid de criminib. priuatis?

5. Non ignoro, quamplurimos asserere in casu huius ampliationis, præmittendam esse correptionem, quos citat Bouer. *in Direct. p. 2. c. 14.* qui, vel intelligendi sunt, vt de Euāgelica, seu fraterna, non autem de iudiciali denunciatione, loquantur: Vel si quis eorum de iudiciali loqui intendat, sequendus non est, cum longè a veritate sit, vt probatum est, denunciationem iudicialem præuiā correptionem requirere; Declaranda sunt hæc, ex tradendis hic proxime *nu. 6. & 7.* Et quod dictum est præsertim procedit, attento iure Canonico, secundum quod omnia crimina sunt publica, vt tradit *glos. in cap. infames, vers. fures 6. q. 1.* & ita dicunt Canonistæ, vt testatur Bal. & de cōmuni testis est Hostien. quem sequitur Anan. *in cap. statuimus post nu. 19. de maledic.* & his omnibus subscribit Clar. *lib. 5. §. 1. vers. hac tamen*; & cum iuxta propositam, & probatā regulam, in publicis non sit opus correptionem præcedere denunciationem, ergo &c. Notat tamen, *ibidem* Clar. quod in materia delictorum publicorū, vel priuatorum, consuetudo, & statuta nimium eandem materiam variarunt, quibus stantibus, in eo loco, in quo delictum est commissum, iuxta consuetudinem, vel statuta, iudicandum est; his autem cessantibus iuxta doctrinā *hic supra* traditam, sentiendum est.

6. LIMITA omnes tres suprapositas ampliationes; Vt procedant in foro fori, seu exteriori, in quo, iudicialiter denuncians, non tenetur secretam præmittere correptionem, vt Reus desistat, vel satisfaciat, ex iustitia enim talis monitio non requiritur, vt not. Franc. Arret. *vbi supra* post Sot. *de rat. tegen. mem. 2. q. 5. col. 4. vers. sed dubium*, sequendo doctrinam D. Thom. qui licet loquatur de accusatione, idem ius videtur in denunciatione statuendum. In foro verò interiori, & conscientiæ, fieri potest, vt ex charitate teneamur ante denunciationem proximum monere, vt desistat à crimine; vt quando crimen est occultum, & priuatis monitionibus de-

Quid in foro cō scientiæ?

lin-

linquens emendandus, & ad debitam satisfactionẽ inducendus, speratur; quod tunc maximè verum esset, cum persona denuncianda, bonæ esset famæ, contra charitatem enim videretur, tantum malum, sinæ præuia monitione, ei irrogare, Arret. *ibid. vers. 2. & seq.* post D. Tho. 2. 2. *q.* 68. *ar.* 1.; & in hoc sensu loquendo Bouer. *hic supra citatus nu.* 5. & alij DD. ab eo relati, eorum opinio saluari potest, tanquam probabilis.

7. Sed animaduerte, quod quamuis quis ex correptione emendaretur, licitè nihilominus talis denunciari, vel accusari posset, secũdum Greg. de Valen. *disp.* 5. *q.* 12. *punc.* 1. *vers. dico tertio*, & ait esse de mente D. Tho. Subdens rationem, nam habito bono proposito correcti, potest licitè Denunciator, vel Accusator adhuc sibi proponere, scopum punitiuè iustitię, idest bonum commune, vt alij formidine pœne à delictis abstineant, & propterea denunciare, vel accusare emendatum: Et consequenter licèt opinio Bouer. *de qua supra nu.* 5. probabilis videatur, ęquè si non magis probabilis, etiam opposita videtur. Et absolutè ex supradictis, nisi aliud obstet, concludendum est, tuta conscientia delinquentem iudicialiter, non præmissa correptione fraterna, denunciari posse, cum talis denũciatio ad publicam vindictam, seu punitionem ordinetur.

8. Sublimità propositam limitationem in casu ántepositæ regulę, nempè quando crimen esset contra bonum publicũ, & adhuc penderet, ac in futurum continuãdum timeretur; tunc enim, nec ex charitate, nec in foro conscientiæ, regulariter monitio denũciationem præcedere deberet, sed statim Iudici denunciatio porrigenda esset: Exemplificant DD. in occulto heretico, in falsario monetæ, &c. quia in his casibus periculum, quod imminet, maioris est momenti, quàm infamia, vel aliud denunciati damnum; Vnde nisi certò constet, periculum priuata monitione caueri posse, non est adhibenda, secundum D. Tho. & Arret. *vbi supra*.

9. De materia huius quæst. latius Auctores, *in eadem hic supra* citati, disserunt. De crimine verò solicitationis ad turpia in confessione in proposito, *vide inf. q.* 122. *n.* 42. *vsq; ad n.* 47.

De Denunciatione Prælato Regulari, vt Patri facienda, & quomodo circa eam Prælatus se gerere debeat?

Quæstio 16.

1 REGVLA sit, In Religione absque præuia correptione, occultum crimen Prælato, vt Patri, denunciari licet, quando delinquentem Prælatus melius erit correpturus, ita Suar. Castrus Palaus, & Dia. *par.* 7. *tr.* 3. *resol.* 44. hos in principio citans, & in fine hanc Regulam tanquam probabilem admittens, dummodo Prælatus sit prudens, discretus, & spiritualis, zelo, & dilectione suarum ouium ornatus, ac taciturnus; & in his terminis subscribit Trullench. *in decal. to.* 1. *lib.* 1. *c.* 5. *dub.* 16. *n.* 2.

An Prælato, vt Patri, possit denunciari subditus sine præuia correctione de delicto occulto.

n.2. Coninch. *disp.*28. *de charit.nu.* 202. *dub.*11. Hurtad. qui concordantes refert, Castillus, Caspens. qui testatur de probabilissima opinione, & pro ea citat S. Bon. & S. Tho. & hos omnes refert Dia. *in dicta resol.*44.

2. Hæc regula licèt verè probabilis sit, & veritatem comitem habeat, tamen Lorca, & Fagundez, vocant eam improbabilem, vt refert Dia. *ibid.* afferens regulæ probationes, nec non Fagundez responsiones. Sed non per hoc à veritate Regulæ recedendum est; Præceptum enim correptionis, est charitatis, quæ suadet, vt immediatè occultum peccatum, Prælato tanquam Patri, deferatur, dum ex hoc breuior, & melior correptio speratur, nec non fratris maior vtilitas spiritualis, vt obseruat Caspens. *in cursu theologico to.*2. *tr.* 17. *disp.* 6. *sect.* 3. *n.* 35. post quem Dia. *resol.* 44. *erga fin.* sic habet. Ego vtramque sententiam probabilem esse existimo, licet pro necessitate præuiæ correptionis tenuerim *in par.*3. *tr.*2. *resol.*37. & nunc teneam.

3. LIMITATVR 1. Regula; Vt non procedat, dum prælatus esset vir imprudens, & violētus, & cum subdito malè affectus, tali enim Prælato delatio facienda non esset, Dia. *in dicta resol.*37. propè finem; Et pro hac limitatione admodum facit opinio probabilis Lorcæ, Fagundez, Sot. Nauar. & aliorum *ibidem* à Dia. cum eorum fundamentis relatorum, qui sustinent, in casu Regulæ fraternam correptionem prætermitti non posse: Quorum opiniònem in terminis huius limitationis sequendam existimo.

Quid in Prælato violento, &c.

4. LIMITATVR 2. Regula; Vt dum frater per secretam correptionem est emendatus, non possit quis illum Prælato, vt Patri, denunciare, neq; sub prætextu, vt securior sit, ne in posterum relabatur, Adrian. Nauar. Palud. Sot. & Greg. de Valen. qui hos refert *to.*3. *disp.* 3. *q.* 10. *punct.* 5. Palaus, Petr. Nauar. Sanch. Sa, Villal. & Dia. hos, & rationes referens *par.* 7. *tr.*3. *resol.*49.

Quid in emendato?

5. SVBLIMITATVR 2. Limitatio; dum frater existit in periculo relabendi, tunc enim, quamuis emendatus, Prælato, vt Patri, denunciandus esset, Adrian. Bonac. Filliuc. Sot. & Diana, *vbi supra*; & dum quis, ita peccatis, & occasionibus peccandi innodatus est, vt moraliter iudicari possit, quod nisi diuertatur, iterum casurus sit, Palaus; vel dum quis ex malitia, & praua consuetudine, in luxuriam incidit, Ledesm. & hos sequens Dia. *ibidem*.

6. LIMITATVR 3. Regula; Vt ex denunciatione paterna, non possit Prælatus iudicialiter procedere, Sot. Suar. & Lugo *de iust. to.* 2. *disp.*37. *sect.*7. *nu.*82. quos sequitur Dia. *ibid. resol.*47. In hoc enim casu, nullā habet iudex notitiam, qua, vt Iudex, possit iudicium contra denunciatum inchoare, vt not. Dia. *in eodem loco*.

An Prælatus quod scit, vt Pater, posisit ad iudiciū inchoandū vti?

7. Non desunt tamen tenentes, dum crimen non esset omnino occultum, sed in iudicio posset probari, tunc charitatem, per quam inchoa-

inchoata est causa, imperare iustitiæ, vt iudicialem incipiat processum, si tali modo spes esset, vt delinquens corrigeretur, ita Filliuc. *to. 2. tr. 28. c. 8. nu. 164.* Sanch. *in opusc. to. 2. lib. 6. dub. 11. nu. 8.* & Trullench. *in decal. to. 1. lib. 1. c. 5. dub. 16. n. 8.* qui sustinet, hoc valde esse probabile.

8. At ego non recedo à 3. lim. nisi in ordine ad inchoandam inquisitionem generalem, per quam viam potest Iudex procedere, quocunque modo sciat, delictum esse commissum, absque eo quod aliquid aliud præcedat, vt probatum est *supra q. 11. n. 8. cum sequentibus*, vbi etiam declaratur, quomodo à generali ad specialem deueniatur. Et vtique in duobus casibus laudabiliter hoc poterit Iudex præstare, etiam delatorem ad denunciandum cogendo.

In duobus casibus cogitur, qui defert vt Patri, ad iuridicè denunciandum.

9. Casus 1. quando delictum esset in graue Reipublicæ, vel alterius innocẽtis damnum, tunc enim posset vti Iudex illa notitia, quam habuit, vt Pater, & obligare Denunciãtem ad iudicialiter denunciandum, dum non suppetit alia via ad illud damnum publicum, vel priuatum impediẽdum; Quod si ille noluerit denunciare, poterit Iudex fiscalem creare, qui denunciet, dum speret se habiturum probationes, ita Caspen. *in cursu Theologico to. 2. tr. 17. disp. 6. sect. 3. n. 35.* Suar. *de Relig. lib. 10. c. 1. 2. & 12. &* Dia. *resol. 46. & 47.*

10. Casus 2. est, quando Prælatus per viam paternam non consequitur emendationem, quam sperat per viam iuridicam, tunc etiam potest obligare delatorem ad iuridicè denunciandum; Sot. & Dia. *resol. 47. vbi* subdit, quod in hoc casu non potest procedi ad subditum puniendum, nisi quatenus necesse est ad eius emendationem; Sed ego in vtroq; casu à via paterna, deuenirem ad inquisitionem generalem iuridicam, & ab hac ad specialem, cum, hac mediante, idem tutius, & æquè benè, & faciliter præstari possit, iuxta tradita *in hac q. n. 8. & q. 11. nu. 8. & sequentibus.*

Quæ possit præstare Prælatus, qui delictum scit tãtum vt Pater?

11. Superest pro termino huius materiæ de denunciatione paterna, breuiter insinuare, quid Prælatus possit facere cum subdito, absq; præuia correptione, vt Patri, denunciato. Poterit igitur Prælatus in hoc casu, dum delictum est graue, præcipuè si probatum sit, procedere ad aliquam secretam pœnitentiam, quæ magis sit correctiua, & præseruatiua, quam punitiua, Sot. *de tegen. secr. mem. 2. q. 4.* & Caspens, *vbi supra*.

12. Item poterit Prælatus subditum à loco, vel ministerio aliquo remouere, dum munus ex nutu ipsius pendet, & sine læsione famæ præstari potest. Item dum iudicatur necessarium poterit cum Consultoribus conferre, & etiam coram ipsis subditum monere, & secretè corrigere, Turrian. *disp. 89. n. 2.*; Nec non delinquenti socium designare fidelem, qui eius actiones exploret, & Superiori referat, Bann. *2. 2. q. 33. ar. 3. dub. 1.*

13. Item poterit Prælatus, dum delictum ei constat per vnum testem omni exceptione maiorem,

gra-

grauiter subditum reprehendere, etiam coram duobus, vel tribus testibus, & pœnitentiam aliquam iniungere, & etiam sub excommunicatione, ipso facto incurrenda, præcipere, ne talem locum suspectum adeat, vel cum tali persona loquatur, hæc enim omnia, vt docet Castr. Pala. *tr. 6. de charitate disp. 3. punc.* 12. non excedunt paternam correctionem; & semiplena probatio sufficit ad talia præstanda, & subscribit Suar. *vbi sup.* & post hos Dia. *dicta resol.* 46. concludit; (& ego cum eo) hæc dicta ad mentem citatorum Doctorum se velle.

Quis possit, & teneatur iudicialiter, Religiosos suis Prælatis denunciare, vel non? Quæstio 17.

1. Visis, quæ spectant ad antecedentia denunciationis, deueniendum modò est ad concomitantia, & ante alia, recto ordine, in hac q. videndum erit, de extrinseco concomitante, nempè; quis suis Prælatis valeat, & teneatur, vel non, Religiosos iudicialiter denunciare?

Quilibet potest sub ditos Prælato Regulari denunciare, qui in iure nō prohibetur.

2. Regula 1. sit. Attento iure Canonico regulariter quilibet suis Prælatis, Religiosos iudicialiter denunciare potest, Baiar. *ad Clar. §. fin. q. 7. num.* 13. & Iodoc. *in sua pract. crim. c.* 7.; vnde omnes, qui eodem iure expressè non prohibentur, denunciare, vt in hac Regula, poterunt, Clar. *q.* 14. *in princ.* vbi testatur de communi DD.

Quid si Denunciator sit infamis?

3. LIMITATVR 1. Regula 1. in infami, qui de iure Canonico à denunciando reijcitur, Baiar. & Iodoc. *vbi sup.*

Inimicus.

4. LIMITATVR 2. Regula 1. In inimico, qui nisi agat causam propriam, reijcitur, ita tenent Baiar. & Iodoc. *vbi sup.* quod adeo verum est, vt Iudex peccet mortaliter non repellendo Denunciatorem, quem cognoscit, non zelo iustitiæ, sed ardore vindictæ denunciare, ita Innoc. & Hostien. *in c. dudum, il 2. in vers. electionis de electione*, Archid. *in c. quærendum 2. q. 7. n.* 1. Felyn. *in c. quæ in ecclesiarum n.* 13. *de constit.* Menoch. *de arbit. iudic. Cent. 5. casu* 482. *n.* 1. vbi ex citatis hic DD. dicit, dignosci, talem esse Denunciatorem, ex qualitate personæ, ferocitate vultus, modo denunciandi, &c. & sequitur Megal. *in prax. crim. Canonica c.* 10. *n.* 3.

Conspirator, vel vilis.

5. LIMITATVR 3. Regula 1. In conspiratore, & in persona vili, tales enim de iure Canonico repelluntur, Baiar. & Iodoc. *vbi sup.*

Excommunicatus.

6. LIMITATVR 4. Regula 1. In excōmunicato denunciato nominatim excommunicatione maiori, qui cum non possit exercere actus auctoritatis, neq; potest denunciare, vt tenet Caiet. 2. 2. *q.* 68. *art.* 2. *ad primum*, & post eum Rodriq. *to.* 2. *qq. regul. q.* 6. *ar.* 3.

Religiosus, dum agitur de pœna sanguinis.

7. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt quilibet Religiosus prohibeatur denunciare, castigandum pœna sanguinis, sub irregularitatis pœna, nisi adhibita protestatione, vt per suam denunciationem talis non infligatur pœna, ita Couar. *in Clemen. si furiosus part. 2. §. 5. per tot.* Rodriq. *vbi supra*, & est

communis opinio DD.

8. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt laicus non admittatur ad denunciandum criminaliter Ecclesiasticum, nisi suam prosequatur iniuriam, hæc est communis opinio, *vt dixit gl. in summa 2. q. 7. gl. vnica*, & hoc omnes admittunt, secundum Foller. *in pract. crim. Can. fol.* 48. *n.* 43. & huic opinioni se subscribens Clar. *§. fin. q.* 14. *vers. propter reuerentiam*, reddit hanc rationem limitationis; quia laici solent esse maleuoli Ecclesiasticorum, vnde potius odio, quam zelo moueri præsumuntur, dum Ecclesiasticos denunciant, & est vulgatus textus apud Canon. quod laici semper fuerunt infesti clericis, *c. laicos 2. q. 7.*

Laicus contra ecclesiasticũ.

9. SVBLIMITA in criminibus publicis, seu exceptis, in quibus laicus admittitur ad denunciandum Ecclesiasticum, vt probat *gl. in c. cum P. Manconella de accusat.* si tamen sit bonæ famæ, *gl. ibid.*

10. AMPLIATVR limitatio 6. Vt non admittatur laicus ad denunciandum Clericum, neq; ciuiliter, est communis opinio, teste Foller. *c. ex parte n. 6. & seq. de testibus*, nisi suam prosequatur iniuriam, vel in criminibus exceptis, Clar. *§. fin. q. 14. ver. propter verecundiam*. Vide pro Regula, & limitationibus propositis, quæ *infra dicenda erunt q. 21. n. 5. 6. & 7.* ea enim, quæ ibi dicenda erunt de accusatione, benè adaptari poterunt etiam ad denunciationem.

11. Plures repellendos à denunciando, inuenies *infra in eadem q. 21. n. 4.* licet ibi propriè agatur de accusando, quod tamen, secundum vsum præsentis temporis, parum distat à denunciando.

12. REGVLA 2. sit. Denunciator sub præcepto non tenetur denunciare nisi publica, seu excepta delicta, quæ in graue Reipublicæ, Religionis, vel aliorum damnum tendunt, in quibus fraterna correptio non creditur prodesse, secundum D. Tho. 2. 2. *q.* 33. *a.* 7. Nauar. *in man. c. 2. n.* 14. Qui enim huiusmodi delicta non denunciaret, eorum fieret particeps, secundùm Innoc. Panorm. Adrian. Nauar. Sylu. & Medin. quos sequitur Bouer. *in Direct. par. 2. c. 11. ver. Denunciator*: Immo eadem pœna delicti esset puniendus, vel saltem extraordinaria, secundum communem opinionem, de qua Bar. *in l. verum ff. ad leg. Pomp. de parric.* & post eum Bouer. *ibid.*

Quãdo teneatur iudicialiter denunciare.

13. AMPLIATVR Regula 2. Non teneri quem denunciare, nisi in terminis Regulæ eiusdem, vt procedat non modo de iure Ciuili, sed etiam de iure Canonico in foro contentioso, Farin. *q.* 51. *n.* 14. vbi testatur de magis communi, non solum in delictis commissis, sed etiam in cõmittendis, Abb. qui etiam de Communi, Felyn. & Farin. *n. 9.* licet alij relati ab eo *n.* 11. contradicant.

AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt non teneatur quis denunciare, quando crimen est in facto esse, nec manet in actu; nisi quis in iudicium vocaretur a Iudice, & iuridicè interrogaretur, nempe, quia præcederet criminis infamia, notorietas, aut aliqua probatio, secus

Crimẽ in facto esse an denunciandum?

cus in crimine omnino occulto, Filliuc. quem refert, & sequitur Basseus, *in Summa ver. Accusatio n.* 6. & Toletus, *in Sum. lib.*5.*c.*57.

14. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt in foro conscientiæ, teneatur quis etiam non excepta delicta committenda denunciare, Viuius, & Guaz. *defen.* 18. *cap.* 1. *n.* 10. & 11. Iaf. & Far. *q.*51. *num.*14. Abb. Dec. Cagnol. Gom. qui testatur de communi, Menoch. qui ait, quod in hoc omnes conueniunt, & Far. *n.*23. Secus tamen esset in commissis secretis, Alber. Dec. Menoch. & Far. *n.*24. Delicta enim secreta priuata, iam commissa, quæ delinquenti tantum nocent, nemo denunciare tenetur, nisi post fraternam correptionem, delinquens in crimine perseueret, Bouer. *vbi supra. ver. porrò*.

15. SVBLIMITATVR limitatio 1. Vt ille, qui non denunciat, quando denunciare tenetur, licèt peccet, non tamen teneatur parti ad damna, Didac. & Clar. *q.* 87. *ver. dictum*, Sot. Menoch. & Far. *q.*51. *n.*25. Medina, qui testatur de communi Theol. Couar. & Guaz. *defen.*18 *cap.*1. *n.*12.

16. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt quādo graue damnum Denuncianti ex denunciatione imminet, denunciare non teneatur, *cap. hoc videtur* 22. *q.* 5. & tenent cõmuniter DD. teste Bouer. *in d. ver. Denūciator*, vbi citat Mirā. Sayr. & Sylu.

An Religiosus possit iudicialiter alterū Religiosum, denunciare? Quæst. 18.

1. REGVLA sit. Quilibet Religiosus, nisi alio respectu sit prohibitus, potest apud suum Prælatum alterum Religiosum iudicialiter denunciare. Certa, apud me, est hæc regula, sed quia quædam *infra n.*8. tangenda, ei videntur obstare, eam pluribus stabiliendam duxi. Posse Religiosū iuridice denunciare, pluribus probatur.

2. Probatur igitur Regula 1. Omnes possunt de iure Canonico denunciare, qui ab eodem iure expresse non prohibentur, Clar. qui de communi testatur *q.*14. *in princ.* sed Religiosus non prohibetur expressè in iure, iuridicè denunciare, ergo potest.

3. Probatur 2. Si repellendus esset Religiosus a iuridica denunciatione, maximè esset, quia non potest agere in iudicio: Sed denunciare iuridicè non est agere, ergo non est repellendus. Probatur minor, nam iuridica denūciatio non est actio, sed est mera criminis manifestatio sine aliqua actione, Sayr. *in Clau. Reg. lib.* 12. *cap.* 11. Miran. *in ordin. iudic. q.* 12. *art.* 2. Rodr. *tom.* 2. *q.* 6. *art.* 1. & Bouer. *in Direct. part.* 2. *c.* 10. *vers. hinc*; Vndè in ea Iudex non procedit ad instantiam partis, sed ex officio contra denunciatum, est doctrina communis DD. *in cap. super his, in cap. cum dilectus de accus. & in cap. nouit de iudic* vt notauit Bouer. *ibidem vers. à primo, & in cap.* 1. *§. alijs*, ex Clar. *lib.* 1. *q.*3. & facit, à multo magis, quod idem Clar. tenet *in §. fin. q.*12. *vers. Item quæro*, vbi loquitur de accusatione, de qua magis posset dubitari, an sit actio; Cum ergo denunciatio non sit actio, ab ea non est repellendus Religiosus.

4. Comprobatur intentum, quia modus inchoandi processum per denunciationem, non est modus separatus ab inquisitione, vt tenet Clar. *§. fin. q. 7. in princ.* denunciatio enim iudicialis, nihil aliud operatur, nisi quod loco querelæ, vel diffamationis succedit, & sic aperit viam Iudici ad inquirendum contra aliquem ex se, & ex officio, ita Clar. *vbi sup.* Igitur cum denunciatio non sit actio, sed imploratio tantum officij Iudicis, ad implorationē hanc Religiosus admittitur.

5. Probatur 3. Nam in confesso est apud omnes, quod Religiosus potest Canonicè denunciare, ergo etiam Iuridicè: Probatur consequentia; in hoc tantum differt Canonica à Iudiciali denunciatione, quod Canonica publicum, Iudicialis priuatum tuetur bonum, vt declaratur *in 4. tom. q. regul. tit. 7. cap. 6. §. priuata, & §. Canonica*; si ergo Religioso licet Iudicis officium implorare ad publicum, licebit etiam ad priuatum interesse tuendum, cum vtrunque æquè exerceri possit, & exerceatur sine actione, vt probatum est.

6. Probatur 4. Insignes Doctores confundunt Iudicialem, & Canonicam denunciationem, ac si pari passu ambularent, vel vnum quid essent, vndè Greg. de Valen. omnem denunciationem redigit ad fraternam, & Iudicialem, vt videre est *in dict. 4. t. q. Reg. ibidem n. 3. §. de Regularibus*, & cum Valentia tenent S. Antonin. 3. *p. tit. 19. cap. 9.* Rodr. *tom. 2. q. 6. art. 1.* & Miran. *in ord. iudic. q. 7. art. 2.* & hos sequitur Bouer. *in Direct. p. 2. c. 8. vers. alijs*. Itaque, vel Religioso neutra conuenit, quod est absurdum, & falsum, vel vtraq; quod rationi consonum est, & verum.

7. Probatur 5. Ex vsu, & consuetudine recepta in nostra Religione. Et cum iuxta Indultum Bonifacij VIII. possimus procedere in iudicijs, secundum consuetudines approbatas; cum hæc sit cōsuetudo approbata apud nos, vt quis possit apud suum Prælatum alterum iuridicè denunciare, non videtur relictus in hoc ambigendi locus. Et P. Io. Maria a Tusa, quondam noster Generalis *in sua expositione super Regulam nostram cap. 10.* ait; Teneri nostros Prælatos super denunciationes Iuridicas sibi à fratribus præsentatas procedere.

8. Contra propositam, probatamque Regulam, facere videtur *Clem. exiui de verb. sign. §. proinde, vers. verum etiam*, vbi habentur hæc verba; Cumque dicti Ordinis professores pro nulla re tēporali possint in iudicio experiri, &c. vbi fundatus Franc. Arret. *in pract. in 2. substantiali cap. 8. vers. ego saluo, cum sequenti*, ait; Ego saluo meliori iudicio, credo quod Iudicialis denunciatio, tuta conscientia fratri Minori obseruāti competere non possit; Et idem videtur dicendum de alij Fratribus Minoribus Vlterius Clar. *in §. fin. q. 7. vers. Item quæro*, sustinet generaliter, Monacum in forma iudicij, denunciare non posse, & ait hanc esse communem opinionem secundum Abb. *in cap. ex parte n. 6. de accus.* Obijcitur cōtra Regulam.

9. Sed Respondetur, non obstare

Obiectioni Respondetur.

re dictam Clemētinam exiui, quia ille textus intelligi debet, quod Fratres Minores non possunt in iudicio experiri, agendo, seu assumendo personam Actoris, quod fit mediante formali, & solēni accusatione, quod talibus Fratribus non competit; qui actionem in iudicio non habent, secundum mentē, & verba *ibidem* Clem.V. Non autem ibi prohibitum est Fratribus iudicialiter denunciare, quod experiri nō est, seu agere, sed tantum sine vlla actione, implorare officium Iudicis, vt probatum est sup. in hac quaest. n. 3. & 4. Et ad auctoritates Clar. Abb. & communis, Respondetur intelligendas esse, prout loquūtur de Monachis, nos autem loquimur de Religiosis Fratribus; & ex diuersis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* praesertim in prohibitiuis, & odiosis, vt in casu nostro. Vel potest responderi, quod loquantur de formali, & solemni accusatione, quae, vt dixi, non est sine actione, de qua si loquatur Arret. do ei manum, aliás non esset sequendus; ego autem loquor de denunciatione, quae vt probatum est, sine vlla actione pertransit.

10. Quibuscunque igitur in contrarium adductis non obstantibus, intrepidè concludendum est, iuxta propositam Regulam; quae multo magis comprobabitur *ex infra dicendis quaest.* 22. vbi agam; An Religiosus possit iudicialiter accusare, &c.?

Quaenam sint requisita intrinseca Iudicialis denunciationis?

Quaestio 19.

1 AB extrinseco concomitante, de quo in praecedentibus, venio ad Intrinseca concomitantia denunciationis Iudicialis, quae nempè intra ipsam denunciationem adesse debent; &c.

2. REGVLA 1. sit. Denunciatio debet continere nomen Denunciantis, & denunciati, Iudicis, & criminis commissi, aliás esset inualida, ita Boss. Gandinus, Aug. ad Ang. Carauita, & Prac. Conradi, quos refert, & sequitur Clar. *q.* 10. *vers. scias autem, §. fin.*

Denunciatio continear nomē Denunciātis, denunciati, Iudicis, & criminis.

3. Ex hac Regula sequitur, quod cum in denunciatione debeat esse nomen Denunciantis; nullo modo Praelatus debet specialiter inquirere, quando deferuntur literae delatoriae, seu denunciatoriae, absque nomine auctoris, ita Clar. *in §. fin. q.* 5. *vers. neque in hoc*; etiamsi, ait ipse, in literis notati essent testes de delicto informati; & facit *tex. in cap. inquisitionis, de accus.* vbi Panorm. quia huiusmodi scripturę sine nomine, infamiam non afferunt, *cap. fin. de accus.*

Literae sine nomine non valent.

4. REGVLA 2. In scriptis debet esse Iudicialis denūciatio; quia, vt ait D. Tho. 2. 2. *q.* 68. *art.* 2. *in corp.* ea, quae verbotenus dicuntur facile a memoria dilabuntur, & non posset esse certus Iudex, prout deberet, quid, & qualiter dictum sit, nec suam Iudex posset sententiam ferendam iustificare postea ex actis, vt iuris est.

In scriptis fit denunciatio.

5. Duo-

5. Duobus modis potest intelligi Regula, vel vt denunciatio Iudicialis debeat porrigi in scriptis, vt in accusatione tenent Bar. & Card. Alex. relati a Clar. *§. fin. q. 12. vers. quæro, quæ*; vel vt sit tantum verbalis, & per Notarium in scriptis redigatur, vt tenet Salyc. *in l. pen. C. de accus. nu. 2.* iuxta formam *l. libellorum ff. de accus.* & certè quicquid sit de iure, in praxi quotidiè seruatur, opin. Salyc. vt notat Clar. *loco citato*. Et hęc denunciatio potest fieri per literas secũdum Abb. *in cap. licet à Beato, de accusat. n. 2.* Bertum *in Prax. tit. 7. cap. 5. n. 3.* & Arret. *in Prac. c. 9. n. 4.*

Addit dies datæ. 6. REGVLA 3. In Iuridica denunciatione debet apponi dies datæ, sine qua inualida esset querela, seu denunciatio, vt sentiunt præcitati Gandin. Aug. ad Ang. Boss. Carau. Pract. Conrad. & Clar. §. fin. q. 10. vers. scias autem; Et procul dubio si Notarius, seu Actuarius nõ faceret apponere in actis, qua die fuisset porrecta denunciatio, posset tanquam imperitus, & suspectus officio priuari, cum passim seruetur, vt apponatur, Clar. *q. 12. vers. præterea*; vbi nihilominus ipse credit non esse de substantia dictam appositionẽ diei, ita vt si non apponatur, legitima denunciatio vitietur; immò Salyc. & Ang. ab eodem relati, tenẽt, quod, quicquid sit de iure, non sit in vsu appositio diei, mensis, & anni. Tu in praxi non recedas a tuta Regulæ sententia.

An intentetur simul criminale, & ciuile iudicium? 7. REGVLA 4. in eadem denunciatione Iudiciali non debet æquè principaliter intentari contra aliquem iudidiũ criminale, quod, vt traditum est *supra q. 10.* ad publicam est vindictam, & ciuile ad priuatum commodum, hoc enim iure fieri non potest, maior enim causa, quæ est criminalis, cum ciuili non cumulatur, secundũ DD. *in l. edita, C. de edendo*, & tenet Clar. *in q. 2. vers. & hac quidem.*

8. Declaratur Regula; *Vt per eam non sit prohibitum*, vt in eadem denunciatione principaliter intentetur iudicium criminale, & incidenter ciuile, petendo e. g. rem ablatam restitui, talis enim denunciatio esset admittenda, vt ait Bar. *in l. interdum §. si furem n. 6. ff. de furtis*, quem sequuntur communiter scribentes, testibus Curt. Iun. Rom. & Aret. & ita, teste Bal. seruat consuetudo, & hos omnes refert, & sequitur Clar. *vbi sup.* Itaque in istis casibus benè ordinetur denunciatio, ita vt principaliter intentetur criminale, & incidenter ciuile iudiciũ: *Sed posito, quod* quis intentaret tantum criminale, non autem ciuile iudicium, tamen Iudex ex officio non deberet relaxare Reum, nisi parte satisfacta, Baiar. ad Clar. *q. 2. nu. 7.* vbi citat Didac. Scot. & Nauar.

Denũciatio, & accusatio an cumulentur? 9. REGVLA 5. Denunciatio, & accusatio non possunt, de iure, simul cumulari, & propterea non possunt, de iure, in denunciatione inseri verba accusatoria, vt omnes concludunt, teste Rom. *in l. edita C. de eden. post numerum 138.* aliàs enim accusatio faceret cessare denunciationem.

10. LIMITA; *Vt licet hoc verum sit loquendo de iure*; Attamen

ex generali consuetudine, accusatio non facit cessare denunciationem, & ambo simul concurrere, & cumulari possunt in principio, medio, & fine totius iudicij criminalis; immò aliquando concurrunt denunciatio, accusatio, & inquisitio in eodē processu, Ita Clar. *q.* 3. *vers. hinc*, post Butr. qui ait, quod hic modus approbandus esset per Principes, & Pontifices, & ita cessarent omnes ambiguitates.

Quædā remissiuè. 11. REGVLA 6. hic esset stabilienda; An plures vnum, vel vnus plures; vel vnus de pluribus criminibus, & è contra denunciare in eadem denunciatione possint? & an denuncietur vnus separatim de pluribus delictis? sed de his vide *infra q.*24. *n.*6.7.. & 8.

Quę de prædictis Regulis seruandā sint à Regularib. 12. Supradictæ Regulæ, pertinent ad formam denunciationis, secundum ordinem & dispositionem iuris cōmunis, ad quam cum iuxta priuilegium Bonif. VIII. Regulares Iudices non teneantur, si apud eos denunciatio non contineat omnia requisita in ijsdem Regulis, non per hoc processus vitiabitur, dummodo non desint substantialia, quæ sunt nomina Denunciatoris, denunciati, Iudicis, & delicti, dies, mensis, & annus præsentationis; & si in scriptis non porrigatur, per Notarium, vel Actuariū in scriptis redigatur: Sed volens Iudex Regularis, poterit pro opportunitate, etiam alia seruare, ita Arret. *in prac. p.* 2. *c.*5. *ver. hac autem*.

13. De materia huius quæst. latè Clar. *§. fin. q.*2. 3. 10. & 13. De qua hic tantum superaddo; regulariter non oportere in denunciatione exprimere locum, & tempus commissi delicti, iuxta tradita *sup. q.*14. *n.*4.

Quomodo Iudex, porrecta sibi denunciatione, gerere se debeat?

Quæstio 20.

1 EXPLICATIS conditionibus requisitis in Iudiciali denunciatione; nunc tali denunciatione Iudici præsentata, quomodo se gerere debeat est videndum. Et præmitto, quod, casu quo, sciens delictum Fratris sponte non denunciet, Prælatus, quando peccatum est occultum, ita quod testibus probari non possit, nec laborat infamia, sed vnus tantum nouit, nunquam huic præcipere debet, vt sibi tanquam Iudici illud denunciet; ita D. Tho. 2. 2. *q.*33. *art.*7 *ad* 3. intellige in grauioribus, & grauissimis delictis occultis, quæ nisi in perniciem aliorum tendāt, non sunt denuncianda, vt ait *ibidem* D. Tho. *in corpore quæstionis*, leuia enim & grauia, quæ infamiā non inurunt, etiam si secreta sint Prælatus præcipere potest, vt sibi tanquam Iudici denuncientur, vt illa publicè, etiam iuxta nostræ Congregationis consuetudinem, puniantur. An Prælatus præcipere possit, vt occultum delictū denuncietur?

2. REGVLA 1. sit. Antequam Iudex ex porrecta denunciatione ad inquisitionem procedat, denūciationem ipsam serio perpendat; an habeat debita requisita, tradita *in præcedenti q.* præsertim ea, quæ tanguntur *n.*12. & signanter non leuiter curet, vt sibi constet de pro- Iudex perpendat denunciationē. Denunciante, & denūciatū.

probitate, vel improbitate Denunciantis, vt monent Innoc. *in c. nulli de accus.* Oldrad. *cons.* 224. *n.* 1. & Clar. *§. fin. q.* 15. *vers. primò*, vt hinc videat, num denũciationem admittere debeat. Vlterius Denunciati personam serio perpendat, vt monẽt *ibidem* Innoc. Oldr. & Clar. & si in ista inquisitione inuenerit denunciatum, virum in Religione insignem, aut magni nominis Prælatum, vita, & moribus per plures annos probatum, non facilè cuiuslibet, & præsertim vilium personarum denunciationem contra ipsum admittat; ne talium virorum fama, Religioni maximè vtilis, & necessaria, detrimentũ patiatur, *iuxta c. si qui sunt, &c. querendum* 2. *q.* 7. *& not.* D. Tho. 2. 2. *q.* 68. *ar.* 1. *ad secundum:* Immò contra tales non denunciationem, sed accusationem tantum acceptet Iudex, quæ ad pœnam talionis Accusatores obligat; vt colligitur *ex cap. repellantur, de accus.* & docent Specul. *de denunciatione §.* 1. Hostien. *tit. de inquisit. §.* 2. *ver. vt autem, gl. in c. cum contingat, de rescrip.* & Rodriq. *to.* 2. *q.* 6. *ar.* 8.

Repellat Iudex Denuncianté indignum.

3. REGVLA 2. sit. Si Iudex, Denunciatorem calumniatorem, inquietum, excommunicatum, infamem, conspiratorem, inimicum, &c. (de quibus *sup. q.* 17. *egi*) antequam incipiat iudicium, deprehẽderit, ipsum, iuxta *ibidem* tradita, potest, vel etiam debet, cum sua denunciatione reijcere; Iudicis *n.* arbitrio remittitur iudicare, quando denunciatio admitti debeat, *dicto c. si qui sunt, &c. quærendum,* 2. *q.* 7. & animaduertit D. Tho. *vbi sup.* Sot. *lib.* 5. *de iust. & iure q.* 1. *ar.* 1. & Clar. *q.* 15. *in princ.* immò peccat Iudex non repellendo Denunciantem ardore vindictæ instantem, de quo vide *sup. q.* 17. *n.* 4.

Quid cum instigatore agendum?

4. REGVLA 3. sit. Si Iudex videat Denunciatorem fieri instigatorem, & ferè personam Accusatoris induere, faciat, vt se subscribat ad pœnam talionis, vt tenet, & probat Bouer. *in direct. p.* 2. *c.* 15. *ver. Iudex igitur.*

5. REGVLA 4. sit. Iudex deprehendens Denunciatorem falsa denunciasse, non debet eum sine debita pœna dimittere.

An falsa Denũciãs, vel non probãs puniatur.

6. Pro declaratione notandum est, quod, de iure, Denunciator tenetur probare ea, quæ in sua denunciatione continentur, vt notat Clar. *q.* 7. *vers. quæro nunc, per text. in l. Diuus, & in l. ab accusatione, §. nunciatores, ff. ad Turpill.* tamen communis vsus, & praxis hoc non admittit, vt dixit Ang. *de malef. ver. nec non, & ad denunciationem, n.* 20. Marian. Salyc. & Card. Alex quos refert, & sequitur *ibidem* Clar. qui subdit, quod sufficit, quod Denunciator proponat testes informatos, & ideo si tantum deficiat in probando, puniri non debet: Nihilominus, si non solum deficiat in probationibus, sed etiam reperiatur omnino falsum denunciasse, ad arbitrium Prælati plectendus erit, præsertim, dum falsum scienter denunciasse detegitur, Farin. solidè probans, *q* 16. *à n.* 15. vsque *ad n.* 19. Sed vide *inf. q.* 23. *n.* 5.

Contra legitimè de-

7. REGVLA 5. Quando denunciatio, & Denunciator habet

debita

nuncia-tũ, deber procedi. debita requisita, de quibus supra; debet Iudex denunciationem admittere, & interim denunciatus, seu accusatus de crimine, promoueri non potest ad honores, & dignitates, vt est tex. expressus in c. omnipotens Deus, de accus. Et admissa denunciatione, tenetur Iudex contra denunciatum inquirere, aliàs peccat, negligendo iustitiam, & publicum Religionis bonum, quod ex criminum punitione resultat, vt tenent communiter DD. præsertim *gl. in c. excommunicamus, vers neglexerit, de hæret.* Panorm. *in c. cum dilectus, de accus.* D. Tho. 2. 2. *q.* 54. *ar. fin.* Boss. *tit. de Offic. corrupt.* & Rodr. *tr.* 2. *q.* 39. *ar.* 1. Caueat tamen Iudex, ne inquirat, antequam constet de corpore delicti, iuxta probata *supra q.* 12. *n.* 3. *& seq.*

An Denunciator ad testificãdum admittatur? 9. Vnum hic subnectam animaduertendum a Iudicibus, videlicet; Ne voluntarium Denunciatorem vt testem examinent, cum de iure non possint; Et pro declaratione, corroborationeque huius puncti, obseruo; Quod aliquando Denunciator est voluntarius, & priuatus, aliquando necessarius, & publicus, vt docent Tusch. *in litera D. concl.* 192. & Boss. *in tit. de denunciatione n.* 2. Denunciator necessarius, & publicus, vt est Officialis, Syndicus, Consul, seu Antianus, qui solus cognitus est Denunciator de iure Ciuili, vt notat Bal. quem sequitur Tusch. *ibidem nu.* 5. examinari potest tanquam testis, & deponens de proprio visu, vel auditu probat, ita Clar. Corrad. & Tusch. *dicta concl.* 192, *n.* 14. *&* 15. Alex. Bal. Bar. & Cæpol. quos refert; & sequitur Boss. *dicto nu.* 2. vbi ait, quod hæc tantum procedũt, quando quis denunciare tenetur, & testatur de communi DD. Et subscribit Aug. ad Ang. *de malef. ver. Nec non ad denunciationem, n.* 21. inducens *tex. in terminis, & ibi Bal. in c. in omni negotio, iuncta glo. de testibus;* Reddit Ang. *dicto n.* 21. hanc bonam rationem de prædictis nempe: Quia publicus Officialis, secundum publicam conscientiam denunciare, & secundum propriam priuatam testificari potest, Officia enim hæc compatibilia in eo sunt; Non autem in priuato Denunciatore; Et quandocumq; DD. docent Denunciatorem posse examinari, & esse testem intelligendi sunt in prædictis terminis, & si qui aliter sentirent, & hanc doctrinam vellent extendere ad priuatum Denunciatorem non essent sequendi.

Quid in Denunciatore necessario, & publico.

10. Nam Denunciator priuatus, & voluntarius, pro vt est regulariter Denunciator apud Regulares, habetur loco Accusatoris, & non potest esse testis, ita Boss. *in tit. de denunciatione, n.* 2. *per c.* 1. 4. *q.* 3. *& per c. forus §. in omni, de ver. signif.* Talis enim nihil agit, nisi quod aperit viam ad inquirendum, Clar. qui testatur de cõmuni, quem sequitur Tusch. *dicta concl.* 192. *nu.* 11. Immò dum Iudex procedit super denunciatione, quod nec voluntarius, nec necessarius Denunciator possint, vt testes examinari voluit Ang. post Saly. *in dicto nu.* 21. licet Aug. *ibidem* non sequatur in Denunciatore necessario.

Quid in Denunciatore voluntario, & priuato?

I 11. Plu-

11. Plura alia, spectantia ad præsens institutum de denunciatione, vide *infra in sequentibus quæstionibus de accusatione*; plurima enim sunt communia inter denunciationem, & præsentis temporis accusationem; in quibus autem differant vide remissiuè infra *quæst. 24. num. vltimo.*

Finis Tractatus Secundi de Denunciatione.



DE

DE ACCVSATIONE, Consiliorum, & Commentariorum, TRACTATVS TERTIVS.

Quis possit Regulares apud eorum Prælatos accusare, vel non?
Quæstio 21.


POST 1. & 2. modum inchoandi processũ, nempè per inquisitionem, & denunciationem, de quibus in antecedentibus duobus tractatibus actum est, sequitur meritò hic tertius de accusatione. Et cum idem fere ius statuendum sit in accusatione non solemni, de qua in isto tractatu, agere intendo, & in denunciatione, in ordine ad correptionem præmittendam, vel non; ad ea quæ in hoc puncto dicta sunt, *q.15. hic sup.* lectorem remitto, Et consequẽter, prætermissis his, quæ antecedentia sunt, initium sumo à concomitantibus accusationem; & quæro iuxta propositum titulum; Quis legitimè Religiosos apud eorum Prælatos valeat, vel non accusare, ita vt ab hac accusatione ritè apud eos processus inchoari possit?

An fraterna correptio præcedere debeat accusationem?

2. Et præmitto pro declaratione tituli huius tractatus, & etiam quæstionis, quod; Accusatio est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente subscriptione; ità teste Clar. *q.12. in princ.* communiter Doctores diffiniunt.

Quid sit accusatio?

3. REGVLA sit. Quilibet à iure non prohibitus, potest Regulares, apud eorum Prelatos accusare, iuxta doctrinam Clar. *q. 14. in princ.* qui ait, hanc regulam communiter ponere Doctores, & tenuit Specul. eandem *in tit. de accus. §.1. & est tex. in l. accusare ff. de accus.*

Quilibet nõ prohibitus potest Regulares accusare?

4. Plurimi autem sunt, qui de iure communi ab accusando repelluntur, quos enumerat Clar. *q.14.* & latè S. Antonin. *in 3. p. tit. 9. cap. 8. §. 2.* Bouer. *in direct. p. 2. c. 17.* & latius Far. *q. 12* & vltra prætactos, *hic sup. q. 17. à n. 2. vsque ad nu. 10.* prohibitos denunciare, qui etiam dubio procul accusare prohibentur; breuiter hic enumerando, tango, quod ab accusãdo de iure communi repelluntur, Criminosi, Clar. *q. 14. vers. dixi quoque cum sequentibus*; Item Apostatæ à fide, vel de ea suspecti, Hæretici, Pagani, Iudæi, qui non possunt Christianos accusare, *c. non potest, & c. pagani 2. q. 7.* Item Calumniatores *c. similiter 3. q. 5.* Item de facili litigantes, *dicto c. similiter*. Item non solum inimici, sed etiam de recenti reconciliati, *c. accusatores, 3. q. 5,* Item consanguinei inimicorum, & ij, qui familiariter cum inimicis commorantur, & de domo inimicorum prodeuntes, *c. accusatoribus,*

Qui de iure ab accusãdo repellantur?

bus, 3. q. 5. Item socius criminis, Impubes; Minor 20. annorum; Miles; Quia à testimonio ferendo repelluntur; & mulier, iuxta allegata per Bouer. *ibidem*; Item constitutus in peccato mortali, de iure canonico, Clar. *q. 14. ver. quinimò,* citans Beroum, qui testatur de communi. Hos, & plures alios enumerant præcitati Auctores.

Accusatus, an accusare possit?

An autem accusatus accusare possit; Distinguendum est, Nam vel nomen accusati non dum est receptum in numero Reorum, vel iam est receptū. Si est receptum, potest de maiori crimine alium quam Accusatorem suum accusasare, & ita communiter DD. ait Clar. ex Marian. Si vero reaccusatio esset de æquali, vel minori crimine, in criminibus se contingentibus, vt si A. accuset B. de vulnere sib dato, & B. reaccuset A. de falsa accusatione instituta, posito, ait Ang. quod ista crimina sint æqualia, ex consuetudine obtentum est, ad minuendas lites, quod simul super vtroq; procedatur, & sententia feratur, & quod ista praxis sibi multum commendabilis videtur. Et Io. And. hæc referens, ait etiam bonum verbum, & notandum, quod sequitur Clar. *ibidem*, nempè dummodo Reus reaccusans sit in carceribus constitutus, aliàs secus. Si vero accusatus non est receptus in Reorum numero, potest accusare de maiori crimine alios, & etiam suum Accusatorem, Clar. *ver. tertius est*; De pari autem, vel minori crimine, si suam, vel suorum prosequatur iniuriam, potest etiam reaccusare suum Accusatorem, & super vtraque accusatione est procedendum, dicit Bal. non prosequendo vero dictam iniuriam, non potest, secundum opin. Azo. quam Imo. & Marian. dicunt esse cōmunem, At Odofr. tenet, quod absolute possit reaccusare Accusatorem suum, de pari, vel minori, & hæc opinio, ait Gand. relatus ab Aug. ad Ang. de consuetudine seruatur in tota Italia, & Clar. ab hac putat non receden. in practica, Reo tamē prius constituto in Carceribus.

An processus valeat, dum integitimus est Accusator?

5. Notandum primò, quod si prohibitus accusare, admittatur ad accusandum, parte non opponente, valet processus, Clar. *q. 15. vers. sed pone,* cum Bar. & communi DD. de qua testatur Aret. Sed hæc raró contingunt in practica, ait Clar. *q. 14. vers. scias tamen,* quia ex generali consuetudine, in omnibus ferè causis Iudices procedūt ex officio, etiam si nemo accuset.

Quid apud Regulares?

6. Notandum secundò, quod attento indulto Bonif. VIII. quo cōceditur Regularibus, vt non teneantur ad apices iuris, cum prædictæ prohibitiones videātur ad apices iuris pertinere, poterit Iudex Regularis, causa maturè perpensa, licet passim non sit expediens, dictos inhabiles Accusatores admittere, ita S. Antonin. *3. p. tit. 9. c. 25. §. 6.* Sylu. *ver. iudex q. 5.* & Bouer. *vbi sup. vers. sed quoniam.*

Secundū Canones omnes de quolibet delicto accusari,

7. Notandum tertiò, quod cùm de iure Canonico omnia crimina sint publica, omnes, secundum hoc ius, accusari, & omnes accusare possunt Clar. *lib. 5. §. 1. vers. hac tamen, ex gl. in c. infames, 6. q. 1.* & Bal.

& accusare possũt. Bal. *in Rub. C. qui accusare non possint*, qui ait, ita dicere Canonistas, & Hostien. testatur, quod ita communiter dicitur. Et hinc infert Milleus, quod hodiè titulus de priuatis delictis, non est in vsu. Et ego vlterius infero, quod quilibet de quolibet delicto potest accusare; cum hoc sit habendum pro regula certa in publicis delictis, & etiam accusari, iuxta doctrinam D. Tho. *2. 2. q. 66. art. 1.* Sot. *de iust. & iur. lib. 5. q. 5. ar. 1.* & Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 12. part. pr.* & est doctrina communis DD. An autem quis teneatur accusare, vide *supra, q. 17. n. 12. vsque in finem*, cum notatis, *infra q. 24. n. 20. & 21.*

An Regularis possit alterum Regularem iudicialiter accusare?

Quæstio 22.

Accusatio Regulari licita. 1. REGVLA sit. Regularis alterum Regularem coram legitimo Prælato iudicialiter accusare potest.

2. Declaro; Regulam loqui de accusatione, non prout erat introducta cum tot solemnitatibus, quæ vt not. Clar. *§. fin. q. 12. vers. Item quæro*, non tam imploratio officij Iudicis erat, quam actio, quæ Regulari non competit, hoc enim præstare esset experiri in iudicio, quod nobis non licet, iuxta Clem. *exiui §. proinde, vers. verum etiam, de verb. signif.* Sed Regula loquitur de accusatione, sublatis iam, ex generali consuetudine, ferè omnibus solemnitatibus, quæ potius querela dici potest, & denunciatio iudicialis, quæq; secundum magis communem opinionem, potius est Iudicis officium implorare, quam actionem aliquam exercere, vt dixit Clar. ibidem, innuens, quod in praxi non est ab hac doctrina recedendum, quæ cõmunis est DD. vt attestatur Bertus *in Rubr. de accus. n. 7. in fine*.

3. Supposita hac declaratione faciunt in comprobationem Regulæ propositæ ea, quæ dicta sunt *sup. q. 18. præsertim n. 2. & 3.* cum responsione ad obiectionem, *n. 8. & 9.* Vbi ea, quæ de denunciatione dicuntur, faciunt optimè ad rem nostram. Probatur remissiue Regula.

4. Comprobatur vlterius Regula, ex approbata consuetudine, qua admittitur Religiosus ad accusandum; Cum itaq; iuxta Bonif. VIII. concessionem, possimus nos in iudicio procedere, secũdum nostras approbatas consuetudines; & hæc sit approbata consuetudo, vt valeat Religiosus apud suum Prælatum iuridicè accusare, non videtur de hoc ambigendum. Cõprobatur consuetudine.

5. Cæterum hortatos Regulares velim, vt, quantum fas est, ab accusatione abstineant, & vbi opus est, regulariter ad Prælatos tanquã ad Patres recurrant, vel si tanquam ad Iudices recurrere velint, ad summum, iudiciali denunciatione eorum officium implorent, non assumentes personam, nec nomen Accusatoris; Accusator enim non ex charitate, aut zelo iustitiæ, sed ex liuore, aut odio ad accusandum moueri præsumitur, iuxta *gl. in c. decreto, 2. q. 6.* & est *tex. in c. si omnes, 6. q. 1.* Et hinc est, quod accusatio illaudabilis intentio nuncupatur, *c. si quis Episcopus, 2. q. 7.* quæ Regulares ab ijs neãt ab accusatione.

vix sine culpa exerceri potest, secundum eamdem gl. & post eam Foller. *in prac. crim.canon. c.4.n.9.*

Quæ nam sint requisita iudicialis accusationis? Quæstio 23.

1. VT accusator, de quo in superioribus egimus, non erret in accusando, requisita hic iudicialis accusationis subnecto; Et præsupposito, quod Accusator non teneatur fraternā correptionem præmittere, cum nec teneatur iudicialiter Denuncians, quod intellige eo modo, quo *supra* declaratum est *q.15.præsertim, n.6.*

Requisita in denunciatione etiā in accusatione requiruntur.

2. REGVLA 1. sit. Omnia, quæ *supra q.19.* dixi requiri in iudiciaria denunciatione, eadem, vel maiori ratione requiri dicenda sunt in accusatione, & probationes ibidem adductæ, faciunt ad comprobandum præsens institutum; ad ea igitur remitto lectorem, ne hic frustra transcribam. Quid iuris, si quis de veris, sed secretis accusando infamet; Vel si accusatus excipiat contra Accusatorem, vera, sed secreta infamatoria, *Vide inf. q.125.n.20. & seq.*

Accusator, an debeat se, subscribere ad pœnā talionis.

3. REGVLA 2. Accusator se subscribere accusationi tenetur ad pœnam talionis, nempè nisi crimen probauerit, se obligare ad similitudinem pœnæ, vt declarat Bar. & de communi testatur Aret. quos refert, & sequitur Clar. *§.fin. q.12. ver. fama*; Regula est Clari ibidem *ver. dixi iuxta tex. in l. libellorum, ff. de accus.* Immò de iure, etiā sine tali subscriptione ad eandem pœnam tenetur Accusator, Clar. *ibidem vers. de iure*, & adducit Abb. & Aret. testantem de cōmuni. Et licet de consuetudine, de iure Ciuili, hæc non seruentur, Clar. *ver. cæterum*, tamen vt *ibidem subdit vers. scias tamen*, de iure Canonico, adhuc Regula seruatur, & consentit Card. Alex. *in c. libellorum circa fin. 2.q.* 8. & apud nos signanter seruanda est; Prædicta præsertim procedunt, casu quo Accusator interrogaretur, an velit vti accusatione, & probationibus iuxta eam factis? si respondeat, vti se velle, vt not. Boss. & Clar. quos refert, & sequitur Farin. *q. 16.n.4.* Et concludit *n.5.* cum Menoch. & Boss. de mente Doctorū, extra proximè propositum casum, calumniatoris pœnam esse arbitrariam, modo pecuniariam, modo corporalem, iuxta facti, & personarum qualitatem; & quod ita videtur seruari; latè de materia huius Regulæ Farin. *in eadem q.16.* vide *inf. n.* 5.

4. LIMITATVR 1. Regula 2. Dum Accusator habet pro se aliqua euidētia indicia, puta famam, vel auditum à fide dignis, vel quid simile, in istis enim casibus excusaretur, si deficeret in probationibus, secundum communem opinionem DD. de qua testis est Abb. & ita tenet Bar. quos refert, & sequitur Clar. *q.62. vers. sed pone.* Quandò Accusator à dicta pœna excuset.

5. LIMITATVR 2. Regula 2. Cum Accusator ex ignorantia, vel animi leuitate, non ex malitia accusat, tunc enim non debet pœna talionis puniri, secundum Miran. *in ord. iudic. q.13. art.7.* quem sequitur Bouer. *in Direct. par.2. cap.* 18. *vers.* Ignorātia excusat.

18. *vers. sunt*; talis enim pœna calumniatoribus imponitur; & hi tantummodo sunt, qui falsa crimina scienter accusant, secundum D. Th. 2.2. *q.* 68. *ar.* 3. quem sequuntur Aldrete, Arret. & Leza. *tom.* 1. *cap.* 27. *n.* 24.

Quamuis, vt dixi sup. n. 3. videatur ius abrogatum a consuetudine circa pœnam talionis, etiam in ordine ad verum calumniatorem, tamen attento iure nouo, nempe *Bulla quinta* Pij V. innouantis pœnam talionis *in par.* 2. *Bullarij fol. mihi* 926. *vers monemus prætereà*, videtur innouata, & hodie imponenda pœna talionis accusatori calumniatori, vt tenet Farin. *q.* 16. *n.* 5. *vers. sed in proposito. Vbi in seqq.* de pœna calumniatoris denunciatoris &c. Et ait acrius puniri calumniari consuetus; Seu calumniãs Iudices; magis si immisceatur falsitas scripturæ, vel testium, & in criminæ læsæ maiestatis. Vide *inf. q.* 31. *n.* 16.

Accusator non debet esse præuaricator, col lusor, nec tergiuersator alias punitur.

6. REGVLA 3. Præsentata accusatione, tenetur Accusator vera crimina non abscondere, nec Reo occultè fauere, aliàs esset præuaricator, seu collusor, secundum D. Tho. *vbi supra*; & accusatio vitiosa redderetur, Sot. *de teg. sec. mem.* 2. *q.* 5. *col.* 6. Nauar. *in Man. c.* 25. *n.* 3. Nec Accusator recedere ab accusatione debet, aliàs esset, tergiuersator, vt ait, *vbi supra* D. Tho. immò ad hoc se subscribere tenetur; & recedendo non solum peccaret mortaliter, secundum D. Th. *ibidem*, & Nauar. *vbi supra n.* 32. Rodr. & Miran. quos refert, & sequitur, vbi proximè Bouer. *ver. hinc*; Sed etiam in pœnam arbitrariam incurreret, secundum Sylu. *ver. accusatio quinto, n.* 8. & in criminibus publicis, in pœnam infamiæ, & quinque librarum auri, *l.* 1. *C. ad Turpil.* in priuatis verò arbitrio Iudicis, l. si quis, ff. de his qui not. infam de quo vide Bouer. *ibidem vers. in causa & seq.* & Arret. *par.* 2. *c.* 6. qui declarant, quando, & quomodo possit Accusator à cœpta accusatione recedere, immò etiam aliquando debeat.

In accusatione, quæ fit facienda conclusio, & an eam Iudex sequi teneatur?

7. REGVLA 4. Conclusio in accusatione in criminalibus, quæ requiritur, sufficiet, vt sit talis tenoris. Quare peto accusatum puniri iuxta formam iuris, & statutorum; & ita de consuetudine seruatur, testibus Alber. Saly. Ang. & Card. Alex. quos refert, & sequitur Clar. *§. fin. q.* 12. *vers. vlt.* Sed dato, quod Accusator in hoc casu faceret particularem petitionem, & conclusionem in libello criminali, posset nihilominus Iudex, probato delicto, pœnam imponere, non attenta illa petitione, secundum communem opinionem DD. de qua testatur Baiar. ad Clar. *q.* 13. *§. fin. nu.* 11. & Gomes. *de delictis cap.* 11. *nu.* 8. licet in ciuilibus sententia debeat conformari libello.

Forma accusationis necessaria apud Regulares

8. Supra tacta in hac quæstione, sunt requisita ad formam accusationis secũdum dispositionem apicum iuris communis, ad quam, attento priuilegio Bonif. VIII. cum non teneantur Iudices Regulares, si apud hos accusatio non cõtineat omnia illa requisita, non per hoc processus reddetur inualidus; dummodo,

modo, nõ desint substantialia, quæ sunt nomen Accusatoris, & accusati, Iudicis, & delicti, dies, mensis, & annus, in quo porrigitur, accusatio; quæ si in scriptis non porrigatur, per Notarium, vel Actuarium in scriptis redigatur, vt not. Arret. *in pract. p. 2. cap. 5. vers. hac autem*; Alia verò volens Iudex Regularis, poterit pro opportunitate seruare, vel dimittere. Sed animaduertat, ne accusationem per literas recipiat, cum de iure non possit, Abb. *in c. licet. à Beato, de accus.* quem sequitur Bertus *in Prax. tit. 7. cap. 5. n. 3.*

Quomodo Iudex erga Accusatorem gerere se debeat? Quæstio 24.

Quid aget Iudex porrecta accusatione? remissiuè

1 REPETENDA sunt hic ea, quæ dicta sunt *hic sup. q. 20.* Quomodo Iudex porrecta sibi denunciatione gerere se debeat; eadem enim ferè omnia ibi adnotata in proposito præsentis quæstionis Iudex seruare debet. Et vlterius diligenter perpendat, an Accusator, ea, quæ sui muneris sunt, præstiterit, iuxta tradita *hic supra q. 23.* & ea omnia seruari curet, & præterea regulas infrascriptas.

Calumniæ iuramentum ab Accusatore exigat.

2. REGVLA 1. sit. Exigat Iudex ab Accusatore calumniæ iuramẽtum, parte enim saltem petente tenetur eum Accusator præstare, Farin. *q. 16. n. 28.* citans glos. & DD. in l. 2. C. de fid. instrum. & de communi Italiæ obseruantia testatur Bart. *in l. 1. n. 6. C. de iuram. calum.* & tenet Clar. *§. fin. q. 18. vers. dicit etiam*, citas Alber. Mantuam, Curt. Sen. Foller. & alios.

Inter extraneos Accusatores, magis idoneus eligatur.

3. REGVLA 2. Inter plures extraneos accusare volentes, Iudex potest, & debet eligere magis idoneum; Clar. *§. fin. q. 15. vers. item quæro, per tex. in l. si plures ff. de accus.* Et plures extraneos Accusatores, neque in eodem, neque in diuerso libello debet admittere, secundum Clar. *q. 13. in princ.* citans Salyc. & testans de communi.

Quid si plures admittantur?

4. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt si Iudex plures extraneos Accusatores ad accusandum admitteret, parte non opponente, valeret iudicium, *ibidem* Clar. cum Aret. qui asserit hanc esse communem DD. opinionem.

5. LIMITATVR 2. Regula 2. Si plures Accusatores extranei vnum Procuratorem constituere vellent, in hoc enim casu posset Iudex omnes admittere, & ille Procurator, nomine omnium, causam prosequeretur. Clar. ibid. cum Innoc. Imol. Aret. & communi DD.

Quid si plures essent non extranei Accusatores?

6. REGVLA 3. Si plures vellent accusare, & Accusatores non essent extranei, sed prosequẽtes propriam, vel suorum iniuriam, isti præferendi essent extraneis, & inter ipsos proximior alijs præferendus esset, & dato, quod pares in gradu essent, omnes simul possent admitti, secundum Clar. *q. 15. vers. successiuè*, vbi testatur de communi obseruantia, de qua etiam testis est Gomez.

7. LIMITATVR Regula 3. Vt quando plures simul admittuntur ad accusandum, hoc fiat, non in diuersis, sed in eodem libello accusationis, Clar. q. 13. in princ. cum Salyc. & testatur de cõmuni DD.

8. RE-

8. REGVLA 4. Iudex non permittat, non enim licet, vt quis in eodem libello accusationis plures accuset, etiam si suam, vel suorum iniuriam prosequeretur, quando agitur de diuersis criminibus, à diuersis perpetratis, Clar. *q.13. vers. quæro*, cum Marian. Secus si agatur de eodem delicto à pluribus simul, vel ex eadem causa commisso; nam etiam mille tunc possent simul accusari; Marian. quem refert, & sequitur *ibidem* Clar. vbi testatur de communi. Sicut etiam vnus in eodem libello de mille delictis accusari potest Clar. *ibidem vers. sed nunquid*, citans Rom. qui testatur de communi; Et è contra vnus potest separatim accusari de pluribus criminibus, etiam si ex eodem facto originem habeat, si crimina sint specie diuersa: Et vbi in causa in vno crimine erit conclusum, adeò quod sola sententia expectetur, erit supersedendum, donec causa, etiam super alio crimine expediatur, Clar. *q.13. vers. Item*, cum Bart. & Gril. qui testatur de communi. Et hoc vltimum intellige, dum causæ sunt sub eodem Iudice, secus si sub diuersis, tunc enim quilibet, non expectato alio, suam causam expediret: Nisi in vno loco Reus esset carceratus, tūc enim in alio deberet supersederi; Clar. *ibid.* & etiam *q. 16. vers. quæro nunquid*, nec non *q. 34. vers. de carcerato*.

An pos sint plures in eodem libello accusari, vel vnus de pluribus delictis?

Vel vnus in diuersis libellis accusari? Et an supersedendū, donec omnes causæ simul expediri possint?

9. REGVLA 5. Si pars iniuriata, seu offensa spontè non accuset, Iudex non potest de iure cogere eam ad accusandum, vt tenet *glos. in l. si quis homicidij in vers. coges C. de accus.* quæ frequenti DD. consensu approbatur, vt ait Didac. quem refert, & sequitur Clar. *q.15. vers. item quæro*, vbi testatur de vniuersali obseruantia, contra Bar. qui oppositum tenet, & Bal. qui ait contra Regulam nostram seruari; sed Clar. *ibidem* asserit, se neque in illa, neq; in alia Prouincia vnquam vidisse talem obseruātiam, sed potius vbique Regulam seruari.

An offensus possit cogi ad accusandum?

10. REGVLA 6. Neque accusationem, neque querelam admittere debet Iudex contra Officiales eorum Officijs durantibus, Clar. *q. 16 vers. præterea*, post Boss.

An accusatio admittatur durāte Officio contra Officialem?

11. LIMITATVR 1. Regula 6. Dum accusatur Iudex pro delicto, pro quo imponitur pœna priuationis Officij, vt pro barattaria, tunc enim accusatio admittenda esset, Boss. quem refert, & sequitur Clar. *ibidem*.

12. LIMITATVR 2. Regula 6. Dum interuenit mandatum Principis, quo stante, potest accusari Officialis durante Officio, Baiar. ad Clar. *q.16. n.9.* citans Gramm. Plures alias limitationes ad hanc Regulam affert. Anton. de Nigr. *de Synd. cap.132. nu. 71.* vbi decem huius Regulæ limitationes ponit, vt refert Baiar. *vbi sup. n.2.* plures citans DD. de hac materia tractantes.

13. REGVLA 7. Non modo procedere nō debet Iudex, sed nec accusationem admittere contra Vniuersitatem, seu Collegium, nisi ad delictum perpetrādum præcesserit Consilij publici conuocatio, & eius deliberatio ad delinquendum; Nec sufficit, ad hoc quod to-

An, & quando accusatio cōtra vniuersitatem mittatur?

tus populus, vel omnes de Collegio aliquid quid faciant. Clar. *q 16. vers. vlterius*, vbi quamplures DD. citat, inter quos Bar. & Abb. testantur de communi.

14 LIMITAT hoc Baiar. *ibidem n. 19.* Vt Regula procedat in delicto momentaneo; in successiuo verò, & continuato delicto, Communitas, etiam non conuocato Consilio ad hoc, delinquere dicitur, citans Anchar. Felyn. & alios: Et affert ad Regulam alias limtationes; de materia huius regulæ latissimè Farin. *q. 24. à n. 107. vsque ad num. 149.*

Delinquente vniuersitate, superiores culpabiles puniuntur. 15. Sed in omni casu Regulæ, & limitationis, Rectores, & Gubernatores, qui culpabiles fuerunt, puniuntur, Farin. *q. 24. nu. 128.* & Clar. *ibidem vers. sed quando*, sequendo Gomez, qui testatur de communi.

Regulariter omnes accusari possunt. 16. REGVLA 8. Circumscriptis casibus duarum præcedentium Regularum admittendus est legitimus accusator ad quoscumque Accusandos; regulariter enim omnes accusari possunt, Clar. *q. 16. in princip.*; Accusatus de vno delicto an possit accusari de alio eodem tempore? Et accusatus de vno crimine potest eodem tempore accusari de alio ab alio Accusatore; immò etiam ab eodem, si suam, vel suorum prosequatur iniuriã, & ita seruari de consuetudine, ait Ang. quem citando Clarus *vers. quæro*, subdit, quod hodiè, cum semper procedatur ex officio, omnes querelæ solēt admitti, & super ijsdem procedi.

Quilibet, de quolibet, de 17. REGVLA 9. licet de iure Ciuili Iudex in delictis priuatis non debeat admittere nisi illum ad accusandum, cuius interest; De iure Canonico tamen, cum omnia delicta sint publica, quilibet, de quolibet admittendus est ad accusandũ, Clar. *lib. 5. §. primo vers. hæc tamen*, post glos. & Bal. qui ait, ita dicere Canonistas, & Hostien, qui testatur de communi. iure Canonico admittitur ad accusandum.

18. REGVLA 10. Quando Accusator, & accusatio habent debita requisita, *hic sup.* pertractata, tenetur Iudex accusationem admittere; Et interim accusatus de crimine, promoueri non potest ad honores, & dignitates, vt est *tex. in cap. omnipotens Deus de accus.* Et admissa accusatione, peccat Iudex nō procedendo, vt probaui *supra*, cum communi, *q. 20. n. 7.* Contra legitimè accusatũ debet procedi, & interim promoueri nō potest accusatus.

19. LIMITATVR Regula 10. Quando Princeps accusationem aboleret, secundum Caiet. *in 2. 2. q. 68. in art. 3. in resp. ad vltimum, vers. sed occurrit, ibi, videtur autem.* Princeps enim, vt notat *ibi* Caiet. potest de iure abolere accusationes, quando bono communi expedire videtur; Iudex autem inferior potest ex æquitate non admittere à principio legitimam accusationem, dum videt cõmuni bono fore perniciosam, e.g. causatiuam seditionis; Et etiam, in hoc casu, admissam suspendere, vel dissimulare potest; Ita Caiet. *ibid.* Dupliciter limitatur Regula.

20. Plura spectantia ad hunc tractatum de accusatione, reperies in superiori proximo tractatu de denunciatione, non pauca enim inter denunciationem, & præsentis temporis accusationem, communia sunt. Et præsertim hic repetes, & animaduertes, quæ dicta sunt Remissiuè quædã alia de accusatione.

sup.

sup. q. 19. n. 12. nec non adnotata q. 23. nu. 8. ad discernendum inter apices, & substantialia accusationis.

Differẽtiæ inter accusationem, & denunciationem remissiuè

21. In quibus verò accusatio, & denunciatio differant, latè tradunt DD. in cap. super his, de accus. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. cap. 11. Miran. in ord. iudic. q. 12. art. 2. Rodr. tom. 2. qu. 6. art. 1. Et Bouer. in Direct. par. 2. cap. 10. Sed nota, quòd hi Auctores plurimas differentias multiplicant, loquentes de accusatione solemni, quæ in multis differt à denunciatione; à qua tamen in paucioribus accusatio nõ solemnis differt, quæ in præsenti tempore in vsu est. Et hic sit finis Tractatus Tertij de Accusatione: Nec nõ totius Capitis Primi huius Theoriæ.

Finis Tractatus Tertij de Accusatione.



CAP.

CAPVT SECVNDVM CONSILIORVM, & Commentariorum, THEORIÆ, CAVSARVM IVDICIALIVM Regularium,

IN QVO DISSERITVR

De his, quæ pertinent ad ordinatè processum prosequendum.

DE TESTIBVS, Consiliorum, & Commentariorum.

TRACTATVS QVARTVS.

1\. PRO breuitate instituta, explicatis, *in 1. huius Epitomes capite*, illis, quæ ad rite processum inchoandum spectant: Cum in hoc secundo capite, de illis, quæ ad ordinatè processum prosequendum attinent, sit agendum; Et inchoato processu, constitoq; de corpore delicti, iuxta tradita *sup. q. 12.* Iudex præmisso decreto de procedendo, ad prosequendum processum, ante omnia alia, regulariter soleat, & debeat ad testium examen deuenire; Primum locum in hoc capite secundo huic tractatui de testibus, tribuendum duxi.

2\. Et ad nimis vastam totam hanc materiam (quam in breue compendium à se redactam, dicit Farin. *q. 53. n. 2.* licèt in ea pertractanda integrum, magnumq; volumen insumpserit, mihi quadringentarum, & vltra cartarum,) pro viribus restringendam, & ordinandam, ad tres eam redigam Sectiones. In quarum prima (prælibata quadam q. velut præludiali) agam de testibus non idoneis, & Far. ordinem in suo tractatu de testibus sequẽdo, in tres titulos hanc Diuisio tractatus de testibus.

primam Sectionem distinguam. In primo de oppositionibus contra personas; In 2. contra dicta; Et in 3. contra examen testium, differam. In secunda Sectione de testibus idoneis agam. Et in tertia; An nolentes testes examinari cogi possint? & an in aliquo casu se offerre ipsimet testes teneantur?

De quibusdam obseruandis in testium examinibus. Quæstio 25.

1. LICET hæc quæst. in qua de testium examinibus agitur, ritè *in principio tertij prælibati tituli;* De oppositionibus contra examen testium, collocari posset: Tamen cum non pauca in ea tractanda, ad alias etiam materias in hoc tractatu de testibus spectent, cunctaq; in hac q. exarata, frequentius præ manibus sint habenda, breuique manu insinuari possint: veluti præludialem ad totum hunc tractatum de testibus, hic inserendam existimaui.

Qui testes p. ius examinandi sint? 2. REGVLA 1. sit. Dum in querela, accusatione, seu denunciatione testes nominantur, isti regulariter ante omnes examinandi sunt: Sin minus, vicini, vel alij, qui verisimiliter sunt informati; examinari debent, vt tradit Bar. *in l. fin. ff. de q.* & Clar. *§. fin. q. 23. n. 1.*

Testes moneantur, vt veritatem dicant. 3. REGVLA 2. sit. Ritè, cauteq; se geret Iudex, ad hoc vt facilius á testibus veritatem eruat, si, in ipso examinis principio, testes admoneat, quam grauiter delinquãt, qui in iudicio veritatem occultant, qui falsum deponunt, & quam graue damnum Religioni, & priuatis personis faciant, vt rectè monent Iudices, Ambrosin. Ghisl. Pegna, & Bouer. *in Direct. p. 2. cap. 19. ver. verum:* Nec non fortè bonum foret, quod Iudex, qui examen testiũ recipere debet, vel eius Notarius, priusquam in scriptis testium dicta redigantur, vt oretenus ab ijsdem testibus breuiter facti seriem intelligant, ita Clar. *in dicta q. 23. vers. primo,* quem refert, nec dissentit Guazzin *defen.* 14. *n.* 1. Et ita passim practicatur. De audienda ante examen oretenus á testibus facti seriẽ, vsque ad n. 11.

4. Ratio huius Regulæ est, quia Iudex, qui veritatem, in testibus examinandis, indagare debet, prædicta præstando, melius illam assequetur: Nam testes extraiudicialiter non præuẽti, sed ex abrupto, de facto alieno medio iuramento, quod a DD. spiritualis tortura dicitur, interrogati, & non rarò de rebus, plurimas circumstantias complectentibus, & iam á longo tempore patratis, quamuis, quantum in ipsis esset, simpliciter, & candidè veritatem aperire essent parati, vt plurimum tamen, mutilatè factum narrarent, vacillarẽt, & quandoque sibi ipsis contrarij euaderẽt, & de testibus, Rei periuri efficerentur: Præuenti autem, & extraiudicialiter audita prius ab eisdem integrè facti serie, melius, & idem factum, nec non necessarias circumstantias ad memoriam redigent, non de facili in actis deponenda omittent, sine periculo vacillationis, variationis, falsitatis, vel contradictionis; De licita testium instructione, *vide infra q.* 48. *n.* 14.

5. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt

Vt plusquam expediens sit extraiudicialiter testes audire, dum rationabiliter, & vehementer suspicatur, tales eos esse, vt pro posse veritatem occultare velint, vel falsa deponere; ad hoc, vt si in extraiudiciali narratione Iudex detegeret, testes Rei defensionem nimis affectare, vel quid aliud contra fas, eos diligenter interroget, perscrutando, an ab aliquo fuerint instructi, vel subornati, & similia; eosdem monendo, & inducendo ad simpliciter veritatem dicendã, antequam in scriptis falsitas forsan redigatur, & irreparabiliter intentio curiæ destruatur, vt obseruat Clar. *q.23. vers. primo*.

6. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt non modo expediens, sed necessarium sit prius testes extraiudicialiter, audire, quando iam intentio Fisci cõtra Reum esset plenè, vel saltem semiplenè fundata, & testes, qui pro curia remanent examinandi, essent infames, vel aliàs inhabiles, & suspect vehemẽter, quod fuerint subornati, & quod falsa sint deposituri; Quia si tales falsa in Rei fauorem deponerent, admissi in processu offensiuo, vt producti à Fisco, vel ab Accusatore, tanquam si essent omni exceptione maiores haberentur, & processum iam fundatum destruerent, testes.n. à Fisco, vel ab Accusatore producti, plenè in fauorẽ Rei probant, quamuis aliàs non essent fide digni, Guaz. *defens. 33. c. 14. n. 11.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsũpt. 51. nu. 28.* Et ita Iudex contra curiam plumbum, vel scoriam pro auro reciperet. Vnde in hoc casu Iudicis munus erit, talium testium examen differe, præsertim, dum dignoscitur, quod per nefas, & contra veritatem, defensam Rei affectent, quousque a Reo in suis defensionibus producantur; tunc enim plumbum pro plumbo, & scoria pro scoria, & inhabiles pro inhabilibus existimabuntur.

7. Obstare videtur Regulæ secũdæ reformatio Pauli V. *Sub rub. De Iudicibus criminalibus Vrbis, & pertinentibus ad eos*, dum ibi sancitur his verbis. Nec vllo pacto Iudicibus liceat, vel Notarijs, Testes, quos ipsi verisimiliter informatos crediderunt, citatos, seu vocatos extraiudicialiter, cum iuramento, vel sine eo interrogare, & non scriptis eorum responsionibus, dimittere, forsan ex eo, quod contra Fiscum deponant, & pro Reo; Sed omnino præuio iuramento de veritate dicenda, eorum examen recipiatur, & in scriptis redigatur: Dummodo non adsit vehemens suspicio subornationis.

8. Sed respondetur 1. quod, vt mihi retulerunt, quam plures Iudices docti, & practici à me requisiti, consuetudo vniuersalis, in hac parte reformationi huic derogauit.

9. Respondetur 2. Iudicibus non prohiberi in illa reformatione, testes prius extraiudicialiter audire, sed illis iniungi, vt illos sic auditos, non dimittant, sed vt postea in scriptis iudicialiter examinentur, prout clarè patet ex verbis allatæ reformationis; Quod vtiq; omnino præstandum est, dum dignoscitur, quod testes sinceram depone-

re

revelint veritatem, siue contra Reum, siue in fauorem Rei.

10. Respondetur 3. quod in casibus propositarum duarum ampliationum, testes, vt vehementer suspecti, à Iudicibus essent dimittendi, vt expressè habetur in allatis vltimis reformationis verbis, *ibi Dummodo non adsit vehemens suspicio subornationis.*

11. LIMITATVR Regula 2. Vt per eam non conferatur libertas Iudicibus, & Notarijs, extraiudicialiter suggestiuè testes interrogandi, & ideo à suggestiuis abstineant; Quæ autem talia sint, dignoscere vnusquisq; poterit præuidendo, quæ dicenda erunt, *q.56. & latius, q.80.* Et multo magis cauendum est a peruersis interrogatorijs, & suasionibus subornationis, cum sincerè veritas inquirenda sit.

Testis iurati depositio integrè scribenda, sub falsi pœna

12. REGVLA 3. Delato testibus iuramento, quicquid ipsimet testes deponēt, integrè in scriptis, tam pro, quàm contra Reum scribendum est, Scap. & Ambrosin. *de modo forman. process. inform. lib. 1. cap. 2. n. 8.* & Guaz. *defens. 14. cap. 2. n. 4.* Iudices autem, qui scribere tantum faciunt, quæ contra Reum sunt, non verò, quæ in eius sunt fauorem, diabolicè faciunt, vt not. Ambrosin. & Guaz. *vbi supra*; & cōtra hos Iudices exclamant Clar. *q.23. in princip.* Scap. Baiar. Vestr. & Guaz. *dicto n.4.* nec non Far. *q. 74. n.16.* concordantes allegans. Et Notarij, qui in hoc Iudicibus obtemperant, vna cum Iudicibus mortaliter peccant, & cum hæc sit studiosa occultatio veri, incrimen incidunt falsi, Bal. Iaf. & Ambrosin. *num. 11.*

Non sunt cauillanda dicta testiū, nisi sint suspecti.

13. REGVLA 4. Iudex regulariter non debet cauillare, sed potius dicta testium adiuuare, tamen, si Iudex rationabiliter habeat testes pro suspectis, potest, & debet insistere, vt eos in verbis capiat, eosque interrogare de circunstantijs, & alijs superfluis, vt si tempus erat tunc nubilosum, vel clarum, quid haberet in capite, vel quibus vestibus indutus erat ille, de quo deponunt? ita Clar. *dict. q.23.* ex Azo. & Gramm.

An super circunstācijs testes sint examinandi?

14. REGVLA 5. Iudicem posse, & debere examinare testes; non tantum super factum principale, sed etiam super circumstantijs *c. cum causam, & ibi gl.* quæ ait, quod alias non peruenitur; ad veritatem, vbi Bal. *n. 3. notat*, quod circumstantiæ sunt, quæ aggrauant factum, vel possunt mouere animum Iudicis ad credendum, vel discredendum, & *ibid.* Abb. Aret. & alij, *de testibus*, Bart. Montic. & Far. *q.73. n.26.* qui *n.27. & 48.* hoc limitat, vt procedat in circumstātijs substantialibus, & pertinentibus, ad causam, factiq; veritatem, secus in impertinentibus, & non substantialibus, de quibus testis non potest interrogari regulariter, ex Bar. Aret. Corr. Montic. & pluribus alijs à Far. *ibid.* inducitis; nisi sit suspectus, Far. qui plurimos citat, *n. 52.* & dictum est in hac *q. n. 13.* & dicetur *n. 19.*

De loco, & tempore testes quomodo

15. REGVLA 6. sit. Testes possunt, & debent interrogari de loco, & tempore, *c. cum causam, & ibi gl.* Abb. Innoc. & cæteri DD. *de testibus*; Non tamen sunt

redi-

do interrogandi? redigẽdi ad angulum loci, & temporis, Aret. Hostien. & Far. *q.73. n.29.* vnde dicunt illi DD. sufficere, vt testes exprimant annum, mensem, & diem; nec vt ait Far. debent interrogari regulariter, de loco loci, & hora diei.

Item de causa sciẽtiæ? 16. REGVLA 7. sit. Testes possunt, & debent interrogari de causa scientiæ, Bal. Montic. & Far. *q.73.n.36.*

Item de rei diffinitione? 17. REGVLA 8. sit. Testes possunt interrogari de diffinitione rei, idest, quid sit illud, super quo deponunt; & sufficit, quod grosso modo respondeant, per verba facti, ex quibus appareat testes cognoscere id, de quo deponũt, Bar. Bal. & Far. plurimos citans *q.73. n.38. & 41.*

Interrogatoria cauillosa testi non suspecto fieri nõ debent. 18. REGVLA 9. sit. Interrogatoria impertinentia, superflua, subtilia, & cauillosa, ad testes inuoluendos, non sunt facienda; Spec. Host. & Far. cum pluribus ab eo inductis, *q.73.n.48. & 51.*; Nisi testis esset suspectus, Innoc. Host. & Far. cum citatis ab eo *n. 52.* & dictum est *hic sup. n.13.*

An testis possit interrogari, & teneatur respondere de his, quę continent eius infamiã, pauperitatem &c.? 19. REGVLA 10. sit. Testis non potest interrogari de ijs, quæ ipsius Crimen, infamiam, & turpitudinem continent, siue crimen sit occultum, siue etiam publicum, & notorium; & si interrogetur, non tenetur respõdere de eo, Ant. de Butr. Couar. Corr. Bellam. Imol. Viui. Fely. & Far. *q.73.n. 56.* Sed si respondeat, sibi imputet, ei enim creditur contra se ipsum, secundum Hostien. Imol. & alios, quos refert, & sequitur Far. *num. 67.*

20. LIMITATVR Regula 10. Vt licèt testis non teneatur respõdere de suo crimine, teneatur tamen respondere ad omnia ea, quæ reddunt eum inhabilem ad testificandum, Couar. qui ait, quod ita frequentissimo DD. sensu receptũ est, Abb. Bar. Corrad. Viu. Farin. & alij n. 70. Vnde potest interrogari, an sit pauper, vel diues, secundum Abb. Boss. & Farin. & alios *n. 34. & 35.* vbi Boss. testatur de communi.

21. REGVLA 11. sit. Cauere summopere debet Iudex ab interrogatorijs suggestiuis, ne processum nullum fabricet, & grauiter peccet: Et pro declaratione, & probatione huius Regulæ, vide inf. *q. 56. nec non q.80.* Cauenda suggestiuis interrogatorijs,

22. REGVLA 12. sit. Vt non examinentur testes Religiosi sine licentia suorum Superiorum, sine qua de iure examinari non possunt, Campeg. Corrad. Montic. Fely. Lanfr. Socin. & quam plures alij relati à Far. *q.61. n. 130.* inter quos Mascar. & Soarez testantur de communi. Idem dic in Clericis sæcularibus, Far. alios ad saturitatem citans *q.61. n. 83.* De non examinando Regulari, nec Clerico sine licẽtia Superioris.

23. LIMITATVR hæc regula 12. Vt si Religiosi sine dicta licentia examinentur, valeat eorum depositio, & nihil eis de fide minuatur, Aret. *in c. cum nuncius, de testibus*, vbi ait, se credere hoc cõmuniter in praxi seruari, Abb. *ibid.* Siluan. *cons. 16. n. 6. & 7.* qui benè loquitur in proposito, Corn. Guido Pap. Carauit. & Far. *q. 61. nu. 134.* qui ex Aret. consuluit, quod cum alij cõtra sentiant apud Boss.

tit. de opposit. contra testes, n.92. melius esse ad euitandas difficultates, licentiam habere. Idem dic in Clerico, in quo transit limitatio sine difficultate, &c. nempè, quod depositio Clerici sine licentia sui superioris valeat, & teneat, secundum Abb. Aret. Fely. Boss. & Carauit. qui ait, quod omnes ita concludunt, & ita tenet Far. *n.84.* plurimos alios citans. Clericus quamuis sine licentia Episcopi in criminalibus testificari non possit, Lopez. & Far. *vbi inf. n. 406.* tamen si de facto examinetur, valet eius testimonium, Abb. glo. & alij *in c. 1. de iuram. calum.* Rolan. & Far. *in fragm. Crim. litera C. n.407.*

24. De teste muto, surdo, linguam non habente, aut sermone extraneo loquēte, & quomodo talis examinari debeat, vide Ambrosin. *de modo formandi process. inform. lib. 1. cap. 6.* De teste muto.



DE TESTIBVS NON IDONEIS, Consiliorum, & Commentariorum,

SECTIO PRIMA.

De oppositionibus contra personas Testium,

TITVLVS PRIMVS.

Inimicitia, an, & quando testem à testimonio repellat, vel ei de fide minuat? Quæstio 26.

Testis existimatur idoneus, nisi aliter in iure inueniatur.

1. PRAEMITTO, quemlibet testem idoneum existimari, & ad testificandum admitti, fidemque ei adhiberi, nisi prohibitus à lege expressè inueniatur, *l. 1. in fin. principij, ff. de testi.* & per hunc tex. idem communiter affirmarunt, *ibi* Bal. Alber. Saly. & reliqui DD. omnes, teste Farin. *q. 53. n. 1.*; Et propterea oppositiones, quæ contra testes proponuntur ad eos repellendos, vel eis de fide adimendum, in aliqua lege fundari debere. Et quia inter omnes oppositiones, seu exceptiones, quæ contra personas testium obijciuntur, ea præcipua, & validissima est, quod testes sint Rei inimici, in hac prima oppositione contra personas testium.

Inimicus Rei repellitur à testimonio.

2. REGVLAM constituo. Inimicus Rei à testimonio contra eum repellitur. Hæc Regula in iure Ciuili probatur *in l. 3. ibi, An eius inimicus sit, aduersus quem testimonium fert, & ibi gl.* Bal. Saly. & cōmuniter DD. omnes, *ff. de testibus*; Et in iure Canonico, in *c. eum oporteat*, vbi DD. omnes, *de accus.*; Et hæc Regula teste Farin. *q. 53. n. 3.* vbi iura, & DD. ad saturitatem citat, non solum est communis, sed etiam ab omnibus, nemine discrepante, in theorica, & in praxi vsu recepta est. Et ratio eius est; Quia inimicus propter odium præsumitur deierare, & se falsum dicturum, iuxta *tex. in c. 2., 3. q. 5.*

Regula procedit etiā inter Regulares.

3. Ex hac ratione patet, iuris cōmunis dispositionem circa propositam Regulam non pertinere ad apices postponendos, sed ad rem veritatem negotij tangentem; Testes enim inimici, non solum iure Ciuili, & Canonico, sed etiam gentium, & naturali iure repellendi sunt, vt notauit Bouer. *in Direct. par. 2. cap. 20. vers. primum itaque, & cap. 21. parum post princ.* Quod adeo verum est, vt nec Princeps possit facere, vt testimonio inimici credendum sit; Paris. & Menoch. relati a Farin. *q. 53. nu 9.* vbi hoc rationabile asserit, & sequitur Baiar. ad Clar. *q. 24. n. 26.* Ita vt de facto admissus inimicus in testem, quale quale tantū indicium faciat, Bal. *ibidem n. 22.* cum gl. Paris. &

Admissus inimicus, an faciat indiciū? Marsil. Et quid importet, hoc quale quale, vide Bal. *in l. si duo patroni, in princ. ff. de iureiuran.* & Felin. *in cap. cum dilecti col. pen. in fin. de accus. vide infra nu.* 10.

4. AMPLIATVR 1. Regula; Vt inimici rei testimonium nec debeat recipi à Iudice habente liberum, & amplum arbitrium, prout habēt nostri Iudices Regulares, *ex indulto Bonif. VIII.* arbitrium enim, vt declarat Clar. *§. fin. q. 31. vers. arbitrio*, quod conceditur Iudicibus in maleficijs, debet regulari à iure communi, nisi quoad modum procedendi, & circa aliqua leuia, & ita, ait Clar. tenere communiter DD. teste Alber. & remissa censetur, per hoc, tantum subtilitas, secundum omnes DD. vt notat *ibi* Clar. & apud ipsum de hac communi testatur Catal. & Amad. Hæc ampliatio originaliter est Bal. & Bal. quos sequuti sūt alij relati ab Amad. & hos referēdo, sequitur Menoch. & tandem hos omnes refert, & sequitur Farin. *q. 53. n. 8.* Nō recipitur testis inimicus Rei apud Regulares.

5. AMPLIATVR 2. Regula, Vt inimici testes nec admittantur contra Reum, in criminibus exceptis; puta Simoniæ, læsæ, Maiestatis, & similibus, *cap. per tuas, vbi Io. Andr.* & communiter alij, de Simonia, immò nec in crimine hæresis secundum Mascar. qui testatur de communi, de probat. *lib. 2. concl. 857. n. 40. & seq.* & plures DD. pro hac ampliatione adducunt Sousa *in Aphor. Inquis. lib. 2. cap. 10. nu. 1.* & Far. *q. 53. n. 5.* Nec in exceptis delictis.

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt in causis priuilegiatis, idest in delictis, & factis occultis, & difficilis probationis, & vbi alias veritas haberi non potest, & in quibus inhabiles admittuntur testes, vbi inhabilitas respicit testis odium, & inimicitiam, testis ipse repellatur secundum Gomez. Menoch. Burlat. Bertaz. & alios, quos refert, & sequitur Farin. *ibidem n. 7.* vbi testatur de communi. Neque vbi alias veritas haberi nō potest, &c.

7. AMPLIATVR 4. Regula; Vt procedat nō solum in teste masculo, sed etiam in fœmina, Ita Io. Andr. & Felyn. *in c. cum oporteat de accus. & est tex. in l. 1. ibi, fisci, & mulieris inimicus, C. de his, qui se defer.* Et hanc ampliationem credit verissimam Farin. *nu. 4.* & testatur neminem illi contradicentem vidisse. Nec masculus, nec fœmina.

8. AMPLIATVR 5. Regula; Vt inimicitiæ inhabilitas nec purgetur per torturam, secundum Gram. Bertaz. & Boss. quos refert, & sequitur Baiar. ad Clar. *q. 24. n. 18.* quibus adde Marsil. & Gigam, quos sequitur Farin. *n. 10. licet* Bald. vt idem refert, contrarium sentiat. Torturā; hæc nō purgatur.

9. AMPLIATVR 6. Regula; Vt inimico non credatur, etiam constituto in articulo mortis, & sumpta Eucharistia; fuit originalis doctrina Baldi quam communiter sequuntur DD. *in c. 1. §. vassalli, n. 6. de pace constan.* præsertim Boss. Felyn. Mars. Mascar. cum pluribus alijs, quos refert, & sequitur Farin. *q. 53. n. 11.* Inimico testi in articulo mortis nō creditur.

10. AMPLIATVR 7. Regula; Vt admissi inimici ad testificandum, non probent plenè, nec semiplenè, nec faciant indicium, aut præ- Admissus ad testificādum inimi-

cus an faciat indic.ũ? præsumptionem aliquam, secundũ Bald. Marsil. Aymón, Gigam, qui alios adducit concordantes; Menoch. Rolan. Bertaz. Bursat. qui testatur de communi, & Farin. qui hos refert q. 53. n. 12. In tantum, vt nec faciant indicium ad specialiter inquirendum Far. n. 13. *cum seq.* ex Menoch. Ploto, Cartar. & Boss. qui admonet Iudices, vt nec de facili ex dicto inimicorum procedant ad inquisitionem generalem, vide *hic sup. n. 3. in fin.*

Opposità inimicitia, an examẽ impediatur? Et casu quo opponatur in causa criminali capitalis inimicitia, & incontinenti offeratur probatio, examen impediatur, & summatim Iudex de inimicitia cognoscere debeat, Baiar. ad Clar. q. 24. n. 25. cum Bar. Marsil. Foller. & Gram. qui testatur de communi, de qua & Mich. Crass. qui concordantes allegat; & tenuit Farin. qui prædictis, n. 17. addit Noll. & Bonacos. limita hanc ampliationem, vt *hic sup. n. 3. in fine, Ibi, Ita vt, &c.*

Quid in inimicitia, culpa Rei causata? 11. AMPLIATVR 8. Regula; Etiam in casu, in quo inimicitia causata fuerit culpa illius, contra quẽ producitur testis, Innoc. Abb. cum quatuordecim alijs DD. inter quos Gomez, & Mascar. testantur de communi, quos refert Farin. q. 53. n. 18. dicens, quod ab hac opinione non est recedendum in iudicãdo, quicquid non pauci alij DD. in cõtrarium senserint; quos multum aberrare ipse credit; Nisi (ait *ibidem, & nu. 64.* vbi testatur de communi, cum Bar. Bal. & tot alijs ab eo citatis) fortè ad repellendum testem, inimicitia malitiosè affectata, & procurata fuerit.

Quid dũ causa non adest inimicitiæ, vel causa adest sed inimicitia nõ apparet? 12. AMPLIATVR 9. Regula: In inimicitia, quæ ortum habuit à causa minus probabili, *c. non est crudelis, 23. q. 5.* & per illum tex. Farin. q. 53. n. 20. cum Menoch. qui alios DD. quam plurimos, ita tenentes, citant. Et è cõtra etiam testis est repellendus, dum non apparet inimicitia, dummodo inimicitiæ causæ adsint, Farin. n. 21. citans vndecim DD. qui & ipsi plurimos alios allegant; Hoc tamen vltimum limitat Farin. *n. 28. & 29.* quando dictæ causæ testi incognitæ essent, tunc enim posset testis admitti; licet alij contra sentiant.

Quid in præsũpto, seu occulto inimico, vel cõsanguineo inimici, siue inimico cõsanguinei? 13. AMPLIATVR 10. Regula; Vt procedat non solum in inimico vero, sed etiã in præsumpto secundum Bal. Innoc. & duodecim alios DD. citatos à Farin. q. 53. n. 24. Vbi *n. 25.* extendit Regulam ad inimicum occultum, dummodo causa sit probata, & plurimos DD. citat; Et *n. 33.* ampliat Regulam ad consanguineum inimici, cum Masc. qui testatur de communi, *per l. athletæ, §. dat remissionem*, vbi hoc not. Bal. & communiter DD. *ff. de suspec. tutor. Et nu. 34.* vlterius, ad inimicum consanguinei Rei extendit, cuius etiam dicitur inimicus, secundum Bar. Alex. Mascar. & alios citatos à Farin. q. 49. n. 33. De causis autẽ inimicitiæ, præcipuè capitalis, distinctè tractabo *in prox. q. 27. per totã.*

Testis inimicus Rei nõ probat, licet as- 14. AMPLIATVR 11. Regula; Vt testis inimicus examinatus nullã prorsus fidem faciat, etiam quod asserat, se esse Reo amicum, non enim ei hoc creditur, Bar. Abb.

ferat se amicũ, credi-tur licet cre-datur ei asserendo se ini-micũ. Abb. & Innoc. cum pluribus alijs relatis á Farin. q. 53. n. 22. vbi tenec ei statur de communi. Sed è contra testi asserenti se inimicum, creditur, ita vt per hoc repellatur, vel examinatus non probet, *c. inquisitionis §. tertiæ, de accus.*; Nisi fortè hoc asseruerit ante iuramẽtum, & id in fraudem asseruisse præsumatur, ne ferret testimonium, *idem tex. cum gl.*

Quid in odio priuato, seu publico? 15. AMPLIATVR 12. Regula, In odioso, seu non beneuolo, vel non diligente Reum, *§. si verò sit odiosus Auth. de testibus*, & per hunc tex. Farin. *q. 53. n. 30.* cum Alex. Specul. Bertaz. & pluribus alijs; Quod intellige, quãdo odium est priuatum, *c. quoties, ibi, priuato odio, &c. & ibi* Abb. *n.4.* Fely. *n.5.* & Butr. *n.8. de testibus*; secus enim est de publico, nempè quando quis odio habet, e. g. aliquem, quia facinorosus, peccator, infamis, &c. hoc enim dicitur odium publicum; priuatum verò odium est familiare, & carnale, secundum Masc. *de probat. lib. 2. concl. 1127. n. 9. & seq.*

Quid in valde amico, seu habitante cum inimico Rei? 16. AMPLIATVR 13. Regula; In testibus valde amicis inimici Rei, cuius reputantur inimici, ita Bar. Bal. & tot alij, quos refert, & sequitur Farin. *q. 53. n. 36. & 42.* Intellige, non vt isti repellantur, sed vt eis de fide minuatur, *n. 43.* cum Lanfr. Cyn. & alijs; Et omnino idẽ, citans plurimos DD. ait Far. *n. 44. 45. & 46.* de habitante, & conuersante continuò, & per longum tempus cum inimico Rei.

17. Alias ampliationes habes *hic infra q. 27.* nisi potius eas declarationes vocare velis, in pluribus, qui repelluntur, seu eis de fide minuitur ex diuersis inimicitiæ causis *in tota eadem quæstione* insinuatis.

18. LIMITATVR 1. Regula proposita; Vt procedat in capitali inimico, secus in non capitali; grauis enim, & capitalis inimicitia testem repellit, non autem leuis, seu non capitalis; Ita tenere omnes, dicit Clar. *q. 24. ver. item quæro*, & præsertim Anan. & Fely. & hanc, ait, testari cõmunem Aret. de qua est testis etiã Gomez, quem refert, & sequitur Far. *q. 53. n. 52.* leuis enim inimicitia, minuit tantum testi de fide, & hoc, quantum patitur qualitas inimicitiæ, arbitrio Iudicis, secundum Marsc. Decian. & sex alios DD. quos sequitur Far. *n. 54.* Vnde talis testis non faciet semiplenam, secundum Crauet. Corrad. & Baiar. qui illos refert *q. 24.* ad Clar. *n. 33.* & idem tenent Aim. Monticel. Bertaz. Menoch. & Farin. qui hos refert *n. 56.* Quid in non capitali, sed leui inimicitia?

19. Pro declaratione huius limitationis, & consequenter Regulæ, cuius est limitatio, sciendum, quod an inimicitia dicatur capitalis remittitur arbitrio Iudicis, vt tenuit *gl.* & cum ea communiter omnes DD. *in c. cum oporteat, de accus.* Et Fely. relatus a Clar. *q. 24. vers. item quæro*, ait ita tenere omnes. Ad arbitrium verò suum regulandum recurrat Iudex ad ponderandas causas inimicitiæ, de quibus *infra q. 27* & vltra casus in iure comprobatos, & à DD. receptos, poterit suum regulare arbitrium Iudex ex personarum, & facti qualitatibus, ac circumstantijs, vt docet *gl.* Io. Andr. & communiter DD. *in dicto* Arbitrio Iudicis re mittitur, an inimicitiá capitalis sit?

c. cum

c. cum oporteat, & notauit Farin. *q. 49. n. 86.* vbi DD. ad saturitatem ad hoc adducit.

Quid in teste reconciliato? 20. LIMITATVR 2. Regula; Vt non procedat in teste reconciliato, cum quo pax sequuta fuerat depositionis tempore, quod in hoc est attendendum, Rolan. *conf.* 24. *n.* 1. Bal. in sua Margar. *verb. testis, vers. testis inimicus*, ex Innoc. & ita etiam tenuit Gomez *variar. resol. tom.* 1. *cap.* 12. *rubr. de probat. delic. n.* 14. vbi testatur de communi, sicut etiam Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 857. *n.* 48. Secus verò esset, si tempore depositionis testis esset inimicus, licet postea sequeretur reconciliatio, subsequens enim reconciliatio depositionem non validaret, Decian. *in tract. crim. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 11. *in fin.* vbi citat Io. Andr. & Abb.

21. SVBLIMITA hanc 2. limitationem; Vt non procedat in reconciliato de recenti, qui odium, & animum nocendi retinere præsumitur, & repellitur, secundum Innoc. *in cap. cum oporteat, n.* 6. vbi etiam Abb. & Fely. *de accus.* & Gomez, *variar. resol. to.* 3. *cap.* 12. *rubr. de prob. delic. n.* 14. testatur de communi; & pro hac sublimitatione abundanter citat Farin. *q.* 53. *n.* 59. *Vbi n.* 61. declarat, quod post triduum non dicitur inimicus de recenti reconciliatus, ex Sygism. qui testatur de communi: Sed Clar. *q.* 24. *vers. sed quid*, cum Campeg. & Mascar. dicit verius esse, quod remittitur arbitrio Iudicis, an quis dicatur de recenti reconciliatus, qui ex circumstantijs, & qualitate personarum arbitrabitur. Et aduertendum, quod allleganti reconciliationem incumbit onus eam probandi, aliàs semel inimicus, semper præsumitur talis, vt tenet Far. *n.* 62. cum Bal. Saly c. Alex. Innoc. & Decian. qui cum Bal. hoc intelligit de inimicitia capitali, leuis enim de facil. censetur remissa: At in omni casu testis, qui capitalis inimicus fuit, etiam post mille reconciliationes non censetur omni exceptione maior, Clar. *dicta q.* 24. *vers. sed quid si sequuta.*

22. LIMITATVR 3. Regula; Vt parte non opponēte, testis inimicus admittatur ad testificādum, secundùm Campeg. Monticel. & Mascar. qui tamen cum Sylu. sublimitat, non procedere, quando pars est absens, vel cōtumax. Hæc tertia limitatio magis procedit in teste admisso de consensu partis, secundum Hector. Aemil. & Crot. quos omnes cum eorum locis citat Farin, *q.* 53. *n.* 68. & seq. licet contra sentiat Decian. in hac limitatione, qui suis scriptis videtur eam reddere ambiguam; sed nihilominus ab eadem limitatione Farin. *post numerum* 70. non credit esse recedendum. Quid si testificetur inimicus, nō opponente, seu cōsentiēte parte.

23. LIMITATVR 4. Regula; Vt test s inimicus probet contra producentem, producens enim censetur approbare, *l. si quis testibus, vbi gl.* & DD *C. de testibus*, & huic limitationi subscribūt Afflic. & Monticel. quos refert, & sequitur Farin. *q.* 53. *n.* 71. *Vbi n.* 73. & latius *q.* 49. *nu.* 126. *& seq.* tenet, quod inimicitia non præsumatur, sed probanda sit per allegantem, citans iura, & plures DD. inter quos Inimicus probat cōtra producentem. Inimicitia, vel eius causa probāda.

da est, cū non præsumatur. quos est Bal. Mascar. & Menoch. Sufficit tamen causam inimicitiæ probare, secundum Baiar. ad Clar. *q.24. n.41.* cum Bar. Bal. Alex. Menoch. Mascar. & alijs.

24. De materia huius q. agit latè Clar. *q. 24. vers. Item quæro, & seq.* vbi etiam Baiar. & latius Farin. *q.53. per totam.*

Quæ nam sint causæ capitalis inimicitiæ? Quæstio 27.

1. QVONIAM, vt *in præcedenti q.* probatum est *n.12.* ad repellēdum testem, vt inimicum; & si non apparet de inimicitia, sufficit, quod adsint causæ capitalis inimicitiæ, ipsi testi notæ, pro perfectiori intelligentia eiusdem doctrinæ, declarandæ sunt hic causæ inimicitiæ capitalis, & breuitati incumbendo (alijs non omissis eas præcipuè causas tangam, quæ inter Regulares talis inimicitiæ ansam præbere solent.

2. REGVLA 1. sit Ex iniuria personali, facto, capitalis oritur inimicitia, atrox namq; dicitur talis iniuria, secundum Bar. *in l.4. §. fin. ff. de adimen. legal. per tex. in l. Prætor edidit §. fin. in fi. ff. de iniur.* & per alia iura ab eodem adducta, & subscribunt plures DD. quos refert, & sequitur Farin. *q.49. n.29.* vbi testatur de communi, inter quos *nu.30. citat.* Marsil. Gig. & Mascar. qui obseruantes, ex vulnere in facie resultare atrociorem iniuriam, in hoc a multo magis exemplificant, & alios adducunt concordantes DD. Et Gomez *lib. 3. varia. cap.6. n.1. per tex. in §. 2. instit. de iniur.* quem refert, & sequitur Rodr. *to.2. q.16. ar. 3. vers. 9. oritur*, asserit sufficientem esse causam inimicitiæ capitalis percussionem baculo, arundine, alapa, seu pugno, ex his enim iniurijs magnum dedecus homines existimant resultare.

Ex iniuria personali facto, oritur inimicitia capitalis, vt ex alapa, &c.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt sit causa sufficiens inimicitiæ capitalis (etiam offensione personali opere nullo modo sequuta) præparatio insidiarum vitæ, *glo. in §. inimicitiæ vers. si capitales, instit. de excusat. tutor.* quam in proposito allegat Mascar. *de probat. lib.2. concil.898. n.13.* & hunc sequitur Far. *q.49. n.53.* qui sine dubio, ait, hāc esse causam omnino capitalis inimicitię; Si nocuisset, si potuisset.

Itē ex præparatione insidiarum vitæ.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. In minis de morte; ex minis enim capitalibus, inimicitia capitalis oritur, etiam nulla offensione in facto secuta, gl. *in l. licet. in vers. capitales ff. de recept. Arbit.* Abb. *in c. repellantur, nu 4. de accus.* Alex. Mascar. Bertaz. & alij *in c. cū oportet. de accus.* & his subscribit. Farin. *q.49. n.47.* vbi adducit duodecim alios DD. quibus vltra suum votum Rodriq. *q.16. ar.3. to.2.* addit, Gramm. *Ibidem* subdens limitationem cum Bal. vt hæc ampliatio procedat, quādo minans solet suas minas executioni demandare, vel saltem potens est ad id faciendum, & consentiunt Ioan. Anan. Salyc. & alij relati a Farin. *n. 48.* qui tamen existimat hanc limitationem veram, quando agitur de faciendo inditio ad torturam cōtra minantem, si minatus fuisset occisus, aliàs quoad

Itē ex minis de morte.

quoad repellendum testem, vt inimicum, tenet ampliationem indistinctè veram esse.

5. REGVLA 2. sit. Iniuria merè verbalis est causa sufficiens capitalis inimicitiæ, Bal. *in cap. veniens, in fi. per illū tex. de iniur.* quem sequitur Ias. Marsil. Gram. & Rodr. qui hos refert *tom. 2. q. 16. ar. 3. vers. sextò oritur*; Et hanc sententiam tenuit Baiar. ad Clar. *qu. 24. n. 31.* ex Rolan. & Rimin. Nec non Farin. *q. 49. num. 40.* cum Alber. Campeg. & Carrer. *& n. 38.* cum Blanc. *de indit. n. 104.* vbi alios adducit concordantes; & de communi testatur Far. *n. 43.* Exemplificatur in eo, qui alteri dicit; Tu mentiris, Bar. *in l. si quis extraneus ff de acquir. hæred.* quem sequitur Paul. Meren. & Farin. *nu. 42.* Et in eo, qui in alterum iniuriam infert, dicendo; Tu es spurius, secundum Gram. *decis. 17. in cap. Magnif. Carol.* & sequitur Rodr. *vbi supra vers. sed in hac*; Qui vlterius *in dict. vers. sextò oritur*, exemplificat in appellante Religiosum, apostatam a sua Religione, ebrium, seu falsarium; Item in improperante innocenti, in specie, siue in genere delictum, cum Bar. Bald. & alijs DD. *in l. 3. ff. de liber. & post.*

Inimicitia capitalis oritur ex verbali iniuria, & exemplificatur.

6. AMPLIATVR 1. Regula 2. In iniuria etiam facta absenti, Blāch. *de indit. n. 104.* & Farin. *q. 49. n. 39.* Vt e.g. in disseminatione malæ famæ, Mascar. Ioseph. Ludou. Bertaz. Menoch. Decian. & Farin. qui hos refert, *n. 43. & seq.*

Etiā facta absenti, verbis.

7. AMPLIATVR 2. Regula 2. In iniuria in absētia illata per scripturam, Blanch. *de indicijs, n. 111.* & Farin. *q. 49. n. 40.* Quod multo magis procedit in iniuria illata per libellum famosum, secundum Farin. *n. 43.* cum Decia. qui etiam loquitur de eo, qui polluit fores stercore, cornua affixit, vel quid simile præstitit.

Vel per scripturam, vt libellū famosum.

8. LIMITATVR 1. Reugla 2. Vt procedat in iniuria facta atrocibus verbis, secus, si verbis non atrocibus, Carer. Foller. Gramm. Gig. Paul. Meren. & Farin. qui hos refert, *q. 49. n. 40. in fin. & n. 41.*

Limitatur in nō atrocibus verbis.

9. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt procedat in persona nobili, secus in vili, quæ quamuis iniuria afficiatur, non per hoc capitali odio iniuriantem prosequitur, vt animaduertunt Mascar. & Farin. *q. 49. n. 45.* vnde dicunt in vili, ex hoc capite oriri inimicitiam non capitalem. Quod Rodr. *qu. 16. art. 3. vers. sed*, non admittit in Religiosis, qui licet in eorum Religione minimi sint, tamē propter decentiam, & honorificentiam status, iniurias maximè sentiunt, ad bonum nomen anhelantes; In quo puncto, ego cum Farin. *nu. 46. & 86.* existimo, Iudicis arbitrio multum esse tribuendum.

Vel in atrocibus, sed cōtra vilē personam.

10. Pro corollario huius 2. Regulæ, in qua agitur de causa inimicitiæ, quæ datur loquendo; Nota, è contra quod inimicitiæ præsumitur, quando quis non loquitur, nec salutat eum, quem prius solebat, *cap. si inimicus 93. distinct.* Abb. Card. Alex. Imol. & communiter alij *in cap. cum super, de offic. Deleg.* Farin. qui vndecim alios DD. citat, *q. 49. n. 54.* Qui, *n. 55.* hoc ampliat, cum Abb. Mars. Mascar. & alijs,

Quæ inimicitia oriatur ex non salutatione, vel denegatione osculi pacis

alijs, in non dante in Ecclesia solitum osculum, dum datur pax; Sed *nu.56.* totum hoc corollarium intelligit cum Marf.& Mascar. vt in istis casibus oriatur inimicitia non capitalis.

11. REGVLA 3. sit ampliatiua ad supradicta; Inimicitia capitalis oritur non tantum ex offensione propriæ personæ, sed etiam consanguinei, est recepta opinio, de qua testatur Menoch.& Farin. qui eum refert *q. 49. n.31.* vbi inducit decem alios DD. Et ratio est; Quia iniuria facta vni, censetur facta etiam omnibus de illius sanguine, & familia, *l. lex Cornelia, vbi gl.* & communiter DD. *ff. de iniur.* Et hinc est, quod inimicus consanguinei mei dicitur meus inimicus; sicut etiam consanguineus inimici mei dicitur meus inimicus, Masc. cum pluribus alijs apud Farin. *nu. 33. & 34.*

Inimicitia an oriatur ex offensione consanguinei?

12. LIMITATVR Regula; Vt procedat regulariter in consanguineis vsque ad quartum gradum, & non vltra, Bal.& Farin. qui eum refert *q.49. n.35.*

13. REGVLA 4. sit. Ex ablatione, seu spoliatione bonorum, seu alicuius rei particularis, oritur inimicitia capitalis, dummodo ablatio sit de re notabili, siue vi, siue clam facta sit, Farin. *q.49. n.16. & seq.* vbi, & iura, & DD. plurimos citat. Et idem dicendum est in ablatione seu retentione vxoris alienæ, *cap. accedens. il 2.* & ibi Bal. Abb. & alij, *vt lite non contest.*; Et etiam, sine retentione, dum quis eam cognoscit, Bertaz. *cons.284. n.10. lib.2.* Idem dic de retentione sororis, vel alterius cõsanguineæ, Mascar. *de probat. lib. 2. cons.898. n.20. & 21.* quos omnes sequitur Farin. *n.83. & 84.*

Ex ablatione rei notabilis oritur inimicitia capitalis.

Itẽ ex ablatione vel vxoris retentione &c.

14. REGVLA 5. sit. Capitalis inimicitia oritur ex lite, & accusatione criminali, *Aut. si testis, vers. si verò dicatur, C. de testibus*; Vndè *in cap. meminimus, de accus.* Accusator vocatur inimicus, & per ista iura, hanc Regulam probarunt Nell. Alber. & Lanfran. *de testibus, in repetitione, c. quoniam contra, de probat. n.50.* vbi ait quod in hoc casu contrahitur inimicitia capitalis, tam respectu mouentis, quam illius cui mouetur lis, & subscribũt, Marsil. Gram. Gig. Gomez; Carer. & post eos Farin. *q. 49. n.25.* De Aduocato, seu Procuratore criminali, Farin. *n.73. & sequenti*; Et an isti possint esse testes in causa eorum clientulorum, idem Far. *q. 60. illatione 4. 5. & 6.*

Itẽ ex accusatione, vel lite criminali.

15. AMPLIATVR 1. Regula 5. Vt procedat etiam in accusatione ciuili, si, probato crimine, oriatur infamia, Menoch. Decian. Căpeg.& Farin. *q. 49. nu. 27.* Et in quæstione mota contra testem de statu, puta, eum esse ortum de Iudæis, plebeium &c. *l. fi. ff. de his, quibus, vt indign.* & per hunc text. Farin *q.49. n.23.* post Marsil. Blãc. Carer. Masc. Menoch. & alios ab eo citatos.

Quid in ciuili accusatione?

16. AMPLIATVR 2. Regula 5. In eo, qui alterum animo nocendi, & offendendi fecit in carcerem trudi, Bal. Felyn. Marsil. Carer. & alij; etiam si carceratio fuerit iusta, Aufrer. Blanc. & Gig. quod multo magis procedit, si carceratus

Itẽ ex carceratione?

M

tus fuit tormentis afflictus, Gig. Masc. Menoch. & Farin. qui omnes hos citat. *q. 49. n. 28.*

Itē ex lite mota de re graui?

17. AMPLIATVR 3. Regula 5. Vt procedat etiam in lite mota omnium, vel maioris partis bonorum, vel super magna pecuniæ quantitate, vel alterius rei notabilis, secus si de re parua, & leui, Farin. *q. 49. n. 2. cum sequentibus*, vbi iura DD. Ampliationes, & limitationes.

Item apud Regulares, ex lite mota de Prælatione confirmata.

18. AMPLIATVR 4. Regula 5. Vt inter Regulares idem sit dicendum in lite mota de Prælatione obtenta, & cōfirmata, in istis enim hoc est, ac si moueretur lis de omnibus bonis, vel maiori parte bonorum, Felyn. *in cap. quoties, de testi. n. 5.* Panor. *in cap. 1. n. 3. de iudic.* Bouer. *in Direct. p. 2. cap. 2. vers. neque tantum*, ibi, Decian; Anan. Alex. & Rodr. qui hos refert *tom. 2. q. 16. art. 3. vers. octauo oritur*.

Ex testimonio in criminali causa, an oriatur inimicitia capitalis?

19. REGVLA 6. fit. Capitalis inimicitia oritur ex testimonio cōtra aliquem in causa criminali, *c. cum P. vbi* Abb. & Felyn. *de accus.* cum pluribus alijs relatis à Farin. *q. 49. n. 76.* Vnde ille contra quem aliquis fuit examinatus in causa criminali, non admittitur postea contra eundem in testem, Blanc. Gig. Campeg. Farinac. & alij, ab hoc *ibidem* relati.

20. AMPLIATVR Regula 6. Vt testis, qui sponte contra Reum vna vice examini se subiecit in criminali causa, à testimonio repellatur in alia causa, cōtra eundem, *cap. 2. §. in criminali, 4. q. 3.* & notant Specul. Gemin. Innoc. Farin. & alij ab eo relati, *q. 53. n. 48.* præsumitur enim talis inimicus; ait *ibid.* Farin. cum Corrad. Secus tamen esset si coactus, Alber. qui ita, disputata hac materia, resoluit, Blanc. latè hoc comprobans, & Farin. *n. 49.* vbi hos refert, quia quod coactè fit, non potest dici, quod per odium, & inimicitiam fiat; & hanc distinctionem Aret. & Paris. & post eos Clar. *§. fin. q. 24. vers. sed nunquid*, dixerunt communiter esse receptam; Sed in omni casu, testis etiam, qui fuit aliàs coactus, nō poterit dici omni exceptione maior, secūdum Clar. *ibidem*, & tenuerunt Bonacos. & Decian. relati à Farin. *n. 50.*

Ex sententia Iudicis, an ex parte Rei dānati oriatur inimicitia vsq; ad numerū 25.?

21. REGVLA 7. fit: Inimicitia oritur ex sententia prolata per Iudicem, ex parte eius, contra quem fuit pronunciatum, Blanc. & Far. *qui eum refert q. 49. n. 62.*

22. AMPLIATVR 1. Regula 7. Vt in causa criminali oriatur inimicitia cum Iudice ex sententia prolata, etiam dum pœna est tantum pecuniaria, dūmodo magna, secus si parua, Farin. *q. 49. n. 69.* quod multo magis procedit in pœna corporali, vel capitali, *n. 70.* vbi rationem adducit; *& n. 71.* extendit causam inimicitiæ ad consanguineos illius, qui taliter mulctatus fuit.

23. AMPLIATVR 2. Regula 7. Vt etiā in causa ciuili magni præiudicij, vt e. g. si agatur de magna parte bonorum, vel de causa magna spectante ad honorem, oriatur inimicitia cum Iudice ex sententia lata, si condemnatus appellauit, quia per appellationem, appellans demonstrat se grauatum à

Iu-

Iudice; & per appellationē è contra Iudici fit iniuria, cum eius imperitia,& iniquitas arguatur,secus si non sit appellatum, vel tractetur de re leui, Farin. *q.49.n.66.67. & 68.* Leuis autem causa, vel res iudicatur secundum qualitatem personarum, nam causa 200. aureorum pœnes magnatem,& diuitem est parua, *gl. & ibi* Bar. & alij *in l. sed si susceperit, ff. de iudic.* è contra autem causa vnius aselli, dicetur magna respectu pauperis, *gl. in l. illic, §. si tenuis, ff. de offic. Proconsf.* vt latius ponderat Farin. *quaest.49. num. 14.*

24. AMPLIATVR 3. Regula 7. Vt etiam pendente iudicio in causa criminali, dum Iudex procedit ex mero officio, & ex mera inquisitione,oriatur ex parte inquisiti inimicitia contrà Iudicem inquirentem, secundum Decia. in c. 1. de iudic. in secunda lect. quem sequitur Farin. *q.49.n.65.* vbi affert rationem; Secus verò si procedat ad partis accusationem, vel denunciationem, *n.64.* Dixi ex parte inquisiti, quia si Iudex non procedat nimis rigorosè, sed iuris ordine seruato, non dicitur ex parte eius contracta inimicitia, secundum Decian. & Far. *n. 65. ver. dixi.*

25. Concludit tandem Farin. *q. 49. n. 72.* quod in omnibus casibus huius 7. Regulae,& eius ampliationum, nunquam credit cùm Iudice contrahi inimicitiam capitalem, quia quicquid facit Iudex, non priuato odio facit, sed propter necessitatem sui officij, quae ipsum videtur excusare; & facit à simili, quod *idem* ait *n.75.*

26. Extra praedictos casus, qui à iure sunt comprobati, & à DD. communiter recepti, multum Iudicis arbitrio tribuitur, quando inimicitia dicatur capitalis, & quomodo arbitrium regulare debeat; pro quo vide hic sup. *q.26.n.19.* de quo etiam Rodr. *q. 16. tom. 2. ar. 3. vers. sunt.* Arbitratur Iudex, an capitalis sit inimicitia?

27. De materia huius quaest. latè Baiar. *q.24.* ad Clar. *n.31.* & latius Farin. *q. 49. à princ. vsq; ad numerum 86.* & faciunt ad rem, quae dicta sunt supra *q. 23. à n. 12. vsq; in finem*; nec non adnotata per Bouer. *in Direct. par. 2. cap. 20. vers. neque tantum.*

An laicus contra Clericum testis esse possit? Quaestio 28.

1. CVM vna ex rationibus Laicum repellendi in criminali à testimonio cōtra Clericum, vt proximè insinuabitur, sit praesumpta inimicitia, post duas praecedentes, de hac materia tractantes, hanc meritò quaestionem subnecto.

2. REGVLA sit. Laicus contra Clericum in causa criminali testimonium ferre non potest, *cap. de caetero, de testib.* vbi haec habentur verba: De caetero Laicos ad accusationem, & testimonium contra Clericos, in criminali causa, non esse aliquatenus admittendos, censura Sacrorum Canonum manifestius edocet, & hoc *ibi not.* Abb. Arret. Bal. Felyn. & alij DD. communiter, & tenet Farin. *q.61. n.98.* vbi fusè concordantes inducit: Et Laicum indistinctè non admitti Laicus contra Clericum testis esse nō potest.

mitti contra Clericum in causa criminali, criminaliter intentata, tenet Clar. §. fin. q. 24. vers. præterea, vbi cum Didac. Menchiac. & Viui testatur de cõmuni, & Masc. de probat. lib. 2. concl. 962. dicit, ita concludere omnes scribentes in dict. c. de cætero.

Ratione præsũptæ inimicitiæ, & reuerentiæ.

3. Huius Regulæ duplex afferri solet ratio; vna inimicitiæ; altera reuerentiæ: Inimicitiæ, quia inter laicos, & Clericos generalis intercedere solet inimicitia, Boss. in tit. de oppos contra testes n. 91. laici enim Clericis infesti esse solent, c. Laici, 2. q. 7. Reuerentiæ verò, quia laicus reuerentiam debet Clerico, qui Dei fungitur legatione, c. accusati, in fi. 2. q. 7.

Quid dicendum in Religiosis, in quibus ratio inimicitiæ cessat?

4. AMPLIATVR Regula; Vt procedat etiam in Religiosis, contra quos laici in testes non admittuntur, vt not. Rodr. in q. Regul. to. 2. q. 11. art. 5. nomine enim Clericorum in fauorabilibus veniunt etiam Religiosi, Abb. in c 1. de except.; immo Mansus in suo Modo proced. cap. 24. n. 3. vult Regulam potiori ratione in Religiosis obseruandam esse: Quod intellige verum, attenta prædicta ratione reuerentiæ: Sed si attendatur prima de præsumpta generali inimicitia laicorum cum Clericis, cum non sint adeo inuisi Religiosi laicis, sicut Clerici seculares, videtur, quod ista ratio admodum præcipua repellendi laicos à testimonio, cesset, vt obseruarunt Abb. Felyn. & alij in c. de cætero, de testibus.

Limitatur Regula in delictis exceptis.

5. LIMITATVR 1. Regula, in criminibus exceptis, vt hæresis, Simoniæ, læsæ Maiestatis, & similibus, in quibus laicus admittitur cõtra Clericum, gl. in c. de cætero de testibus, vbi Abb. Innoc, & Felyn. qui ait, quod ita tenent omnes DD. & de communi testatur etiam Farin. q. 61. n. 104. licèt Menchiac. quem sequitur Clar. in d. vers. præterea, q. 24. contrarium sentiat.

Nisi laicus alios pateretur defectus.

6. SVBLIMITA 1. limitationẽ, quando laicus, etiam alios pateretur defectus, vt si esset criminis socius, inimicus, vel malæ famæ, tunc enim neq; in exceptis admitteretur, Far. qui inducit plurimos DD. ita sentientes q. 61. n. 104.

Itẽ limitatur quã do veritas aliter haberi nõ posset.

7. LIMITATVR 2. Regula; Vt non procedat, quando veritas aliter haberi non posset, Baiar. ad Clar. q. 24. n. 51. vbi inducit Marsil. Quod tunc præsertim verum esset, quando alij testes ad probandum delictum non essent, actu, nec potentia; Vt e. g. in Clerico delinquente in Villa, vbi tantùm laici commorantur, ita not. Abb. in cap. de cætero, de testibus quem sequitur Viu. in suis communibus oppinionibus, verb. testificari possunt contra Clericum laici, vers. sublimitatur hoc, vbi testatur de communi: Et de magis communi Far. q. 61. n. 107. concordantes ad saturitatem citans: Quamuis Aret. ibidem relatus oppositum teneat, & ipse etiam pro hac contraria opinione testetur de communi DD.

Si laici admittantur, quod indiciũ faciat?

8. LIMITATVR 3. Regula; Vt laici in casu eiusdem regulæ ad testificãdum admissi, dummodo plures sint, inditium ad torturam faciant, Baiar. ad Clar. q. 24. nu. 49. cum Marsil. Foller. & Ruyn. & tenuerunt Abb. & Fely. in c. de catero,

ro, de testibus, hos sequitur Mascar. *de probat. lib. 3. concl.* 1358. *n.* 51. *& seq.* vbi, relatis alijs, testatur de communi, Far. plurimos citans *q.* 61. *n.* 109. *&* 111. qui *n.* 110. ait, hanc verissimam esse opinionem; Non obstante, quod contra sentiant Aret. & alij ab eo relati.

Admittitur laicus cōtra Clericū infamem. 9. LIMITATVR 4. Regula; Vt laicus admittatur ad testificandum contra Clericum infamem, Imol. Mille. Monticel. & Far. *q.* 61. *n.* 116. Itē in crimine notorio, Abb. Fely. & quāplurimi alij DD. quos citat, & sequitur Farin. *n.* 118. cum his tenet Baiar. *ad Clar. q.* 24. *n.* 51. qui *n.* 49. ait, vniuersaliter laicum contra Clericum ad testificandum admitti, dum de probatione famæ tractatur, citans Foller. Marsil. & Ruyn.

Seu dū de delicto ciuiliter agitur. 10. LIMITATVR 5. Regula, seu potius declaratur, dum de crimine ciuiliter agitur, tunc enim laicus contra Clericum testificari potest, Clar. *q.* 24. *n.* 51. vbi ait, ita concludere omnes DD. etiam si de priuatione beneficij ageretur, Abb. Feyn. cum alijs DD. *cap. de cætero, de testibus*, Farin. plures referens *q.* 61. *n.* 120. inter quos Mascar. testatur de cōmuni; quicquid dicat Archid. Et hæc limitatio multò magis procedit in causa merè ciuili, Farin. cum alijs *n.* 122.

Vel dū laicus est integræ fidei. 11. LIMITATVR 6. Regula, in laico integræ, & bonæ fidei, in quo cessat suspicio inimicitiæ, & examinari potest, secundum And. Siculum *in c. cum ab homine*, vbi Alciat. *n.* 92. *de iudic.* & sequitur Rodr. *in qq Reg. to.* 2. *q.* 11. *art.* 5. facit hoc, quod notatū est *sup. q.* 28. *n.* 41.

13. AMPLIANTVR 2. eædem limitationes; Vt cum omnia in hac quæst. sint solemnitates iuris Ciuilis, vel Canonici, circumscripta præsertim prima ratione, de qua *hic supra n.* 3. possit Iudex Regularis causa perpensa (quamuis melius sit regulariter abstinere pro posse à laicorum examine) hos ad examen admittere, iuxta tradita à simili *hic sup. q.* 21. *n.* 6. præsertim, cum de iure Canonico, omnia crimina sint publica, *ibidem n.* 7. Quid in prædictis possit Iudex Regularis?

14. De materia huius quæst. latæ Farin. *q.* 61. *à n.* 98. *vsque ad n.* 122. Abb. & alij Canonistæ *in c. de cætero, de testibus*, & faciunt dicenda *inf. q.* 39. 40. *&* 41. vbi agitur de testibus inhabilibus, & quanta fides eis præstanda sit.

An amicus, domesticus, seu familiaris, consanguineus, affinis, habens in causa commodum, interesse; vel affectionem, ad testificandum in causa pro amico, domestico, &c. admittatur; & qualem admissus faciat fidem? Quæstio 29.

1. IN duabus præcedētibus quæstionibus egi de oppositionibus contra personam testis, spectantibus ad maleuolentiam, vt sunt inimicitia, & eius causæ; In hac è contra de pertinentibus ad beneuolentiam agam, & etiam ad reuerentiam, vt sunt amicitia, familiaritas, consanguinitas, &c. Et ab amico teste initium sumendo, & dimissis non necessarijs DD. controuersijs, de quibus latè Far. *q.* 55. *à n.* 232. *vsq; ad n.* 241.

2. REGVLA 1. sit. Testis amicus

Testis in causa amici admittitur. cus in causa amici indistinctè ad testificandum admittitur, l. sciendum iuncta gl. in ver. adhibendum, ff. de vsur. & per hunc tex. ita tenuit Bal. in l. eos, n. 1. C. de testibus, Gabr. lib. 1. de testibus concl. 11. n. 1. vbi testatur de communi, Castren. Alex. Mascar. Natt. Corn. Crot. & alij, ex quibus hanc opinionem magis communem, dicit Farin. veram, & practicatam, q. 55. n. 233. & 242.

Quid in amicitia maxima? 3. AMPL. Regula 1. Vt etiam procedat in amicitia stricta, & maxima, Bar. in l. eos, n. 1. C. de testibus, Lanfran. de testibus, in repet. c. quoniam contra ver. testium depositiones n. 84. ad fin. de probat. ibi, amicus non repellitur, quantumcumque sit magna amicitia, Campeg. Fulgos. Socin. Ripa, qui loquitur de amico intimo, Corrad. Gabr. qui alios refert, & Hect. Aemil. locis relati à Farin. q. 55. n. 139. & n. 242. vbi hos sequens, testatur de vera, & practicata opinione.

4. Non silebo, oppositam opinionem admodum probabilem esse in amicitia maxima, quando inter testem, & producentem eum est vnum velle, & idem nolle, vel quando verisimiliter testis odio habet aduersarium producentis, in quibus casibus non desunt sustinentes, talem testem non debere admitti, & inter hos est Alex. cons. 78. n. 3. lib. 1. vbi ait, quod ita communiter tenent DD. in c. quoties, de testibus, Crot. qui pariter de communi, de testibus, in prima, & secunda fallen. n. 193. Ratio huius opinionis est, quia maxima amicitia aequiparatur coniūctioni sanguinis, iuxta gl. in c. requisisti ver. nec est, de testam. cum relatis à Crot. lib. 2. cons. 182. & pro hac opinione citantur, Bar. Bal. Spec. Fely. Rom. Pasett. cons. 73. n. 6. Corrad. cum octo alijs DD. relatis q. 55. n. 236. a Farin. qui licet hos non sequatur, tamen, & ex praeallegatis, & ex relatis à Gabr. lib. 1. de testibus, cons. 11. n. 4. asserit esse hanc communem DD. Et eandem opinionem Pasett. ibidem, ait esse indubitatam in talibus amicis coniunctis societate quadam otiosa, & non multum egregia. Et è contra ampliatio habenda est pro certa in amicis coniunctis amicitia quadam charitatiua, vel, vt alij volunt, iusta, & pietatis plena, prout solet esse inter bonos Religiosos, qui nō solum non repelluntur, per ea, quae dixi in hac q. n. 2. & 3. Sed eorum testimonio non minuitur de fide, secundum Abb. in c. quoties n. 5. de testibus, Crot. Hect. Aemil. Alex. & Farin. n. 249. Amicus enim Religiosus, charitatiuus, & pius, amico vult bona, vt ex Aristotele vult Bal. in l. eos n. 1. C. de testibus, ergo non vult falsum testimonium proferre, hoc enim esset malum, & nō bonum; & amicus, esse vult, vt dici solet, vsq; ad aras, & est dictum notabile Periclis. Quid in amicitia pia, & charitatiua?

An testi amico, de fide diminuatur? 5. LIMITATVR Regula 1. Vt regulariter testis amicus in fauorem amici ad testificādum admissus, non sit integrae fidei, & omni exceptione maior, vnde ei de fide diminuitur, praesertim in amicitia maxima, secundum Bar. vbi inf. proximè, & Lanfran. vers. tamen si est magnus amicus, multum ei de fide diminuitur, Campeg. Fulgos. Socin.

Cor-

Corrad. & Gabr. relatos à Far. *q.* 55. *n.* 139. *&* 242. Si verò amicitia sit leuis, pro illius qualitate, aliquantulum testi de fide diminuetur, Corrad. Alex. Monticel. Mascar. Boss. qui testatur de communi, cum alijs relatis a Farin. *q.* 55. *n.* 240. Et arbitrio Iudicis remittitur iudicare, quanta sit amicitia, quantumque testi amico de fide diminuatur iuxta personarum qualitatem, Bar. *in l. eos*, *n.* 1. *C. de testibus*, Castren. Saly. Alex. Crot. Campeg. Corrad. & Boss. qui de communi, Mascar. & plures alij, quos sequitur Farin. *n.* 241.

Amicus, est integer, nisi ei opponatur.

6. SVBLIMITATVR 1. limitatio; Vt amicus sit integer, parte non opponente, Camp. Mascar. & Farin. *q.* 55. *n.* 248. & dum est æque amicus vtriusq; partis, Alex. Nat. Marf. Masc. & Far. *n.* 250. vbi, de communi.

Qui opponit amicitiã, debet eã probare.

7. SVBLIMITATVR 2. limitatio; Vt qui vult, vt testi, prætextu amicitiæ, de fide diminuatur, eam debeat probare cum qualitatibus; Natta, & Misinger. aliàs non diminuitur secundum Crot. Hect. Aemil. & Farin. *q.* 55. *n.* 253. vbi hos omnes citat, & sequitur.

8. De materia huius Regulæ latè Farin. *q.* 55. *à n.* 231. *vsque in fin.* & faciunt quæ dicam *in hac q. nu.* 35. *& seq. de* habente affectionem in causa; Mascar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 85. *per totam*, vbi tractat; An, & quando præsumatur amicitia? per quem, & quomodo sit probanda? de quibus etiam Hect. Aemil. *trac. de testibus, ver. testis amicitiam deponens, vel probans n.* 1. *& seq. fol.* 153. *& seq. par.* 1.

9. Ab amico teste transeamus ad domesticum, seu familiarem, non enim desunt dicentes, hæc verba esse inter se æqualia, seu sinonima; Vnde domestici aliquando appellantur familiares, & è contra secundum Alber. *in l. etiam, nu.* 4. *de testibus, per tex. in c. ex literis, eodem tit.* de quo Farin. *q.* 55. *n.* 119. *Vbi n.* 6. declarat, domesticos, seu familiares esse cohabitantes, qui viuunt ad vnum panem, & vinum, vt sunt famuli, & similes.

Domestici, & familiares, qui dicantur.

An domestici, & familiares inferiores, superiores, vel æquales ad testificãdum admittantur?

10. REGVLA 2. sit. Domestici, & familiares, qui aliquo modo inferiores sunt, non admittuntur ad testificãdum in fauorem eorum superiorum, Nell. Aufrer. Fely. Bald. Gabr. Mascar. & Farin. *q.* 55. *n.* 11. Vt sunt famuli, etiam liberi, erga dominos, Abb. Gomez. Mascar. & Farin. *nu.* 135. & 136. vbi plures alios citat; Sed Regulam intelligit Farin. *n.* 140. in seruis vilibus, secus in nobilibus, qui admittuntur, quam plures citans; Et idem dic de famula, de qua Farin *n.* 160. *& seq.* In superiore verò teste, è contra formanda est Regula; quod admittatur ad testificandum pro suo domestico, & familiari, vel alio modo subdito, secundum Saly. Fely. Aufrer. Campeg. Farin. *nu.* 99. cum pluribus alijs apud eum, cessat enim ratio reuerentiæ; sed quia non cessat causa affectionis, non erit omni exceptione maior, & ei de fide diminuetur, vt volunt Fely. Cynus, Aufr. Spec. Bal. Ang. & alij, quos citat Franc. Curt. *trac. de testibus concl.* 55. *nu.* 105. & de hoc Farin. *n.* 101. *& seq.* Et idem dicendum

dum est de domesticis, & familiaribus æqualibus, qui etiam admittuntur, secundum citatos DD. & tamen eis de fide diminuitur propter amicitiam, iuxta tradita *in hac quæst. n. 5. 6. & 7.*

An admittantur, dũ veritas aliter haberi non potest? 11. LIMITATVR 1. Regula 2. quãdo veritas aliter haberi non potest, quam per domesticos, seu familiares, hi enim tunc admittuntur, Aiber. per illum tex. *in l. consensu C. de repud.* Farin. *q. 55. nu. 35.* vbi citat ad saturitatem, & est communis, secũdum Mascar. quod maximè procedit in factis, in quibus domestici verisimiliter sũt magis informati, quam extranei, vt in delictis domi de nocte patratis, in probatione stupri, adulterij, vel furti, domi commissorum, Farin. qui abunde in his adducit DD. *nu. 36. 37. 38. 43. 44. 46.* & 50. & ampliat, vt hæc omnia procedant etiam in criminalibus, *n. 59. 61. 62. & 63.* licet alij relati, *n. 58.* contra sentiant in criminalibus.

12. SVBLIMITATVR 1. limitatio 1. Vt procedat in domesticis, & familiaribus probatæ vitæ, alias secus, *c. ex literis in fi. de testibus*, & per hunc tex. Ruyn. & sequitur Boss. Gabr. & Farin. *q. 55. nu. 69.* qui *n. 127.* exemplificat in domesticis Episcopi, seu magni Domini, & citat DD.

13. SVBLIMITATVR 2. limitatio 1. Vt tunc procedat, quando de sui natura in tali negotio, & loco alij testes non inueniuntur, vnde non solum actu non interuenerint, sed potentia, & habitu non potuerint verisimiliter interuenire, secũdum Aym. Rolan. Mascar. & alios, quos refert, & sequitur Farin. *q. 55. n. 65.* Et plures alios generaliter refert in materia testis inhabilis, *quæst. 62. n. 62. & seq. & etiam n. 55.*

14. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt familiares, & domestici admittantur ad probãdam innocentiam Rei, secundum communem DD. de qua Farin. *q. 55. n. 70.* citãs 24. & vltra DD. Nisi ageretur de reprobatione aliorum testium, *nu. 72.* vbi similiter plures citat. Admittuntur in fauorẽ Rei.

15. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt etiam admittantur familiares, dum æque domestici sunt vtriusq; partis, secundum communem, de qua Farin. *q. 55 n. 92.* vbi DD. Vel dum sunt producti ab aduersario domestici, *nu. 97. & 98.* vbi DD. Vel quando pars non opponit, *nu. 104.* vbi abundè citat; licet alij contra. Item vtriusque partis domestici

16. De materia huius Regulæ latè Farin. *q. 55. Inspectione 1. & 2.* Vbi in Inspectione 3. & 4. differit, An subditi, vasalli, coloni, inquilinique pro eorum Dominis, &c. admittantur, & admissi an probẽt? Et quid dicendum in administratore, negotiorum gestore, & in socio? *q. 60. Illatione 6. & 15.* Remiss. siuè de vasallis, colonis &c.

17. REGVLA 3. sit. Consanguinei, seu affines, ratione affectionis, per eorum consanguineis, seu affinibus in criminalibus à testimonio prorsus repellẽdi sunt, Spec. Campeg. Mascar. qui plures refert, & de communi testatur. Mõticel. qui ex Ant. de Butr. tenet, quod Iudex, etiam parte non opponente, potest ex officio, hos à testimonio repellere, & Farin. *q. 54. nu. 2.* qui Cõsanguinei, seu affines repelluntur à testimonio in criminali.

hos,

hos, & plures alios refert, & sequitur; & est *tex. in c. similiter, 3. q. 5. & in c. absens il 2. 3. q. 9.* Prædictis adde Aret. *in c. cum oportet, n. 11. de accus.* vbi testatur de communi, de qua etiam Clar. *§. fin. q. 24. vers. quæro modo,* citans Corn. Et hanc, ait Clar. dicere Alber. esse certam, secundum omnes; Et maximè procederet, quãdo tales simul habitarent; starent in communi, vel sub eadem patria potestate, secundum Farin. plures citans *n. 139. vsque 142.*

18. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt nec admittantur affines, & consanguinei in testes, in causa criminali ciuiliter intentata, Abb. *in c. cum oporteat, n. 3. vers. vbi agitur de crimine ciuiliter, de accus.* Alex. Lãfran. & Farin. alios etiam citans *q. 54. n. 6.*

Quid in causa criminali intenta ciuiliter?

19. LIMITATVR hæc ampliatio, quando causa est talis, vt ex ea nulla iniuria inferretur actori, tũc enim affines, & consanguinei testes admittuntur, secundum Boss. Mascar. Nat. Hect. Aemil. Anan. Felyn. Aret. Gabr. qui alios citat, & Farin. *q. 54. n. 8. & 92.* Secus vbi iniuria inferretur actori, iniuria enim vni facta, omnibus de parentela facta censetur, Bar. *in l. lex Cornelia §. fin. ff. de iniur.* Fely. Alber. & Farin. qui *n. 9.* de communi testatur.

20. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt affines, & consanguinei non admittantur in causa ciuili graui; ardua, & valde præiudiciali, secundum Io. de Am c. Aym. Corrad. Aufrer. Gabr. Montcel. Mascar. Aemil. & Farin. *q. 54. n. 25.* licet admittantur in ciuilibus parui momenti, & modici præiudicij, vt *nu. 25.* intelligit Farin. plurimos ab eo citatos *n. 24.* sed, nec in his integræ sunt fidei, Rip. Boss. Gabr. Corrad. & Farin. *n. 30. & 31.* vbi de magis communi, licet plurimi contra sentiant. Ardua, & magni præiudicij in proposito dicitur causa omnium bonorum, vel maioris partis, seu aliàs arbitrio Iudicis, Bal. Menoch. & Farin. *n. 115.*

Seu in ciuili graui?

21. AMPLIATVR 3. Regula 3. Vt affines, & consanguinei in casibus, in quibus admittendi non sunt, si fuerint admissi, non probent, nec aliquam fidem faciant, secundum communem DD. de qua testatur Gram. *cõs. 45. n. 15.* Aegid. *in trac. de testibus, num. 30.* vbi hanc reddit rationem; Quia factum Iudicis non tollit iura consanguinitatis, & sanguinis, *l. factum Iudicis ff. de reg. iur.* & sequitur Far. *q. 54. nu. 10.* vbi citat Viu. & alios DD. In casibus verò, in quibus sunt admittendi, nec omni exceptione maiores, neq; integræ fidei sunt, Ias. Alex. Dec. Boss. Mascar. & Far. *n. 80. & 81.* vbi alios 14. citat DD. *& n. 16.* testatur de communi.

Admissi in criminali, an fidẽ faciãt?

22. AMPLIATVR 4. in affinibus, & consanguineis, non solum ascendentibus, & descendentibus, sed etiam transuersalibus, Boss. Gabr. Mascar. Hect. Aemil. & Farin. *q. 54. n. 29.* Quamuis in ciuilibus, ascendentes solum repellantur, *n 27.* vbi ad saturitatem citat, & testatur de communi; Et transuersales non sint integræ fidei, *n. 30.* citans plures DD.

Quid in trãsuersalibus?

23. LIMITATVR 1. Regula 3.

An ad mittantur pro Reo? Vt affines, & consanguinei in criminalibus admittantur ad defensionem Rei secundum Spec. quem sequitur Clar. §. fin. q. 24. vers. item scias, vbi cum Gomes. testatur de communi, de qua etiam Far. q. 54. n. 35. post diffusas citationes n. 33. & 34. Non tamen, vt plenè probent, secundum Clar. ibidem, quem sequitur Mascar. & Farin. nu. 38. Sublimita limitationem, vt non sit vera, quando tales inducuntur ad reprobandos testes, vel quando procederetur ad accusationem partis, Farin. late citans DD. nu. 36. & 37.

Admittuntur si probatae sint vitae, vel coniũ. cti vtriq; parti. 24 LIMITATVR 2. Regula 3. In affine, seu consanguineo, probatae vitae, & fidei, Religioso, & etiam laico, quia non solum in criminalibus admittitur, sed de fide ei nihil diminuitur, secundum Imol. Marf. Mascar. Monticel, & plures alios, quos citat, & sequitur Far. q 54. n. 48. vbi de cõmuni; Et idem dicendũ est in cognato ęqualiter vtriusq; partis, n. 45. & seq.

Itẽ non durãte affinitate, vel vltra quartũ gradũ, seu parte non opponente, siue dũ aliter veritas haberi non potest. 25. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt procedat durante tantum affinitate, Farin. cum pluribus q. 54. n. 32. Et vsq; ad quartum gradum, & non vltra, secundum magis cõmunem, & receptam, de qua Far. n. 51. & 57. cum seq. Bal. Saly. Aufr. Camp. Duen. & Hect. Aemil. Parte tamen praesente, & non opponente, indistinctè praedicti recipiuntur, Bal. Fely. Mascar, & Farin. n. 124. vbi plures adducens, testatur de communi; Sicut, etiam, quando veritas aliter haberi non potest, Far. n. 76. cũ Gabr. Alber. &c. quod intellige, vt hic sup. n. 13.

De quibusdã remissiue. 26. Latè de hac 3. Regula Far. q. 54. in tota Regula 1. Vbi in Regula 2. agitur de testimonio fratris. In 3. quod ascendentes, & descendentes in infinitum repelluntur; Et in 4. de marito, pro vxore, & è contra.

Habens in causa interesse repellitur. 27. REGVLA 4. sit. Habens in causa interesse, commodum, vel incommodum, repellitur a testimonio, ac si causa esset eius propria, Bal. in l. dictantibus, n. 4. C. de testam. Bertaz. cons. 151. n. 4. Masc. de probat. lib. 3. conclus. 1357. nu. 1. & 2. cum tot alijs relatis a Farin. q. 60. n. 4. ex quibus concludit, hanc Regulam cõmunem, nec aliquem se vidisse contradicentem: Quae multo magis procedit in causa formaliter propria, valde enim absurdum est in iure, quod quis in eadem causa sit actor, seu Reus, & testis, l. nullus vbi communiter omnes DD. ff. de testibus cap. insuper, in vltimis verbis, de testibus; Vnde talis testis examinari non debet, Bal. in l. omnibus, C. de testibus; Et in criminalibus, talis admissus nullum facit indicium, Bertaz. Claud. qui testatur de magis communi, & Farin. n. 5. & 6. *(Magis in propria causa.)*

Nec iudex potest arbitrari aliter. 28. AMPLIATVR 1. Regula 4. Vt taliter huiusmodi testis habens interesse repellatur, quod non remittatur arbitrio Iudicis, an eum admittere velit, Bal. Fely. Mascar. & Farin. q. 60. n. 12. quod procedit etiam in teste Clerico, Ruyn. Menoch. Alciat. Masc. & Farin. n. 13. & in teste Principe, n. 15. Sed quid si veritas aliter haberi non possit, vide Farin. n. 58. & seq.

29. AMPLIATVR 2. Regula 4.

In

Idē dicitur dū quis tractat de se exculpando, exēplificatur. In teste, qui tractat de se exonerando, vel exculpando, Viui. *in comm. opin. vers. testi deponenti pro sua exoneratione*, vbi testatur de communi; quod magis procedit in criminalibus; in quibus si vnus, e. g. ex pluribus in rixa interuenientibus; vel de aliquo delicto inter plures imputatus, alium pariter inculpatum indicet, se exonerando, & exculpando, nihil contra inculpatum probet, Brunor. à Sole, Io. Port. Imolen. Rimin. Bertaz. & Farin. *q. 60. n. 19.* & bene in alio casu exemplificat *n. 20.*

30. Hinc infertur, quod non creditur famulo testificanti se portasse Titio librum, pecunias, &c. sibi ad hunc effectum à Meuio consignatas, tractat enim de se exonerādo, Bar. Saly. Mascar. Campeg. & plures alij relati à Farin. *q. 60. n. 23.* testans de communi; Vbi *n. 26.* limitat in personis, quæ faciūt particularem artem portādi, cum Papien. Masc. Campeg. Corrad. & alijs.

Idē de tractante de proprio honore dedecore. 31. AMPLIATVR 3. Regula 4. Vbi tractat testis de suo honore, vel laude consequenda, seu de vituperio, seu dedecore euitando, nihil enim probat, Alex. Corn. Boss. Corr. Monticel. Mascar. & plures alij, quos refert, & sequitur Farin. *q. 60. n. 21.* vbi testatur de cōmuni.

Quid si interesse esset secundariū. 32. LIMITATVR 1. Regula 4. quando interesse esset secundariū, & in consequētiam, tunc enim testis non repelleretur, *gl. in l. nullus, ff. de testibus*, quam sequitur Dec. Tiraq. Rolan. qui testatur de communi, Bertaz. Boss. Montic. Mascar. Riminal. & alij 12. relati à Farin. *q. 60. n. 8.* licet oppositum teneat alia *gl. in l. omnibus, ver. in re propria, & ibi* Saly. *n. 1. & 2. C. de testibus*, cum aliquibus alijs relatis à Farin. *n. 7.* inter quos Rolan. testatur de communi. Sed limitatio est probabilior, & magis communis: At proculdubio testi de fide diminuitur. Abb. *in c. insuper n. 2. de testibus*, & sequitur Farin. *n. 9.* & 11.

33. LIMITATVR 2. Regula 4. quando testis habens interesse in causa, expresse protestaretur, & declararet, quod ex sua depositione nullum intendit commodum reportare, tunc enim admitteretur, & probaret, Bal. *in l. dictantibus, n. 3. & ibi Cels. in add. litera C.* vbi alios adducit *C. de testam.* Alex. Felyn. Menoch. Stephan. Lamber. qui pluribus relatis, testatur de communi; & practicata opinione, Masc. Bertaz. & quamplures alij relati à Far. *q. 60. n. 52.* vbi *n. 53.* citat Bursat. & Claud. tenentes in hoc casu, testem non esse omni exceptione maiorem. Vel testis pro testaretur, se nolle interesse?

34. LIMITATVR 3. Regula 4. In modico interesse, propter quod testis non repellitur, Tiraq. Rota Romana, & Farin. *q. 60. num. 56.* præsertim si testis esset multum fide dignus Imol. Bursat. Mascar. & Farin. *n. 54.* Vel interesse esset modicum.

35. REGVLA 5. sit. Affectio magna, etiam circumscriptis alijs, testem repellit, *c. accusationes, 3. q. 5.* Abb. *in c. insuper n. 9. de testibus.* Dec. Ias. Rip. Menoch. Bertaz. Mascard. & Farin. cum pluribus alijs, *q. 60. n. 29.* etiam in criminibus exceptis *nu. 30.* cum Ayn. & Affectio an testem repellat?

N 2 Hect.

Hect.Aemil.; faciunt pro hac Regula, quæ probabiliter dicta sunt *in hac q.n.* 4. de amicitia maxima; sed contra *ibidem n.2.& 3.* Distingues pro cócordia, vt in *citato n.* 4.

Affectatè depones, &c. 36. Infertur 1. ex hac 5. Regula; Vt testi nimis affectate deponenti, ob præsumptam affectionem, fides ei non adhibeatur, vt probarunt multi relati per Monticell.& sequitur Farin. *q.60. n.33.*

Animosè depones. 37. Infertur 2. Vt propter hoc non sit idoneus testis, nimis animosè deponens, Bal. *in l. testium, nu.* 17. *C. de testibus* Alex. Anchar. Ias.Corn.& Calcan. qui dicit tunc testem animosè deponere, quando in fauorem producentis affirmat constanter illud, quod certitudinaliter scire non potest, & sequitur Gabr. Menoch.& Farin.*q.60. n.36.* vbi de communi, citans hos, & alios in comprobationem huius illationis; Et *n.37.* dicit, testem verbosum suspectum esse, citans Montic. Masc. & Corrad. cum alijs; Et idem dicit *n.38.* de nimis cito respondente, & repente loquente, cum Boss.& Monticel. Et multo magis si testis antequam fiat interrogatorium respondeat, *n.39.*cum Rom.& Montic.Et subdit. è contra *n.* 40. quod testis morosè respondens præsumitur dubius, & incertus, cum Rom. Rip. Corrad. & alijs.

Verbose.

Celeriter, vel morosè respondens.

Cócubina, &c. 38. Infertur 3. quod ratione affectionis, concubina non potest testificari pro suo concubinario, nec è contra, Bal. Saly. & plures alij apud Farin. *q. 54. nu.216.* vbi testatur de communi, idem dicitur de amasia, & amasio, secundum Bal. Gabr. Cyn. Masc. & Farin. *q.54.n.217.* vbi de communi.

39. Infertur 4. Testem suspectum reputari, & non idoneum, dum in sua depositione magis se ostendit beneuolum, & affectionatum producenti, quam alteri parti, Anchar. Alex. Dec. & alij cum Far. *q.60. n.34.* Ostendens se vni parti magis affectionatum.

40. Infertur 5. Vt ratione affectionis repellantur testes in eadem causa consortes, Far. *q.60. n.48.* cum Bal. Abb. & alijs; Quid verò sit dicendum in habente causam similem, vide Farin. *ibidem n.41. & seq.* Qui latè in eadem *q.60. per totam*, tractat de materia huius nostræ 4. & 5. Regulæ. Consortes in causa eadem, vel similem habentes causam.

41. Plura de materia huius q. inuenies *hic infra q.39. 40. & 41.* vbi agetur, in quibus casibus testes admittantur inhabiles, & quanta fides eis præstanda sit.

An infamis, iuris, vel facti infamia à testificando repellatur, & admissus, quam fidem faciat? Quæstio 30.

1. VLtra in præcedētibus prætactas oppositiones contra personam testis, solet eidem obijci, quod infamia laboret. Infamia autem nihil aliud est, quam læsæ dignitatis status, moribus, & legibus improbatus, Bar. Castren. & alij, *in l. prima, ff. de his, qui not. infam. per tex. in l. cognitionum, ff. de var. & extraord. cognit.* Duplex autem est infamia, vna iuris, altera facti, ita DD. *in dict. l. prima, & in cap. testimonium de testibus.* Infames infamia iuris sunt non solum omnes enumerati *in dicta l. prima,*

Quid sit infamia?

Duplex infamia.

prima, sed etiam in quacunque alia lege, Ias. in eadem l. prima, siue lex sit Ciuilis, siue Canonica, Farin. q. 56. nu. 24. Infames enim iuris, sic dicuntur, quia tales à iure reputati sunt, Far. n. 3. Infames verò infamia facti sunt, qui licet non enumerentur in iuribus, tamen commiserunt tale quid, propter quod eorum opinio, fama, & existimatio remanet læsa, & grauata apud bonos, & graues viros, l. non debet, ff. de dolo. Et quamuis de iure Ciuili, damnatus de crimine publico, & excepto, sit infamis; non autem de priuato, præterquam in actione furti bonorum raptorum, & iniuriarum, Farin. n. 9. Attento iure Canonico, non est opus hac distinctione, cum, hoc iure, omnia delicta sint publica, Clar. lib. 5. §. primo, vers. priuata, & gl. in cap. infames, 6. q. 1. & condemnatus pro quocunque crimine, eodem iure, secundum eandem glo. sit infamis.

Condemnatus de crimine, an sit infamis?

Infamia iuris probatur, vel per propriam confessionem, vel per sententiam Farin. n. 18. & 22. At infamia facti probatur etiam per testes, n. 23. His præmissis pro dilucidatione, non solum huius quæstionis, sed etiam totius materiæ de teste infame; Quæ erit tertia oppositio contra personas testium nempè infamia.

Quomodo infamia probetur.

2. REGVLA 1. sit. Infamis infamia iuris prorsus repellitur à testificando in criminalibus; Hoc sine controuersia admittunt omnes, vt dicit Correr. & post eum Clar. §. fin. q. 24. vers. item infamis; Et Regula procedit etiam in ciuilibus, cap. testimonium, de testibus, vbi latè Abb. Fely. Imol. Bal. & alij DD. & Farin. q. 56. nu. 26. & seq. alijs iuribus, & pluribus DD., & rationibus confirmat totam Regulam.

Repellit infamia iuris à testificando in criminalibus.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt Iudex ex officio possit repellere talem infamem, etiam parte non opponente, l. quos prohibet. ff. de postulando, & per hunc tex. Bal. Innoc. Crot. & plures alij, quos refert, & sequitur Farin. q. 56. n. 34.

Præstat hoc Iudex etiam ex officio.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt talis testis fides non suppleatur per contestem valdè dignũ, Masc. Diaz. & latè Tiraq. & Farin. q. 56. num. 48.

Per cõtestem valde dignũ, nõ supletur.

5. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt admittantur testes infames iuris, vbi veritas aliter haberi non potest, Bar. in l. cunctos populos, n. 12. C. de sum. Trin. & fid. cath. quem sequitur Saly. Ias. Abb. Fely. & alij communiter; Et Clar. in §. fi. q. 24. vers. item infamis, ait cũ Aret. quod ita concludunt omnes; Quod intelige, dum actu, & habitu veritas aliter non potest haberi, & quod hoc probetur à producente infames, Farin. q. 56. n. 58. e. g. in delictis patratis in prostibulo, in quibus admittuntur lenones, & meretrices, Plot. & Farin. n. 52. & in delictis nocturnis, in quibus infames admittuntur, Roland. & Farin. num. 53.

Limitatur, vbi veritas aliter haberi nõ potest.

6. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt iuris infames admittantur in exceptis enormibus delictis ad ipsamet delicta probanda, vt læsæ maiestatis, hæresis, Simoniæ, Sortilegij, Dilapidationis bonorum Ecclesiæ, & quorũdam similium;

Item in enormibus.

Me-

Menoch. Mascar. Fely. Spec. & plures alij, quos sequitur Farin. *q.* 56. *n.* 70. vbi de singulis prædictis criminibus probat, iuribus allatis: Et non solum ad delicta, sed etiam ad adminicula substantialia probanda delictorum, admittuntur; Et cum hic punctus de adminiculis sit controuersus benè sic concluditur, declaratur, & probatur à Farin. *n.* 72. *vsque* 78. nempè de adminiculis substantialibus.

7. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt, qui dicit testem iuris infamia laborare, debeat probare, cum causa, & qualitate infamiæ, aliàs testis admittetur, ita communiter DD. *per tex. in cap. præsentium, §. testes, de testibus in sextò,* Clar. *§. fin. q.* 53. *vers. hoc autem,* Bar. Ias. Dec. & Far. cum alijs, *n.* 97. *q.* 56.

Allegàs infamiã, debet eã probare.

8. LIMITATVR 4. Regula 1. In teste deponente de facto proprio, qui si nõ pateretur exceptionem, probaret plusquam semiplenè, dum patitur iuris infamiam, probet semiplenè, secundum Dec. Corrad. Menoch. Tiraq. Montic. & Farin. *q.* 63. *n.* 215. vbi materiam hanc controuersam ita concludit; subdens *n.* 216. vt nec probet sinè tortura.

Quid in teste de facto proprio deponente?

9. Notandum hic, quod in casibus quatuor præcedentium limitationum, testes de iure infames, ab ipso iure vniuersaliter redduntur habiles. At in casu *sequentis quintæ limitationis*, ex specialibus iuribus, & indultis, à Prælatis Regularibus, testes de iure infames admittuntur, habilesque redduntur; Igitur.

10. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt Prælati Regulares, ex specialibus iuribus, concessionibus, & indultis, de quibus *sup. qu.* 8. possint absolutè admittere testes iuris infamia laborantes, *d. q. n.* 11. & ita Abb. *in cap. de cætero, de testibus;* S. Anton. 3. *p. ti.* 9. *c.* 15. §. 6. Sylu. *ver. Iudex. il* 1. *n.* 5. *&* 9. Cum enim, vt probatum est *sub q.* 8. *n.* 9. *&* 11. hi Prælati procedere possint sola facti veritate inspecta, consequenter poterunt infames ad testificãdum admittere, Bar. *in l. filius fam. n.* 6. *de donat.* Abb. *in cap. dilecti de iudic.* & Menoc. qui respondet rationibus Imol. & Dec. contrarium sentientium, *de arbit. quæst. lib.* 1. *q.* 27. *nu.* 1. *& seq. per tex. in cap. per tuas, §. tales, de Simon.* & cum Menoc. tenet Farin. *q.* 56. *n.* 88. & sequitur. Bouer. *in Direct. p.* 2. *cap.* 21. *ver. altero quoque.*

Prælati Regulares testes infames admittere posśũt.

11. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt licet de iure communi, quando admittendi sunt testes infamia iuris laborantes, hoc non fiat sine tortura, *l. ob carmen §. si à rei, ff. de testibus,* & notat Clar. *§. fin. quæst.* 24. *vers. item infamis,* vbi ait, quod ita concludunt omnes DD, teste etiam Aret. & ita sentiũt Bar. Bal. & Farin. qui alios quoque adducit, *q.* 56. *n.* 56. *&* 57. Tamen in ordine ad Prælatos Regulares, dicendum est, quod cum hoc spectet ad solemnitatem iuris Ciuilis, & Canonici, possint Prælati Regulares, tales testes sine tortura admittere, iuxta tradita *sup. q.* 8. *nu.* 3. *& seq.* Et hinc est, quod in praxi apud nos, dum nostri Prælati expedire existimant, testes seculares vtriusque sexus, infames, iuris infamia, admittunt

An sine tortura tales admittantur.

tunt sine tortura; Vt e.g. testes; qui complices se fatentur delictorum, ex quo iuris resultat infamia; Dixi, dū expedire existimant; quia quamuis eis absolutè liceat, non tamen semper expedit, & multoties melius est ab his examinandis abstinere.

12. REGVLA 2. sit. Si, testes infames, iuris infamia, sint plures, & deponant de delicto immediatè de visu, vbi aliàs, si infames non essent, plenè probarent, faciunt inditium ad specialiter inquirendum, & ad transmittendam inquisitionem, secundum Vulpell. & Mascard. immò etiā ad torturam, vt tenent Lanfran. Gig. Gram. Alex. Osasc. Brunor. à Sole, Monticell. & Farin. hos sequens, & testans de communi, *q.* 56. *num.* 68. Dummodò hi testes examinati fuerint, quādo de iure examinari possunt; vt *in casibus limitationum quatuor* 1. *Regulæ*; Et absolutè in iudicio Regulari, iuxta dicta *hic sup n.* 10. Si verò testes infames infamia iuris examinentur, dum ad examen admitti non deberent, facerent quale quale tantùm inditium ad generaliter inquirendum, Farin. *n.* 66. cum Bal. Et absurdissimum esset ex hoc leui inditio deuenire ad specialiter inquirendū; & tanto minus posset ex hoc ad torturam deueniri, iuxta mentem Blanch. Saly. Osas. Bal. Fulgos. Ias. & omnium DD. de qua testatur Farin. *n.* 67. Ita materiam huius Regulæ, non modicè controuersam distinguendo, benè resoluit Farin. post disceptationem ad partes à *nu.* 54. *vsq; ad n.* 64.

Testes infames plures examinati, an, & quale indiciū faciant?

13. REGVLA 3. sit. Infamis, infamia facti, in causis ciuilibus non repellitur à testificando, Bar. Ias. Castren. & alij DD. communiter, & de communi testatur Lanfran. *de testibus n.* 74. & Villalob. *in sua collect. com. opin. litera I. nu.* 31. & ita communiter obseruari, ait Alber. *de Malet. de testibus c.* 3. *nu.* 15. & ad hoc Farin. *q.* 54. *n.* 100. citat prædictos & alios DD. *& n.* 107. testatur cum Socin. de magis communi. *& ibidem* refert varias opiniones in hac cōtrouersa materia.

Testis laborās infamia facti, an admittatur, & probet in ciuili, vsq; ad n. 16.

14. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt testis infamis, infamia facti, non admittatur in causa ciuili ardua, Bal. *in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & fid. cath.* & Abb. *in c. testimonium de testibus*; talis enim causa æquiparatur criminali, *c.* 1. *de restit. spoliat. in* 6. in qua vt dicam *infra n.* 17. talis testis repellitur; Dimitto h c aliqua, quæ reperies *infra n.* 18. & multo magis, quam illi Regulæ conueniunt huic limitationi ad eam sublimitandam.

15. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt in casibus in quibus talis testis admittitur, semper ei de fide diminuatur, Bar. Ias. Mascar. Villalob. qui testatur de communi, quos sequitur Farin. *q.* 54. *nu.* 112. Et est in arbitrio Iudicis, an aliqua, quæ, & quanta fides, ei sit adhibenda, *c. licet causam*, vbi Bal. *in* 8. *notab. de probat.* Fely. Abb. & Far. *n.* 111.

16. SVBLIMITA; si huiusmodi testis haberet contestem tantæ excellentiæ, qui suppleret eius defectum, tunc enim non diminueretur ei de fide, Bal. *in l. si quis ex argentarijs, §. cogerent*, vbi Ang. & Alex.

Alex. ff. de eden. Tiraquel. innumeros ad hoc citās DD. de pœnis tempor. causa 51. n. 121. Et Farin. alios citans, q. 54. n. 113. testans de communi; Vide hic infra q. 41. n. 14. vsq; ad numerum 21. vbi declaratur &c.

17. REGVLA 4. sit. Infamis, infamia facti, in criminalibus à testimonio repellitur, gl. & Bar. in l. Cassius, ff. de senator. Abb. Bal. Fely. & Imo. in cap. testimonium, de testibus, & de communi testantur Alber. Gorrad. & Clar. §. fin. q. 24. vers. item infamis, de qua etiam Villal. quem cum pluribus alijs huius opinionis refert Farin. q. 54. num. 115. Qui ampliat n. 117. vt Regula procedat etiam in causa mixta, cum Socin. Crot. & Mascar.

Quid in criminali? vsque ad n. 20.

18. LIMITATVR Regula 4. Vt hic sup. à nu. 5. vsque ad 11. Omnes enim illæ limitationes, & isti Regulæ conueniunt, mutato tantum nomine testis infamis; infamia iuris, in testem infamem, infamia facti; de quibus limitationibus in specie agit Farin. q. 54. à nu. 120. vsq; 125. Et in modico, in quo sunt diuersificandæ, patebit ex sequenti Regula, & eius Ampliatione.

19. REGVLA 5. sit. Infames, infamia facti, in casibus, in quibus sunt admittēdi, non faciunt in criminalibus plenam probationem, sed tantum inditium, & præsumptionem, l. qui vltimo, in fi. ff. de pœnis, & ita per hunc textum tenent Bar. Oldrad. Fulgos. Ias. & Saly. in l. cunctos populos, C. de summ. Trin. & fid. cath. n. 18. vbi ait, quod isto casu testes, qui aliàs sufficerent ad condemnationem, non sufficient, nisi ad torturam, & huic sententiæ subscribunt Fely. Franc. Curt. & Farin, q. 54. n. 121.

20. AMPLIATVR Regula 5. Vt in casibus etiam, in quibus non sunt admittendi, faciant in criminalibus, si admittantur, aliquale inditium, Abb. Ias. qui alios allegat, & Farin. plures citans q. 54. n. 122. Ex quo inditio potest deueniri ad inquisitionem generalem, Farin. nu. 124. & quando tales testes essent plures, etiam ad torturam, secundum Lamfran. de testibus, n. 47. vers. limita omnia, iuncto n. 75. Et ita declarat Farin. n. 123. dicta, ita sentientium, nempè Alber. de Malet. & Aufrer. qui plures citat.

21. De materia huius q. diffusè agit Farin. q. 54. à n. 1. vsq; ad 125. Et faciunt ad propositum notanda inf. q. 39. 40. & 41. vbi de testibus inhabilibus, & quanta fides sit eis præstanda.

De teste criminoso in communi; Et de aliquibus criminosis in particulari. Quæstio 31.

1. PRAEMITTO; De iure Canonico (quod, præsertim apud Regulares, iuri Ciuili antepomendum est) omnes criminosos, immo omnes peccato mortali innodatos, esse infames, vt declarat Stephanus Papa in c. infames, vbi glos. in ver. fures, 6. q. 1. De quibus, nempè de testibus criminosis, & hac de causa infamibus, & etiam de alijs infamibus, agam ab hac vsque ad q. 35. inclusiuè. De socio verò criminis vide infra q. 65.

Peccatū mortale red dit infamem.

2. REGVLA sit. Criminosus à te-

Crimi-nosus in criminali, & in ciuili à testimonio repellitur

à testimonio in causa criminali, & etiam in ciuili repellitur, *c. super eo, il 1. vbi gl. de testibus, & l. 3. §. 1. l. Iulia, ff. eodem.* Abb. & Fely. *in c. testimonium, eodem tit.* Farin. cum pluribus ab eo citatis *q. 56. n. 126. & 127.* In hac q. præter consuetum, post Regulam à limitationibus inchoabo, & postea ampliationes subnectam, cum in harum vltima, parum diffusè, aliquæ illationes sint subijciendæ; Post quarum tractationem, si more solito, limitationes essent collocandæ, materia nimis discontinuata remaneret. Igitur,

Limitatur, dũ pars nõ opponit.

3. LIMITATVR 1. Regula; Vt parte non opponente, valeat dictum criminosi, ita vt postea contra eum nõ possit opponi, Anchar. Fely. Cin. Campeg. Mascar. & Farin. *q. 56. n. 141.* Et dicta oppositio non debet esse generica, sed species criminis deducenda est cum loco, & tempore, Clar. qui post Boer. testatur de communi *q. 53. vers. in hoc*, Et de magis communi est testis Farin. *q. 56. n. 142.*

Item in exceptis.

4. LIMITATVR 2. Regula; Vt in criminibus exceptis criminosus admittatur, vt in hæresi, Simonia, dilapidatione bonorum Ecclesiæ, Farin. citans alios *q. 56. n. 148. cum seq.* In quibus tamẽ criminosus non est integræ fidei, Abb. quem sequitur Farin. *n. 155.*

Itẽ vbi aliter ueritas nõ potest haberi.

5. LIMITATVR 3. Regula; Vt admittatur criminosus in casibus, in quibus aliter veritas haberi non potest, Bart. Mars. Mascar. & Farin. *q. 56. n. 161.* Non tamen sine tortura, *n. 162.*

6. LIMITATVR 4. Regula; Vt supra *quæst. 30. num. 10. & 11.*

Item ampliatur Regula.

7. AMPLIATVR 1. Regula; Vt licet de iure Ciuili requiratur; vt testis criminosus, ad hoc vt repellatur, per sententiam damnatus sit, *l. 3. §. lex Iulia, ff. de testibus*; De iure Canonico, crimen probatum esse sufficit, *c. super eo, il 1. de testibus*, vbi gl. Abb. & Fely. Vel Reum confessum in iudicio, Alex. *cons. 152. n. 8. lib. 5.* Et se subscribit Far. alios adducens, *q. 56. nu. 128. & seq.* totæ huic ampliationi; Et talis criminosus, potest, immò debet à Iudice repelli, etiam parte non opponẽte Anchar. Fely. Alex. Barbat. Mascar. & Farin. *n. 145.*

Ampliatur Regula, vt sufficiat crimẽ probatum, vel cõfessum, vt debeat testis repelli.

Quid in criminoso emendato?

8. AMPLIATVR 2. Regula; Vt licet criminosus emendatus admittatur in causa ciuili, & etiam in criminali ciuiliter intentata, *c. testimonium, de testibus*, vbi gl. quam sequitur Mascar. Spec. & alij, relati à Farin. *q. 56. n. 134.* In causa tamen criminali, criminaliter intentata, in foro Ecclesiastico, emendatus non admittitur, etiam si commisisset tantum peccatum vnum momentaneum mortale, ita Clar. *§. fin. q. 24. vers. quæro nunquid*, vbi cũ Fely. testatur de communi; Vnde multo magis in hoc casu, semel conuictus de crimine, præcedente accusatione, etiam si sit emendatus, repelletur, Clar. *ibidem*, testans de communi, cum Barbat. & Corrad. & est *tex in dicto c. testimonium*, vbi Abb. Fely. & communiter omnes DD. Et nota, quod emendatio non præsumitur, sed est probanda, secundum Fely. Abb. Hostien. & Far. *q. 56. n. 129.* Quæ emendatio secundum DD. *in*

dicto c. testimonium, quos sequitur Mascar. *de probat. lib. 3. conclus. 465.* probatur per fidem sacerdotis, qui emendati confessionē audiuit. Sed verius, credit Far. *nn.* 140. cum Hieron. Laur. probari per triēnalem laudabilem vitam, & nō aliàs.

9. AMPLIATVR 3, Vt de iure Canonico, non solum criminosus, sed etiam existens in quocunq, peccato mortali repellatur à testimonio, cum, secundum hoc iùs, quodcunque peccatum infamem, iuris infamia reddat, Aym. *in d. c. testimonium*, Crot. *de testibus par. 3. nu. 33. & est tex. in citato c. infames, & in c. illi 6. q.* 1. Hanc ampliationem vltra præcitatos tenuerunt Abb. & Fely. *in d. c. testimonium*, & quam plures citati à Far. *q. 56 n. 283.* vbi testatur de veriori, & communiori; Et præsertim, quod data perseuerantia in peccato, de iure Canonico peccator repellatur, tenuit Clar. *in §. fin. q. 24. vers. quæro nunquid*, vbi post Fely. testatur de cōmuni; & de veriori, & communiori testatur Alber de Malet. *tr. de testibus par. 3. n. 20 & seq.* vbi affert rationes; ad quam sentētiam comprobandam, plurimos DD. citans Farin. *n.* 283. ait, veritas tamen est, quod omne peccatum mortale continuum, & frequentatum repellit à testimonio, vt tenuit Mascar. & post eum Rot. Rom. *coram Cæsare de Grass. decis. 78. n. 2.* Et hoc, de iure Canonico, esse indubitatū, dicit Fely. *in dicto c. testimonium.*

In mortali peccato existens à testimonio repellitur, & est infamis

10. Ex doctrina huius 3. ampliationis, nempè, quod, cum existens in peccato mortali, de iure Canonico sit infamis, & à testimonio repellendus, deducuntur sequentes illationes. Itaque,

11. Infertur 1. quod cum excommunicatus maiori excommunicatione sit infamis, *c. illi 6. q.* 1 & in peccato mortali, pro quo tantum hæc excommunicatio fulminatur, ad testimonium nō debeat admitti, *cap. veniens il 2. de testibus*, vbi Abb. Fely. & communiter DD. omnes, nec non *in c. testimonium, eodem tit.* & de communi testatur Bursat. *cons. 20. n. 49. lib.* 1. & est similiter *tex. in c. excommunicatus, il 1. §. credentes, de hæret.* Quod procedit, etiam si excommunicatio esset nulla, antequam declaretur talis, *d. c. veniens, in fi.* vbi Felyn. Aret. & Abb. *per tex. in cap. cum contingat, de offic. Deleg.* Excommunicato verò minori excommunicatione, de fide tantum minuitur, Farin, cum cæteris ab eo citatis, *q. 56. n. 266. & 267.*

Vt est excōmunicatus, maiori, &c.

12. Infertur 2. quod cum concubinarius in peccato existat mortali, de iure Canonico, à testimonio repellitur, Clar. *§. fin. q. 24. vers. quæro nunquid*; (vbi etiam notat, quod hoc peccatum est cōtinuum,) cum Claro tenent Masc. Abb. Specul. & Farin. cum citatis ab *eo q. 56. n.* 285. idem dic de adultero, *cap. constituimus, 3. q. 5.* & notarunt Mascar, Spec. Ripa, & alij relati à Farin. *n.* 289.

Item concubinarius.

13. Infertur 3. quod cum meretrix sit ipso iure infamis, *l. athletas, §. ait Prætor, ff. de his, qui not. infam.* Et proculdubio in peccato existat, ideo à testificando repellitur, *l. 3. §. lex Iulia, & ibi gl. ff. de testibus*; Quod procedit non solum in criminaMeretrix.

mina-

minalibus, secundum communem, de qua testatur Ias. *in l. cunctos populos*, *n*.54. vbi addentes ad eum citant cōcordantes, *C. de sum. Trin. & fid. cath.* Sed etiam in ciuilibus, Farin. cum adductis ab eo, *q*.56.*n*. 362. quamuis desierit meretricari, Far. *n*.363. Et quod dicitur de meretrice, pari modo dicendum est de lenone, & lena, Far. *n*.364. limitatotam hanc limitationem, in criminibus exceptis, & in his, quæ facta sunt in prostibulo, in quibus prædicti admittuntur; licet non sint, nec in his, integræ fidei, Farin. *n*:366. & 369.

Vsurarius. 14. Infertur 4. quod cum vsurarius sit infamis *l. improbum*, *& ibi* DD. omnes *C. ex quibus causis infam. irrog.* Immò ipso iure, *gl. ibidem*, & est cōmunis; Et dubio procul in peccato, vsura enim grauissimum est crimen, *c*.1. *de vsur.* à testimonio repellitur in crim nali, & in ciuili, Bal. & Castren. *in d. l. improbum*; etiam si esset occultus, probato tamen crimine, secundum omnes DD. *in dict. c. testimonium.*

Pœna Clerici vsurarij. Hic obiter noto; Pœnam Vsurarij Clerici esse suspensionē ab Officio, & Beneficio; Et dum non desisteret, degradādus esset, Diaz. *in pract. crim. c*.88. *ex Hostiensi.*

Solitus inebriari. 15. Infertur quinto, quod cum sol tus inebriari reputetur vilis, & infamis, secundum. Anton. Gomez. quem sequ tur Farin. *q*.56.*n*. 436. Talis, etiam si tempore testimonij non sit ebrius, à testimonio repellitur, Lanfran. Corrad. Rolan. Mascar. & Farin. *num*.437. Et multò magis quilibet repellitur, qui tēpore testimonij penitus est ebrius, Farin. *nu*.435. & 438.

16. Infertur 6. quod cum apostata à sua Religione sit infamis Far. *q*.56.*n*.444. Et in peccato, cum sit ipso iure excommunicatus, *c*.2. *ne Cler. vel Monac. in 6.* Testis esse non potest, Barbat. Monticell. Masc. Aemil. & Farin. *d. n*.444. *& quæst*. 183.*n*.46. quod multo magis procedit in apostata à fide, *c. non potest* 2.*q*.2. Idem dic in proditore, Far. *q*.56.*n*.452. & seq. & in condemnato de calumnia, *sup. n*.459. Apostata, proditor, calumniator.

* Calumnia autem est malitiosa, & mendax imputatio, *l*.1. *ff. ad Senat. Consul. Turpil. §*.1. Calumniatorque iniuriarum actione potest conueniri, Menoch. *de arbitr. lib*.2. *centur*.4. & diffuse probat Soncin. Sen. *consf*.118. *lib*.1. Et cum hodie pœna talionis antiquata sit, arbitrio Iudicis, calumniator puniendus est, ita Bal. Abb. Bost. & alij, quos refert, & sequitur Rodr. *in to*. 2.*q*.31.*ar*.1. vbi notat; Iudicem debere regulare suum arbitrium, ponderādo qualitatem calumniæ, & personæ calumniatæ, calumniatoris, nocumentum pacis, &c. De pœna talionis vide plura *sup. q*. 23.*n*.3. *vsq. ad n*.8. præsertim *n*.5. vbi quod seruanda pœna talionis videatur etiam hodie.

17. Infertur 7. quod, cum blasphemator publ cus sit infamis, sicut etiam condemnatus, Farin. *q*.56.*n*.417. & 421. & sit criminosus mortalis peccati, à testimonio repellitur, Gram. *decis*.11.*n*.6. & est communis secundum Far. *q*.56. *n*.415. citans alios. Et ampliatur, vt procedat etiam in blasphematore probato, licet non condem- Blasphemator.

nato, Alex. Gram. Aemil. & Far. *nu.* 118. quod præsertim currit in criminalibus, *n.*416. vbi *num.*424. cum Dec. & Aemil. limitat in aliquando blasphemante, vt c. g. Iudi causa, &c.

De alijs criminosis remissiuè. 18. His septem illationibus, possunt aptari ampliationes, & limitationes de quibus *sup. q.* 30. de teste infame, præsertim, vt *n.*10. & 11. Nec non de teste criminoso in communi, *in principio huius quæst.*

19. De materia huius quæstionis, latè Farin. *q.* 56. *præsertim numeris hic sup. citatis*; & faciunt plurima, quæ dicta sunt *q.* 30. *de testibus infamibus*, cum, vt probatum est, quilibet criminosus infamis sit; Nec non dicenda *infra q.*39. 40. & 41. vbi de testibus inhabilibus agetur, & quanta fides eis præstãda sit.

De teste periuro. Quæstio 32.

1. QVIA de teste criminoso periuro, sicut etiam de quibusdam alijs criminosis, seu de imputatis de criminibus, quædam specialia insinuanda sunt; Ideo hanc, cum duabus sequẽtibus quæstionibus, subnectendas esse, opere prætium duxi.

Conuincitur testis de periurio tribus modis. 2. Præmitto, quod testis conuincitur de periurio; In primis, si ipsemet fateatur, falsum cum iuramento deposuisse; 2. si sibimet cõtraria cum iuramento in iudicio dixerit, siue in eodem, siue in diuerso iudicio, Clar. *lib.*5. *§. falsum, vers. testis qui*; 3. conuincitur de periurio per alios testes numero plures contrarium deponentes, secus si vnus deponat contraria alteri, Clar. *ibid. vers. conuincitur*.

3. REGVLA 1. sit. Periurus propter hoc crimen periurij, a testimonio repellitur in causa criminali, & etiam in ciuili, *cap. ex parte, & ibi gl.* Abb. & Felyn. *de testibus*, Clar. *§. fin. q.*53. *vers. tertium*, vbi cum Alex. testatur de communi, & de eadem communi Doctorum, iterum testatur Clar. *lib.*2. *§. periurium, nu.* 7. *vers. repellitur*, de qua etiam Osas. *cons.*65. *nu.*31. *lib.* 1. & Viu. *in suis communibus opinionibus, vers. testis esse non potest periurus*, vbi plures citat: Et hæc Regula maximè procedit in eo, qui commisit periurium in testificando, *cap. quicunque sciens*, 6. *q.*1. Et de veritate huius Regulæ dubitandum non esse, ait Farin. *q.* 56. *nu.* 186. *in fin.* Periurus à testimonio repellitur.

4. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat etiã in periuro emendato, & qui pœnitentiam egit, qui adhuc a testimonio repellitur, *cap. testimonium vbi gl.* Abb. & Fely. *de testibus*, Mascar. *de probat. conclus.* 1168. *n.*16. & *seq. lib.*3. vbi pluribus comprobat, & est communis opinio, vt ait Osas. *cons.*65. *nu.*31. *lib.*1. pro qua plures citat Farin. *q.* 56. *n.*187. Licet emendatus.

5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt periurus non faciat indicium, nedum ad torturam, sed nec ad inquisitionem formandam, est communis opinio, de qua testatur Bursat. *cons.* 35. *n.* 5. *lib.* 1. quam præsertim sequuntur Alciat. Rolan. Masc. & Far. qui alios citat *q.* 56. *n.* 188. & cum iisdem Auctoribus, *n. seq. tenet*, nec indicium ad capturam periurum facere. Examinatus, an indicium faciat?

6. AM-

Periurus in parte, nec in reliquo fidē facit.

6. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt periurus in parte, seu in vno, nec fidem faciat in aliquo, *cap. pura, 3. q. 9.* Bal. Felyn. Alex. & Farin. cum alijs ab hoc citatis, *q. 56. num. 191.* reddentes hanc rationem; quia iuramentum super quo fundatur testimonium est indiuisibile, vnde testimonium diuidi non potest, vt pro parte valeat, & pro parte pereat: Et hæc ampliatio procedit etiā in periuro in diuersis examinibus, & temporibus, Corn. Socin. iun. Masc. & Farin. *q. 67. n. 139.* Item in periuro non in principali facto, sed in circūmstantijs, secundum Bal. Aym. Masc. Alex. & Farin. *q. 56. nu. 192.* Intellige, cum Marsil. Petra, & Farin. *q. 67. n. 137.* de circumstantijs substantialibus, prout declarabo *infra q. 48.* vbi agam de teste falso, & latè declarat Clar. benè, & distinctè, *§. fin. q. 53. vers. sed quæro, vsque ad vers. Quintus est, inclusiuè.*

Quamuis in diuersis examinibus, & in circunstantijs substantialibus.

7. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt periurij defectus non purgetur per torturam, vndè testes periuri torti non faciunt inditium, ad inquisitionem, immò nec ad capturam, secundum Bursat. *cons. 79. nu. 11. lib. 1.* vbi testatur de communi, Aym. Corrad. & Osas. qui alios abundanter citat, *cons. 65. n. 32. & seq. lib. 1.* Sed limitat, vt hoc procedat in causa criminali, secus in ciuili, *iuxta l. ob carmen §. pen. ff. de testibus*, & notarunt Aym. Rolan. Mascar. & Far. *q. 56. n. 194.*

An periuriū purgetur per torturā.

8. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt in generali dispositione, quod omnes testes inhabiles admittantur, non comprehendatur periurus, *gl.* quam sequitur Abb. *in cap. per tuas, de Simon.* Et propterea admitti non debet in crimine læsæ Maiestatis, in quo est dispositio generalis, vt testes inhabiles admittantur, Aym. Mascar. & Far. *q. 56. n. 196.*

Periurus nō cōprehenditur in genera li dispositione, quod inhabiles admittantur.

9. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt quod dictum est de teste periuro repellendo, procedat in quolibet iuramento violato, tam assertorio, quam promissorio, siue de præsenti, siue de præterito, siue de futuro, & siue testis iurauerit id, quod falsum est, siue non seruauerit id, quod iuramento promiserat, Abb. Felyn. & Hostien. qui alios refert, *in cap. testimonium, de testibus*, Far. qui plurimos adducit, *qu. 56. n. 197.* licet quoad infamiam contrahendam, Clar. *lib. 5. §. periurium, vers. sed quæro*, distinguat, inter iuramentum assertorium, & promissorium, tenens hoc, non illud violatum, reddere infamem, adducens Cagn. qui testatur de cōmuni; Sed de iure Canonico in vtroque casu, dum periurus existit in hoc peccato mortali est infamis, vt probaui *sup. q. 31. n. 9.*

Regula procedit in quouis periurio.

An omne periuriū inducat infamiā.

10. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt non repellatur testis, qui, iuramentum certè illicitum, & temerarium, violauit, Abb. *in dict. c. testimonium*, vbi Hostien. qui testatur de communi, & Felyn. *ibi* ait, omnes, ita tenere, & not. Clar. *lib. 5. §. periurium vers. repellitur, nu. 7.* quia talis non est periurus, non enim tenebatur tale iuramentum seruare, immò peccasset seruando, *gl. in cap. intimauit, de testibus.* Sublimitatur dummodo, qui taliter

Limitatur Regula in violante illicitum iuramentum.

ter iurauit, de iuramento pœnituerit, temerariè enim iurans, peccat mortaliter, & existens in peccato mortali, vt probaui *sup. q. 31. n. 9.* à testimonio repellitur.

Item in dispensato à Papa, & in hæresi.

11. LIMITATVR 2. Regula 1. dum Papa dispensat, Felyn. *in cap. testimonium, de testibus*, vbi testatur de communi; Et vt etiam periurus admittatur, aliquibus concurrentibus, in crimine hæresis, Far. *q. 56. n. 203. & 204.*

12. De hac materia latè Farin. *q. 56. à nu. 286. & q. 67. à n. 58. & hic infra q. 48.* vbi agam de falso teste. Et faciunt notanda, *infra q. 39. 40. & 41.* vbi de testibus inhabilibus, & de fide eisdē præstanda.

Pœna Clerici periuri

13. REGVLA 2. sit. Periurus Clericus deponi potest ab Ordine, & Beneficio, Abb. *in c. querelam in 2. notab. de iure iur. per c. præsbyter 81. dist. c. cum non ab homine, de iudic., & c. si quis Episcopus, dist. 50.* Farin. *q. 160. n. 157. vbi cum num. sequenti*; an sit degradandus.

A quã excusatur aliquãdo.

14. LIMITATVR 1. Regula 2. Periurum ab hac pœna excusari, si probetur difficultas, iuramentum adimplendi, vel absque dolo periurum fuisse commissum, Salzedo ad Diaz. *c. 92.* ex Bal. & tenuit Clar. *lib. 5. §. Periurum, vers. excusari*, inducens Cagnol. Ias. & Gomes. testantes de communi.

15. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt periurus excusetur à pœna, si probet suo periurio nemini præiudicasse, nec præiudicare potuisse, Clar. *vbi sup. vers. potest*, citans Ias. testantem de communi.

16. LIMITATVR 3. Regula. Vt Reus periurans à pœna excusetur, Clar. *ibidem vers. scias etiam*, & est communis.

17. De materia latè Farin. *q. 56. à n. 186. & q. 67. à nu. 58. & hic infra q. 48.* vbi agam de falso teste. Et faciunt notanda *infra q. 39. 40. & 41.* vbi de testibus inhabilibus, & de fide eisdem præstanda.

De teste Iudæo, seu aliàs infideli, Quæstio 33.

Testis Iudæus esse nō potest.

1. REGVLA sit. Iudæus testis esse non potest, *l. quoniam C. de hæret. gl.* Abb. & Fely, *in cap. Iudæi, de testibus*, & de communi, & indubitata testatur Viui *in suis communibus opin. verbo, testis esse non potest Christianus, in princ.* vbi alios citat; Hi enim cum Diuina testimonia contemnant, rationabiliter pondus humani testimonij perdunt, *c. ipsa pietas, 23. q. 4.*

Nec alius infidelis.

2. AMPLIATVR Regula 1. Vt eadem ratione testis esse non possit hæreticus, paganus, & quocunque alio modo infidelis, qui enim in fide Christi non est, auctoritate sacrorum Canonum à testimonio repellitur, *c. non potest, c. pagani, & c. hæreticus, 2. q. 7.* Etiam si a Christiano contra Christianum produceretur, *c. si hæreticus, 2 q. 7. & l. quoniam C. de hæret.* & per hæc iura, ita notat Spec. *tit. de teste §. 1. n. 59.* Tales namque, cum Deo infideles sint, non præsumuntur fideles esse hominibus, Abb. *in c. 1. de hæret. in fi.* Vbi per hunc tex. cum glo. extendit hanc ampliationem, ad dubium in fide, qui infidelis, & hæreticus iudicatur; Et Viui. *vbi sup. ver. Amplia hoc procedere*, exten-

tendit ad quemcumq; infidelem nouiter conuersum, & testatur de communi; Et Farin. subscribit, citans plurimos q. 56. n. 211.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt hæreticus, etiam pœnitens, à testimonio repellatur. Spec. qui fundamenta adducit, tit. de teste, §. 1. num. 85,

Nec hæreticus pœnitens.

4. AMPLIATVR 3. Regula; Vt fautores, defensores, credentes hæreticorum, & eorum receptatores, repellantur, Auth. credentes, in princ. & extat Constitutio Innoc. edita anno 1252. incipiens, extirpanda, vers. quicunq; verò, & aliorum Pontificum, constitutiones relatæ à Farin. q. 182. n. 47. vbi citat plures.

Nec fautores receptatores, &c.

5. LIMITATVR 1. Regula; Vt infidelis, contra infidelem testis esse possit, Anan. in c. cum sit, de Iudæis, vbi testatur de communi; immò etiam cõtra fidelem, eum producentem, Spec. vbi sup. n. 59. & Farin. q. 56. n. 217.

In fidelis potest esse testis contra infidelē, vel eũ producentem.

6. LIMITATVR 2. Regula; Vt saltem apud habentes priuilegia admittendi testes inhabiles, possit infidelis admitti, iuxta tradita sup. q. 30. nu. 10. & 11. & positis alijs coniecturis, & præsumptionibus vltra eius testimonium, ipsius defectus suppleatur, Aym. latè hoc probans, cons. 73. n. 18. & seq; præsertim si cum testimonio infidelis, concurrat, & concordet testimonium fidelis, Bal. quem sequitur Fely. c. Iudæis, de testibus; & in omni casu testimonium infidelis, quale quale indicium ad minus facit, Bart. Cæphal. & Farin. n. 132. q. 56.

Item apud priuilegiatos.

7. LIMITATVR 3. Regula; In criminibus exceptis, vt in hæresi, c. in fidei fauorem, de hæret. in 6. & de communi testatur Mascard. de probat. concl. 857. n. 9. Et generaliter de omnibus exceptis loquitur Fely. in c. Iudæi n. 6. de testibus, Mascard. Corrad. Viui & Farin. q. 56. n. 227. quamuis aliqui ab eodem relati n. 228. contra teneant.

In exceptis.

8. LIMITATVR 4. Regula; In casibus, in quibus aliter veritas haberi non potest, in quibus Iudæi testes esse possunt, Imol. Cæphal. & Farin. q. 56. n. 231. cum alijs ab eo relatis.

Dũ veritas aliter haberi nõ potest.

9. LIMITATVR 5. Regula, seu ampliatio 1. Vt hæretico creditur testificanti de facto proprio, & de re à se gesta, iuxta declarationem Farin. citantis alios, q. 188. n. 132. & etiam dum plures sunt contestes, eis credatur arbitrio tamen Iudicis, n. 136.

Quid si hæreticus testificetur in facto proprio.

10. Intellige omnes suprascriptas limitationes, vt in casibus, in quibus Iudæus admittitur in testē, debeat iurare secundum suam legem, Bar. Abb. & alij, quos refert, & sequitur Farin. n. 238.

Iudæus admissus, secũdum suã fidem iurare debet.

11. De hac materia latè Farin. q. 56. à n. 201. cum sequentibus, & q. 188. §. 7. incipien. à n. 111. Faciunt dicenda inf. q. 39. 40. & 41. vbi de testibus inhabilibus, & de fide eisdem præstanda.

De teste pro crimine accusato, carcerato, bannito, seu fustigato.

Quæstio 34.

1. POST tradita de teste criminoso, merito sequitur hæc quæstio, de teste pro crimine accu-

accusato, carcerato, bannito, vel fustigato.

Accusatus criminaliter pendente accusatione à testimonio repellitur.

2. REGULA 1. sit. Accusatus criminaliter, pendente accusatione, à testimonio repellitur, *l. in testimonium ff. de testibus, c. fin.* & ibi DD. omnes, *eodem tit.* in his enim terminis, nempè in accusato criminaliter loquuntur ista iura, vt ponderat Farin. *q.56. nu.* 170. Et Regula maximè procedit, quando delictum, de quo testis fuit accusatus, infamiam irrogat, talis enim est infamis, facti infamia, Imol. Crot. Boss. Mascar. Aemil. & Far. *num.*167.

Idē dic de denunciato, vel inquisito.

3. AMPLIATVR Regula 1. Vt idem dicendum sit in inquisito, seu denunciato, pendente inquisitione, seu denūciatione, Abba. & Fely. *in c. fin. de testibus*, & notat Farin. *n.* 168. *q.*56. vbi citat alios. Nec non in eo, cui per viam exceptionis crimen obiectum est, *n* 169.

Secus in exceptis.

4. LIMITATVR 1. Regula 1. In criminibus exceptis, *c. fin. de testibus*, vbi Abb. Imo. & Fely. & in omnibus casibus, in quibus *sup. q.* 31. *n.*4. 5. & 6. dixi criminosum admitti.

Et in accusato per fraudē.

5. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt accusatus de crimine non repellatur, quando malitiosè, & per fraudem accusatus fuit, vt à testimonio repelleretur, Bar. Bal. Ias. & Farin. cum citatis ab eo, *qu.*56. *num.*178.

Carceratus pro delicto infamatorio repellitur.

6. REGVLA 2. sit. Carceratus pro crimine infamatorio, testimonium ferre non potest, *c. si testes omnes, §. lege, & ibi gl.* 4. *q.* 2. *l.* 3. *§. lege, & ibi gl. ff. de testibus*, Lanfran. *in repetit. c. quoniam contra de probat. n.* 83. vbi testatur de communi, Far. plures citās *q* 56. *n.*180.

Plures carcerati ad. missi faciunt inditiū ad torturam.

7. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt si plures carcerati admittantur ad testificandum, faciant inditium ad torturam, Campeg. Masc. & Farin. *q.*56. *n.*182.

Liberatus à carcere

8. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt liberatus, testificari possit de his, quæ tempore carcerationis vidit, Alber. de Malet. Campeg. & Farin. *q.*56. *n.*183.

Bannitus repellitur à testimonio.

9. REGVLA 3. sit. Bannitus cum sit infamis, a testificando repellitur, Farin. cum citatis ab eo, *q.* 56. *n.* 328. *cum sequentibus, præsertim, n.*330.

10. Pro declaratione huius Regulæ sciendum est, bannitum condemnatum pro delicto ob eius non comparitionem, & contumaciam, de hoc enim loquitur Regula, esse infamem; dummodo talis sit condemnatus pro delicto punibile famoso, & præcedentibus probationibus, secundum Farin. cum citatis ab eo, *q.* 56. *n.* 321. *cum seq.* Et quidem loquendo de infamia facti, non est, qui neget, talem infamem esse, *per tex. in l. fin. C. de requiren. Reis*, vbi gl. Bal. Saly. & cōmuniter omnes; Et propter hanc infamiam saltem repellendus esset bannitus à testificando in criminali, vt probaui supra, *q.* 30. *n.* 17. & in ciuili ardua, *ibidem n.*17. Immò talem, infamia etiam iuris, laborare, tenent Chartar. *in trac. de exec. senten. c.*1. *n.*447. Nell. videndus *in tr. de bannit. p.* 1. *secundi temporis, q.*49. *per totam, præsertim vers aduerten.*, Et Farin. *q.* 56. *nu.* 301. *cum sequentibus*, vbi plurimos

DD.

DD. citat, ita sentientes; licet non desint alij contrarium in hoc sentientes, ab eodem adducti; Et stante opinione, quod bannitus sit infamis iuris infamia, repellitur in Criminalibus, & etiam in ciuilibus, vt dixi, & probaui sup. *q.* 30. *n.*2.*cum sequentibus declarationibus, ibidem*.

Limitatur Regula in bannito restituto, & remissiuè

11. LIMITATVR Regula 3. In bannito restituto aduersus bannũ, & etiam ad famam, qui ad testimonium admittitur, Far. qui alios citat, & testatur de communi *q.*56. *n.*337. *& seq.* aliàs secus *n.*342. Sed declarat, *n.* 343. hanc limitationẽ procedere in ciuilibus, secus in criminalibus, nisi expressè bannitus esset restitutus etiam ad famam facti, qua, proculdubio, sine hac restitutione speciali, laborat bannitus, quamuis restitutus ad famam generaliter; Et vlterius, *nu.* 344. declarat Farin. limitationem procedere in restitutione per viam iustitiæ, vel gratiæ, secus si per compositionem, & solutionem; limita omnes dictas Regulas, *vt sup.q.*30. *n.*10. *&* 11.

Fustigatus repellitur

12. REGVLA 4. sit. Fustigatus, cum vndique infamis sit, à testimonio repellitur, *l. fustibus C. ex quibus causis infam. irrog.* Farin. *n.*456. cum Aufr. Corrad. & Mascar. & hic ait, quod si mille annos fustigatus viueret, non posset esse testis.

13. De materia huius q. latè Farin. *q.* 56. *numeris hic sup. citatis*. Faciunt dicenda de testibus inhabilibus, & de fide eis præstanda, *inf. q.*39. 40. *&* 41.

De testibus spurijs, Berroarijs, Histrionibus, seu Decoctis, Quæstio 35.

1. REGVLA 1. sit. Spurius, seu bastardus, cum sit saltem infamis infamia facti, secundum Azor. Tiraquell. & alios, non est integræ fidei, vt aiunt Marsil. Corrad. Masc. & Farin. qui prædictos omnes, & plures alios citat, & sequitur *q.*56. *n.* 399. *& seq.* & testatur de communi.

Nõ est integræ fidei Spurius

2. AMPLIATVR Regula 1. Vt procedat etiam in legitimato, qui remanet infamis infamia facti, secundum Bal. *in cap. fin. de translat. Episc. col.* 2. & propterea non est integræ fidei, & omni exceptione maior, Mars. Plot. & Farin. *q.*56. *n.* 405. *& seq.* quamuis natus esset ex concubina, seu aliàs, ex soluto, & soluta, Plot. & Farin. *q.*56. *n.* 407.

Licet legitimatus.

3. LIMITATVR 1. Regula 1. In spurio bonæ vitæ, & famæ, cui de fide non diminuitur, Marsil. Plot. Crot. Monticel. & Farin. *n.* 410. Vt e.g. in spurio Religioso, qui est testis omni exceptione maior, Mars. Plot. Petr. Moncar. Monticell. & Farin. *n.*411.

Nisi sit bonæ vitæ, & famæ.

4. LIMITATVR 2. Regula 1. in spurio nobili, vt in filio Principis, qui reputatur integer testis, Mars. Plot. & Farin. *q.* 56. *n.* 412.

Vel nobilis.

5. Regula 2. sit. Berroarij, cum reputentur infames, secundum Bal. Innoc. & alios citatos à Farin. *q.* 56. *n.* 370. repellendi sunt à testimonio, præsertim in criminalibus, secundum communem receptam, de qua testatur Farin. *n.*371. citans Saly. Mascar. & tot alios

Berroarij repelluntur à testimonio.

P DD.

DD. & de magis communi testatur *n. 373.* quicquid alij dixerint.

Non credun- tur eis annexa eorum officijs

6. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt non credantur berroarijs ea, quæ annexa sunt eorum officijs, vt si dicant habere in mandatis, Far. *q. 56. n. 374.* vel se fuisse impeditos, ne exequerentur; præsertim, si dicant se fuisse affectos aliqua verbali, vel personali iniuria, *n. 376. & seq.*

Neq; si dicant Reū reperisse in flagranti.

7. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt in rebus grauibus berroarijs non credatur contra Reum, quem dicunt in flagranti crimine repertum, nisi in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, sed tamen, tunc etiam non sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, Clar. *§. fin. q. 8. vers. scias tamen, & q. 7. vers. habes igitur,* & Farin. qui ita discordantes concordat, *quæst. 56. n. 378. & seq.*

Quædā spectantia ad eorum officia creduntur.

8. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt berroarijs credatur in his, quæ spectant ad eorum officium, puta, executionem ab eis factam, *l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfec. Vrb.* Tiraq. qui de communi testatur *de retract. lignar. §. 8. gl. 9. num. 10.* Mascar. *de probat. lib. 1. concl. 189. n. 7.* Item si dicant se non inuenisse bona, vbi executionem facerent, Bar. *in l. à Diuo Pio §. in venditione,* vbi communiter DD. omnes, *ff. de re iudic.* De hac limitatione plura Farin. *q. 56. n. 380. cum sequentibus.*

Vel vbi veritas aliter haberi non potest.

9. LIMITATVR 2. Regula 2. Vbi aliter veritas haberi non potest, vt in gestis, vbi versantur tantum berroarij, Farin. *q. 56. n. 394. vers. saluari;* Sed non sunt hi, in omni euentu, integræ fidei *n. 397* & sine tortura non admittuntur, *num. 396.*

10. REGVLA 3. fit. Histriones, seu buffones, & similes, qui tales artes quæstus causa exercent, cum sint infames, à testimonio repelluntur, Farin. *q. 56. ibidem nu. 439. cum seq.* Histriones repelluntur.

11. REGVLA 4. fit. Decoctus, seu fallitus, est infamis, & a testimonio repellitur, Bar. & alij *in l. 1. C. de sum. Trin. & fide cath.* Intellige, vt in criminalibus repellatur, sicut etiam in ciuilibus arduis, Far. *q. 56. ibidem n. 447. & 449.* vbi citat alios; sed si vlterius cessisset decoctus bonis, omnino repelletur, á quibuscunq; etiam ciuilibus *n. 448.* Decoctus repellitur

13. Limitantur omnes quatuor istæ Regulæ; Vt Prælati Regulares possint prædictos testes, licet infames, admittere, iuxta declarata *supra q. 30. n. 10. & 11.* Apud Regulares limitantur Regulæ.

14. De materia huius q. latè Farin. *q. 56. locis hic supra citatis,* faciunt dicenda *infra q. 39. 40. & 41.* de testibus inhabilibus, & de fide eisdem præstanda.

De teste paupere, & vili, Quæst. 36.

1. VLTRA in præcedentibus quæstionibus tactas oppositiones, solet contra personas opponi testium, defectus bonorum fortunæ, quia testes sint pauperes, & viles; defectus sexus, quia sint mulieres; Et defectus ætatis, quia sint infantes, impuberes, seu puberes, sed minores; Et ideo de his oppositionibus Regulas cum annexis, in hac, & duabus sequentibus quæstionibus, formantur; Et

hæc

hæc est oppositio 4. principalis contra personas testium.

Pauper quis dicatur? 2. Et initium summendo ab oppositione, quod testis sit pauper, & vilis; Pro terminorum cognitione, prænotandum 1. Pauperem in proposito dici eum, qui de proprio labore, & artificio viuit, Abb. *in cap. super his, in 3. not. de voto,* quem sequuti sunt relati per Herculan. *in suo tract. de negatiua post numerum* 293. & Farin. *q.* 57. *n.* 48. Etiam si aliquid haberet in bonis, dummodo minus quam aureos 50. Ang. *de Malef. in verb. & ad querelam, n.* 34. quem plurimi sequuntur DD. Vel potius dic, quod regulariter, quis sit pauper, Iudicis remittitur arbitrio, secundum Menoch. qui alios refert, & testatur de communi, *de arbitr. q. lib.* 2. *casu* 65. *n.* 7. *& seq.* Bar. & Rip. *in l. si constante, ff. solut. matrim.* Alex. Bal. Ias. & Dec qui testatur de communi, in Authen. præterea, C. vnde vir, & vxor; Et idem Dec. *cons.* 163. *n.* 6. declarat, quomodo in hoc Iudex suum possit regulare arbitrium; Nempè, quod testes dicantur pauperes, vel non pauperes, considerata qualitate eorum, nam si nobilis non habeat in bonis, nisi quantum vnus rusticus diues, secundum eius qualitatē, iudicandus erit pauper; Et è contra si rusticus habeat quātum vnus nobilis pauper, erit iudicandus diues, secundum eius conditionem, & propterea non esset arbitrandus pauper rusticus, qui haberet suos boues, plaustra, vel aliàs benè staret, secundum cognitionem rusticorum, ait Dec. quem sequitur Farinac. *quaest.* 57. *num.* 94.

Vilis, seu ignobilis, quis sit? 3. Prænotandum 2. Remitti etiā Iudicis arbitrio, quis dicatur vilis, & ignobilis, Benincas. qui citat alios, *in tract. de paupertate, q.* 6. *n.* 20. *& seq.* Sed ad regulandum ritè suum arbitrium, sciat Iudex; Viles dici villanos, & qui ex infima plebe nati sunt, Farin. *q.* 57. *num.* 56. Item alios, viles dici a vilitate artificij, vt sunt histriones, de quibus *in c. vnico, de vita, & honest. Cler. in* 6. Item omnes infames, iuris, vel facti infamia, vt meretrices, lenones &c. Igne. *in l.* 1. *§. serui n.* 81. *ff. ad Sillan.* His stantibus, in controuersa materia huius quæstionis.

Pauper non est integræ fidei. 4. REGVLA sit. Pauper non est integræ fidei testis, seu omni exceptione maior; In paupere enim oritur præsumptio mendacij, & corruptionis, vt communiter aiunt DD cū *gl. in l.* 3. *in princ. ff. de testibus, per illum text.* In quo firmatur Regula *in illis verbis; An locuplex, vel egens sit;* & eam tenuit Bal. *in cap. si quis test. um n.* 5. *de testibus* Soar. *in thesauro communium opin. litera T. n.* 24. vbi testatur de communi, Alex. Anchar. Bertaz. Menoch. Mascar. & Farin. *q.* 57. *n.* 1. vbi tot alios citat, *& n.* 3. testatur de communiori, veriori, & rationabiliori opiniòne, quam indubitanter ait esse tenendam, licet aliqui contra sentiant.

Quid dicē[n]dum de testibus paup. prob. etiam plurib. 5. AMPLIATVR 1. Regula; Vt procedat, non modo, quando testes solum pauperes sunt examinati, sed multo magis, si testis diuites contrarium deponant, diuitibus enim magis creditur, quam pau-

numero, comparatiue ad diuites, & nobiles? pauperibus, Farin. *q.57.n.35.* vbi, adductis duodecim, & vltra alijs DD. testatur de communi; & *n.36.* citatis DD. ait, nobilioribus magis credi, quã vilioribus; & dignioribus (vt in dignitate constitutis) magis, quam minus dignis, *n.37.* vbi citat DD. & testatur de cõmuni, & ampliatur, vt hoc procedat, etiam si ignobiliores, & minus digni, essent numero plures, gl. quam communiter sequuntur DD. *in c. in nostra de testibus*; Nisi excessus in numero esset magnus, Farin. *n.39.* *vbi n.* 40. remittit arbitrio Iudicis, quis dicatur excessus magnus. Sed hic animaduertendum, quod si testes essent non solũ viles, vel pauperes, sed etiam criminosi, vel infames, tunc dignioribus, & nobilioribus magis crederetur, & si in magno numero superarentur à contrarijs, Abb. Mille. Fel. Boer. Monticel. & Farin. *n.41.* qui DD. aiunt, quod testes duo digni, & honesti, præferuntur mille ribaldis, & vilibus.

Quid si Pauper sit bonæ famæ? *6.* LIMITA hanc ampliationẽ; dum pauper est bonæ famæ, diues autem malæ, tunc enim pauperi magis creditur, Farin. *q.57.n.43.* citans Bal. & 7. alios DD.

7. AMPLIATVR 2. Regula; Vilis non est integræ fidei. Vt procedat etiam in teste vili, seu ignobili, cui, (quamuis non sit pauper) fides tamen plena non adhibetur, Bar. *in l. ex libero, in fin. ff. de quæst.* quem sequũtur Boss. Marsil. Crot. & plures alij relati à Far. *q.57.n.61.* licet alij, non sequendi, ab eodem citati *n.59.* sentiant hos omnino esse repellendos. An autem testis vilis, propter solam vilitatem sit torquendus, vide Farin. *n.65. & seq.*

8. AMPLIATVR 3. Regula; Vt in criminalibus testes pauperes, non solum non sint integræ fidei, sed sint omnino inhabiles, & repellantur, Socin. *Regula 289. in 2. fallentia*, vbi, quod ita tenẽt communiter omnes, & de communi testatur etiam Io. de Amic. *cons.78. nu.9.* & tenent, Viu. Ang. de Malef. Bertaz. Couar. & plures alij, quos sequitur Farin. *q.57. num.16.* Quamuis Abb. Dec. Mascar. & Menoch. oppositum sentiant, *vt n.17.* refert Farin. qui *n.18.* ait, in iudicando se non audere ab hac 3. recedere Ampliatione, per tot DD. vnanimiter firmata. Pauper non admittitur in criminalibus

9. LIMITATVR 1. Ampliatio 3. Vt in criminalibus cũ tortura pauper admittatur, tortura enim purgat suspicionem, quod pauper lucri gratia sit falsũ dicturus, Spec. Couar. Mascar. & alij, quos refert, & sequitur Farin. *q.57.n.20.* Nisi cũ tortura

10. LIMITATVR 2. Ampliatio 3. Vt pauper in criminalibus admittatur ad defensam Rei, Mascar. Crot. & Farin. *q.57.n.22.* Vel ad Rei defensam

11. AMPLIATVR 4. Regula; Vt in ciuili causa ardua, non modo testis pauper non sit omni exceptione maior, Ruyn. Aym. & Cæphal. sed omnino repellatur, Gabr. Mascar. & Farin. cum citatis ab eo, *q.57. num.26.* & 27. immò, quod in omni causa ciuili repellatur pauper à testimonio, tenuerunt Mascar. Butrig. Spec. Bertaz. qui testatur de communi, & plures alij relati à Farin. *n.5.* Qui tamen, (& iure) *n.8.* tenet solam paupertatem Quid in causa ciuili ardua

tem

tèm in causa ciuili non repellere, cum Abb. Imol. Anchar. & Butr. *in cap. si quis testium, de testibus*, & cum 12. & vltra alijs DD. grauibus, quos ipse citat, vltra quos *ibid.* Viu. Soarez, & Bertaz. testantur de communi, & Farin. de communiori, & magis recepta, eamque dicit, pluries sequutam à Rota Romana *corā Cæsare de Grassis*, & idem Farin. *n. 9. & sequentibus*, eam pluribus probat fundamentis, & concludit secundum magis communem; pauperem ob solam paupertatem in ciuilibus à testificando non repelli, sed tantum ei de fide diminui.

Nō procedunt duæ ampliationes inter Regulares.

12. LIMITA 3. & quartam Ampliationes; Vt non procedant inter Regulares, nisi vt sup. declaratum est *q. 30. n. 10. & 11.*

Repellitur pauper patiens alios defectus, & exēplificatur.

13. AMPLIATVR 5. Regula; Vt quando testis vltra paupertatem patitur aliquem alium defectum, omnino repellatur in criminalibus, vt si testis pauper sit etiam famulus producentis, Bar. Rom. Anchar. & Aym. & post hos Nouel. Corrad. Menoch. Bertaz. Osasc. & qui hos citat. Farin. *q. 57. nu. 46.* vbi testatur de communi. Item si de suo labore viuat, arte vili, & ignobili, Farin. alios citans *num. 50.* vel alio quocunque modo pauper, vilis sit simul, omnino repellitur, Ruy. Paris. Aym. Bertaz. Osasc. Nouel. Gomez. Menoch. Rolan. qui testatur de communi, & Farin. *n. 7.* Et idem dicendum est n eo, qui culpa sua in paupertatem incidit, iste enim cum vitiosus sit in se, magis præsumitur talis in alium, vnde repellitur, Bal. quem sequuntur Socin. Cotta, Corrad. Menoch. Bertaz. & Farit. *num. 45.* vbi testatur de communi.

Integer est testis pauper probus, vt Religiosus probatæ vitæ

14. LIMITATVR 1. Regula; Vt pauper probatæ, & honestæ vitæ, & famæ (prout solet esse bonus Religiosus) in ciuilibus, & etiam in criminalibus, sit testis omni exceptione maior, *§. sancimus, Authen. de testibus*, ita Bal. Abb. Anton. de Butr. & Fely. *in c. si quis testium, de testibus*, Ang. de Malef. Bertaz. Osasc. cum 20. & vltra alijs DD. citatis à Farin. *q. 57. numero. 76. & seq.* vbi eandem opinionem sustinens, pluribus eam rationibus comprobat, & de communi testatur Ruyn. *cons. 158. n. 27. vol. 5.* Mich. Crass. *in suis communibus opin. lib. 2. cap. 17. q. 21.* Mascar. *de probat. lib. 3. concl. 1155. nu. 24.* & Farin. *q. 57. n. 81.*

Sed probitas probanda est.

15. SVBLIMITA hanc limitationem; Vt dicta probitas, & honestas sit probanda per allegātem, Aym. Iul. Scarlatin. Gomez. & Farin. *q. 57. nu. 82. & seq.* Ratio est, quia licet in dubio quis præsumatur bonus, & famæ bonæ, *l. omnino C. de inoff. testam.* tamen, quando lex requirit specialiter bonam famam, vt in casu nostro, ea non præsumitur, sed probanda est, Gabr. & alij relati à Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsump. prima n. 36. & 37.* & tanto magis in casu nostro, in quo lex de paupere malum præsumit, & corruptionē, vt probatum est *hic sup. n. 4.* & propterea cessat generalis præsumptio bonitatis, dum lex scelus præsumit, *l. non solum, de ritu nupt.* Menoc. *de*

præ-

præsum pt. lib. 1. præsumpt. 1. nu. 33.

Oppones paupertatē testis, tenetur eā probare, nec sufficit si testis dicat se pauperem.

16. LIMITATVR 2. Regula; Vt testi, cui opponitur paupertas, de fide non minuatur, nisi paupertas eius sit probata per eum, qui eam opponit, Farin. *q.* 57. *n.* 86. vbi citat Moncad., & Rot. Romanam; In iudicijs enim fundans se in diuitijs, vel in paupertate, debet has probare, *gl. in l. si vero, §. qui pro rei*, vbi Bal. Ang. Castren. Alex. & Ias. *ff. qui satisdare cogan.* & de communi testantur Alciat. & Villal. relati à Farin. *n.* 88. vbi quamplures alios citat; *Et n.* 89. ampliat cum Bal. vt non credatur testi asserenti se pauperem, si reuera non sit; nec per hanc assertionem, ait, infringit seipsum, cum in hoc medullam non tangat principalis negotij, nec eius qualitatem.

Suppletur defectus paupertatis ex contestie &c.

17. LIMITATVR 3. Regulæ; Vt fides pauperis suppleatur ex legalitate alterius test.s, vel ex numero aliorum testium, Farin. *q.* 57. *n.* 95. *& 96.* vbi plurimos in comprobationem citat graues Doctores.

18. De materia huius q. latè Farin. *q.* 57 & faciunt dicenda *inf. q.* 39. 40. *&* 41. de testibus inhabilibus, & de fide eis præstanda.

De teste muliere. Quæstio 37.

Mulier repellitur, de iure Canonico in criminalibus.

1. REGVLA 1 sit. Mulier in criminalibus causis, de iure Canonico à testificando repellitur, *cap. mulierem, & ibi gl. 33. q. 5. & cap. forus, vbi gl. de verb. signif.* & de commun. DD. testis est Clar. cum Blanc. *§. fi. q. 24. vers. de iure autem*, & de eadem testantur Abb. Imo. Camp. Moncad. & Soarez; & de receptissima Vulpel. Et de magis communi, & verissima Farin. *q.* 59. *n.* 3. dicens quod in terris Ecclesiæ omnino est seruanda; Ad eamque comprobandam, *n.* 1. citat Clar. Viu. Bal. Castren. Tiraq. & 30. alios DD. quicquid aliqui in cõtrarium dixerint; Adiectis tamen limitationibus, de quibus hic proximè.

2. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt procedat in causis criminalibus criminaliter intentatis, sed in ciuilibus ciuiliter intẽtatis admittitur mulier, Clar. *vbi sup.* dicens, Imol. & Io. Anan. testari de communi, de qua etiam Campeg. *de testibus, Reg.* 125. *in secunda fallen.* & de magis communi testatur Bonacosa, quem refert Farin. *q.* 59. *n.* 5. vbi hãc tenens limitationem, pro ea citat plures DD. pro qua etiam *est tex. in c. tam literis, & ibi gl. & in c. quoniam, vbi gl.* Abb. Fely. Io. Andr. Anton. de Butr. Anan. Bal. Imol. & Anch. *de testibus.* Secus in Ciuilibus.

3. LIMITATVR 2. Regula 1. Quando veritas aliter haber non potest, Abb. Imo. & Fely. *in c. quoniam, de testibus*, Farin. *q.* 59. *n.* 8. vbi plures citat, inter quos Io. Andr. qui testatur de communi. Vel in defectũ probationũ.

4. LIMITATVR 3. Regula 1. In criminibus exceptis, in quibus; etiam de iure Canonico, mulier admittitur, *c. per tuas*, vbi Anan. *n.* 1. & alij DD. de Simon. Mascar. plurimos concordantes citans, *de probat. lib.* 1. *concl.* 462. *n.* 6. & Farin. ad saturitatem alios adducens, & testificans de communi, *q.* 59. *num.* 10. In exceptis.

5. LI-

Ad defensam Rei. 5. LIMITATVR 4. Regula 1. vt admittatur mulier ad defensam Rei, Castren. Alex. Rimin. Aym. Mascar. Rolan. & Farin. *q.59. num.15.*

Inter Regulares. 6. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt admittatur in causis Regularium, iuxta tradita *hic supra q.30. n.10. & 11.*

Itemdũ ex officio procedit Iudex. 7. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt procedat, quando agitur ad instantiam Accusatoris, secus, si Iudex procedat ex officio, vel per inquisitionem, seu denunciationem, tunc enim mulieris testimonium in criminalibus recipitur, *c. quoniam, de testibus*, vbi gl. Io. And. Anton. de Butr. & Herric. Boyc. Et hanc limitationem tenens Farin. *q.59. n.9.* eam comprobat authoritate plurimorum DD. & testatur de communi; Animaduertens eamdem limitationẽ destruere totam Regulam propositam, quia de generali consuetudine, in omnibus delictis, modo proceditur à Iudicibus ex officio, vt notat etiã Clar. & probat *in §. fin. q.3.* & idem Farin. *q.1. nu. 10.* Et ego vlterius obseruo, non minus destrui Regulam per proximam sequentem hic limitationem; quæ Regula si partim per quintam limitationem destructa est, nempè tantum inter Regulares per hanc sextam, & sequẽtem septimam generaliter destruitur.

Admittitur secũdum Marchiæ constitutiones. 8. LIMITATVR 7. Regula 1. Vt ex Constitutionibus Marchiæ, mulier in statu Ecclesiastico in criminalibus in testem admittatur, vt dicit Vulpell. *cons.74. in fi. n.11. & est Constitutio in 4. lib. c.17.* vbi, vt not. Farin. *n.16.* loquitur in omnibus maleficijs, vel quasi; dummodo mulier non patiatur alium defectum. Sed in omni casu integræ fidei non est, vt *hic inf. n.11.* cum declaratione, de qua *infra num.13.*

9. REGVLA 2. sit; De iure ciuili, nec in criminalibus mulier à testificando repellitur, *l. ex eo ff. de testibus*; Abb. qui testatur de communi *in c. quoniam, de testibus*, vbi idem tenent Imol. Anton. de Butr. & Boyc. & de eadem communi testatur Crot. & de magis communi Corrad. & pro hac Regula citat ad saturitatem Farin. *q.59. n.17.* subdens *n.19.* quod ab hac communi tantorum DD. quam verissimam credit, nec in iudicando, nec in consulendo ipse recederet; licet alij ab eodem citati *n.18.* dissentiant. Quid de iure Ciuili?

10. AMPLIATVR Regula 2. Vt procedat etiam in capitalibus, secundum cõmunem opinionẽ de qua sunt testes Soar. *in suis cõmunibus opin. litera T. nu.131.* & Alex. quem citat, & sequitur Clar. *§. fin. q.24. vers. adde*, vbi alios citat; & hanc tenens Ampliationem Farin. *q.59. n.23.* testatur de magis communi, & pro hac *nu.22.* citat Tiraq. & plures alios, quamuis non desint contrarium tenentes, ab eo *n.21.* citati.

11. LIMITATVR Regula 2. Vt in omni casu mulier admissa, non sit integræ fidei, & omni exceptione maior, Cæphal. Aym. Alex. Dec. Corr. Bertaz. Rolan. Farin. & alij ab hoc citati, *q.59. n.26.* qui *n.21. & sequentibus*, ponit ali- An sit integræ fidei?

aliquas alias Regulæ declarationes.

Quid seruandum in statu Ecclesiæ, & in Imperio? 12. Stante veritate huius, & antecedentis Regulæ, infero, quod in terris Ecclesiæ, in quibus præualet ius Canonicum, seruanda erit 1. Regula, etiam apud seculares; in terris verò Imperij laici seruabūt Regulam 2. sicut in terminis affirmant Floria. Crot. Rimin. Villalob. & Farin. *q. 59. n.20.* vbi duos alios citat DD.

Quid in causa ciuili? 13. REGVLA 3. sit. In causa ciuili mulier ad dicendum testimonium admittitur, vt est tex. expressus *in l. ex eo, ff. de testibus*, & in *c. ex eo, 15. q. 3.* Et hanc Regulam procedere tā de iure Ciuili, quam Canonico affirmarunt Spec. Fely. Ias. & tot alij relati à Far. *q. 59. n. 32.* & de communi testatur Soarez *in suo thesaur. recept. opin. litera M. n. 158.* An autem mulier sit integræ fidei; præsertim in arduis ciuilibus, est controuersum, vt videre est apud Farin. *n. 35. & sequentibus*: Hoc tamen teneas pro certo, quod data paritate in reliquis, magis creditur masculo, quam fæminæ, vt ait Far. *n. 49.* & hoc fine controuersia est.

An in contractibus, & testamentis. 14. Vnum hic prætereundum non duxi, quod in cōtractibus mulieres in testes non admittuntur, Farin. *q. 59. nu. 47.* cum Aret. Sicut, nec etiam regulariter in testamentis, nisi in ipsis adsit clausula codicillaris, Farin. *n. 55. 56. 59. 61. & 64.*

15. Plura, & latè Farin, de materia huius quæstionis tractat, *quæst. 59.* & faciunt dicenda *hic infra quæst. 39. 40. & 41.* de teste inhabili, & de fide ei præstanda.

De teste infante, impubere, & pubere, Quæstio 38.

Quid sit Infans, Impubes, & Puber. 1. PRAENOTANDVM; Infantem esse minorē septem annorum, *l. si infanti C. de iure deliber.* Impuberum autem masculum, esse minorem annorum 14. fœminam 12. Puberem verò masculum maiorem esse 14. annorum fœminam maiorem 12. annorum, & minores 20. seu 25. Farin. *q. 58. num. 13.*

Impubes repellitur. 2. REGVLA 1. sit. Infans indistinctè, tā in criminalibus, quam etiam in ciuilibus à testimonio repellitur, Bal. Gram. Aufrer. Marsil. Mascar. & Farin. *q. 58. n. 15.* vbi hanc Regulam indubitatam dicit; Et de facto si infans examinaretur, nullum prorsus faceret indicium, Farin. *n. 47.*

præsertim in criminalibus. 3. REGVLA 2. sit comprobatiua cum suis Ampliationibus, Regulam 1. Impubes præsertim in criminalibus causis à testimonio repellitur, *l. 3. §. lege Iulia, & ibi gl. ff. de testibus, c. si testes §. lege Iulia, 4. q. 3.* Bertaz. qui alios adducit, *cons. 3. n. 12. lib. 1.* & hanc quoque Regulam dicit indubitatam Farin. *q. 58. nu. 9.* vbi pro ea inducit decem DD.

Etiam in ciuilibus. 4. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt procedat etiam in ciuilibus, Far. *q. 58. n. 1.* vbi adductis in comprobationem Bar. Dec. Spec. Viui. Corrad. Mascar. Monticel. & 12. alios DD. ait hanc ampliationem communiter esse receptam, & neminem, quem viderit habere

re contradictorem.

Item in testamẽtis. 5. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt testis esse non possit impubes in testamentis, *§. testes autem, instit. de testam; l. hac consultissima,* vbi DD. & præcipuè Ias. *n.* 10. *C. de testam.* Campeg. Crot. & Farin. *q.* 58. *n.* 8.

Ipso iure est inualida depositio eius. 6. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt in criminalibus, & in ciuilibus causis testimonium impuberis, etiã parte non opponente sit ipso iure inualidum, & nullum, Ang. Marſ. Dec. Corrad. Monticel. Farin. & alij ab hoc relati, *q.* 58. *n.* 12.

An pubertati proximus admittatur. 7. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt procedat etiam in impubere pubertati proximo, qui licet à iure præsumatur doli capax, *l. excipiuntur, ff. ad Sillan.* non tamen admittitur in criminalibus ad probationem faciendam, cum nullam prorsus probationem faciat, sed tãtum ad faciendum, quale quale, inditiũ admittitur, *gl. in l. inuitis, ff. de testibus*, Corrad. Cagn. Dec. Masc. cum alijs, citatis à Farin. *q.* 58. *n.* 18. 47. *&* 48. ; Vbi declarat illud,

Quale quale inditiũ quid? quale quale, inditium, non sufficere ad puniendum, nec ad torquendum sed ad inquirendum secũdum Bal. Corrad. Bertaz. Masc. & tot alios, *ibidem* citatos à Far. qui *n.* 51. testatur de veriori, & cõmũniori.

Limitatur Regula in crim. læsæ Maiestatis. 8. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt non procedat in crimine læsæ Maiestatis, in quo omnes indistinctè admittuntur, immò coguntur, & torquentur, *l. de minoribus, ff. de quæstion.* & per hunc tex. Dec. Cagn. Corrad. Mascar. & Farin. cum tot alijs ab eo citatis, *q.* 58. *n.* 22.

Item in homicidio Domini domus. 9. LIMITATVR 2. Regula 2. quando dominus domus reperitur occisus in domo, & nescitur, à quo, tunc enim admittitur testis impubes; Farin. cum pluribus ab eo relatis, *q.* 59. *n.* 25.

Item vbi veritas aliter haberi nõ potest. 10. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt quando veritas aliter haberi non potest, admittatur semper impubes testis in criminalibus, Alber. Spec. Ias. Marſ. Masc. cum 12. alijs, quos citat, & sequitur Farin. *q.* 58. *n.* 29. subdens, *n.* 31. hanc limitationem verissimam, & communiter receptam esse à DD. sublimita, dummodo constet aliunde, non solum alios testes non interfuisse, secundum Alex. Mascar. & Farin. cum alijs ab eo citatis, *nu.* 35. sed etiam, quod ex facti natura, & habitu, verisimiliter alij interuenire non potuerint, Alex. Crot. Georg. Plot. Ias. Rolan. & Farin. *n.* 36.

Pubes factus admittitur in antea visis. 11. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt pubes factus non prohibeatur testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate, *gl, in l.* 3. *§. lege Iulia, & ibi* Bar. Alber. Iacobin. de S. Georg. & Florian. qui testatur de communi, *ff. de testibus*, & similiter de communi sunt testes Igne. Calcan. & Clar. *§. fin. q.* 24. *vers. vidi,* vbi dicit hanc cõmunem omnium, & indubitatam; & Spec. etiam ait *in tit. de teste §.* 1. *n.* 35. quod ita tenent omnes.

12. SVBLIMITA 1. limitationem 4. Dummodo pubes factus deponat de rebus, quas vidit tempore, quo habebat aliquãm discretionem, & proximus erat pubertati, non autem ante, Clar. *ibidem* cum Alber. qui dicit hanc esse cõmunem omnium sententiam. Quis autem dicatur proximus pubertatis

Q

ti, declarat Menoch. *de arbitr. quæstionibus, lib. 2. casu* 57.

13. SVBLIMITA 2. Limitationem 4. dummodo pubes ferat testimonium de his rebus, quas tempore, quo eas vidit, intelligere poterat, aliàs secus, Clar. *ibidem*, & Farin. plures inducens, *q.* 58. *n.* 58. *& sequentibus*.

14. SVBLIMITA 3. Limitationem 4. Vt si impubes adhibeatur in testem in testamentis, absolutè non valeat eius testimonium, nec etiam postquam peruenit ad pubertatem, Farin. *q.* 58. *n.* 55.

Pubes an sit testis in ciuilibus, & in testamentis?

15. REGVLA 3. sit. Pubes non prohibetur testificari in causis ciuilibus, Alber. Florian. Spec. & Corrad. præterquam in ciuilibus arduis, secundum Crot. hos refert, & sequitur Farin. *q.* 58. *n.* 13. *&* 14. Sicut prohiberi non debet pubes, vt sit testis in testamentis, secundum DD. & præcipuè Fabr. *in §. testes autem, Instit. de testam.*

Maior 20. sed minor 25. annorum in criminalibus admittitur.

16. REGVLA 4. sit. Pubes maior 20. licet minor 25. annorum, admittitur in causis criminalibus in testem, *l. in testimonium, ff. de testibus*, vbi Imperator in teste in causa criminali requirit ætatē 20. annorum; hanc Regulam sequuti sunt Spec. Io. Andr. & Farin. *q.* 58. *n.* 19. vbi citat sex alios DD. concordantes, & plures alios remissiuè; & reprobat *n.* 21. contrarium tenentes, tanquam errantes.

Quid de minore 20 annorū in statu Eccle-

17. AMPLIATVR 1. Regula 4. Vt vigore *Constitutionum Marchiæ, lib. 4. cap.* 17. in toto statu Ecclesiæ, maior 14. quamuis minor 20. annorum, non repellatur á testificando in criminibalibus, licet, de iure communi, talis pubes non admittatur, *d. l. in testimonium*, vbi Alber. & Floria. & Gomez testatur de communi, & in comprobationem, Farin. *q.* 58. *n.* 10. citat ad securitatem; Nota tamen, quod *dicta l. in testimonium*, loquitur, dum testis producitur ab Accusatore; non enim interdicitur Iudici procedenti per inquisitionem, vt ex officio, non possit talem puberem examinare, vt not. Alber. Floria. & Iacobin. de S. Georg. *in citata l. in testimonium*, Ang. Io. Andr. Masc. & Far. qui octo alios citans, *n.* 37. præterea *nu.* 39. testatur de communi, & verissima; quicquid dicant Alex. & Cagn. in contrarium; & sic etiam de iure communi Iudex ex officio potest admittere dictum puberem; quod tamen intelligit Far. *nu.* 41. citans nouem DD. vt procedat in defectū aliarū probationum, aliàs secus; Et vt talis minor 20. annorum faciat aliquam præsumptionem, & quale quale inditium ad inquirendum, iuxta declarationem hic supra *nu.* 7. de impubere pubertati proximo.

siæ, & vbi Iudex ex officio inquirit?

Pubes admittitur in defectū probationū.

18. AMPLIATVR 2. Regula 4. vniuersaliter; Vt vbi aliter veritas haberi non potest, de iure communi, omnis pubes admittatur in criminalibus, cum in hoc casu, etiam impubes admittatur, iuxta probata, & declarata *hic sup. n.* 10.

19. De materia huius q. latius Farin. *q.* 58. Et faciunt dicenda *inf. q.* 39. 40. *&* 41. de testibus inhabilibus, & de fide eis præstanda.

An

An testes inhabiles ad testificandum, admittantur, Quæstio 39.

1. VISVM est supra de diuersis oppositionibus in speciẽ contra personas testium, ex quibus eorum prætenditur inhabilitas, nunc, vt prædictæ, & omnes aliæ simul complectantur, videndum est in genere de oppositione inhabilitatis contra eorundem personas; scilicet, quod non sint legitimi testes, non integri, non idonei, seu non omni exceptione maiores; Et hæc erit oppositio 5. generalis, & vltima contra personas testium, quod sint inhabiles.

Testis inhabilis quis?

2. Præmitto 1. pro declaratione terminorum huius, & aliarum quæstionum, de testibus inhabilibus tractantium; Quod testis inhabilis dicitur ille, qui contra se habet aliquam legitimam exceptionem, quæ ipsum in totum, vel in partem repellit; Sousa, *in Aphoris. inquis. lib. 2. cap. 13. num. 3.* Sicut è contra, testis omni exceptione maior dicitur, qui nulla legitima exceptione repelli potest, gl. Abb. & Præpos. *in cap. 1. de consang. & affin.* Corset. *in suis singularibus, verbo integer, n. 3.* vbi testatur de communi, Alex. *cons. 18. n. 6. lib. 1.* vbi ampliat in exceptione non in totum testem repellente, sed tantum ei de fide diminuente; Et subscribit Masc. *lib. 2. de prob. concl. 1019. n. 5.* vbi testatur de communi, & *de probat. in præfat. q. 6. nu. 69.* vbi ampliat etiam ad minimam exceptionem, debilem, & penè nullius momenti. Controuersum autem

Quid sit omni exceptione maior?

est, an testis idoneus, sit omnino idem, quod testis omni exceptione maior; & affirmatiua quidem opinio est magis recepta a DD. teste Farin. *q. 62. n. 2.* qui pro hac inducit tredecim DD. At ipse cum Blanch. Fely n. Socin. iun. Crot. & Mascar. sustinet, fundateque probat, quod testis omni exceptione maior dicatur magis fide dignus, seu fidelior, quam testis simpliciter idoneus: legitimus verò testis, est idem, quod omni exceptione maior, secundum Paris. Monticel. & Farin. *n. 4. qui n. 5.* idem asserit de integro teste.

Testis idoneus, legitimus, seu omni exceptione maior an differant?

3. Præmitto 2. quod dum à lege, vel statuto expressè non requiritur, quod testis sit bonæ conditionis, & famæ, hæc qualitas præsumitur, & per producentem probanda non est, Far. *q. 62. n. 9.* qui de communi testatur; Idem dic in via Farin. de teste idoneo, idoneitas enim præsumitur, Far. *n. 15.* Si vero expressè à lege, vel statuto hæc qualitas requiratur, probanda vtique erit, *idem n. 8.* quod præsertim procedit, quando talis qualitas expressè requiritur per verba geminata, vt si lex dicat; Sit testis integræ, & probatæ opinionis, *idẽ nu. 7. & 11.* Et multo magis si lex dicat, quod testis sit omni exceptione maior, *n. 12. & 14.* vbi testatur de communi; quicquid aliqui contra dixerint: Sed cum non præsumatur, quod testis sit optimæ opinionis, ideo siue à lege, ista qualitas requiratur, siue non, per producentem, qui eam prætendit, probanda erit, Mascar. qui de communi Rolan. & Alciat. de magis

An testis qualitas præsumatur, vel sit per producentẽ probanda?

communi, & hos sequitur Farin. q. 62. nu. 6. & aduerte, quod quando dictæ qualitates sunt probandæ, sufficit, quod inducti testes dicant; Testem, de quo agitur eos habere, & ab alijs haberi pro tali, secundum Farin. n. 16. His prælibatis.

Testis inhabilis reijcitur.

4. REGVLA sit. Testes inhabiles, de iure communi ad testificandum non admittuntur, Abb. in c. I. & A. n. 19. de iudic. & latè Monticel. in suo repertor. testi. in verbo, testes, qui esse possint, per totum, & est communis omnium DD. teste Farin. q. 62. n. 19. vbi alios citat.

In criminalibus testis sit omni exceptione maior.

5. AMPLIATVR 1. Regula; Vt, saltem in criminalibus, testes, non solum non debeant esse inhabiles, sed requiratur, vt sint omni exceptione maiores, ita Bal. Dec. Bursat. qui testatur de communi, & Farin. q. 62. n. 21. & 22. vbi citat concordantes ad saturitatem. Immò, quod hæc qualitas requiratur in testibus etiam in ciuilibus, est communis opinio, vt aiunt Soarez, & Farin. qui plurimos ad hoc citat n. 20. licet idem Farin. n. 21. teneat, in ciuilibus sufficere, quod testes sint idonei, & habiles, & si non sint omni exceptione maiores.

Quid in ciuilibus.

Reprobatorij esse debēt omni exceptione maiores.

6. AMPLIATVR 2. Regula; Vt quando agitur de reprobandis testibus examinatis, semper testes reprobatorij debeāt esse omni exceptione maiores, secundum Boer. Gram. Bal Curt. & Rimin. qui ait, quod quælibet leuissima exceptio isto casu testes repellit; immò Io. Monach. tenet, talem reprobatiuam probationem debere esse in superlatiuo gradu; & sequitur Virgil. Boccac. qui, ait, hanc ampliationem præsertim procedere, quādo ageretur de reprobando testes omni exceptione maiores; Vide Farin. qui hos omnes refert, & sequitur, q. 62. n. 23. addens num. 91. cum Mascar. qui alios refert, hanc ampliationem procedere, etiam si ageretur de innocentia Rei, quæ per testes reprobatorios, omni exceptione maiores probanda est; & hoc siue agatur de reprobādo personas, siue dicta testium, Abb. Fel. & Far. n. 25.

Appellari potest ab inhabiliū admissione.

7. AMPLIATVR 3. Regula; Vt si Iudex admiserit inhabiles testes, á tali admissione pars appellare possit, cap. ex parte, vers. licet autem, ibi, post appellationem, vbi Abb. Felyn. Bal. & reliqui omnes Doctores, de testibus.

8. Deuenio modo ad limitationes quam plurimas, quibus proposita Regula in totum ferè destruetur.

Si testes sint probatæ vitæ, licet aliqualiter inhabiles, admittuntur, & exēplificatur.

9. LIMITATVR igitur 1. Regula; Vt testes inhabiles (quia e. g. sunt affectionati in causa, vt affines, fratres, domestici, &c. vel pauperes; &c. Si sint personæ valde honestæ, & probatæ vitæ, suppleatur ex hoc inhabilitas, & admittantur, Aufrer. Dec. Decian. Mascar. & Farin. q. 62. n. 367.

Inhabiles in notorijs admittuntur.

10. LIMITATVR 2. Regula; Vt in notorijs inhabiles admittantur, Carrer. qui alios allegat, & Farin. q. 62. n. 368.

Inhabilitas p torturā purgatur.

11. LIMITATVR 3. Regula; Vt testis inhabilis admittatur, & eius inhabilitas in criminalibus purgetur per torturam, Gram. Cæphal. Bertaz. Felyn. Aym. Dec. Monticel. & Farin. q. 362. n. 377.

12. LI-

12. LIMITATVR 4. Regula; Vt testes non repellantur per solam oppositionem in genere, quod sint inhabiles, nisi etiam species inhabilitatis deducatur, Bal. Corrad. Riminal. & Farin. *q. 62. n. 371.*

Species inhabilitatis deducenda.

13. LIMITATVR 5. Regula; Vt in criminibus exceptis, vt hæresis, læsæ Maiestatis, latrocinij, simoniæ, &c. inhabiles admittantur, Clar. *§. fin. q. 24. vers. sciendum*, Abb. Rimin. Mascar. qui alios refert, & Farin. *q. 62. nu. 81. & sequenti*, qui *n. 84.* testatur de communi. Sublimita, vt inhabiles admittantur ad probandum crimina excepta; non autem adminicula, Bar. Bal. cum pluribus alijs citatis à Farin. *q. 56. n. 72. & seq.* vbi testatur de communi.

Inhabiles admittuntur in exceptis; nō tamen ad probanda adminicula.

14. LIMITATVR 6. Regula, Vt inhabiles admittantur ad Rei defensionem, & ad eius innocentiam probandam, Spec. quem sequitur Clar. *§. fin. q. 24. vers. item scias*, vbi cum Anton. Gom. testatur de communi, de qua etiam Soarez, & huic limitationi consentiũt Mascar. Monticel. Mars. & alij relati à Farin. ipsos sequendo *q. 62. n. 90.* Sublimita; vt non procedat limitatio in testibus reprobatorijs, qui, vt probaui *hic supra nu. 6.* debēt esse omni exceptione maiores; Nec vbi ageretur de partis pœna, seu præiudicio, Farin. *n. 93.* cum Bal. Fely. Gram. & Saly.

Item ad Rei defensionē dum modo nō sint reprobatorij.

15. LIMITATVR 7. Regula; Vt inhabiles cogniti à partibus, & rogati, vt sint testes in instrumentis, seu in priuata apoca, plenè probent contra rogantes, nisi propter odium ipsorum testium à iure repellantur, Farin. qui DD. citat. *q. 62. n. 110. & seq.*

Quid si rogentur in contractibus.

16. LIMITATVR Regula 8. Vt parte citata ad videndum examinari testes, præsente, & nihil opponente, testes inhabiles admittantur, & probent ex tacito partis consensu, Alber. Ang. & Saly. *in l. si quis testibus, C. de testibus*, Bal. Bertaz. Farin. qui alios citat *q. 62. n. 175. & 181.* Quod multo magis procedit, interueniente expresso partium consensu, Campeg. Marsil. Saly. & Farin. *n. 177.*

Inhabilis ex tacito, vel expresso consensu partis admittitur.

17. SVBLIMITATVR 1. limitatio 8. Vt per non oppositionem, non approbentur dicta testium, sed personæ, Bar. Cyn. & Saly. *in authen. si dicatur, C. de testibus*; Immò nec personæ, si pars inhabilitatem earum nesciebat, Alber. Saly. Castren. & Ang. *in l. si quis testibus*, C. de testibus; vel quando inhabilitas constat in actis ex confessione testis inhabilis, Ang. Lanfran. & Farin. *q. 62. n. 189.*

An per hoc testes approbetur?

18. SVBLIMITATVR 2. limitatio 8. Vt per cōsensum tacitum, vel expressum partiũ tollatur tantùm inhabilitas, quæ partium consensu tolli potest, vt inimicitiæ, familiaritatis, consanguinitatis, & similium, quas in partium fauorem lex induxit; secus in inhabilitatibus, quæ inductæ sunt in odium testium, vt sunt exceptiones banni, & c. quæ ita excludunt testes, vt admissi, etiam parte non opponente, nihil probent, Bal. Masc. Menoch. & Farin. *q. 62. nu. 186.* vbi citans concordantes, testatur de magis communi; quicquid dicat discordans Salyc.

Et inhabilitas tollatur.

19. SV-

19. SVBLIMITATVR 3. limitatio 8. Vt testes inhabiles, parte non opponente, Iudicis officio repelli possint, *l. quos prohibet*, vbi Bal. Ang. & communiter DD. *ff. de postulan.* & de communi, & verissima testatur Farin. *q. 62. nu. 191.* vbi pro ea citat 12. alios DD. Quod intelligendum est procedere in testibus inhabilibus eorum culpa, delicto, vel incapacitate, prout sunt condemnati, infames, minores, fœminæ, viles, & similes, hi enim, etiam parte non opponente, possunt Iudicis officio repelli; Secus est in inhabilibus fauore partis, vt sunt domestici, consanguinei, inimici, & similes, quos, si pars non opponat, nec Iudex ex officio repellit, Fely. Alex. Anton. de Butr. Mascar. Imol. Rip. & Farin. *q. 62. n. 192.* vbi alios citat, & testatur de communi.

Et an Iudicis officio repellantur?

20. LIMITATVR Regula 9. In causis summarijs, in quibus inhabiles admittuntur, cum in his testium reprobatio non concedatur, Monticel. qui latè de hac materia tractat, *in rubr. Quotuplex testium reprobatio admittatur, fol. 289. col. 2. & 290. col. 1.* Felyn. Monticel. Boer. Afflic. Osasc. & Farin. *q. 62. n. 193.* Nisi aliquando ex iusta causa, Bar. Menoch. & Farin. *n. 207.*

In causis summarijs inhabiles admittuntur.

21. Hinc infertur, quod, cum in iudicio Regulari procedatur summariè, iuxta Regularium indulta, vt probaui *sup. q. 8. n. 3.* in tali iudicio testes inhabiles possunt admitti, & à iure reprobati, vt infames, &c. vt notatur in eadem *q. 8. n. 13. & q. 30. n. 10. & 11.* Et idem dicendum est in omni casu, in quo interuenit dispensatio Papalis, qua stante omnes testes iure positiuo inhabiles admitti possunt, puta periuri, criminosi, infames, & similes, ita Franc. Cason. *in tract. de tormentis cap. 11. rub. de non torquen. Cler. n. 12.* vbi testatur de communi, & ait, quod ita notant omnes *in cap. testimonium, de testibus,* & Farin. *q. 62. n. 370.*

Vt apud Regulares vel ex dispensatione Papæ.

22. Hæ sufficiant limitationes pro termino quæstionis huius, ne nimis in longũ protrahatur; aliam limitationem non modici momẽti reseruo *pro sequenti q.*

De alijs casibus, in quibus testes inhabiles admittuntur, vel non,

Quæstio 40.

1. LIMITATVR 10. Regula in præcedenti quæstione proposita; Vt testes inhabiles admittãtur in casibus, in quibus actu, & habitu veritas aliter haberi non potest, vt quia factum sit tale, quod de sui natura, vel ratione loci, & temporis, verisimiliter alij testes interuenire non potuerint, prout sunt coniuratio, conspiratio, hæresis, &c. Item gesta in Capitulo Canonicorum, in quo non nisi Canonici interuenire solent; Vel gesta domi, Anton. de Butr. & Felyn. *in cap. tertio loco, de probat.* Mascar. *lib. 3. concl. 1359. n. 9. de probat.* vbi refert concordantes, testatur, ita sentire omnes DD, & Farin. *q. 62. nu. 62.* vbi citat Dec. Boss. & 24. alios DD.

Inhabiles admittuntur, dũ actu, & habitu veritas haberi aliter, nõ potest.

2. AMPLIATVR limitatio 10. Vt inhabiles admittantur generaliter, siue habitu, siue actu veritas aliter

Vt in delictis difficilibus

lis probationis, seu patratis de nocte, solet contingere.

aliter haberi non possit, ita Clar. §. fin. q. 24. vers. sciendum, Dec. qui de communi, quem refert, sed non sequitur Farin. q. 62. n. 50. vbi adducit 18. alios concordantes. Item in delictis difficilis probationis, vt est furtum, adulterium, simonia, tractatus, &c. Mascar. Monticel. & alij relati à Farin. n. 28. qui n. 29. testatur de communi. Item in factis de nocte, Mascar. qui alios refert, Rolan. qui testatur de communi, & alij relati à Farin. n. 33. Sed quia DD. tenentes propositam decimam limitationem, & in ea citati, asserunt testes inhabiles admittendos non esse, nisi actu, & habitu veritas aliter haberi non possit, hæc Ampliatio non videtur sequenda, nec recedendum ab ipsa limitatione communiori calculo DD. approbata, vt ponderat, non recedendum, Farin. n. 64. vbi respondet cuidam rationi Clari, oppositum probantis.

Habitu nõ poss. se interuenire, declaratur.

3. SVBLIMITA 1. limitationem 10. Necessarium non esse, vt testes inhabiles admittantur, quod omnino impossibile sit, alios testes nõ interuenisse, sed sufficere, quod, à communiter accidentibus, interuenire non potuerint, vt benè declarat Boss. in tit. de indit. n. 163. & sequitur Farin. q. 62. n. 67. In casibus verò, in quibus alij potuerunt interuenire, inhabiles examinati, aliqualem tantum probationem faciunt, Mars. Fely. Dec. & alij relati a Mascar. quos sequitur Farin. n. 68. ita inter alios expressè tenet Boss. tit. de indit. nu. 165. & 177. & in proposito citat quamplures nominatim, & plures alios remissiuè, Farin. n. 73. Et ad oppositum inducit etiam plures nu. 74. Sed horum opinionem nimis duram n. 77. appellat; & propterea alteram ipse sequitur tanquam veriorem, communiorem, & a qua in consulendo, & iudicando non credit recedendum.

Quid dicendũ, quã do testis patitur plures defectus.

4. SVBLIMITA 2. limitationem 10. Vt quando inhabilitas resultat in teste ex pluribus defectibus, talis testis non admittatur, nec admissus probet, etiã in casu aliàs à iure permisso; nedum ad probationem, sed nec quoad indicium, seu præsumptionem, quia prorsus, & omnino repellitur, ita Marsil. Ant. de Butr. Bertaz. cum 10. alijs DD. quos citat, & sequitur Farin. q. 62. n. 381. inter quos Bursat. testatur de commmuni; Et in specie, quod nec in casu, in quo aliter veritas, haberi minimè potest, aiunt Marsil. Natta, Gabr. & Farin. q. 62. n. 80. vbi inducit 6. alios concordantes, inter quos Bertaz. testatur de communi, & quod hæc opinio omnium consensu recepta est. Neque cum tortura Bertaz. hanc esse communem astruens; tortura enim vnam, non plures inhabilitates tollit. Neque in exceptis; Cæphal. Natta, Mascar. & Baiar. ad Clar. §. fin. q. 24. vers. sciendum. Neque stante statuto admittente testes inhabiles, Rimin. & Farin. n. 382. vbi asserit non solum hanc totam sublimitationem communiter receptam, sed quod neminem, legerit eidem contradictorem; Et quod talium testium depositiones annihilentur, dixerunt, Socin. Barbat. Marsil. & Baiar. ad Clar. q. 24. §. fin.

§. fin. vers. sciendum n. 128. Et per consequens, cum id quod non est, suppleri non possit, cum tales depositiones sint prorsus nullæ, non poterunt ab alijs suppleri, Baiar. vbi sup. citans Abb. & Rolan.

Quid de consuetudine seruetur in praxi.

5. Non est hic reticendum, sed valde notandum, insignes Iurisperitos, & in praxi criminali egregiè per plurimos annos versatos, Boss. Clar. Iosephum Ludou. & Baiar. constanter asseuerare, quicquid sit de iure, hanc 2. sublimitationem de consuetudine non seruari; Vnde Clar. in §. fin. q. 21. vers. scias tamē, ait; Dictum socij criminis, etiam periuri, sufficere ad assumēdas informationes, immò etiam ad formandam inquisitionē, & plerumq; etiam ad torturam, secundum obseruatam consuetudinem; Et conformiter loquens Clar. in lib. 5. §. falsum, vers. subornans, dicit, quod quicquid sit de iure, consuetudo obseruat, quod credatur socijs criminis periuris, vt procedatur ad inquisitionem, vt attestatur etiam Boss. in tit. de inquisit. n. 46. Et subdit ibidem Clar. quod practica est, quod huiusmodi testes confirment dictum in tortura, deinde procedatur contra nominatos; Quinimo Boss. in tit. de indit. n. 156. circa fin. ait, talibus credi etiam ad torturā, modo aliquod aliud adminiculum concurrat, & sicut Boss. ait, quod ita communiter seruatur, ita Clar. dicit, se ita multoties vidisse obseruari; Et subscribens Iosephus Ludou. in decis. Lucen. 15. n. 6. asserit, se pluries ita practicasse; Et post eum Baiar. ad Clar. q. 24. n. 26. ait, dicant quicquid velint Rolan. & Bertaz. in contrarium, ita tamen seruatur; asseuerans, se ita practicasse, & practicari vidisse; Et quod ipsemet per spatium 27. annorum continuorum, hanc consuetudinē, alio tamen concurrente adminiculo, & tortura socij criminis, practicauit, & practicari vidit in Statu Ecclesiastico, & in Regno Neapolitano; & quod ita quotidie eius Auditores practicabāt; alias enim omnia ferè delicta, præsertim occulta, impunita remanerent. Et idem Baiar. ibidem n. 128. vlterius dicit; quod quicquid sit de iure, veritas est, quod consuetudo seruat, vt omnes testes cum tortura admittātur, & si mille defectus paterentur; & quod alias rarò dictum socij criminis inditiū faceret, quia pauci sunt socij criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, & sic delicta remanerent impunita; Putat tamen Baiar. quod, cum tales testes sint plusquam infames, maiori etiam tortura sint afficiendi ad conualidanda eorum dicta. Et ex his videtur concludendum, quod de iure procedat sublimitatio; sed de consuetudine non seruetur.

De eadē consuetudine.

Inhabiles non admittuntur, nec probēt sine tortura, & declaratur.

6. SVBLIMITA 1. Omnes 10. simul propositas limitationes, Vt in quibuscunq; casibus, inhabiles non admittātur, nec probent sine tortura, Gram. Mars. Masc. Bursat. qui testatur de magis communi, & Farin. q. 62. n. 379. Quod intellige, dum inhabilitas prouenit ex defectu famæ, vel status, Bertaz. Masc. & Farin. n. 380. secus si prouenirei inhabilitas alio respectu, tunc enim non esset necessaria tor-

tortura, vt in casib. à iure expressis, inhabiles admittantur, & probent, Boss. Carer. Gabr. Plot. & alij, quos citat, & sequitur Farin. *dicto n.380*. Sed animaduertè, quod consuetudo est apud nos admittendi, quando opus est, testes inhabiles sæculares, vel non ex nostris, sine vlla tortura, & nostros cum tortura, regulariter Religiosa, vt disciplinæ, vel similis.

Quid apud nos.

7. SVBLIMITA 2. easdem limitationes 10. Vt in omni casu, in quo testes inhabiles in criminalibus admittuntur, & admissi aliquam faciunt fidem, id intelligatur, si deponant super principali facto, & delicto, secus si super circunstantijs, & adminiculis, Farin. *q.62. n.387. & q.37. n.18. & seq. & num.32.*

Inhabiles non probãt circũstãtias, & adminicula.

8. De materia huius, & præcedentis quæstionis, latè Farin. *q.62. numeris in eisdem citatis*; Et Monticel. *in repert. testi. verb. Testes, qui esse possint.*

Quanta fides præstanda sit testibus inhabilibus examinatis?

Quæstio 41.

1. REGVLA 1. sit. Testes inhabiles contra producentem eos benè probant, *cap.3. vers. si quis 4 q.3. l. si quis testibus C. de testibus*, vt ibi notant etiam per illum tex. Bar. Bal. Saly. Cyn. Castren. Ang. & alij communiter, & de commu uni testatur Mascar. *de probat. lib. 3. conclus.1235. n. 1. & seq.* & Farin. ad saturitatem concordantes inducens *q.62. nu.211.* ait, hanc Regulam ab omnibus nemine discrepante, quem viderit, receptam.

Testes inhabiles cõtra producentem benè probant.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt testis vnicus inhabilis plenè probet contra producẽtem, Aym. Bursat. Cæphal. Menoch. Socin. Iun. & plures alij; quos refert, & sequitur Farin. *q.62. n.237.* inter quos Gabr. testatur de communi, de qua etiã Farin. *n. 238.* & Vasq. referẽs pro hac ampliatione Bursat. secum tenentem, facit conclusionem, quam dicit clarissimam, & communiter approbatam, quod scilicet; Testis vnicus à parte, quamuis tantum tacitè approbatus, plenè contra producentem probet. Vide *inf. n.5.*

Quamuis vnicus plenè probat.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt testes inhabiles, etiam in criminalibus, & contra producentem fiscum benè probent, Bursat. Cæphal. & Farin. cum pluribus ab eo inductis, *q.62. n.213.* In eadem causa, & etiam in alia, si, contra iam producẽtem, reproducantur, est communis DD. teste Boer. *decis.245. n.3.* & Farin. pluribus concordãtibus inductis, *n.216. & 217.* testatur *in fin. numeri 218.* de communi, & verissima, quæ apertè probatur *in dicta l. si quis testibus, ibi in alia causa*; quod procedit quamuis in causa esset cum diuersis personis, secundum Bal. Saly. Masc. Alex. & Farin. qui *n.220.* citatis pluribus alijs DD. testatur de communi, licet contra sentiant Odofr. & Castren.

In criminalibus et inhabiles contra fiscũ producentem bene probãt, in eadẽ & in diuersa causa, si reproducantur, & in causa cum diuersis personis.

4. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt testes inhabiles contra producentem probent, & si illis examinatis, postea producẽs vsus eisdem

Quamuis producẽs illis examinatis

non fuerit, Cyn. *in l. si quis testibus, C. de testibus*, vbi Fulgos. Odofr. Saly. Castren. Ang. & Alber. qui testatur, quod hoc communiter in iudicijs approbatur, & de communi est etiam testis Alex. *cons.* 191. *n.* 4. *lib.* 7.; Immò idem dic quamuis etiam post productionem, pœnitens producens testes non examinauerit, Bal. Ant. de Butr. Mascar. Farin. & alij ab eo citati, *q.* 62. *n.* 223. Et præterea si pars aduersa producat testes, si illis tu vsus fueris, non poteris eosdem contra te reproductos reprobare, Alber. Ang. Cyn. & Saly. *in dicta l. si quis testibus*.

natis, nō vsus fuerit, immò licet producens nō examinauerit; vel si productos ab aduersario vsus fuerit.

5. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt testes inhabiles in dicto, puta quia deponunt de credulitate, vel de auditu alieno, probent contra producentem, si post productionem testium, & examen didicitum, & publicatum, eorum examē productum fuerit, secus si non fuerit didicitum, & publicatum, ita distinguit, loquendo de teste de credulitate deponente, Aym. Bursat. Iosephus Ludouic. & Farin. *q.* 62. *n.* 229. vbi testatur de communi, & de teste de auditu, Tobias Non. Iosephus Lud. & Farin. *n.* 236. Verum est quod materia huius ampliationis est controuersa, de qua latè Farin. *n.* 226. *& sequentibus*.

Testis deponēs de credulitate, vel de auditu alieno, an probet cōtra producentem?

6. LIMITA 1. Regulam 1. Vt producens testes, non impediatur opponere exceptiones superuenientes post productionem, *l. si quis testibus, vbi* gl. Ang. Bar. Cyn. Castren. & alij communiter, *C. de testibus*; Et hoc intellige de oppositionibus contra personas testium, quia cōtra eorum dicta, dubio procul, producens semper potest opponere, iuxta *eundem tex.* & DD. quibus plures concordantes addit Farin. *q.* 62. *n.* 241. Nisi inducens testes produceret postea etiam testium examen didicitum, & publicatum, quia tunc nec contra dicta posset excipere, Aym. Bursat. Maran. Menoch. Mascar. & Far. *nu.* 243. vbi testatur de communi.

Producens testes, an possit opponere superuenientes exceptiones.

7. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt procedat, quando producens sciebat testium inhabilitatem, secus si ignorabat, Bal. Castrē. Cyn. & alij DD. communiter, *in l. si quis testibus C. de testibus*; Vbi Saly *n.* 13. ait, quod isto casu ignorantia probatur producentis iuramento, & sequitur Boer. Campeg. Masc. & Far. *q.* 62. *n.* 245.

Præterquam nesciebat.

8. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt semper, etiam à producente possit opponi subornatio, *l. si quis testibus, C. de testibus, vbi gl.* Ang. Cyn. & plures alij, quos refert, & sequitur Farin. *q.* 62. *n.* 246. siue subornatio facta sit præmio, siue prece, Alber. & Far. *ibidem*.

Subornatio à producente opponi potest.

9. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt cōtra testem à me productum, possim inhabilitatem opponere, quando inter me, & aduersarium ratio viget diuersa; vt si ego produxi fratrem tuum, quem à te reproductum reprobare possum, ratione affectionis, quæ non militabat, quādo eum produxi, vnde non intrat hic Regula, *in l. si quis testib. C. de testib. vt ibi* notant Campeg. & Castr. & ita, *in c. præsentium, de testibus*, tenent Abb. Anton. de Butr. & Fely. quibus, alios etiam

Producēs opponit contra testem reproductū à parte, dū inter eos diuersa viget ratio.

cuans,

citãs, subscribit Farin. *q.62.n.*248.

Iudex ex officio potest productos repellere.

10. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt Iudex ex officio possit productos repellere testes, Farin. *q. 62. n.*253.

An si testes producti ab vna parte, ab altera reprobētur, si ab hac reproducantur, possint ab illa reprobari.

11. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt quando testes à me producti, fuerunt ab aduersario reprobati, si per eum reproducantur, possim, & ego eos reprobare, Ang. Castren. & Cyn. in *l. si quis testibus C. de testibus*, Masc. plures referens concordantes, Campeg. Monticel. & Farin. *q 62. nu.*254. *& seq.*; Nisi vsus fuerim testibus contra opponentem, post oppositionem factam, Masc. Nell. & Farin. *n.*257. Et dummodo oppositio non fuerit tantum generalis, sed specialis, vt quod testes sint criminosi, affines, inimici, quæ operatur, vt eos impugnare producens possit, Farin. *n.*258. *vbi* cum Boer. testatur de communi; Et dummodo oppositio fuerit contra personas, si enim fuerit tantum contra dicta, testes probant contra producentem, Fely. Mascar. & Farin. *n.*259. qui *n.* 260. aliàs limitationes huius sublimitationis affert remissiuè.

Testiũ numerus an suppleat inhabilitatē in ciuili, & in criminali.

12. REGVLA 2. sit. Testium numerus, non quidem dictorum, sed personarum inhabilitatē supplet; Mascar. Monticel. Ruyn. & Farin. *q.62. n.*319. Ita vt in causis ciuilibus, eis fides præstetur, Alex. Bertaz. Ias. Masc. & Farin. *n.*309. vbi allatis 15. DD. alijs, testatur de communi; Non tamen in ciuilibus grauibus, & arduis, quæ criminalibus æquiparantur, Corrad. Fely. Ias. Mars. Gram. Monticel. & Farin. *n.*313. Et multo minus in criminalibus, Carrer. Corrad. Gram. Ias. Gabr. Marsil. Ruyn. & Farin. *nu.* 111. Quod intellige ad condemnandum, nam quoad torquendum, testium numerus in criminalibus supplet inhabilitatem, Bertaz. Bursat. Carrer. Gramm. Nat. & Farin. *n.* 12. Et hoc quando inhabilitas diminuit tantum fidem testibus; secus si in totum eos repelleret, quod enim non est, suppleri non potest, *l. si manente ff. de precar.* & per hanc rationem, ità tenēt Aym. Gabr. Gram. & Monticel. cum pluribus alijs, quos refert, & sequitur Farin. *q.62. n.*317.

Quotus esse debeat testiũ numerus supplēs

13. Testium autem numerus, vt suppleat inhabilitatem, quotus esse debeat, secundum veriorem opinionem arbitrio Iudicis est remittendum; & ad ritè arbitrandum; Iudex benè, & prudenter inhabilitatis qualitatem cōsiderabit, Aret. Fely. Gabr. & alij, quos sequitur Farin. *q.62. n.*327. Non desunt tamen aliqui á Gabr. relati, qui dicunt, quod ad hoc vt inhabiles plenè probent, non debent esse minoris numeri, quam quatuor; Et alij asserunt, sufficere, vt sint tres, & hi sunt Alciat, Bertaz. Fely. & Socin. quos refert Farin. *n.*325. *&* 326.

Vnius inhabilitas suppletur ex magna habilitate alterius.

14. REGVLA 3. sit. Inhabilitas vnius testis examinati, suppletur ex magna fide, & habilitate alterius, Bertaz. Dec. Gabr. Marsil. Tiraq. & Farin. qui cum Gabr. testatur de communi *q.62. n.*330. vbi citat concordātes ad saturitatem; Et hanc regulam cōmuniter tradunt DD. omnes, *per illum tex. in l. si quis ex argentarijs, ff. de eden.*

15. AMPLIATVR 1. Regula 3.

Itē ex adminiculis, coniecturis, &c.

Vt inhabilitas testis suppleatur etiam ex adminiculis, coniecturis, præsumptionibus, & verisimilitudinibus, Alex.Ang.Corrad. Masc. Marsil.Dec.Bertaz.& Farin.*q.62. nu.335.* vbi citatis duodecim alijs DD. concordantibus, testatur de Communi; & præsertim Virgilius Boccac. relatis alijs, facit conclusionem generalem, quod adminicula supplent defectum probationis,& ait, ità à Rot. Rom. sæpè seruatum fuisse: Et hinc est, quod testis inhabilis benè probat contra diffamatum, secundum Corrad. Gabr. qui plures refert,& Farin.*q. 62. n.339.* Intellige hanc ampliationem, dummodo inhabilitas non sit talis, quæ in totum repellat, hæc enim non potest suppleri, Riminal.& Farin.*n.340.* iuxta dicenda hic proximè *n.19.*

Plene suppletur à cōtestibus legitimis.

16. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt testis inhabilitas, ità suppleri possit, vt plena probatio resultet, dummodo ex depositionibus plurium aliorum contestium fide dignorum, supplementum fiat, vt tenet Gabr. & plures alij DD. ab eo relati, nec non Far.*q.62.n.331.* vbi ait,& meritò, hoc indubitatum esse, cum etiā sine illo inhabili prædicti contestes plenè probent.

An ex fide vnius magna fide digni plene suppleatur alterius inhabilitas.

17. An verò testis vnius inhabilitas, ex fide vnius tantùm alteriùs, ita suppleatur; vt ex depositione vnius inhabilis, & alterius magna fide digni, plena probatio resultet, apud DD. controuersum est. Partem negantem tenent Portel. *in dub. Regul. ver. testis nu.* 10. Pegna, Sousa, & Diana, *p. 4. tract. 8. resol.* 129. quia, aiunt, ex dignitate vnius testis, non reparatur alterius defectus,& antea idem senserunt Alex. Corrad. & Riminal. quos refert, sed non sequitur Far.*q.62.n.331.* At affirmatiuam tenuit Pitign. citans Bal. & alios DD. *in l. si quis ex argentarijs §.1. ff. de eden.* & sustinent Ang. Castr. Felyn. Gabr. & Farin. *n.331.*

Opinio Authoris.

18. In hac controuersia ita concluderem, quod dum vnus testis est nimis inhabilis, præsertim inhabilitate totaliter repellente, cum hæc ex magna fide contestis suppleri non possit, vt dicetur *infra n.* 19. opinio negatiua sequenda est; Sicut etiam, dum alter testis, qui deberet supplere inhabilitatem, licèt non repellentem, alterius testis, esset tantùm idoneus fidei ordinariæ, non autem præstantissimæ, ad tradenda *infra n.* 20. Si verò duæ conditiones simul concurrerent, prima, quia testis non integer, non esset nimis inhabilis, eo quòd tantum esset pauper, vel vilis, sed alias grauiores exceptiones nō pateretur, cum hæc inhabilitas de facili suppleri possit, concurrente pariter secunda conditione, quòd alter testis, qui debet supplere, sit maximæ fidei, vt si esset nobilis, religiosæ, & probatissimæ vitæ, cum huius dictum, quamuis secundum magis communem, vt singulare non plenè probet, nihilominus, adeo excedat semiplenam, vt vndecim DD. à Farin. relati, *q.63.n.* 5. sustineant, quod immò plenè probet, videtur, quòd illud parum, quòd inhabili deest, plenè suppleatur cum eo, quòd dignissimus supra semiplenam habet, tolerabilisque

fit

sit affirmatiua opinio, habita tamen etiam in hoc casu seria reflexione super doctrina infra tradenda, n.21. Vide sup. q.36.n.17.

19. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt testis inhabilitas in totum repellens, non suppleatur ex magna fide cõtestis, Ang. Bal. Masc. Mars. Tiraq. & Far. q.62.n.341. & seq. vbi 12. alijs concordantibus DD. inductis, de communi testatur.

Totalis inhabilitas nõ potest suppleri.

20. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt non sufficiat testem supplētem esse ordinariæ fidei, sed debere esse omni exceptione maiorē, & præstantissimæ fidei, Alex. Corn. Gabr. Monticel. & alij, quos refert, & sequitur Farin. q.62.n.344.

Supplēs sit prætantissimus.

21. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt illa non procedat in criminalibus, quo ad condemnandum, sed quo ad torquēdum. Gabr. qui concordantes refert lib.1. de testib. concl.5.n.10. & Far. q.62.n.345. & in simili n.311. & seq. Quid dicendum sit in causa Criminali Ciuiliter intentata, vide Gabr. ibidem, nu.11. Quid verò sentiendum sit in causa ciuili ardua, agit Rimin. cons. 128. post n.23. lib.2.

Quid in criminalibus?

22. REGVLA 4. sit. Testes inhabiles examinati, quamuis non probent, faciunt tamen inditium, Bertaz. Felyn. Mascar. Marsil. & Farin. qui sex alios citat, q.62. nu. 261. & seq. Et præsumptionem, gl. in cap.1. de testibus in 6. vbi Franc. Gemin. qui citat Innoc. & Io. Andr. & post hos Farin. n.264. inducens Alfrer. Mascar. & Rimin. & n.266. testatur de communi, a qua ait, non recedendùm, licet Riminal. sibi contrarius, Ang. Monticel. & Aemil. teneant, tales testes nullum inditium facere.

Depositio testiū inhabiliū ad quid valeat?

23. AMPLIATVR Regula 4. Vt dum testis totaliter à lege repellitur, si examinetur, faciat eius dictum inditium ad inquirendum specialiter super delicto, Clar. §. fin. q.24. ver. vidi etiam, Boss. tit. de inquisit. n.56. in fi. & n.57. Menoch. de præsumpt lib.1. q.88.n.12. licet Brun. Carrer. Diaz, & Mars. sustineant talem testem inditium nullum facere, & ab his non discordat Farin. q.62.nu.287. & seq. Si verò inhabilitas non totaliter repelleret, sed de fide minueret, tale inditium sufficeret etiam ad torturam, secundum Bal. Brunor. & Felyn. dummodo plures sint tales testes, Brunor. & Farin. n.271. & 272. Ita resoluendum censeo in hac controuersa materia, de qua Farin. locis sup. citatis.

Distinguitur inter inhabilitatē totalē, vel non totalem,

24. LIMITA 1. Regulam 4. Vt qui propter eorum inhabilitatem examinari non debuissent, si examinentur, nunquam probent ad condemnandum, Bal. Fely. & Far. qui q.62.n.284. alios citans testatur de communi, quam contradictorem dicit non habere; Immò addit n.286. cum Mars. Aret. Fely. & alijs ab eo citatis, quod si pars opposuerit contra tales testes nullum prorsus indicium faciunt.

Si examinentur non examinādi, an probēt?

25. LIMITA 2. Regulam 4. In testibus, qui propter reuerentiam Reorum examinari non debuissent, vt Reorum filij, serui, &c. hi enim si examinentur non faciunt inditium, Far. q.62.n.289. vbi citat iura, Bart. & alios DD. Idem dic de domesticis, familiaribus, & simi-

similibus, qui non faciunt inditium, nisi essent personæ valde honestæ, Abb. Bal. & Farin. *n.* 294. vbi alios citat.

26. De materia huius q. laté Farin. *q.62. numeris hic supra relatis*, Bar. Bal. & alij DD. *in l. si quis testibus, C. de testibus*.

An exceptio inhabilitatis testium impediat examen, vel reponenda sit in fine litis; Et quo tempore inhabilitas sit consideráda? Quæst.42.

Exceptio inhabilitatis cōtra testes in fine litis reseruatur regulariter.

1. REGVLA 1. sit. Exceptio inhabilitatis contra testes opposita, regulariter examen non impedit, sed in fine litis reseruatur, Bal. *in Auth. si dicatur, C. de testibus, n.2.* vbi rationem affert, cum Bal. sentiunt *ibidem* Bar. Castren. & Salyc. nec non gl. *in c. ex parte, de testibus*, vbi Abb. Imol. Fely. & alij communiter, subscribit Far. concordantes inducens *q. 62. nu. 350. & seq.* Quicquid contra sentiant Ioannes Vinc. & Hosti. quorum rationibus respondet, *vbi sup.* Bal. & eorum opinio, vt notat Farin. *n.* 350. cōmuniter reprobatur à præcitatis hic supra DD. Itaq; iuxta propositam Regulam; Dum opponitur inhabilitas, si legitima sit exceptio, à Iudice admittenda est absolutè; in dubio verò cum clausula; Si, & in quantum, &c. secundum cōmunem, de qua testantur Corrad. & Farin. *n.* 352. Et Iudex examen prosequetur, disputationem exceptionis reseruando in finem litis, vt aiunt præcitati DD. Quod tunc præsertim seruandum est, cum malitiosè, & calumniosè opponitur *c. licet, de probat.* & not. Abb. Corrad. Socin. & Farin. *qu.* 62. *n.* 355.

Nisi cū exceptione præsūptio iuris concurret.

2. LIMITATVR 1. Regula 1. quando cum exceptione, iuris præsumptio concurreret, vt si opponeretur, Testem esse seruum; & ipse testis fateretur, se iam seruum fuisse, sed modo esse manumissum, ius enim præsumit, talem adhuc esse seruum, vnde hæc exceptio impediret examen, Farin. alios inducens *q.62. n.357.*

Vel esset exceptio inimicitiæ capitalis, de qua in primis est videndum.

3. LIMITATVR 2. Regula 1. In exceptione inimicitiæ capitalis, quæ impedit examen, & in primis de illius veritate est videndum, *Aut. si testis. vers. si verò dicatur, C. de testibus*, vbi Bar. Bal. & alij, Gram. & Viu. qui testātur de communi, & Farin. concordantes referens, *q.62. n.357.*

Vel dū incontinenti offertur probatio exceptionis.

4. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt procedat, quando exceptio altiorem requirit indaginem, tunc enim in fine litis reseruanda est, secus si incontinēti offeratur probatio, hoc enim casu impediretur examen, Bar. Bal. & al.j DD. communiter in Auth. si testis, vers. si verò dicatur, C. de testibus, gl. Fel. Innoc. cum alijs DD. *in c. ex parte, de testibus*.

Sed remittitur Iudicis arbitrio.

5. Sed nota, quod secundum Bar. vbi sup. Io. And. in dicto c. ex parte, vbi Abb. qui testatur de communi, quos sequitur Imo. & Ant. de Butr. & hos Farin. *q.62. n.364.* vbi citat Masc. Menoch. & alios, remittitur arbitrio Iudicis reseruare, vel non reseruare tales exceptiones in finem litis. Circumstantias autem, à quibus moueri po-

potest Iudex ad reseruandum, vel non huiusmodi exceptiones in finẽ litis, reperies apud præcitatos, Abb. Io. Andr. & Ant. de Butr.

Vel, dũ agere-tur de damno irrepa-rabili, vel de excom-municatione.

6. LIMITATVR 4. Regula 1. In teste examinando cum torturã, nam cum hæc inferat præiudiciũ irreparabile, exceptio contra ipsum testem opposita, impedit examen Alex. Corrad. Castren. Socin. & Farin. *q. 62. n. 360.* Idem dic de oppositione excommunicationis, propter periculum communicationis, Io. Andr. Anchar. Abb. Imol. & Ant. de Butr. *in c. ex parte, de testib.* & Far. qui alios septem citat DD. *n. 361.*

Seu cũ delictũ manifestũ opponitur

7. LIMITATVR 5. Regula 1. quando opponitur crimen publicum, & manifestum, talis enim exceptio non reponitur in fine litis, & impedit examen *c. ex parte, de testibus,* vbi Abb. Anchar. Ant. de Butr. Bal. Fely. Imol. Io. Andr. & Innoc. nec non Far. qui alios concordantes inducit, *q. 62. n. 362.*

Siue quãdo esset periculũ in mora.

8. LIMITATVR 6. Regula 1. Quando periculum est, quod testes reprobatorij non reperiantur in fine litis, puta, quia sint senes, infirmi, vel absfuturi, tunc enim exceptio contra testes opposita, non reseruatur in fine litis, sed examen impedit, Anton. de Butr. Ioannes And. Anchar. Imol. & Abb. *in dicto c. ex parte,* cum alijs, quos refert, & sequitur Farin. *n. 363.*

Inhabilitas testis attenditur in tempore depositionis, & iuramenti; vnde tria inferũtur

9. REGVLA 2. sit. Inhabilitas testium attendenda est in duobus temporibus, scilicet depositionis, & iuramenti, vtroq; enim tempore deberent habiles esse, Abb. Anton. de Butr. & alij *in c. testimonium de testibus,* Bar. Imol. Salyc. & alij *in l. prima, C. de testam.* Aret. Masc. Monticel. & Farin. qui alios concordantes inducit, *q. 62. n. 307.*

10. Hinc 1. infertur, quod si inhabilitas testiũ post depositionem superueniat, probent, & fidem faciant testes, Campeg. Crot. Masc. Monticel. & Farin. *q. 62. nu. 304.* Sicut è contra inhabilitas tempore depositionis tollit fidem testi, etiam si post depositionem efficiatur habilis, ita ex allegatis per Monticel. tenet Farin. *n. 305.*

11. Infertur 2. quod inhabilitas ante depositionem, & iuramentũ, fidem non tollit, si tempore iuramenti, & depositionis, testis factus fuit habilis, Farin. *dicto n. 305.*

12. Infertur 3. quod excipiens de inhabilitate testium, debet in specie probare eam tempore depositionis, vel iuramenti, aliàs probatio non releuaret, Bar. *in l. 1.* per illum text. *C. de testam.* vbi Ang. Corn. Ias. Mascar. & tenuit Farin. *q. 62. n. 308.*

Quid si testes ad solemnitatem actus requirãtur.

13. LIMITATVR Regula 2. Vt procedat, quando testes ad probationem actus requiruntur, tunc enim habilitas, vel inhabilitas testium attẽditur tempore iuramenti, & depositionis; Secus quando testes ad solemnitatem, & substantiam actus à iure requiruntur, in hoc enim casu habilitas, vel inhabilitas debet attẽdi tempore actus, nec refert, testes habiles esse tempore iuramenti, & depositionis, si tempore actus inhabiles fuerunt, Bal. *in l. prima, C. de testam.* vbi Castren. Corn. Saly. & Ias. qui testatur de communi, de qua etiam

Aret.

Aret. Plot. Tobias, Noni. & Farin. *q. 62. n. 299.* Non tamen desunt contrarium tenentes, quos refert, sed non sequitur Farin. *n. 300.*

14. SVBLIMITA limitationem; Vt procedat, dum inhabilitas superuenit sine culpa testis, qui in proposito casu idoneus esset, si tempore actus habilis erat, Aret. Bar. Bal. Ias. & Saly. quos cum alijs refert, & sequitur Farin. *q. 62. n. 301.* Secus si testis inhabilis sua culpa effectus sit, quia tunc in casu limitationis, inhabilitas tempore iuramenti, vel depositionis, tollit ei fidem, & si tempore actus fuisset habilis, Bar. Bal. Corn. Ias. & alij *in l. 1. C. de testam.*

15. De materia huius quæstionis Latius Bal. & Farin. *locis supra relatis.*

DE OPPOSITIONIBVS

Contra dicta Testium.

TITVLVS SECVNDVS.

1. VIDIMVS in præcedenti Titulo oppositiones, quæ contra testiũ personas obijci possunt, In præsenti agendum est Titulo, iuxta supra propositum ordinem, de oppositionibus contra testium dicta; Inter quas, cum non minus præcipuæ, quam frequentes sint, quod testis sit vnicus, vel singularis, de his in proximis duabus quæstionibus agam.

An, & quantum probet testis Vnicus, Quæstio 43.

Quis vnicus sit testis?

2. TESTIS vnicus ille dicitur, qui test. m comitem non habet; & cum in omnium ore sit; Dictum vnius, dictum nullius; Regula formari potest, vt sequitur.

Testis vnicus nõ probat plenè, sed semiplenè.

3. REGVLA sit. Testis vnicus non probat, *c. licet, il 1. de testibus, & l. iurisiurandi, C. eodem*, Bursat. *cons. 116. nu. 14. lib. 1.* vbi testatur de communi, & Farin. *q. 63. nu. 1.* vbi post inductionem 58. DD. concordantium, ait; Regulam hanc non modo cõmuniter receptam, sed apud omnes indubitatam esse; Quæ præsertim militat in criminalibus, vt animaduertat Dec. *cõs. 92. n. 27. lib. 2.* & Farin. *n. 7.* At intellige Regulam, vt testis vnicus non probet, nempè plenè; præsumptionem enim proculdubio facit, *c. fin. de iureiur. & l. Theopompus, ff. de dote prælcg.* & notat Farin. *n. 50.* vbi citat DD. concordantes; Et dum est omni exceptione maior, semiplenè probat, Lanfran. *de testibus, nu. 28.* vbi testatur de communi, de qua etiã Corrad. *in pract. §. 2.*

§.2. *de offic. Prætor. n.* 1. *fol.* 112. & est *gl. in l. admonendi, ff. de iureiur.* quam communiter approbatam dixit Afflic. *de iure Prothom.* §.4. *n.*9.

Tam de iure Ciuili, quã Canonico, & Diuino

4. AMPLIATVR 1. Regula; Vt procedat non solum de iure Ciuili, & Canonico, sed etiam Diuino, *c. fin.* 35. *q.*6. Dec. *conf.* 92. *nu.* 23. *& seq. lib.* 2. vbi testatur de communi, & verissima opinione.

Etiam apud Regulares, & in fauorē piæ causæ.

5. AMPLIATVR 2. Regula; Vt nec Iudex, qui potest iudicare, sola facti veritate inspecta, prout est Iudex Regularium, possit dare plenam fidem vnico testi, Alexan. Bursat. Corn. Gabr. Iosephus Ludou. Rimin. & Farin. *q.* 63. *nu.* 13. Neque in fauorem piæ causæ, Cephal. Dec. Rimin. & Farin. *n.* 14.

Deponens de facto proprio, quantū probet vnicus?

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt testis vnicus de facto proprio deponens, non probet, nempè plenè, Alex. Boss. Cæphal. Cou. Cyn. Decian. Iaf. Menoch. Boer. qui testatur, de communi, de qua etiam Ioseph. Ludou. & Corr. qui plures refert, Gabr. Villal. & Emanuel, Soarez, & tandem hanc magis cōmuniter receptam ait Farin. *q.* 63. *n.* 208. vbi alios cōcordantes DD. adducit. Et hæc ampliatio præsertim procedit in criminalibus, in quibus plures ex citatis DD. loquuntur, inter quos benè hoc tractant, Cæphal. & Iosephus Ludou. Et tunc minus probaret talis testis, quando ageretur de eius interesse, commodo, vel damno euitando, Menoch. qui ait, quod ab hoc dicto nemo dissentit, Farin. plurimos citans, & testans de communi *num.* 211. Et multo minus, quando huiusmodi testis non esset omni exceptione maior; talis enim non solum non probaret plenè, at nec plusquam semiplenè; sed tantum semiplenè, Castren. Corrad. Dec. Iaf. & melius Menoch. Tiraq. & Farin. *q.* 63. *nu.* 215. Et dato quod talis testis esset infamis, neq; semiplenè probaret, nisi cum tortura, Crot. Hercul. & Farin. *n.* 216. Immò si pateretur testis plures defectus, nec, secundum Farin. *n.* 217. semiplenè cum tortura probaret; subdens *n.* 218. cum Cæphal. quod si testis deponens de facto proprio, se faceret non modo infamem, sed etiam socium criminis, nihil prorsus probaret; & rationem huius reddens ait; quia aliàs semper socius criminis probaret, sēper enim deponit de facto proprio; quod est absurdum; Vnde cōclusit Cæphal. *conf.* 741. *n.* 14. *lib.* 5. quod testi de facto proprio deponenti non creditur, quando illud factum tendit in sui ipsius infamiam, & vituperium; puta si testis dicat, se falsum, aut adulterium commisisse; Ita hanc controuersam materiam Farin. resoluit, vbi supra, postquam *n.* 213. *& seq.* opiniones vtriusque partis controuertentium retulit.

7. LIMITATVR 1. Ampliatio 3. Vt testis vnicus de facto proprio deponens plenè probet, præsumptionibus, & adminiculis cum tali teste concurrentibus, Bar. Castren. Masc. Menoch. & plures alij, relati à Farin. *q.* 63. *n.* 221. inter quos Cæphal. & Beninten. dicunt, quod ita communiter sentiunt omnes DD. An autem adminicula pertingant ad supplendam plenam fidem huius testis, arbitrio Iudicis

Vnicus de facto proprio deponens cōcurrētibus adminiculis quantū probet?

S re-

remittitur, Hercul. Iosephus Lud. Menoch. Tiraq. & Far. *n.222.*

De facto proprio solus deponens plusquã semiplenè probat.

8: LIMITATVR 2. Ampliatio 3. Vt, licet testis vnicus de facto proprio deponens non plenè probet, saltem ex eius dicto resultet plusquã semiplena probatio, Abb. Aym. Boss. Menoch. Cæphal. qui de communi testatur, Beninten. qui ait, quod omnes in hoc cõueniunt, Farin. ad saturitatem citans concordantes, *q.63. n.224.*

Immò plenè, dũ non agitur de præiudicio tertij.

9. LIMITATVR 3. Ampliatio 3. Vbi non agitur de alicuius præiudicio, tunc enim testis vnicus de facto proprio deponẽs, plenè probat, Castren. Dec. Decian. Marsil. & Farin. *q.63. n.225.* Vbi etiam, ait, cum Iosepho Lud. quod idem est dicendum, quando de modico agitur præiudicio.

Quid vbi veritas haberi aliter non potest.

10. LIMITATVR 4. Ampliatio 3. Vt in subsidium, & vbi veritas aliter haberi non potest, testis vnicus, de facto proprio deponens benè probet, Monticel. Anton. de Butr. & Farin. *q.63. num. 226.* Sed nota, dictum esse, benè, talem testem probare, non tamen crederem, quod plenè, testi enim vnico, & deponenti, vt persona priuata, etiam ex officio, plenè probare, tribuendum non videtur, per tradita hic *supra n.3.*

Quid in deponẽti de spectãtibus ad suũ officiũ?

11. LIMITATVR 5. Ampliatio 3. In officiali deponente, id quod ad suum officium pertinet, talis enim licet vnicus plenè probat, Menoch. qui alios refert, & ponit exẽplum in Notario, & Nũtio, Gabr. Iosephus Ludou. & Farin. *q.63. n. 227.* Sed hoc intellige in leuibus, secus in grauibus, Rimin. & Farin. *n.228.* Et minus creditur, vbi de eiusdem officialis agitur interesse, Rimin. Iosephus Ludou. & Farin. *num.229.*

12. AMPLIATVR 4. Regula; In omni teste, quantumuis digno, aut in dignitate posito, qui si vnicus sit, plenè non probat, Abb. *in cap. cum à nobis n.1. de testibus,* Iosephus Ludou. *in suis commun. opin. conclus. 70.* vbi testatur de magis communi, & Farin. *q.63. n.4.* vbi octo inducit DD. concordantes; Qui licet *n.5.* vndecim discordantes citet DD. dum testis vnicus esset persona notabilis, religiosæ, & probatissimæ vitæ; His tamen non obstantibus *nu.6.* concludit, quod ipse in iudicando ab hac Ampliatione, veriori, æquiori, & tutiori, nunquam discederet; præsertim, quando de graui tertij præiudicio ageretur; Subdens contrariam opinionem procedere tunc posse, cum de nullo, vel de modico ageretur præiudicio.

Vnicus licet in dignitate constitutus plene nõ probat.

13. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 4. Vt verificetur etiam in Episcopo, cuius dictum, saltem de consuetudine, plenam non inducit probationem, Abb. Campeg. Decian. Ias. Monticel & Farin. *q.63. n.15.* An verò literis Episcopi plenè credatur, vide gl. & latè DD. *in cap. post cessionem, de probat.*

Vt Episcopus.

14. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 4. Vt Cardinalis testimonium, asserentis id, quod suam non cõcernit iurisdictionem, dum tendit ad alterius præiudicium, non plenè probet, *gl. in cap. sicut, vbi* Abb. *de sent. excomm.* Aret. *in c. cum à nobis, de testibus,* Felyn. *in cap.*

Item Cardinalis.

quod

quod super his, de fide instrum. & ibi Anton. de Butr. Barba. Card. Dec. Ias. Masc. & plures alij, quos citat, & sequitur Farin. *q. 63. n. 66.*

15. Sed nota, quod quamuis in casu huius 2. Subampliationis non credatur plenè Cardinali, plus tamen ei creditur, quam alteri testi; & duobus Cardinalibus plus creditur, quam pluribus alijs; Ant. de Butr. Gabr. Mascar. & Far. *q. 63. nu. 73.* Quantum autem credatur Cardinali asserenti, se Legatum Papæ, vel Delegatum in aliqua causa, vel asserenti aliquid nomine Papæ, & in his, quæ legationis naturam trascendunt, & præsertim, dum Papæ sunt reseruata, Vide Farin. *q. 63. nu. 55. cum alijs per totum caput secundum.*

Papæ, & Principi quantũ credatur.

16. Assertioni verò, & testimonio Papæ, & Principis superiorem non recognoscentis; Item Principis recognoscentis superiorem, quantum credatur, latè Far. *q. 63. n. 79. & per totum cap. tertium.*

Nec statutũ, nec Princeps possunt facere, vt vnicus plenè probet.

17. AMPLIATVR 5. Regula; Vt nec à statuto, nec a constitutione, nec a consuetudine, nec à Principe supremo fieri possit, vt vnico testi plena adhibeatur fides, Crot. Rom. Gabr. qui concordantes refert, Tiraq. qui latè ampliationem comprobat, Decian. Masc. Montic. & Farin, qui plures alios cumulat, *q. 63. n. 8.* & in sequentibus ait, quod licet plures DD. contra sentiant, tamen in iudicando à proposita ampliatione verissima, & magis communi non est recedẽdum.

Limitatur dũ

18. LIMITATVR 1. Ampliatio 5. Vt non procedat, quando non agitur de præiudicio tertij, præsertim si vnicus testis sit persona grauis, vel in dignitate constitutus, Abb. Felyn. Gabr. Rom. Socin. Tiraquel. qui idem censet in leuibus, & modici momenti, & præiudicij, Farin. *q. 63. n. 11.* subscribit.

de præiudicio tertij nõ agitur.

Item in aliquo casu authoritate Principis, vnico plene creditur.

19. LIMITATVR 2. Ampliatio 5. Vt licet Princeps hoc non possit facere generaliter, & in omnibus casibus, possit tamen in aliquibus, & ex certa causa, quia, & si Princeps non possit in totum tollere ius Diuinum, potest tamen in certis casibus illud limitare, *c. licet, de ferijs*, cum alijs in proposito relatis per Crot. & ita limitant hanc Regulam Ias. Tiraq. qui exẽplificat in casu necessitatis, vel euidentis vtilitatis, Corrad. Madalen. qui benè comprobat, & loquitur in Principe, statuto, & consuetune, & Farin. *q. 63. n. 12.*

De consensu partiũ in persona, & dicto, in certo negotio, vnicus plenè probat.

20. LIMITATVR modo proposita Regula 1. Vt de consensu partium possit fieri, vt vnico testi plene credatur, cum, de consensu, possit etiam fieri, vt dicto alterius partis stetur, vt probat Farin. *q. 63. n. 21.* iuribus, ratione, & Doctorũ authoritate, inter quos Alex. testatur de communi; & hanc limitationem tenent Anton. de Butr. Boss. Crot. qui cum Ang. ampliat etiam in vnico infami, Felyn. Ias. Mascar. Moncad. qui contrarijs respondet; & de communi testantur Couar. Diaz, Duen. & Viu. deque magis cõmuni Iosephus Ludou. & Farin. *n. 18.* qui relatis, *nu. 19.* Bar. cum sex alijs DD. contrarium sentientibus, concludit *n. 20.* quod in iudicando ab hac recedere

S 2 limi-

limitationem absurdum esset, quæ verior, & communior est; Quam intellige de consensu in persona, & dicto, aliàs enim vnicus testis non plenè probaret, Bal. Ias. Felyn. & Far. *n.22.* vbi alios citat; Et quod consensus sit, nedum in certa persona, sed etiam in certo negotio, aliàs nō plenè vnico creditur testi, ne fraudibus præbeatur occasio, Alciat. Aret. Ias. & Soc. *in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig.* Ang. cum alijs, quos citat, & sequitur Farin. *n.23.* Et his stantibus, an adhuc probatio in contrarium admittatur, arbitrio Iudicis videtur remittendum, cum Couar. *variar, resol. lib. 2. c. 13. n. 2.*

In extraiudicialibus, & vbi nō agitur de præiudicio plene vnico creditur.

21. LIMITATVR 2. Regula; In extraiudicialibus, & vbi nō agitur de alicuius præiudicio, vt si agatur, an Clericus possit celebrare; vel etiam de rebus modici præiudicij, in quibus vnicus plenè probat, Farin. cum citatis ab eo, *q.63. n.26.28.* & *30.* Et idem dicendum est de probatione confessionis Sacramentalis, & absolutionis ab excommunicatione, *n.37.* cum Campeg. Corrad. Gabr. & Marsil.

Quid in actu, in quo nō possunt esse plures testes?

22. LIMITATVR 3. Regula; quando essemus in probatione actus, in quo impossibile, vel saltem difficile esset habere plures testes, secundum Farin. *q.63. n.38. per tex. in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig.* citans concordātes Bertaz. Gabr. Masc. & Marsil. quod intellige, vt hic supra notaui *n. 10.* á multo magis.

Item in Officiali in leuibus, vel ad probandam

23. LIMITATVR 4. Regula; Vt Officiali vnico in leuibus, dicēti, sed denunciasse, vel citasse, creditur, Farin. cum alijs *q.63. n.40.* Sicut etiam creditur testi vnico in probatione verisimilis causę ignorantiæ, *n.49.* cum alijs.

dā causā ignorantiæ?

An vnico credatur plene ad defensam Rei?

24. LIMITATVR 5. Regula; Vt testi vnico plenè credatur ad defensionē Rei, & ad probandam eius innocentiam, dummodo talis probatio non sit contraria probationi Fisci, vel Accusatoris; Vt si probatum sit per plures testes, Meuium occidisse Titium, & ipse probet per vnicum testem, quod occidit, sed ad defensionem, seu quod vulneratus ab ipso nō obijt ex vulnere, sed ex malo regimine; In hoc casu Reus non poterit condemnari, sed tantum torqueri, ita declarat Boss. & subscribit Farin. citans concordantes, *n.42. & 43.* De hac limitatione vide Guaz. *defens. 29. cap. 3. n. 12.*

Vnicus plene probat in casibus, remissiuè.

25. LIMITATVTR 6. Regula; Vt testis vnicus plenè in pluribus alijs casibus, probet, de quibus Anton. de Butr. *in cap. veniens, il 1 n.8. de testibus,* vbi ex Spec. ponit casus 30. quibus Campeg. *de testibus, Regula 197.* alios addit. Quid in teste vnico etiam inhabili, & de credulitate contra producentem; Vide *hic supra q.41. n.2. vsque ad n.5.*

26. De materia huius q. latè Spec. *in tit. de teste §. restat.* & latius Farin. *q.63.*

An, & quantum probent testes singulares? Quæstio 44.

1 PRO explicatione, & dilucidatione huius testium singularium, non minus vtilis, quam obscuræ, inuolutæ, & admodum controuersæ materiæ, quædam præmittenda sunt.

2. Præ-

2. Præmitto igitur 1. quod testis singularis ille propriè dicitur, qui in sua depositione contestem non habet, secundum Mascar. Papien. Pegn. & Farin. *q.64. n.* 28. Non dixi, Testem, sed Contestem, non habet; vt indicarem differentiam inter testem singularem, & testem vnicum; Vnicus enim testis, cum nunquam numeri principium excedat, vnitatem scilicet, neque vnquam ad dualitatem ascendat, non solum contestem, sed nec testem comitem habere potest, aliàs, contra suum nomen vnicus diceretur; Singularis verò testis non excludit mille comites testes, dũmodo non sint contestes; Semper namque testes singulares dicendi sunt, dum non sunt contestes, vt declarant proximè citati DD.

Quis sit Testis singularis.

3. Præmitto 2. Iuxta receptiorem opinionem, de qua testatur Iosephus Ludou. & Farin. *q.64. n.* 4. quod tripliciter testis dicitur singularis, seu quod triplex est singularitatis species; Adminiculatiua, seu Cumulatiua, Diuersificatiua, & Obstatiua.

Quotuplex singularitas sit?

4. Adminiculatiuè testes singulares dicũtur, dum nulla inter eos est repugnantia, sed per diuersa media, ad eundem finem tendunt; Vt si vnus deponat de visu, alter de auditu; vnus de facto, alter de fama; vnus de numeratione, alter de confessione; vnus de vna confessione, alter de alia, Pegn. & Farin. *q.64. n.6.*

Adminiculatiua.

5 Diuersificatiuè testes singulares nuncupantur, quando deponentes de diuersis actibus, inducũt diuersitatem in rei substantia; vt si vnus deponeret de alapa inflicta in vno loco, & tempore, alius de alapa alia in alio tempore, & loco, Pegn. & Farin. *q.64. n.7.*

Diuersificatiua.

6. Obstatiuè testes singulares sunt, dum inter eorum dicta repugnantia, seu contrarietas est; vt si de eodem actu, vnus dicat factum fuisse in vno loco, alius in alio. Pegn. Farin. *q.64. n.5.* vbi citans concordantes, testatur de communi.

Obstatiua.

7. Præmitto 3. Testes non dicisingulares ex eo, quod seipsos in contestes non allegent, dummodo in depositione concordent, Catellia. Cotta *in suis memoral. in verb. testes singulares in fi.* citans Alex. Corn. Felyn. & Ruy. & subscribit Farin. *q.64. n.29.* ex Gabr. Et ampliat idem Gabr. etiam, quod vnus testis dicat, quod nullus alius erat præsens, vel quod non recordetur de præsentia aliorum.

Cõcordantes in depositione non singulares, sed contestes sũt licet vnus nõ allegat alterũ.

8. Præmitto 4. quod singularitas in testium dictis inducitur ex quolibet de decem prædicamentis, secundum Bal. *in l. de quibus, ff. de legib.* Ex prædicamento substantiæ; vt si vnus dicat de vna re, alter de alia; vnus de Titio, alter de Meuio, Bal. *ibidem*; Qualitatis; vt si vnus dicat furtum manifestum, alter non manifestum, Farin. *q.64. n.15.* Quantitatis; vt si vnus dicat de quinque, alius de decem, Archid. *in c. nihilominus 3. q. 9.* Relationis; vt si vnus dicat in negotio, se gessisse Titium, vt patrem, alter, vt filiũ familias, Bal. *vbi sup.* Agere; vt si vnus dicat quod egit; alter quod voluit agere, Bal. *ibidem*; Pati; quando vnus dicit, Titium occisum fuisse ense, alter bacillo, Bal. *ibi-*

Singularitas in testiũ dictis inducitur ex quolibet de decẽ prædicamentis.

ibidem; Habere; quando vnus dicit quod Meuius possidebat, vt dominus, alter, vt vsusfructuarius; Vbi; vt si vnus dicat, intra domũ, alius, extra domum, Bal. *ibidem*; Quando; dum vnus dicit per multum tempus, alter per modicum stetit, Aret. *cons.* 71. *n.* 2. Situs; vt si vnus dicat sursum, alter deorsum; dextrorsum, vel sinistrorsum, Farin. *q.* 64. *n.* 21. & ad supradicta redigi possunt reliqua, ex quibus singularitas in testibus induci posset. His prælibatis.

Testes singulares nõ probãt plenè.

9. REGVLA 1. sit Testes singulares non probant, *c. licet causam, de probat. & ibi* gl. Anton. de Butr. Dec. & Bero. & cum his concordant *in c. licet ex quadam, de testibus*, Hostien. Aret. & Fely. & est communis opin. vt asserunt Petrus Ant. à Petra, Antonius Gom. & Michael Crass. quos cum pluribus concordantibus refert, & sequitur Farin. *q.* 64. *n.* 33. Hæc Regula vera vtique est in ciuilibus, Farin. *n.* 57. sed multo magis in criminalibus, in quibus singularitatem fidem tollere testibus, dixerũt Abb. Dec. Igneus, Paris. Gomez. qui testatur de communi, & Farin. *dicto n.* 57. Adde his Clar. *§. fin. q.* 53. *vers. dixi etiam, vbi* ex Marsil. ait, quod ita tenent omnes scribentes. Intellige tamen Regulam, vt testes singulares non probent, nempè, plenè, & ad condemnandum pœna ordinaria; An verò probent semiplenè, ad torturam, plusquam semiplenè, & ad condemnandum extraordinariè, patebit ex dicendis *infra in hac q.*

10 AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt non solum non probent testes, qui sunt singulares, sed etiam qui possunt esse singulares, Alex. Bar. Bal. Corr. Viu. cum octo alijs DD. relatis à Farin. *q.* 64. *n.* 61. *vbi* ait, quod non solum hæc Ampliatio communiter est recepta, sed quod non habeat contradictorem, quem viderit.

Quid de testibus qui possũt esse singulares?

11. Sed contra hanc Ampliationem facit, quod in dubio testes nõ præsumũtur singulares, sed contestes, Alex. Bos. Castren. Caccialup. & Mascar. cum decem alijs DD. quos refert, & sequitur Farin. *q.* 64. *n.* 317. vbi testatur de communi, & ita tenuit Rota Rom. *diuers. decis.* 191. *n.* 4. *par.* 1. Cum ergo testes in dubio possint esse singulares, & tamen in hac secunda communi opinione præsumantur contestes, igitur testes, qui possunt esse singulares plenè probant, contra propositam Ampliationem; Corroboratur hæc obiectio; Quia ad hoc vt testes non dicantur singulares omnis interpretatio faciẽda est, dummodo absq; aliqua verborum suppletione fiat, Bal. Lanfr. & Farin. *n.* 322. qui contra Petram hoc verissimum existimat; Ergo, &c.

12. Pro concordia distingue; Aut enim sumus in casu, in quo dubium est, an testes deponant de diuersis actibus, & propterea possint esse singulares, & quia actuum pluralitas nõ præsumitur, *c. cum Ioannes, de fide instrum.* Bal. *in l. neq; natales, n.* 3. *C. de probat.* testes non præsumuntur singulares, sed contestes, ita Gabr. Cæph. Montic. & Far. *q.* 64. *n.* 319. & ita procedit se-

Vel ratione actuũ diuersorum?

cunda opinio contraria Ampliationi; Aut verò sumus in casu in quo dubium est, an testes deponāt de diuerso loco, & tempore, & quia pluralitas temporū, & annorum, more fluentis aquæ currentium, præsumenda est, nisi expressè constet, quod testes deponant de eodem tempore, testes non contestes, sed singulares præsumuntur, & in hoc casu procedit Ampliatio 1. vt declarant Gabr. Cæph. Montic. & Farin. *dictio n.319.* Quam nihilominus Ampliationem limitāt, Crot. Petra, Montic. Ruyn. & Farin. *n.321.* vt diuersitas in loco, & tempore, nec præsumatur, ad testes reddendos in dubio singulares, nisi quando locus, & tempus sunt de substantia actus, super quo testes deponunt, aliàs secus.

Vel diuersorū loco rum, & temporum?

13. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt nec in fauorē piæ causæ probent testes singulares, Farin. *q.64. n.63.* citans Paris. & Gabr. & hoc extendit idem Gabr. vt nec in causa matrimoniali testes singulares probent.

Nec in fauorē piæ causæ singulares probant.

14. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt nec credatur testibus singularibus in causa de bono, & æquo decidenda, & secundum ius gentium (prout sunt causæ Regularium, iuxta tradita *hic sup. q.4. n.3.*) ita Curt. Iun. Rimin. & Farin. *q. 64. n.62.* Intellige tamen, vt notabitur infra in hac *q. n.39. & 40.*

Neq; in causis Regularium.

15. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt testes singulares, quorum vnus deponit de vno miraculo; alter de alio, minimè dicantur probare miracula, Mascar. *de probat. lib.2. concl.* 1060. vbi plures concordantes inducit, Alex. Archid. Fely. Innoc. & Farin. *q.64. n.65.* plurimos etiam referens, & testificans de communi; licet secundum Fely. probent famam super miraculis. An probent contra producentem; Vide *hic infra n.44.*

Nec probāt miracula.

16. REGVLA 2. sit. Testes singulares singularitate adminiculatiua, seu (vt alij vocant, cumulatiua) probant; Et hæc Regula, est velut limitatio præcedentis Regulæ primæ, nempe, vt non sit vera in testibus singularibus adminiculatiuè; & eam tenuerunt Bal. & Dec. *in c. licet causam, de probat,* Ias. Rip. & Franc. Curt. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* & de communi testificantur multi apud Farin. *q.64. n.112.* Qui tamen DD. intelligendi sunt, vt benè, non plenè testes probent sigulares, sed solum semiplenè, & aliquando plusquam semiplenè, secundum quod animus Iudicis mouetur plus, vel minus ad præsumendum, seu indubitanter credendum, ita alijs relatis declarat Caccial. *in dicta l. admonendi n. 92.* Corrad. Monticel. Rolan. Gabr. qui testatur de communi, & Farin. *n.113.*

Singulares adminiculatiuè benè probant, & quantum?

17. AMPLIATVR 1. Regula 2. seu potius declaratur; Vt quando vnus testis deponeret de veritate, facti, alter de confessione Rei, isti testes, licet diuersi, & singulares, coniunguntur, & probent, quia vnus alteri non aduersatur, sed adminiculatur, Alex. Bal. Fely. Masc. Monticel. Rimin. Viu. cum pluribus alijs apud Farin. *q. 64. nu. 114.* inter quos Franc. Curt. *in trac. de testibus concl.46. n.92.* ait, quod in nul-

Vt cum vnus de veritate facti, alter deponit de cōfessione.

in nulla materia mundi, testes dicuntur singulares, vbi conclusiuè vnus idem dicit, quod alter: Et hæc Ampliatio tūc magis procederet, nempè, vt testes coniungantur, & probent, dum vnus testis deponit de veritate facti, & alij plurimi singulares de confessione Rei, & de fama, Aym. Cæpol. Mascar. & Farin. qui hos referens, non dissentit, *n.* 118. licet non desint permulti DD. contra hanc Ampliationem tenentes, quos referēs Farin. *n.* 115. expresse ait, *n.* 116. per hoc recedendum non esse ab hac Ampliatione, quam in se verissimam esse dicit.

Quid in criminalibus? 18. Et extendit *n.* 119. eam procedere etiam in criminalibus, citans Calcan. Subdēs cum Menoch. & secundum magis receptam opinionem, quod in causis criminalibus, in quibus agitur de pœna pecuniaria, duæ semiplenæ coniunguntur, secus si ageretur de pœna sanguinis.

Declaratur. 19. Bona est doctrina huius Ampliationis, seu declarationis, quæ vlterius declaranda est; Vt si vnus testis legitimus deponeret de veritate facti, & alter de confessione, vnirentur quidem isti testes, sed ex eorum dictis non resultaret plena probatio ad condemnandum sufficiens, Caccial. *in l. admonendi n.* 86. *&* 92. *ff. de iureiur.* Gabr. qui plures refert, Soarez, qui de communi, & Farin. *q.* 64. *n.* 126. qui *n.* 123. vltra prædictos citat alios concordantes, nempè Bertaz. Mascar. Paris. & Aym. qui pariter de communi; Sed iuxta tradita hic sup. *n.* 16. resultaret semiplena, secūdum Alex. Aym. Petram, & Bal. Vel etiam plusquam semiplena, vt notant Aym. Caccial. Gabr. qui concordantes inducit, Socin. & Farin. *n.* 128. *&* 129. At si cum teste deponente de veritate facti, duo alij contestarentur confessionem extraiudicialem, ex his duabus semiplenis, plena resultaret probatio, Aym. Menoch. qui concordantes refert, Gabr. qui testatur de communi, & Viu. qui ait, hanc canonicam, & verissimam esse opinionem, quos sequitur Farin. *nu.* 125. Immò si cum teste deponente de veritate facti, alter tantum deponeret de confessione extraiudiciali, facta tamen parte præsente, plena esset probatio, Aym. Franc. Curt. Gabr. Mascar. Rip. qui testatur de canonica, & verissima opinione, quibus subscribit Far. *n.* 121.

20. Quid vero sit dicendum de testibus deponētibus de confessionibus diuersis loco, & tempore factis, præsente, vel absente parte, Vide Far. *q.* 64. *n.* 131. & sequentibus; qui *n.* 145. cum Boss. Marsil. Paris. & alijs, tenet, quod in criminalibus, testes deponentes de diuersis confessionibus Rei super delicto, diuersis loco, & tempore factis, non faciant inditium, cum tales depositiones non coniungātur. Deponentes de confessionib. diuersis loco, & tēpore factis.

21. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt testes singulares probēt plenè quid in genere, Farin. ad saturitatem citans *q.* 64. *n.* 150. *&* 153. vbi testatur de magis communi (licet alij relati *n.* 151. contrarium dixerint) Intellige Ampliationem, dum non agitur de probatione certi actus, certo loco, & tempore Singulares hi testes, an probent plene quid, in genere?

facti,

facti, sed articulatur genus, idest adulterium in genere, Far. *n*.154. & species actuum, non quidē adulterij, sed ex quibus infertur genus, nempè adulterium, super quibus testes deponunt, plenè probentur per contestes, aliàs secus, Iaf.& Farin. *n*. 155. Abb. Fely. & Mascar. cum alijs *lib*.1. *concl*.65. *num*.2. Et dummodo non simus in criminalibus, in quibus tales singulares testes non sufficerent ad torquēdum, & multo minus ad puniendum, Farin. *n*.156. qui *nu*.157. citat Clar. Foller. Pegn. & Bertaz. qui alijs relatis testatur de veriori, & magis communi, Simanc. Petra, & Far. *n*.229. & 231.

22. Sed dum e. g. ageretur de probando inhonestam vitam alicuius mulieris, vel diffamationem in genere, quod quis sit adulter, aut quid simile; In his casibus, testes singulares optimè probarent, dum deponerent de diuersis actibus inhonestis dictæ mulieris, seu de diuersis adulterijs illius, qui prætenditur adulter, Abb. Masc. Montic. & quam plures alij, quos sequitur Farin. *q*.64. *n*.223. inter quos testantur de communi Alex. Petra, & Bertaz. qui alios refert; Intellige, vt dicti testes singulares probēt e. g. adulterium in genere, non autem certum adulterium, Bertaz. & sex alij DD. quos citat, & sequitur Far. *n*.225. qui *n*.227. ait, ita intelligendos esse omnes DD. qui dicunt simpliciter testes singulares adulterium probare.

Cōtrouersus eit hic pūctus. 23. Quod dictum est in hac Ampliatione verum est etiam in omni casu, in quo agitur de probando mores, & qualitates alicuius personæ, secundū Bal. Corrad. Petram, Riminal. & Far. *q*.64. *nu*.224. Nec non dum tractatur, de probando, quod quis sit vsurarius, vt secundum magis communem, citatis alijs ad saturitatem, in hoc controuerso puncto, determinat Farin. *n*. 195. *vsq*. 200. Qui ventilat, *n*.201. *vsq*.215. maiorem controuersiam de probando in genere hæresim, & eam resoluit distinguendo *n*.216. *vsq*.219. ad quem, lectorem remitto, breuitati incumbens, cum hæc materia, non ad iudicium Regulare, sed ad sanctum Inquisitionis officium spectet. De hæresi remittitur.

24. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt testes singulares adminiculatiuè plenè probent totum, dum deponunt super diuersis partibus, ex quibus infertur totum, Abb. *in c. licet ex quadam, de testibus*, vbi Fely. & Aret. qui testatur de communi, Farin. *q*.64. *n*.160. qui *n*.161. cum Aret. limitat dummodo expresse sit capitulatum de partibus; & partes singulæ sint per contestes probatæ, Aret. Bal. & Farin, *n*. 162. Et simus non in diuiduis, sed in indiuiduis, Corr. Fel. & Far. *n*.163. Totum an plene probetur per singulares deponentes de partibus?

25. AMPLIATVR 4. Regula. 2. Vt testes singulares adminiculatiuè coniungantur, & plenè probent possessionem, deponentes de pluribus actibus possessorijs, factis diuersis loco, & tempore, Imol. qui alios citat, Ang. & Socin. & de magis communi testatur Corrad. Viu. & Farin. *q*.64. *n*.164. vbi plurimos citat, & in sequentibus limitat; Et idem dicendum est in probatione iurisdictionis, de qua vide Quid in deponētibus de actibus possessorijs, diuersis loco, & tēpore factis; Vel in probatione iurisdi-

 Farin.

ctionis, seu cõsuetudinis? Farin à.n.182. De probatione vero consuetudinis est controuersia, de qua Farin. controuersiam concilians, à n.190.

26. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt per testes singulares adminiculatiuè plenè probetur crimen læsæ Maiestatis, Mascar. Mars. Foller. Farin. cum pluribus alijs ab eo citatis q.64.n.120. Quod intellige, quando tale crimen fuit commissum per plures actus, & tractatus, tunc enim testes singulares, quorum vnus deponit de vno actu, alter de alio, sibi adminiculantur, & plenè probant, & si de loco, & tempore discordent; Secus si ageretur de probando dictum crimen ex vnico, & specifico actu; tunc enim singularitas esset obstatiua, & fidem illis tolleret, Foller. Petra, Osasc. & Far.n.222. Extende hanc Ampliationem sic declaratam ad conspirationem, tractatum, & rebellionem, cum Anchar. Crot. Gig. Mascar. & Farin.n.221. vbi, hanc totam Ampliationem dicit communiter à DD. esse receptam.

Quid in crimine læsæ Maiestatis; cõspirationis, tractatus, & rebellionis?

27. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt testes singulares adminiculatiuè, deponentes, vnus de minori summa, quantitate, aut numero, alter de maiori, regulariter probẽt, & concordentur in minori, Alex. Bal. Imol. Viu. qui alijs relatis testatur de communi; Et pluribus hanc Ampliationem comprobans Petra, testatur de magis communi, & recepta opinione, de qua etiam Far. relatis multis concordãtibus, q.64.n.233. Quamuis multi ab eodem relati n.234. contra sentiant.

Vnus deponens de maiori, alter de minori, an concordentur?

28. LIMITA hanc 6. Ampliationem; Vt procedat, quando testes deponerent super his, quæ solo iudicio, & discursu intellectus percipiũtur, vt si ageretur de extimandis damnis, de pretio, & valore rei, secus si de his, quæ sensu corporeo percipiuntur; talis enim variatio implicaret contradictionem, & testibus tolleret fidem, Io. Anan. Petra, & Farin. q.64.n.242. Item dum constat, quod testes loquuntur de eodem actu, secus, si de diuerso, Far. alios citans n.244. & seq. Et quando discordia est modica, secus, si magna, Alciat. Vrsil. & Far. n.252. Item quando testes deponunt per verbum circa, secus si clare de aliquo certo, Alex. Bal. Imol. Io. And. relati a Mascar. conclus. 1213. n.65. de probat. lib.3. Et tunc tanto minus concordarẽtur, & probarẽt, quando vt sup. discordantes, deponerent per dictionem taxatiuam, Petra, Vrsil. & Farin. num.249.

29. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt testes singulares adminiculatiuè, bonam, & etiã malam famam plenè probent, Gabr. qui plures alios refert, Io. de Amic. Petra, Rimin. & plurimi quos refert, & sequitur Farin. q.64.n.253. & 254. vbi testatur de communi, licet aliqui alij contra senciant: Vnde si vnus testis nominet aliquos famæ authores, alter alios, vnus dicat audisse in platea, alter in burgo, vnus tali die, alter alia die, &c. plenè probant, secundum Farin. q.47.n. 265. dummodo sint contestes in specie famæ, vel infamiæ, de qua agitur, alias secus, Bal. Aemil. Mascar. & Far. q.47.n.305.

Quid in famæ probatione?

30. AM-

Quid in probatione furoris ex diversis actibus? 30. AMPLIATVR 8. Regula 2. Vt testes singulares adminiculatiuè, deponentes de diuersis actibus furoris, diuersis loco, & tempore factis, plenè probent, quod quis sit furiosus in genere, Io. And. Alex. Boer. Fely. Maran. Ruyn. & Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 827. n. 8. vsq; ad 11.* & Farin. *q. 64. num. 259. & seq.*

Vel quod quis sit sacerdos, visus diuersis in locis celebrare, &c.? 31. AMPLIATVR 9. Regula 2. Vt per testes singulares adminiculatiuè, plenè probetur, quod quis sit sacerdos, dum vnus deponit vidisse eum celebrantem vno die, alter alio die, vnus, quod audiuit epistolam, alter Euangelium, Far. citans alios *q 64. n. 281. & seq.*

Vel iunctis etiã alijs adminiculis? 32. AMPLIATVR 10. Regula 2. Vt testes singulares adminiculatiuè plenè probent, iunctis alijs adminiculis, Alex. Aym. Petra, & alij relati à Far. *q. 64. n. 302.* qui *n. 303.* ait, hoc non procedere in criminalibus ad condemnandum, saltem pœna ordinaria.

Quid in testibus nobilibus probis, & in verisimiliter informatis. 33. AMPLIATVR 11. Regula 2. Vt testibus singularibus adminiculatiuè nobilibus, probatæ vitæ, & verisimilia deponentibus possit Iudex plenam fidem adhibere, Castren. Marsil. qui, hoc ponit pro singulari quotidiano, & practicabili, Tiraq. Corrad. Gabr. Monticel. Rimin. cum decem alijs DD. relatis à Farin. *q. 64. n. 304.*; Qui tamen citans ad oppositum Crot. & Bero. ait *n. 305.* horum opinionem, fortè veriorem, Subdens *nu. 306.* quod si voluerimus hanc Ampliationem sustinere, limitanda erit, vt in duobus tantum casibus procedat; Primus, quando agitur de probando, quid in genere; secundus, cum non agitur de alicuius præiudicio, ita cum Bero. arctat, sed videtur nimium, hanc Ampliationem, quam ipse, dicto *nu. 304. in fin.* fatetur communiter receptam a DD.

34. AMPLIATVR 12. Regula 2. Vt testibus adminiculatiuè singularibus, possit Iudex plenam fidem præstare, si ex iusta causa, eius arbitrio iudicanda, ita ei visum fuerit, Aym. Couar. Corrad. Mars. Menoch. & Farin. *q. 64. n. 310.* vbi sex alios concordantes inducit, & testatur de communi; sicut è contra, ex iuxta causa, potest non adhibere fidem testibus singularibus, in casibus, in quibus de iure esset adhibenda, Gabr. Marsil. Menoch. & Farin. *n. 311.* Sed dictam iustam causam in sententia Iudex exprimere debet, ne in sindicatu teneatur, neue eius sententia in appellatione reuocetur, Curt. Lãberteng. Menoc. Paris. Socin. & Farin. *n. 313.* Ex iusta causa Iudex præstat vel nõ, plenam fidẽ testibus &c.

35. AMPLIATVR 13. Regula 2. Vt plenè probent testes adminiculatiuè singulares, vbi de modico agitur præiudicio, Aym. Corrad. Gabr. Montic. Petra, & Far. *q. 64. n. 298.* Plene probãt, vbi de modico præiudicio agitur.

36. AMPLIATVR 14. Regula 2. Vt, in his, quæ sunt difficilis probationis, probent, Farin. *q. 64. nu. 197.* Bertaz. *cons. 273. n. 5. & seq.* nec dissentire videtur Ioan. Bapt. Ferret. *cons. 168. n. 11.* vbi ait, quod testes singulares probant in causis, in quibus præsunta probatio habetur pro plena; Vide tamen in proposito Paulum Granu. *theore.* Quid in ijs, quę sũt difficilis probationis.

23. n.15. lib.1. vbi ait, quod testes singulares in isto casu faciunt indicium; Quantum probent contra producentem, vide infra hic n. 44.

Singulares plures diuersificatiue, tantũ probant quantũ vnus ni si, &c.

37. REGVLA 3. sit. Testes plures singulares, singularitate diuersificatiua, tantum probant, quantum vnus, Albertin. Caccialup. Iosephus Ludou. & Farin. q.64. n.42. & consequenter semiplenè probant, Caccialup. qui testatur de communi, Albertin. (qui declarat, dummodo inter huiusmodi testes adsit vnus, qui sit omni exceptione maior) Bal. Calcan. Corn. Osasc. Specul. & Far. q.64. nu.45. & 47. dummodo inter eos non sit tanta diuersitas, vt contradictionis imaginem in se habeat, tunc enim nec semiplenè probarent, Aym. Bar. Bal. Caccial. Salyc. & Farin. n.48. & seq. & de his intelligendi sunt Dec. Rip. & plures alij, dicentes; testes singulares diuersificatiuè, nihil probare, vt declarat Farin. nu. 55. vbi testatur de communi.

Diuersi in loco, & tempore in reiterabilibus, nõ perdunt fidem.

38. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt testibus diuersificantibus, & discordantibus in loco, & tempore, dum probant actum iterabilẽ, per hoc non tollatur eis de fide, Bertaz. Hostien. Monticel. Rim. Rolan. & Far. q.64. n.85. vbi plures alios referens testatur de communi, & ita notant omnes in l. testium, C. de testibus, licet aliqui alij contra senserint; Et hæc ampliatio tunc maximè procedit, dum agitur de probando; quod actus iterabilis sit iteratus, si verè iteratus sit; Secus si ageretur de probando vnum actum iterabilem, non tamen iteratum, tunc enim testes diuersi in loco, & tempore, nihil omnino probarent. Caccial. Aym. qui benè hanc declarat materiam, & benè reassumit Petra, & hos sequitur Farin. n. 87.

Quid in actibus cõtinuis, & successiuis, dũ diuersitas est in loco, & tẽpore.

41. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt diuersitas in loco, & tempore in actibus continuis, & successiuis non reddat testes singulares, ita vt non solum probent plusquã vnus, sed benè probent, gl. in cap. nihilominus, & ibi Præpos. n. 7. qui testatur de communi, 3. q. 9. Dec. Fely. Monticel. Aym. Petra, Gabr. qui testis est de cõmuni, & magis communi, & Farin. plures concordantes adducens, q.64. n.90. Exemplificant multi ex præcitatis DD. in testibus deponentibus, quod viderunt per foramen vnus post alium adulterium, copulam, vel alium similem actum, hi enim plenè probant secundum dictam gl. & Præpos. qui de communi, Bal. Corrad. Cyn. Mascar. Pegna, & Farin. nu. 91. vbi plures concordantes alios inducit.

Quid si cõcordent in substãtia, sed discordent in verbis, circunstãtijs, &c.

42. AMPLIATVR 3. Regula 3. Vt testes singulares, licet diuersi in verbis, in circumstantijs, in redditione rationis, vel in modo narrandi, si concordes sint in substantia, & sic tendant ad eundẽ finem, benè probent, Aym. qui testatur de communi Bal. Bertaz. Caccialup. Corrad. Felyn. Ias. Masc. Rip. & Far. ad saturitatem citans alios, q.64. n.147. Qui num.149. limitat hanc Ampliationem, vt testes, in hoc casu, non plenè probent, sed tantum semiplenè, vel plusquam semiplenè, cum Siman. in tract. de hæret. tit. 64. n. 64. vbi loquitur in

cri-

criminalibus, & citat Aym. Bal. Dec.& Fel.& cõcordant Iosephus Ludou. Petra, & Far. *q.64.n.113.*

De singularitate obstatiua, remissiuè. 43. REGVLA 4. hic subnectenda esset de testibus singularibus, singularitate obstatiua, sed quia idem est dicere, quod testes sint singulares obstatiuè, & quod inter se sint contrarij, de quibus agendum erit *in sequenti proxima q.* 45. ad eam lectorem remitto.

44. De materia huius *q.* 44. latè Monticel. *in repert. test. rubr. impugnatio testis, quia singularis, & rub. testes, quando probent, & alijs in locis in hac quæst. citatis*; & latissime Farin. *q.64.* Testes singulares de credulitate, & inhabiles contra producentem, an & quantum probent, *vide supra hic q.* 41. *n.* 2. & 5.

An testes inter se contrarij probent, & concordandi sint? Quæstio 45.

Cõtrarietas oritur ex decẽ prædicamẽtis. 1. PRAEMITTO contrarietatem induci in testibus ex decem prædicamentis, ex quibus *in q.41.n.* 8. dixi induci etiam singularitatem, vt explicat Bal. *in l. testium, nu.* 14. *C. de testibus*, vbi ait, quod ex his pleriq; testes incidunt in contrarietatem, non solum in singularitatem.

Testes contrarij non probãt. 2. REGVLA 1. sit. Testes plures inter se cõtrarij nihil probant, inuicem enim se collidunt, Abb. Bal. Bosl. Foiler. Bertaz. qui testatur de communi, & Farin. *q.65.n.* 2. vbi pluribus alijs citatis, ait, hanc Regulam contradictorem non habere; Et idem prorsus dicendum est de testibus singularibus obstatiuè, Farin. alios ad familiaritatem citans *q.64.n.54.* & nota, quod hæc Regula cum sequentibus Ampliationibus procedit in ciuilibus, & multo magis in criminalibus, in quibus tales testes non probant, secundum tot DD. citatos a Farin. *q.64.n.57.* inter quos Gomez. testatur de communi.

3. AMPL. 1. Regula 1. Vt testes inter se contrarij, etiam si mille sint, nihil probẽt, Alex. Bal. Gram. quos refert, & sequitur Bertaz. *cõs.* 283. *lib. n.*2. Nec in criminibus exceptis, Bertaz. Mascar. & Farin. *q.65. n.* 4. vbi alios refert; Et loquendo in terminis, de testibus singularibus obstatiuè, quod minus probent mille, quam vnus, Farin. cum quamplurimis citatis ab eo, *q.64.n.39.* & 41. Minus mille, quam vnus.

4 AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt testes contrarij, seu singulares obstatiuè nihil probent, etiam si essent nobiles, & in se valde digni, vbi enim adest contrarietas, ibi & falsitas, quæ ex dignitate non suppletur, Albertin. *in c.1.q.16.n.62. de hæret. in 6.* Farin. *q.64.n.306.* Quãuis nobiles, & digni.

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt non solum nihil probent testes contrarij, & discordantes in facto, & substantia, sed nec etiam cõtrarij, & discordantes in loco, & tempore, dum locus, & tempus sunt de substantia actus, *gl. in l. ob carmen, §. fi.* vbi Bar. *n.2. ff. de testibus*, Archid. Bal. Felyn. Masc. Petra, qui de communi, Specul. & Farin. qui plures alios concordantes inducit, *q.64. nu.*77. Iminò nihil probant, etiam dum locus, & tempus non sunt de substantia actus, quando agitur de probatione actus momentanei Quid in contrarijs in loco, & tempore.

tanei irreiterabilis, in quo contrarietas in loco, & tempore, testibus fidem adimit in totū, Aym. Crot. Monticel. Petra, Alex. de Neuo, qui exemplum ponit in probatione homicidij, in qua diuersitas in loco, & tempore tollit fidem testibus, & concordant, *gl. in cap. nihilominus, vbi* Præpos. *3. q 9.* Felyn. Gigas, Antonius Gom. Imol. Rimin. & alij, quos citat, & sequitur Farin. *q. 64. n.* 88. *& seq.* Et idem dicendum est, dum agitur de probando vnum actum de sui natura iterabilem, non tamen iteratum, etiam dum tempus, & locus non sunt de substantia actus, Aym. Caccialup. Petra, Riminald. & Far. *n.* 87. Vt si vnus dicat furtum, seu assassinium in strata, alter in domo commissum, ita exemplificat Monticel, & Farin. *n.* 72. Vnus de die, alter de nocte, Felyn. citans Bal. *in cap. licet ex quadam, de testibus*, & subscribunt Monticel. Petra, & Farin. *n.* 73.

Sed in modico, seu dum deponunt de loco, & tempore dubitatiuè.

6. LIMITA Ampliationem 3. Vt non procedat, quando diuersitas, & discordia in testibus esset in modico tempore, hæc enim diuersitas non inducit singularitatem, & tanto minus contrarietatem, Gemyn. Monticell. & Farin. *q. 64. n.* 84. Sicut nec etiam dum testes dubitatiuè de loco, & tempore deponerent, & non benè recordarentur; vt e. g. Si vnus diceret, Credo, quod fuit mense Maij, alter credo, quod fuit mense Iunij; tunc enim non solū non præsumerentur contrarij, sed nec singulares per hoc essent, Aym. Petra, & Farin. *n.* 83.

Quid si omnes testes dicant non recordari de loco, & tempore.

7. Sed quid, si plures testes sint, & omnes dicant, de loco, & tempore non recordari? Dic quod omnes præsumuntur suspecti; etiam in casu, in quo locus, & tempus non sunt de substantia actus, Alber. Ioannes Andr. & Præpos. Et hic tamen ait, hoc Iudicis arbitrio relinquendum; Quod arbitrium secundum Farin. *q. 64. n.* 104. regulandum est, vt, dum tempus breue est, bene dicant isti DD. Secus si antiquum, Far. *n. 99. & seq.*

Testes discordantes in formalitate verborum an probent, vsq; ad nu. 11.

8. AMPLIATVR 4. Regula, 1. Vt testes contrarij, seu discordantes in verbis, dum agitur de formalitate verborum, nihil probent, etsi in sensu conueniant, Mascar. *lib 3. concl. 1368. n. 7.* vbi relatis alijs testatur de communi, Caccialup. *in l. admonendi n.* 88. *ff. de iureiur.* qui benè comprobat, & exemplificat, Bertaz. Ant. de Butr. Felyn. Montic. Rimin. & plures alij, quos refert, & sequitur Farin. *q. 64. n. 67.*

9. LIMITA 1. Ampliationem 4. Vt licet dum testes interrogantur à Iudice de formalitate verborum, si discordent, dicantur singulares obstatiuè, seu cōtrarij, & non probent; Nihilominus si ex seipsis discordarent in verborum formalitate, nec contrarij, nec singulares dicerentur, ita declarat Rolan. *lib. 2. cons. 33. n. 22. vsq; in fin.* Et hanc credit Farin. *q. 64. n. 69.* esse veritatem, & communem mentem DD. *hic sup. n.* 8. citatorum.

10. LIMITA 2. Ampliationem 4. Vt procedat, quando ageretur de probando factum recens, in quo obliuio non est verisimilis; Secus si tractaretur de facto antiquo plurimorum annorum, in quo non

est

est verisimile testes de præcisis verbis recordari, hi enim in formalitate verborum discordantes, benè probant; Immò si in tali casu in formalitate verborum concordarent, de falso suspecti essent, & nihil probarent, Bal. Castell. Cott. Rolan. & Farin. *q. 64. nu. 71. & q. 65. n. 27.* vbi ad saturitatem citat. Sublimita tamen, vt si testes sint bonæ famæ, benè probent, quãuis deponant per eundem præmeditatum sermonem; Sicut etiam in casu, quod testes essent plures, ex numero enim testium tollitur suspicio; Et in omni casu hic punctus Iudicis remittitur arbitrio, Masc. & Far. alios citãs *q. 65. n. 25. & seq.*

11. Sed regulariter, dummodo testes sint concordes in substantia negotij, licet discordantes sint in verbis, per diuersa scilicet verba deponendo, benè probant, Alex. Boss. Corr. Felyn. Monticel. Mascar. qui plures inducens testatur de communi, & Far. *q. 65. n. 22.* Et idem dicendum est de testibus discordantibus in modo narrandi factum, *c. nihil, de verb. sign.* Farin. *nu. 29.* DD. citans. Idem prorsus concludendum est, dum testes discordant, reddendo scilicet diuersas rationes, & causas scientiæ; per hoc enim non dicuntur contrarij, si concordantes sint in substantia negotij, de quo agitur, Bal. Corr. Dec. Innoc. Montic. Specul. & Farin. *n. 30. & 31.* vbi de communi, dummodo causæ, & rationes ad eundem finem tendant, Bero. & Farin. *n. 32.*

Quid si plures 12. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt testes inter se contrarij, non solum non probent, sed si vna probatio alteri præponderet, velut si duo testes contradicerent vni, vel plures paucioribus, pauciores puniantur, vt periuri, & falsi, Clar. *lib. 5. §. falsum, vers. conuincitur etiã, in princ.* Bal. Boss. Petra, & Farin. *q. 65. n. 7.* licet data paritate in numero testium contrariorum, non possit tractari de punitione, sed de inquisitione, carceratione, & tortura, Boss. Clar. Montic. & Farin. *num. 9.* contrarij sint paucioribus, vel æquales sint?

13. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt testes non probent, quãdo sunt contrarij in substantialibus, Anch. Petra, & Farin. *q. 65. nu. 16. & est tex. in c. dudum in ver. substantia, & ibi gl. de cõtrou. coniug.* Vel in qualitatibus, & circumstantijs substantialibus, Bero. Bertaz. & Farin. *n. 21.* Secus autem si discordes sint in qualitatibus, & circumstantijs remotis, extrinsecis, impertinentibus, & non substantialibus, talis .n. contrarietas testibus fidem nõ tollit, Alex. Bal. Bertaz. Boss. Dec. Ias. Et ita tenentes testantur de communi Mascar. & Petra; & alios plures referens Farin. *n. 16. & 20.* testatur de magis communi: Substantialia verò in proposito sunt ea, super quibus testes sunt producti ad probandum, & sunt capitulata, & articulata, Gram. Petra, Rimin. Sen. & Farin. *n. 18.* Vel, vt *ibidem* declarat Far. cum Bal. substantialia sunt omnia ea, quæ concluduntur sub iuramento, & forma articulata. Cõtrarij in nõ substantialibus probãt.

14. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt non procedat in illis testibus, quorum vnus deponit plus altero, Quid si vnus depo-

isti

nat plus altero? isti enim nō sunt contrarij, sed probant, potest enim esse, quod vnus audierit, vel viderit, quod non alter, Alex. Ang. Bero. Bertaz. Dec. Montic. qui plures alios refert; & de communi sunt testes Alciat. Masc. & Viu. & hos omnes, cum pluribus alijs, refert, & sequitur Farin. *q.65.n.* 11. Quæ tamen limitatio non procederet, quando testes loquerētur taxatiuè, tunc enim si vnus plus altero deponeret, nihil probarent, & contrarij dicerentur Aret. Bald. Petra, & Farin. *n.* 15. sicut nec in testamentis procederet limitatio.

15. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt procedat in magna contrarietate, modica enim contrarietas testibus fidem non tollit, Alex. Dec. Fely. Mascar. Monticel. Petra, qui plures alios refert, & testatur de communi, sicut & Farin. *q.65.nu.* 34. vbi alios inducens; subdit *n.35.* contrarium sensisse Bal. qui ait, minimam differentiam in testibus habere imaginem falsitatis, & contrarietatis, cui subscribens Bero. dixit, quod modica cōtrarietas non vitiat in accessorijs, secus in substantialibus; Sed hoc totum Alciat. & Monticel. arbitrio Iudicis relinquunt. Modica contrarietas, an tollat fidem?

16. LIMITATVR 4. Regula 1. In omnibus casibus, in quibus testes, qui videntur, contrarij, concordandi tamen sunt; Et de his in proxima seq. Regula. An concordentur remissiuè?

17. REGVLA 2. fit. Omnis interpretatio facienda est in depositionibus testium, vt inter illos contrarietas euitetur, ne existimentur falsi, neuè eis falsi pœna imponatur, *c. cum tu, & ibi gl.* & DD. omnes, præsertim Abb. Anan. Bal. Butr. Host. Imol. & Io. Andr. *de testibus*, Clar. *lib.5.§.falsum, vers. scias tamen*, Aret. Boss. & Farin. *q.65.n.* 37. vbi plures alios concordantes inducit, inter quos Petra testatur de communi. Omnis interpretatio facienda est, vt testes nō sint contrarij, ne puniantur.

18. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt ad euitandum falsum, testes in dubio non præsumantur contrarij, sed concordes, & contestes Castr. Petra, & Farin. *q.65.n.75.* Et si opus esset, ad eos concordandos, sunt verba eorum depositionum impropriandа, seu impropriè interpretanda, Abb. Ant. de Butr. Bertaz. Fely. & Petra, qui cū Far. *n.43. & 44.* testatur de communi; Immò ad hūc effectum improprijssime sunt verba interpretanda, Petra, Rimin. & Farin. *n.* 45. & 46. etiam si cū difficultate aliqua possent ad concordiam reduci, Aret. Fely. Petra, qui de communi, & Far. *q.65.n.47.* In dubio concordi tur ne puniātur verba etiā impropriādo.

19. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt ad euitandum in testibus falsum, fiat etiam interpretatio suppletiua, Bal. Petra, & Farin. *q 65. n.48. & seq.* Etiam per subauditos intellectus, Ang. Petra, & Farin. *n.* 52. Nec non per tēporum distinctionem, Alex. Boer. Socin. & Farin. *n.54.* & tenuit Rot. Rom. *diuers. par.2. decis.129.n.6. & seq.* Item per principium, & finem actus, Aret. Anan. & Imol. *in c. cum tu, de testibus*, Gabr. & Farin. *n.55.* Item per repetitionem sermonis, Abb. Anā. Fely. & Imol. *in dicto c. cum tu*; Item per multiplicationem actus, proximè citati DD. cum Farin. *n.38.* qui plu- Etiam per interpretationē suppletiua & alijs modis.

plures alios concordantes adducens, testatur de communi, & verissima opinione; sed eam limitat *n.39.* cum Abb. Arret. Corr. & Fely. vt procedat in actibus iterabilibus, & iteratis; Secus si ageretur de vnico tantum actu, vel de actu de sui natura non iterabili, vel non iterato, In quibus casibus testes remanerent contrarij, & falsi.

Multiplicitas, vel identitas, an in criminalibus præsumatur? * Notandum est generaliter, in criminalibus, quando multiplicitas iterabilium actuum, rerum, & personarum ad pœnam euitandam facit, vtique præsumenda est, non autem identitas, Abb. & Zabar. *in c. cum Ioannes, de fide instrum.* Mascar. Menoch. Tusc. Far. & alij, *in Frag. Crim. lit. I. n.* 71. Sicut è contra, vnitas, & identitas, in actibus, rebus, & personis præsumitur, non multiplicitas, quando ita præsumendo, delictum, pœnaque excluduntur, Bertaz. Foller. Mascar. & Far. *ibidem n.* 73. Quomodo verò identitas delicti, seu delinquentis probetur, declarat, & probat Far. *n.*74. 75. *cum sequentibus.*

Obijcitur contra ampliationes. 20. Nota tamen hic, quod hæc 2. & etiam 1. Ampliatio redduntur controuersæ, quia, Ang. Anchar. Felyn. & Rom. relati a Farin. *q.65. n.90.* tenent, quod interpretatio, quæ facienda est ad concordandos testes; vt euitetur falsum, debet esse probabilis, congrua, & consona veritati, aliàs testes non solum non essent concordandi, sed potius falsi reputandi; sed prædictæ Ampliationes videntur magis communes, & cum grano salis, practicabiles, sunt enim etiam magis piæ.

21. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt ad euitandum falsum, testium concordia fiat, si vnus alteri contradicat, vnus pluribus, plures pluribus, & etiā si hinc inde sit æqualis, vel inæqualis numerus testium, hæc Far. *q.65. à n.61. vsque ad 72.* in singulis particulis huius Ampliationis plurimos citās DD. concordantes. Cōcordantur ne sint falsi vnus pluribus, & è cōtra, &c.

22. REGVLA 3. sit. De iure Canonico concordia testium facienda est, non solum ad euitandum falsum, sed etiam, vt testes probent, vnde huic Regulæ subscribunt Canonistæ magis communiter, teste Farin. *q.65. n* 79. licet legistæ contrarium sentiant; vtrumque dictum est Imol. *in c. cum tu, n. 3. in fin. de testibus*; Et hanc Regulam, quam dicit communem, pluribus probat Ruy. & communem testatur etiam Petra, & his consentiens Farin. *n.*77. citat in comprobationem Rot. Rom. *coram Cæsare de Graff. decis.* 175. *n.*23. Secūdū canones cō-cordātur testes vt probēt.

23. Ex his infert Farin. *q.65. n.* 77. quod cum Regula vera sit de iure Canonico, in statu, & foro Ecclesiastico seruanda erit; Oppositum vero, nempe, quod concordia testium non sit facienda, vt testes probent, verum sit de iure Ciuili, & hoc in terris Imperij, & in foro seculari erit practicandum; & pro hac Farin. *n.76.* citat ad saturitatem legistas sic tenentes.

24. AMPLIATVR 1. Regula 3. seu potius declaratur; Vt quandocunq; contrarietas testium non est clara, sed ambigua, quia patitur plures iuridicos intellectus, de iure Canonico, etiam ad probationem, concordentur testes, Petra, In ambiguis tamen, non autem in claris.

V qui

qui plures concordantes inducit, & testatur de communi, & Farin. *q.65.n.88.* & in simili dixit Farin. de vnico teste vario, *q.66. nu.323. & sequentibus*, quid sentiendum. Vt si vnus dicat, quod sex anni sunt, quod talis hoc dixit, alter, quod septem, hi concordantur, conueniũt enim saltem in minori tempore, quia, qui dixit septem, inclusit de sex, & qui dixit sex, non negauit de septem Alex. Petra, & Farin. *q.65. n.251.* Item si vnus dicat, quod N. semper possedit, alter non semper, concordantur, primus enim intelligitur ferè semper, vel pro maiori parte, vel quod semper suis temporibus collegerit fructus, quæ collectio est actus possessorius, Tindar. qui ampliat in dicente continuò, indesinenter, &c. Bar. Boss. Cor. & Far. *n.254.*

Exemplificatur vsq; ad n.26

25. Subnecto alia exempla pro ampliori declaratione huius primę Ampliationis; Si vnus dicat N. percussum in manu, alter in fronte, cõcordantur, potest enim vno ictu vtrumq; præstari; Sed si vnus diceret in fronte, & alter, quod eodem ictu, in ceruice retro, non concordarentur, Bal. & Petra, qui tamen ait, concordiam in his testibus fieri ad euitandum falsum, secus vt probẽt, & sequitur Farin. *q.65. n.258. & sequenti*; Item si vnus dicat ante bellum, alter tempore belli, cõcordantur, sicut etiam si vnus dicat tẽpore belli, alter post bellum, quia intelligitur ante bellum, idest paulò ante bellum, & sic videtur, quod possit dici tempore belli factum, quod paulò ante extitit; & idem dic de interpretatione, post bellũ; quæ enim incontinenti fiunt dicuntur actui inesse, Bal. Petra, & Farin. *n.261. & seq.* vbi tot DD. refert: Si verò vnus diceret ante, alter post, concordarentur ad euitandum falsum, sed non ad probãdum, Farin. *n.263. vsq; 270.* Item si vnus dicat vidisse N. sanum tali die, alter eodem die vidisse N. infirmum, concordãtur, quia potest esse, quod illa die N. prius fuisset sanus, postea factus sit infirmus, Anchar. & Farin. *n.271.*

26. Accipe duo alia exempla; & si volueris plura alia, in quibus testes concordãtur, vel non concordantur, vide remissiuè apud Far. *q.65. n.282. & seq.* Si vnus dicat factum præsente N. & N. dicat, se nescire, nõ vidisse, vel audisse; concordantur, potest enim esse, quod N. fuerit præsens, & quod nihil viderit, vel audierit, Dec. Petra, Rim. & Farin. *n.276.* Qui. *n.279.* ait, in hoc casu multum Iudicis arbitrio tribuendum esse, cui dicto sit magis credendum. Item si vnus diceret factum præsentibus N. & N. & quod nullus alius aderat, alius, quod multi alij aderant; concordantur, quia primus intelligitur, quod nullus alius aderat, quĕ viderit, Alex. Ang. Dec. & Far. *n.280.* Sed de hoc dubitat Petra.

27. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt de iure Canonico facienda sit concordia testium, vt probent, etiam per multiplicationem actus, Anan. Butr. Fely. Imol. Tindar. & Farin. *q.65. n.88.* vbi testatur de communi Canonistarum.

Etiam per actus multiplicationem.

28. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt non procedat in contrarietate mani-

In clara contrarietate nō cōcordantur. manifesta, & patente, qua stante, nec de iure Canonico concordantur testes, vt probent, Ant. de Butr. Bal. Iacobus Butrig. Boss. Petra, & Farin. *q.65.n.94.* Vt si vnus diceret delictum patratum in domo, alter iuxta domum, vel in porticu domus, non concordantur, vt probent, Bal. Petra, Far. *num.245.& 248.* Vel si vnus diceret factum quid præsente N. & N. negaret se fuisse præsentem, nec isti concordantur, Alex. Bal. Bertaz. & Farin. plures inducens *n.244.* vbi testatur de magis communi; & ait cum Petra hoc procedere præsertim ad effectum, vt non probent *n.275.* licet alij relati *n.272.& 273.* contra sentiant. Item si vnus dicat, Titium occidisse N. gladio, alter baculo, Bero. dicit tales concordandos esse; Sed Bal. in simili dissentit; Ait enim quod si vnus dicat, N. percussum fuisse lapide, alter deponens de eodem ictu, dicat, N. percussum fuisse ferro, tales testes singulares esse in prædicamento substantiæ; Et hoc not. Far. *q.65.n.256.* tenet, quod, dum agitur criminaliter, & de pœna imponenda, istis testibus fides præstanda non est, licet aliquo modo possent concordari, Et idem dicendum esset, si vnus deponeret, N. percussum cum armis punctim, alter de eodem actu assereret, quod cæsim, sic Cott. Dec. Fely. & Far. *n.157.*

Exemplificatur.

29. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt non concordentur de iur. Canonico testes, vt probent, quando eorum contrarietas esset in facto principali, licet si contrarietas esset tantum in extrinsecis, & non substātialibus, testes etiam ad probationē, cōcordandi essent, Anan. Bero. Gram. Natta, Petra, & Farin. *q.65.n.81.* sicut etiam concordandi sunt, quando veritas aliter haberi non potest, Anton. de Butr. Iacob. Butrig. Tindar. & Far. *n.82.*

Quid si contrarietas sit in substātialibus & è cōtra, seu quando veritas aliter non potest haberi?

30. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt concordia in testibus non fiat, vt probent, quando inter plures testes contrarios, non adessent saltē duo contestes, & sic integra probatio, Abb. & Fely. *in c. cum tu, de testibus*; dum autem adsunt contestes concordantur, etiam vt probent, Abb. Alex. Anton. de Butr. Aemi. Fel. Petra, & Far. *q.65.n.85.*

Quid vbi inter plures non adsunt duo cōtestes?

31. LIMITAT tandem 4. Regulam 4. Far. *q.65.n.106.* cum Fely. Vt generaliter in criminalibus, testes non concordentur, vt probent. At quædam exempla, de quibus *hic sup. n.25.& 28.* sunt in casibus criminalibus; Ideo cogita, & vide *inf. q.47.n.29.* & illationes *ibidem à n.31. vsq; 40.*

Quid in criminalibus?

32. De materia huius quæst. late Petra in locis relatis à Far. qui diffuse de hac agit, *q.64.* & diffusius *q.65.*

Testibus hinc inde contrarijs, quibus magis credendum sit? Quæstio 46.

1. REGVLA 1. sit. Testibus deponentibus in fauorem Rei magis creditur, quam deponentibus in fauorem actoris; Et ideo, data paritate testium hinc inde contradicentium, Reus absoluendus est, gl. *in cap. in nostra*, vbi Abb. Aret. & Butr. *de testibus*, Alberic. Bertaz. Boss. & plures alij,

In contrarietate, pro Reo testificantibus magis creditur.

quos refert, & sequitur Far. *q. 65. n.* 152. & testatur de communi.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat non modo in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, & propterea magis creditur deponētibus pro non delicto, vel aliàs ad fauorem Rei, quam deponentibus pro delicto, Boss. Gabr. Mascar. Monticel. & Far. *q. 95. n. 153.*

Etiam in criminalibus.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt testibus Rei magis credatur, dum sunt pares in numero, & si essent minus digni, quam testes actoris, Boss. Monticel. Rolan. Gabr. qui concordantes allegat, & Far. *q. 65. nu.* 158. vbi testatur de communi; (Qui *n. 159.* refert Abb. & Aret. contrarium tenentes); Vt puta si testes Rei essent fœminæ, & cōtrarij essent masculi, Gabr. Rolan. & Far. *n. 181.*

Licet essent minus digni, & pares in numero.

4. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt testibus Rei magis credatur, etiam si deponerent excludendo delictū, & pro negatiua; adhuc enim istis magis creditur, quam deponētibus affirmatiuè contra Reum, Aret. Bal. Boss. Bertaz. Ias. Gabri & Farin. *q. 65. n.* 154. vbi plurimos alios citans testatur de commūni; Et hæc Ampliatio procedit etiam si delictum contra Reum pro affirmatiua esset plenè probatū, adhuc enim magis creditur testibus deponentibus negatiuè pro Reo, Farin. *q. 65. n. 234. & 236.* cum Abb. Aret. Bal. Boss. Bertaz. Dec. Rom. & pluribus alijs ab eodem citatis. Intellige hanc Ampliationem, vt sit vera, non in negatiua vaga, sed in negatiua coarctata loco, & tempore; quæ probabilis est, de qua dicam hic infra *n.* 18. & 19. & vt procedat in criminalibus, prout loquuntur præcitati DD. secus in ciuilibus, in quibus magis creditur affirmantibus, quam negantibus, etiam si affirmātes essent pro actore, & negantes pro Reo, Corrad. Dec. Gabr. Socin. & Far. *n.* 156.

Quāuis delicti esset plenè probatum in criminalibus dū è cōtra coarctata probatur negatiua.

5. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt testibus pro Reo negantibus magis credatur, quamuis isti essent laici, & affirmantes contra Reum essent Clerici, Abb. & Aret. *in c. in nostra, de testibus*, Boss. Foller. Gabr. & Farin. qui alios etiam citat *q. 65. n. 155. & 178.* licet Bal. & Dec. oppositum teneant.

Magis laicis negātibus pro Reo creditur, quam Clericis cōtra affirmātibus.

6. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt licet testibus hinc inde contrarijs, magis credendum sit pluribus, quam paucioribus, *c. in nostra*, & ibi gl. Abb. Fely. & Aret. *de testibus*; Tamen si testes actoris excedant in modico numero, adhuc magis creditur testibus Rei, Abb. Boss. Crot. Gabr. & Farin. *n.* 157. licet Aret. de hoc dubitet.

Quid si contra Reū excederēt in numero testes.

7. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt testibus actoris magis credatur, quam testibus Rei, quando actor causam fauorabilem tuetur, vt e. g. causam piam, gl. & Abb. *in dicto c. in nostra*, Iacob. Butrig. Petra, & Farin. *q. 65. n. 162.* Sicut etiam generaliter deponentibus pro fauorabili causa magis creditur, gl. Aret. & Fely. *in dicto c. in nostra*, & Far. alios citans *nu.* 188. qui *n. sequenti* ampliat cum Montic. etiam si isti deponerent super negatiua; intellige, coarctata.

Testib. actoris magis creditur, dū sūt pro causa fauorabili.

8. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt testibus actoris magis credatur,

Vel deponunt

verisimiliora. tur, dum verisimiliora deponunt, Felyn. Gabr. Monticel. & Far. q. 65. n. 138.

Vel ex causa Iudex ita vult. 9. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt sit in facultate Iudicis ex causa in actis exprimenda, magis testibus actoris credere; Vt propter atrocitatem delicti, qualitatem accusati, vel testium, Boss. & Farin. q. 65 n. 163. dummodo causa sit rationabilis, Aret. Fely. & Farin. n. 199. Sed si Iudex vellet magis adhærere testibus Rei, quam actoris, causam non teneretur in actis exprimere, Bal. Crot. Fely. & Far. num. 198.

Ex causa potest Iudex credere magis vni quã alteri, paucioribus, quam pluribus. 10. Et hic nota obiter, quod generaliter potest Iudex ex rationabili causa, magis credere vni testi, quam alteri contrario, Abb. Aret. Hostien. & Far. plures alios citans n. 193. & quamuis ex vna parte plures essent testes, quam ex altera, potest paucioribus magis credere, Farin. n. 194. citans Aret. Fely. & alios; Data tamen paritate in reliquis, gl. Abb. & Ant. de Butr. in c. in nostra, de testibus, & Far. n. 196.

Affirmantibus magis creditur, quam negantibus, dum sunt cõtrarij. 11. REGVLA 2. sit. Testium in cõtrarietate affirmantibus magis creditur, quam negantibus l. diem proferre, §. si plures, vbi gl. & omnes DD. ff. de arbitr. Bar. Bal. Corrad. Mascar. & Farin. qui plures alios refert, q. 65. num. 200. & tenuit Rot. Rom. diuers. decis. 333. n. 2. p. 1.

Licet illi sint laici, & isti Clerici. 12. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt testibus affirmantibus, laicis magis credatur, quam negantibus Clericis, Aemil. Ias. Masc. & Far. q. 65. n. 203.

13. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt affirmantibus magis credatur, quamuis negantes essent in numero multo plures, gl. & communiter DD. in dicto §. si plures, Abb. Aret. Boss. Dec. Ias. Masc. & Farin. q. 65. nu. 201. vbi testatur de veriori, & communiori. Quãuis negantes sint plures.

14. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt non tãtum minus credatur negantibus, sed etiam deponentes super mera negatiua, vel existimandi sint falsi, & de falso sint puniendi, Alex. Ang. Bal. Corn. & alij relati a Far. q. 65. n. 205. Ripa, Corr. Boss. Aym. & Hercul. relati ab eodem n. 206. Vel saltem de falso suspecti erunt, secundum Bal. Alex. Clar. Mascar. Menoch. Monticel. & Farin. qui plures alios citans n. 207. testatur de magis communi; Et puniẽdi extraordinariè, Cagn. quem sequitur Clar. §. falsum. ver. scilet etiam, Corr. Alex. qui pariter testatur de communi, & Far. alios inducens n. 209. Qui tamen ait n. 112. quod si voluerit Iudex poterit abstinere ab infligenda pœna, & eius loco testem torquere, & hoc magis placet Boss. Si verò negatiua sit coarctata loco, & tempore, cessat suspicio falsi, Boss. Gram. Mont. & Far. n. 213. Deponentes super mera negatiua suspecti sũt de falso, & possunt puniri.

15. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt testi deponenti super affirmatiua, ex qua resultat probatio negatiuæ, non minus credatur, quam deponenti simpliciter super affirmatiua; Vt si testis affirmaret vidisse quem mortuum, vel furiosum, ex hoc enim bene probatur, illũ non viuus, vel non sanus mente, Abb. Aret. Fely. Imol. Mascar. & Bene creditur testi pro affirmatiua, ex qua resultat probatio negatiuæ exemplificatur.

Far.

Far. cum pluribus alijs ab hoc citatis, *q.65. n.215.* qui *n.217.* testatur de magis communi. Item si quis induceret testes ad probandū, quod N. tali tempore non fuit in vno loco, & testes probarent, eodem tempore fuisse N. in alio loco, tantum distanti, vt non potuerit, nisi miraculosè, fuisse in duobus locis, ex hoc bene testes probarent, N. non fuisse in alio loco Boss. *tit. de desens. Reor. n.24. & 29.* DD. communiter *in c. ex tenore, de testibus*, Menoch. Far. & alij ab eo relati *n.218.*

Dummodo affirmatiua, & negatiua sub sensu cadant.

16. SVBLIMITA hanc limitationem; Vt procedat, dum affirmatiua, super qua testes deponūt, & ex qua negatiua resultat, cadat sub sensu testium, etiam respectu negatiuæ resultantis, vt in exemplis propositis, ita DD. proxime citati, quibus subscribit Far. *q.65. nu.217.* licet contrarium teneant Ioannes And. Innoc. Spec. & Ruy. quos refert, sed non sequitur Farin. *n.216.*

Negātibus magis creditur, dū reddūt rationē, quā affirmātes nō reddūt

17. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt magis testibus negantibus credatur, quam contrarijs affirmantibus, dum illi, & non isti rationem reddunt, Aemil. Franc. Curt. & Far. *q.65. n.174.* Cum sit etiam Regula generalis, quod testibus deponentibus cum ratione, & redditione causæ magis credendum sit, quam deponentibus sine, Bal. Corrad. Fel. Franc. Curt. Aemil. Masc. Monticel. & Far. qui alios etiam inducit *n.172.*

18. LIMITATVR 3. Vt Regula 2. procedat in negatiua vaga, & pura, quæ improbabilis est, non cadens sub sensu, & super eam testes deponētes nihil probant, Abb. Ang. Bal. Bart. Igneus, qui ait quod ita tenent omnes, & Farin. ad satu- ritatem citans *q.65 n.221.* Secus in negatiua loco, & tempore coarctata, quæ cum cadat sub sensu, testi, non minus deponenti super eam creditur, quā super affirmatiuam, Abb. Anan. Aret. Bal. & Imol. *in c. cum in tua, de testibus*, inter quos Aret. testatur de communi, sicut etiam Farin. eum sequens, & plurimos concordantes citans, *n.222.* Qui sublimitat alios citans, *n.227.* dummodo tempus coarctans negatiuam sit breue; Et testis etiam nō interrogatus, sui dicti rationem reddat, Alex. Ang. Dec. Ripa, & Farin. *n.230.* vbi plures cōcordantes inducens testatur de communi; vel saltem ex testis depositione verisimiliter ratio colligatur, Lanfran. & Farin. *n.223.* Et tertio, vt idem testis dicat, quod non poterat aliter esse, quin ipse vidisset, vel audisset, Aret. & Felyn. qui de communi *in c. in nostra, de testibus*, de qua, inductis pluribus concordantibus, testatur etiam Far. *n.228.*

Quid in negatiua coarctata loco, & tempore?

19. Declaro hoc vltimum; Vt non procedat, quando testes deponunt super eo, quod verisimiliter eis notum est, tunc enim sufficit, quod testes dicant, se fuisse præsentes, & non vidisse fieri, vel non audisse dici, absque eo, quod dicant, quod non poterat fieri, quin ipsi testes vidissent, vel audissent, Aret. Fely. & Dec. qui testatur de communi, *in c. tertio loco, de probat.* Farin. *q.65. n.229.* & Boss. *tit. de defens. Reor. n.16.* qui exemplificat de Sena-

Quid dū deponitur super verisimiliter noto?

Senatoribus, qui deponentes aliquam rem magni ponderis in Senatu ipsis præsentibus factam non esse, non est necesse, eos dicere, quod non poterat fieri, quin ipsi vidissent, & audissent, quia subintelligitur, si enim talis res facta fuisset in Senatu, Senatores audissent, & vidissent.

Negantibus, qui deponunt cõsona iuri, ma gis creditur.

20. LIMITATVR 4. Regula 2, Vt testibus negantibus magis credatur, quam affirmantibus, quando negantes deponunt ea, quæ sũt conformia iuri communi, & sic, dum iuris præsumptionem habent pro se, Curt. & Farin. *q.65.n.238.* Cum sit etiam Regula generalis, quod testibus deponentibus consona iuri communi, magis credatur, talis enim verisimiliora dicuntur, Abb. Ant. de Butr. Bero. Dec. & Imol. *in c. licet causam, de probat.* Bal. Fely. Far. & plures alij ab eo citati *n.*150. vbi de communi.

Vel verisimiliora, quod multipliciter ampliatur.

21. LIMITATVR 5. Regula 2. & hoc sequitur ex præcedenti limitatione; Vt testibus negantibus magis, quam affirmantibus credatur, quando verisimiliora deponũt, Bal. Dec. Gabr. Mõtic. Tiraq. Far. & alij, *q.65.n.139.* Cum sit etiam Regula vniuersalis, quod testibus deponentibus verisimiliora magis credatur, quam deponentibus minus verisimilia, *l. ob carmen, §. si testes*, vbi not. Alber. Bal. & alij, *ff. de testibus, & cap. licet causam, vers. ex præmissis*, vbi Abb. Anton. de Butr. Bero. Dec. & Imol. *de probat.* Aret. & Felyn. qui dicit, quod ita omnes sentiunt, Villalob. cum alijs quos sequitur Farin. *num.*128. Quod procedit, & si verisimiliora deponentes essent in minori numero, dummodo verisimilitudo sit proxima, & immediatè respiciẽs rem, de qua agitur, Dec. Gabr. Tiraq. & Far. *n.*132. qui *n.*130. plures citat concordantes; Item licet essent minus digni, Tiraq. & Far. *n.*137. qui *n.*135. citat etiam. Aym. Gabr. & Grat. Item licet deponerent contra Reum, Felin. Gabr. Monticel. & Farin. *n.* 138. Immò non solum magis creditur verisimiliora deponentibus, sed inuerisimilia deponentes, de falso suspecti sunt, Corr. Tiraquel. & plures alij, quos citat, & sequitur Farin. *n.* 144. *& seq.* inter quos Boss. optime declarat, quæ in proposito dicantur inuerisimilia.

Seu dũ depositiones adminiculatæ sunt negantium.

22. LIMITATVR 6. Regula 2. Vt testibus negantibus, magis, quã affirmantibus credatur, dum illorum depositiones adminiculatæ sunt coniecturis, & præsumptionibus, affirmantium verò non, *l. ob carmen, ibi, confirmabitque, vbi* Bal. *ff. de testibus*, Clar. Mascar. & Farin. cum alijs ab eo citatis *q.65. num.*129.

Inter contrarios digniori bus magis creditur.

23. REGVLA 3. sit. Testibus pluribus cõtrarijs inter se, dignioribus magis creditur, quam minus dignis, *cap. in nostra*, vbi Abb. Aret. & Felyn. *de testibus*, & Farin. alios plures referens, *q.65.n.*114. testatur de communi.

Licet sint in minori numero.

24. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt procedat etiam si digniores essent in minori numero, *l. ob carmen, §. fin. in fi.* & ibi not. Alber. & Bar. *ff. de testibus, & c. in nostra*, & ibi Abb. Aret. & Felyn. & de communi alios referens testatur Far. *q.65.*

q.65. nu. 120. Intellige, vt sint digniores in dignitate nobilitatis nõ paruæ, Bero. & Farin. n.122. Et dummodo in numero non sit magnus excessus, si enim excessus in numero esset magnus, dignitas numerum non superaret, Anton. de Butr. Bar. Corrad. Imol. & Farin. n.123. vbi de communi. Et in proposito ille dicitur magnus excessus, qui est vltra duplum, vt vult Imol. sed melius dic cum gl. *in dicto cap. in nostra*, vbi Ant. de Butr. quod arbitrio Iudicis remittitur, quis dicatur magnus excessus, & sequitur Dec. & Farin. n.125. licet Abb. & Hostien. teneant excessum in numero non obstare, vt refert Farin. n.124.

A dignioribus producti, præferuntur. 25. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt non modo testibus dignioribus magis credatur, sed vt testes à dignioribus, & honorabilioribus producti, præferantur, Abb. Aret. Ant. de Butr. Felyn. Hostien. & communiter alij DD. *in cap. in nostra, de testibus*, & notat Farin. q.65. n. 192.

Exemplificatur multipliciter, quibus magis credatur intercõ narios. 26. AMPLIATVR 3. Regula 3. seu potius declaratur, & exemplificatur, specificando; Vt testibus nobilioribus magis credatur, quam rusticis, & mechanicis, Dec. Felyn. Tiraq. & Farin. q.65. nu. 115. qui alios citans, testatur de communi. Item magis creditur ditioribus, quam pauperioribus, Corrad. & Fely: qui limitant nisi pauperiores essent in moribus meliores, & sequitur Farin. n.117. Item Magis creditur Doctori, quam non Doctori, Natt. Monticel. & Farin. n. 119. Magis Notario, quam non Notario, Felyn. & Crot. Qui ampliat, etiam si Notarius esset pro Actore, & non Notarius pro Reo, Sylu. qui ait dictum vnius Notarij æquipararì dicto duorum aliorum testium, Mascar. qui tenet, quod nemo quantumcumque idoneus testis, æquiparatur Notario, etiam in fauore piæ causæ, & Farin. hos, & plures alios referens n. 183. *& seq.* Item maior fides præstatur peritis; quam non peritis, Aret. Corrad. & Farin. n.186. Item Magis creditur senioribus, & antiquioribus, quam Iunioribus, gl. Bal. Bar. Saly. & communiter omnes, *in l. cum quod, in vers. nouum, ff. si cert. petat.* Felyn. Rom. & Farin. cum alijs relatis ab ipso, n.175. Nisi testes iuniores essent digniores, tunc enim præferrẽtur senioribus, Gabr. Lamberteng. Monticel. & Farin. num.176. Item magis creditur Clericis, quam laicis, Corr. Gabr. Fely. & Farin. nu.177. Et magis mortuis testibus, quam viuentibus, secundum Neuiz. & Farin. n.190.

27. REGVLA 4. sit Testibus inter se contrarijs magis informatis, maior fides præstatur, quam minus informatis; Vnde testibus narrantibus plenè totum factum, magis creditur, quam non narrantibus totum factum, Bertaz. Corrad. Felyn. & Farin. cum alijs, q.65. n.165. & ideo vicinis, & coniunctis, tanquam magis informatis, plus creditur, Corn. Corrad. Felyn. Gabr. Montic. & Farin. n.166. In contrarietate testium, maior fides præstatur magis informatis.

28. AMPLIATVR 1. Regula 4. Vt procedat, quamuis magis informati sint pauciores, secundum Iacob. Butrig. *in tit. de contrariet.* Licet pauciores fiut?

testium,

testium, n.5. vers. vel nisi per pauciores plura probentur, relatus à Farin. *q.65.n.165.*

29. AMPLIATVR 2. Regula 4. Vt immò totum non narranti, non credatur, & falsus reputetur, ex quo veritatem tacet, Bal. Bertaz. Monticel. Nell. & Farin. *q.65.n.167.* Intellige dum testis substantialia omittit, Ias. Petra, qui alios allegat, & Far. *n. 169.* Et quando sciens totum factum, de eo interrogatus, dolosè non vult respondere, & deponere nisi partem; Secus si totum ignoret, vel si sciat, de eo non fuerit interrogatus, tunc enim ei creditur, Petra, & Farin. *n.168.*

Exemplificatur in alijs magis informatis.

30. AMPLIATVR 3. Regula 4. Vt tãquam magis informatis, plus credatur deponentibus in specie, quam in genere, Gabr. qui plures refert concordantes, & Farin. *q.65.n.170.* quibus adde Franc. Curt. & Iacobin. de S. Georg. qui loquuntur etiam si testes deponentes in genere, essent plures; Et magis, deponentibus vniuersaliter credatur, quam deponentibus indefinitè, & Bertaz. Corrad. Gabr. Monticel. & Farin. *n. 171.* Sicut etiam testi distinguenti magis creditur, quam non distinguenti, Corrad. Specul. & Farin. *n.191.*

31. Plura, & latè de materia huius q. Mascar. & Montic. locis citatis à Farin. *q.65. per totam tertiam par.* vbi latissimè pertractat hanc materiam; Ex ea formãdo decem, & nouem Regulas, cum suis quampluribus Ampliationibus, & Limitationibus; Quam eandem totam diffusam materiam, ego ad supra hic positas quatuor Regulas, cum necessarijs suis Ampliationibus, & Limitationibus, restrinxi, nihil tamen notatu dignum intactum relinquens.

An, & quando testis sibi contrarius, vel varius, siue vacillans, probet, puniatur, & qua pœna, concordetur, corrigereque se possit?

Quæstio 47.

Quis contrarius, seu varius testis dicatur?

1. ACTVM est in præcedentibus de testibus inter se contrarijs, nunc de teste sibi ipsi contrario &c. agendum est; Et pro tituli intelligentia, præmitto 1. Testem sibi contrarium dici, qui deponit duo, quæ simul esse non possunt, Innoc. Io. And. Imol. Hostien. Butr. & alij *in cap. præterea, de testibus cogen.* Testem verò dici variũ, qui, nulla causa, aut ratione assignata, dicit contrarium eius, quod primo dixerat, secundum præcitatos DD. Sed vt notat Farin. *q.66. n.6* licet hæc doctrina sit communis DD. & in se vera, non tamen ponit differentiam inter testem contrarium, & varium, & vtraque descriptio conuenit, tam contrario, quam vario testi, prout obseruauit etiam Bal. *in dict. cap. præterea n.5.* Qui *n.7.* ait (& rectè) quod ille dicitur testis sibi contrarius, qui contraria deponit; varius verò, qui non contraria deponit, sed diuerso modo dicit, vt qui primo dixit N. mutuasse centum florenos in carlenis, postea dicit in bolognenis; Vel *n.9.* ait, cum Nell. *in tract. de testibus, n.216.* quod ille testis dicitur contrarius, qui tenaciter contraria asserit, varius autem, qui nõ

X stat

stat firmus in suo dicto.

2. Præmitto 2. quod testis dicitur vacillans, dum timendo, titubando, & dubitando, variè loquitur, secundum præcitatos DD. *in cap. præterea, de testibus cogen.* Sed hic aduerte, quod graues DD. vocant testem vacillantē eum etiam, qui non variat, dummodo timendo, titubando, & dubitando deponat, ita Bal. Hostien. Innoc. Io. And. & Zabar. *in dicto cap. præterea*; Et vlterius nota, quod sæpe à DD. confunduntur hi termini variare, & vacillare, & vnum pro altero ponuntur, vt tradit Farin. *q. 66. n. 12.*

Vacillis quis dicatur?

3. REGVLA 1. sit. Testis sibi ipsi cōtrarius, aut varius nihil probat, *cap. licet causam*, vbi gl. adducens aliá iura concordantia, Aret. Ant. de Butr. Bero. Dec. & Felyn. *de testibus*, & hoc omnes fateri, aiūt Couar. & Clar. *§. fi. q. 53. vers. quartus est casus*, vbi concordantes refert. Nota hic, quod in hac Regula, & eius Ampliationibus, & limitationibus est sermo de teste sibi contrario, vario, aut vacillante extra torturam.

Testis sibi cōtrarius, vel varius nihil probat.

4. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat etiam in vacillante, qui timendo, titubando, & dubitando variat, & de hoc vacillante intelliges Butr. Hostien. & Io. Andr. *in cap. præterea, de testibus cogen.* cum aliis citatis à Farin. *q. 66 n. 14.* quorum est hæc Ampliatio; Secus autem est dicēdum in vacillante, qui timet, titubat, & dubitat, sed non variat, huic enim tantum de fide minuitur, & de hoc vacillante loquuntur, Alberic. & Montic. relati à Farin. *n. 15.* qui sic concordat DD. qui videntur discordes, *n. 16. & seq.* & iterum, pro DD. concordia, ait, *n. 18.* Testem in totum repelli si vacillet circa substantialia negotij, secus si circa circumstantias, & citat Alberic.

Quid in vacillante?

5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt testis sibi contrarius, & varius in aliqua parte, in totum reputetur varius, & contrarius, & nihil omnino probet, pluribus demonstrat Aret, *in c. in nostra, de testibus*, Abb. Cæpol. Cæphal. Rolan. Ruyn. & Farin. *q. 16 n. 19.* Taliter, quod huiusmodi testis, nec ad inquirendum indicium facit, Alciat. Bertaz. Gram. & Far. *n. 21.*

In parte sibi contrarius, vel varius, nihil probat

6. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt non solum procedat in vário, & contrario in substantialibus, Alberic. Petra, Ruyn. & Farin. *q. 66. n. 22.* sed etiam in accessorijs, quando testis iurauit, dicere veritatem super totam causam, ratione iuramenti, quod est indiuiduum, Corrad. & Puteus, qui alios allegant, & Farin. *n. 27.* Et eadem ratione, idem dicendum est in accessorijs, de quibus Iudex interrogaret, dum testis iurauit dicere veritatem, de his, de quibus interrogab. tur; Et hoc maximè procederet in teste aliàs Iudici ex rationabili aliqua causa suspecto; iste enim si interrogatus de qualitatibus non substantialibus, sit in illis varius, & contrarius, nihil vtique probaret, *cap. licet causam, ibi, De singulis circumstantijs subtiliter inquirentes*, vbi Dec. *n. 52. & seq. de probat.* Boss. Aym. Gomez. Marsil. Ruyn. Socin. Petra, & Farin. qui alios concordantes citat,

Quid si testis sit sibi cōtrarius, seu varius in accessorijs?

tat, n.25. & inter hos Gomez. testatur, de communi; Idem dic, quãdo testis deponẽs de facto proprio, hodie dicit vnum, cras aliud, talis enim varietas totaliter tollit fidẽ testi, etiam si varius esset tantum in non substantialibus, quam uis deponeret per verbum credo, Alex. Aret. Petra, & Farin. q.66.nu.26.

Sed extraneis, & impertinẽtibus.

7. LIMITATVR Ampliatio 3. & hæc fit etiam limitatio Regulæ 1. Vt licet variatio, & contrarietas in circumstantijs non substantialibus, accessorijs, & in qualitatibus non totaliter extrinsecis, extraneis, & impertinentibus, sed aliquo modo ad causam, & negotium principale pertinentibus, testi fidem totaliter tollat, secundu Bar. Corr. Petram, Marsil. Tind. & Farin. qui testatur de communi q.66. n.30. Secus tamen esset dicendum in teste vario, & contrario in accessorijs extrinsecis, extraneis, & impertinentibus, in quibus variatio, testi fidem non tollit, Bart. Boss. Florian. Tind. Viu. & Farin. qui pariter testatur de communi, q.66.n.29. & ita intelligendi sunt DD. ad saturitatem citati à Farin. n.24. Bene verum est, quod quamuis testi in hoc casu non tollatur fides in totum, saltem minuitur, secundum Boss. Marsil. & Farin. num. 21.

Vel per errorẽ, & ignorantiã, seu ex obliuione.

8. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt testi fides non tollatur ex variatione, & contrarietate per errorem, & ignorantiam, Bal. quem sequitur Petra, & Farin. q 66. nu. 32. Et præsertim causa iusta erroris est obliuio, Cæphal. Monticel. Rimin. & Farin. qui alios etiam citat n.34. An autem, quando, & per quantum tempus obliuio præsumatur, vide Mascar. latè de his tractantem, de probat. lib. 3. concl. 1122.

Seu immodico.

9. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt modica varietas, etiam in substantialibus, fidem testi non tollat, Alex. Boss. Corrad. Gramm. Petra, Rolan. & Farin. qui de communi, q.66.n.36.

Nõ dicitur varius, qui plus in secũdo dixit, quã in primo examine.

10. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt non dicatur varius, & probet testis, qui plus dicit in vno examine, quã in alio, Boss. Corn. Gram. Imol. Monticel. & Farin. q. 66. n. 37. credens hanc communem, licet Bal. teneat, in hoc casu testem esse varium.

Quid in teste vario in eodem, vel in diuersis examinibus, vel publicato pcessu.

11. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt procedat in teste sibi vario, & contrario, vel incontinenti, vel saltem in eodem examine, tunc enim neutri dicto eius creditur, & nihil probat, l. qui falso, aut variè, ff. de testibus, cum allegatis in 1. Regula; Secus in teste sibi contradicente, ex interuallo, & in diuersis examinibus, quo casu primum dictum attenditur, gl. in c. cum in tua, & ibi Abb. Aret. & Felyn. de testibus, & de communi testantur Alciat. Couar. Decian. Gabr. & Soarez, & de magis recepta testatur Menoch. & de communiori, & veriori Farin. q. 66. nu. 127. qui pro hac citat Bal. Boss. & plurimos alios nu. 124. Quod multo magis procederet, quando secundum dictum emanauit post publicationẽ processus, quia testis præsumeretur subornatus, Boss. & Farin. nu. 130. præsertim si testis 2. non debuisset

buisset examinari, Boss. & Farin. *num.* 131.

Quid in reuocatione facta in alio iudicio, in eadem, vel in diuersis instantijs, & personis? 12. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt si reuocatio facta sit de primo dicto in alio iudicio, siue ciuili, siue criminali; semper stetur primo dicto, Aret. Dec. Fely. Tind. & Alciat. qui hos refert, & sequitur, *de præsumpt. Regula 2. præsumpt. 29. n.* 7. etiam in diuersis causis, instantijs, & personis, Crot. Fely. Gabr. qui alios refert, & Farin. *q. 66. nu.* 135. licet non desint sentientes, quod in isto casu neutri dicto credatur, vel etiam in diuersis instantijs cum ijsdē personis, Abb. Butr. Tind. & Far. *n.* 137. licet alij contra; Item in eadem instantia, & inter easdem personas, sed in diuersis examinibus, Far. *num.* 139. Quamuis contra Tind. teneat.

13. SVBLIMITA 1. hanc 6. limitationem, nisi primum dictum fuisset sine iuramento, vel sine redditione rationis, vel minus verisimile, vel in iuditio inualido, quia tunc attenderetur secundū dictum iuratum cum redditione rationis magis verisimile, & in iudicio valido, Farin. plurimos citans *q. 66. nu.* 148. *vsque* 151. *& nu.* 155. licet hoc vltimum non transeat sine difficultate, vt not. Far. *n.* 156.

14. SVBLIMITA 2. limitationem 6. quando primum dictum nun fuit assertiuum, sed e. g. per verbum credo, tunc enim attenditur secundum dictum assertium, Tind. & Farin. *q. 66. n.* 163.

In omni casu ex secūdo dicto de- 15. SVBLIMITA 3. limitationem 6. Vt in omnibus casibus tactis in limitatione 6. ex secundo dicto semper debilitetur primum, Abb. Aret. Fely. *in cap. cum in tua, de testibus*, Clar. Boss. qui de communi, & Farin. alios citans, *q. 66. num.* 164. bilitat. primū contrarium.

Dictū prius extraiudiciale, vel posterius cōtrariū iudiciale, an attendatur? 16. LIMITATVR 7. Regula 1. Vt testis dictum iudiciale attendatur, licet prius testis extraiudicialiter contrarium asseruerit, Imol. & Fely. qui testatur de communiori, & veriori opinione, *in cap. cum in tua, de testibus*, Anan. *in cap. per tuas*, vbi Aret. qui de communiori, Dec. qui alijs relatis, testatur de magis communi opinione, & ait, ab hac non recedendum, *de testibus*, Clar. *§. fin. q.* 53. *vers. primus casus*, qui similiter testatur de magis communi; Quamuis Bal. & alij contra sentiant; Et *ibidem* subdit Clar. quod attento dicto extraiudiciali contrario, dictum posterius iudiciale debilitatur, & minuitur fides huiusmodi testis, citans Boss. & Aret. qui ait, quod ita fatentur omnes DD. Plures concordantes in fauorem huius limitationis habes apud Farin. *q. 66. num.* 193. *&* 226. plures alios subscribētis dicto Clari.

17. SVBLIMITA 1. hanc 7. limitationem, quando extraiudiciale, & iudiciale dictum fuit iuratum, tunc enim neutri dicto standum esset, Gabr. Menoch. Tind. & Far. qui alios citans testatur de communi *q. 66. num.* 214. Sublimita 2. quando primum dictum extraiudiciale emanatum esset tempore actus gesti, & in scriptura confirmatum, tunc enim secundum iudiciale dictum præsumeretur emanatum per subornationem, & non attenderetur, Aret. & Dec. *in cap. per*

per tuas, de testibus, Gabr. Menoch. & Far. *n.* 223. licet alij contra.

Si dictũ iudiciale, extra iudicialiter reuocet, quodnam attendatur?

18. LIMITATVR 8. Regula 1. Vt testis dictum iudiciale attendatur, quamuis post examen extraiudicialiter testis dicat contrarium, Abb. Aret. Fely. & Imol. *in c. cũ in tua de testibus*; Clar. *§. fin. q.* 53. *vers. secundus est casus*, Viu. qui de communi, & alios refert, Bar. Rom. & plures alij relati à Farin. *q.* 66. *n.* 200. Quamuis testis expressè profiteretur extra iudicium, se falsum in iudicio dixisse, Viu. qui alios citans testatur de communi, & ait, fatuum esse ab hac opinione discedere, Farin. alios inducens *n.* 203. Item quamuis secundum dictum extraiudiciale emanasset in articulo mortis, Felyn. & Aret. vbi supra, Tind. ampliàs in dicto emanato in confessione Sacramentali; Huic limitationi subscribit Viu. qui de communi Clar. Gabr. Menoch. & tot alij, quos refert, & sequitur Far. *n.* 205.

19. SVBLIMITA hanc 8. limitationem; quando cum secundo dicto extraiudiciali concurrerent tria, nempè, verisimilitudo; causa reuocationis primi dicti; & dum testis esset in articulo mortis; tunc enim primum dictum videretur sublatum, Siman. & Farin. *q.* 66. *num.* 210.

20. Sed nota hic, quod limitatio 8. procedit sine difficultate, sententia iam lata; Dum vero sententia est ferenda, non est sine controuersia inter DD. quod dictum sit attendendum, & Couar. & Farin. *q.* 66. *n.* 209. existimant totum hoc negotium remittendum esse arbitrio Iudicis.

Testis sibi cõtrarius, vel varius, de falso punitur

21. REGVLA 2. sit. Testis sibi ipsi varius, & cõtrarius punitur de falso, *l. qui falso, &* ibi gl. *ff. de testibus, & l. eas, ff. de falsis*, & per ista iura, ita tenent Abb. Aret. & Butr. *in c. cum in tua, de testibus*, Bal. Boss. Clar. Foller. & Far. qui plurimos alios citat, *q.* 66. *n.* 56.

Pœna testis falsi Clerici.

* Pœna autem Clerici testis falsi, de hoc crimine accusatus, conuictus, vel iuridice confessus, est depositio ab Officio, & vt detrudatur in Monasterium; Secus si de falsitate constet incidenter, puta, quia contra testem productum, probetur exceptio falsitatis, Præpos. *in c. si Episcopus, dist.* 50. ita declarans illum tex. de hoc disponentem. At not. Diaz *in pract. c.* 93. debere attendi in proposito qualitatem causæ, grauius enim debet puniri falsus testis in causa criminali, attenta etiam quantitate damni, aut iniuriæ illatæ, quam in ciuili. Et ad Diaz. *vbi sup.* animaduertit Salzedo, falsitatem non nociuam puniẽdam esse pœna extraordinaria; Sicut etiam à pœna excusari, qui falsum dixit, sine iuramento, vel circa accidentalia, seu per errorem, cum falsitas non sit sine dolo, *l. nec exemplum, C. de fals.*

Siue in eisdem depositione, & iudicio, siue in diuersis.

22. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt non solum puniatur de falso testis varius, & sibi contrarius in eadem depositione, & in eodem iudicio, in quo omnes DD. conuenire, ait Clar. *in pract. §. falsum, vers. testis, qui falsum, ad fin.* Sed etiam testis sibi varius, & contrarius in diuersis depositionibus, & in diuerso iudicio, Bar. Boss. Butr. Clar.

Clar. qui ait, quod in hoc nulla videtur esse difficultas, & de communi testantur Camera. & Zabar. & totæ doctrinæ in hac Ampliationæ traditæ, subscribit Farin. *q. 66. nu. 59. & 60.* vbi pro secundo membro huius Ampliationis plures citat.

Quid si extra tormenta vnũ, & contrariũ in tormentis diceret?

23 AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt puniatur testis, qui in tormentis dixit contrarium eius, quod dixerat sine tormentis, Clar. *§. fin. q. 53. vers. quartus est casus*, Gabr. qui declarat hoc procedere, quando ex interuallo hoc fit, secus si incontinenti, nec dissentiunt Tind. & Far. *q. 66. n. 65. & 66.*

An puniẽdus testis varius in non substãtialibus?

24. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt ad pœnam falsi non teneatur testis varius in non substantialibus, Viu. & Boss. qui testatur de communi, & Farin. *quæst. 66. nu. 69.* qui *nu. 70.* refert Corrad. & Achil. Personal. tenentes talem testem in hoc casu teneri crimine stellionatus, & puniendum esse extraordinariè.

Vel per errorẽ, ignorãtiã, vel obliuionẽ; vel se corrigens, seu qui nõ erat examinãdus?

25. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt non puniatur testis varius per errorem, ignorantiam, & obliuionem, Farin. *q. 66. n. 75.* & faciunt à multo magis dicta *in hac q. nu. 8.* Et idem dic de teste vario, qui se corrigit ex interuallo, talis enim non punitur de falso, Boss. & Tind. & dum esset correctio incontinenti, nullo modo puniretur, Tind. & Farin. qui ad vtrumque dictum se subscribit *n. 76.* Et similiter testis, qui non debebat examinari, si examinetur, propter discordantiam à primo examine de falso non esset puniendus, Tind. & Far. *n. 77.*

An puniendus sit testis, qui aliud dicit in iudicio, aliud extra dicit?

26. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt non puniatur testis, qui dicit extra iudicium cõtrarium eius, quod in iudicio dixerat, Tind. & Far. *q. 66. n. 85.* Et è contra est multò verius, vt non puniendus sit testis, qui in iudicio deponit contrarium eius, quod prius dixerat extra iudicium, Butr. *in cap. cum in tua*, vbi Imol. & Fel. qui testatur de communiori, *de testibus*, de qua etiam Boss. & Clar. de communi; huic dicto se subscribunt Alex. Couar. Menoch. & Farin. qui plures alios referens testatur de communiori *n. 83.* licet Bar. Abb. & quidã alij à Farin. relati *n. 84.* contrarium sentiant; Si tamen pars fuisset præsens in dicto extra iudicium, puniretur testis extraordinariè, Marsil. Tind. & Farin. *nu 87.* Sublimita hanc 3. limitationem; Vt si dictũ extraiudiciale fuerit iuratum, testis varians in iudicio, de falso puniatur, Abb. Alex. Butr. & Boss. qui hos citat, *tit de oppos. contra test. n. 3.* Cæpol. Petra, & Farin. *q. 66. n. 90.* Sed verius videtur vt punitio sit extraordinaria, Tindar. & Far. *num. 92.*

Testis sibi varius, & contrarius, omnib. modis est concordandus.

27. REGVLA 3. sit. Testis sibi varius, & contrarius, omnibus modis concordandus est, Abb. *in c. cum tu*, & ibi Butr. & Fel. *de testibus*, Clar. & Far. qui *q. 66. n. 117.* citat Alex. & Boss. testantes de cõmuni, & inducit plurimos concordantes.

Verba impropriãdo, &c.

28. AMPLIATVR Regula 3. Vt dicta concordia sit facienda, verba impropriè, & improprijssimè intelligendo, Corr. Petra, Rimin, & Farin. *q. 66. n. 118.* Etiam

per

per subauditos intellectus, & interpretationem suppletiuam, Alex. Rimin. & Farin. *n.* 119.

Vt non puniatur, non autè vt probet. 29. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt procedat ad effectum euitandi falsum, non autem vt testis probet, testis enim concordatus nullam facit fidem, Alex. Bertaz. Foller. Imol. cum duodecim alijs DD. relatis à Farin. *q. 66. n.* 321. inter quos plures testantur de communi, Petra de communi, & iustiori,

Sed cōtra. & Clar. *§. fin. q.* 53. *vers. quartus est casus*, de communiori, & magis tuta; licet Aret. Fely. & plures alij relati à Farin. *n.* 322. teneant, testem varium concordari, etiam vt probet, inter quos Petra testatur de communiori, & ita fuisse resolutum à Rot. Rom. testatur Puteus

Limitatio procedit in criminalib., secus in ciuilibus, &c. *decis.* 28. *n.* 3. *p.* 3. Pro concordia inter hos Doctores dicerem cum Farin. *nu.* 327. *& seq.* quod limitatio, quæ magis est recepta, procedit in criminalibus, & cōtra Reum, in quibus concordia non fit, vt testis probet: opposita verò habet locum in ciuilibus, in quibus concordia fit per intellectam repetitionem sermonis, vt testis probet, secus per actuū multipl cationem, vel per impropriationē verborū.

Ad nullum effectum manifesta varietas, seu cōtrarietas concordatur. 30. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt non concordetur testis, quando varietas, & contrarietas esset euidens, & manifesta, tunc enim, nec ad probandum, nec ad euitandum falsum, & eius pœnam, vllo modo fit reconciliatio, & concordia, Alex. Bal. Boss. Fely. & Farin. qui *q. 66. nu.* 120. citat plures concordantes, & Rot. Rom. *coram Cæsare de Grass. decis.* 73. *n.* 5.

Plures casus, in quib. testes si bi contrarij concordantur, vel non concordantur vsq; ad n. 40. 31. Ex hac 3. Regula, & eius Ampliationibus, & limitationibus, Infertur 1. quòd testis, qui primò affirmauit, postea dixit non recordari, concordatur, Bar. Bal. Mill. & Farin. *q. 66. n.* 329. vbi reddit rationem, quia potest esse, quod quis hodie non recordetur de eo, de quo antea recordabatur; Intellige, vt concordetur ad euitandam pœnam falsi, non vt probet, Nell. Foller, & Far. *n.* 330.

32. Infertur 2. quod testis, qui primo dixit se non recordari, deinde recordari, & scire, concordatur, & probat, quia potest stare, quod quis recordetur postea de eo, de quo antea non recordabatur, Aret. Bertaz. Claud. qui de communi, Fely. & Farin. cum pluribus ab eo citatis *q. 66. n.* 331. dummodo testis non sit loqoutus cum parte, alias enim subornatus præsumeretur, & non probaret, Far. *n.* 332. citans Bertaz, Corrad. Diaz, Felyn. & Gabr.

33. Infertur 3. quod testis, qui primo dubitatiuè deposuit, postea affirmatiuè, & sine dubitatione, concordatur, & probat in secundo dicto, potest enim esse, quod postea pro certo sciat, id de quo prius dubitabat, Crot. Foll. Gabr. Tind. & Farin. *q. 66. n.* 334. quod procedit tam in diuersis examinibus, quā etiam in eodem examine, dummodo testis alleget causam reuocationis dubitatiui sui primi dicti, Crot. Foller. Tind. & Farin. *nu.* 335. Et idem dicendum est, si prius dixit credere, postea scire, Clar. Crot. Monticell. Tind. & de communi testantur Foller. & Socin. & sequitur

tur Farin. n. 336. Sed etiam in hoc hoc requiritur, vt testis reddat rationem sui dicti, & causam nouæ certitudinis, simus in casu, in quo licita sit correctio, & extra casum, in quo testi de credulitate plene creditur, Farin. cum citatis sub eo n. 337. & seq. Et idem dic, si testis prius dixit sibi videri, & postea, scire, Foller. Gabr. & Far. n. 340.

34. Infertur 4. quod testis, qui prius dixit scire, postea credere, probet, in primo dicto, Alex. Bal. Fel. Tind. & hos citans Gabr. lib. 7. concl. 29. n. 41. & est communis, secundum Aret. et Farin. q. 66. nu. 341. licet Abb. Butr. Io. Andr. & alij à Far. relati teneant in hoc casu testem non probare.

35. Infertur 5. quod testis, qui primo dixit se credere, secundo se non credere; vel è contra primo se non credere, secundo se credere, probet, & vltimo dicto stetur, dummodo simus in casu, in quo licita sit correctio, & reddat rationem nouæ credulitatis, Far. cum citatis ab eo q. 66. n. 346. & seq.

36. Infertur 6. quod testis, qui primo sui dicti rationem reddidit, quia vidit, deinde dixit, quia audiuit, non dicitur varius, nec recessisse à prima ratione, potest enim esse, quod viderit, & audierit, Abb. Bal. Butr. Imol. Spec. & Ruyn. qui hos refert, cons. 54. n. 4. lib. 4. Et è contra, qui dixit primo, audisse, deinde vidisse, non dicitur varius, potest enim esse vtrumq. Bal. Iac. & Aren. Marsil. & Farin. q. 66. n. 354. Vbi etiam ait; Saluari à falso, dicens, se vidisse id, quod audiuit, quia visus prædicatur de omni sensu, & citat Mars. & Put. Qui verò prius dixit scire, deinde reddidit rationem, quia audiuit, saluatur à cõtrarietate, Ias. Natt. Tind. & Far. n. 352. At probat tãtum de auditu, Ruy. vbi sup. & Far. n. 353.

37. Infertur 7. quod testis, qui primo dixit se scire, deinde se nescire, cõcordetur, intelligitur enim se nescire, nisi vt supra dixit, Alex. Bar. Bal. & Dec. hos citans, cons. 272. n. 2. & tenuit Rot. diuers. coram Cantuccio, decis. 141. n. 10. par. 2. Gabr. Farin. & alij ab eo citati q. 66. nu. 355. licet ibidem contra senserint Tind. & Lofred.

38. Infertur 8. quod testis, qui primò dixit se nescire, vel ignorare, secundo se scire, non est varius, quia potest esse, quod postea inceperit scire, Aret. Boss. Crot. Foller. Gabr. qui testatur de magis communi, & Far. alios allegans q. 66. n. 357. Sed quia plurimi, grauesque authores contrarium sentiunt, inter quos Clar. §. fin. q. 53. vers. sed quid si testis, ait, quod si testis in primo examine dixit nihil scire, deinde in secundo deponat de veritate facti, nihil probat, & quod hæc est omnium conclusio, citans Ang. de Vbal. dicentem, quod ita te ent omnes, nemine discrepante: Pro concordia dic; Quod sicut illatio hæc 8. est communior, ita etiam est verissima, tribus tamen concurrentibus; 1. quod Iudex ex officio repetat testem; 2. quod testis superuenientis nouæ scientiæ probabilem causam alleget; 3. quod non dixerit in prima depositione, se fuisse præsentem in illo actu, de quo nihil scire affirmauit; si enim

hoc dixit, non potest dicere se scire, & dicendo, varius erit, & non probabit Farin. et alij *q.66.n.364.* et in hoc casu procedit opinio Ang. Sed si testis repeteretur ad instantiam partis, vel sponte ex interuallo vellet se testis corrigere, præsumeretur subornatus, et non probaret, Aret. Foller. Gabr. et Farin. hos, et alios referens, *q. 66. n.360.* et tenuit Rot. Rom. *in nou. decis. 19. de testibus*; Et idem esset dicendum, si testis non redderet rationem nouæ scientiæ, Aret. Barbat. Bertaz. Gabr. & Farin. *n. 363.*

39. Infertur 9. quod testis, qui examinatus in Palatio Potestatis primò dixit aliquid factum in Palatio Episcopi, postea dixit factum in hoc palatio, saluatur à contrarietate, quia (hoc) intelligitur de hoc palatio; de quo dicebam, nempe Episcopi, Bar. Rom. Rimin. qui de communi, & Farin. plures alios referens, *q. 66. n. 367.* Idem dic in teste, qui primo dixit, quod N. & N. fuerunt præsentes, deinde interrogatus, qui fuerint præsentes, respondit, quod nemo; Saluatur enim à contrarietate, intelligendo, nemo exceptis prædictis, Alex. Montic. Rim. Far. & plures alij ab eo relati *q.66. n.368.*

40. Infertur 10. quod testis, qui primò dixit se hoc tantum scire, si postea aliquid addat, est varius, & non probat; Boss. Foller. Gabr. qui idem ait in teste, dicente, se hoc scire, videlicet, & Far. *q.66.n.365.* Idem dic in teste, qui prius dixit se nescire, postea se credere, est enim varius, & non probat, Aret. maximè si cum parte sit alloquutus, Bal. & Far. *n.345.*

41. Quicunque voluerit plures casus videre, in quibus testis concordatur, vel non concordatur, adeat Far. *q. 66. n.369. & seq.* vbi remissiuè eos indicat; Sed in omnibus casibus repete dicta hic *n. 29.* — *Alij casus remissiuè.*

42. REGVLA 4. fit. Testis potest incontinenti se corrigere, allegando tamen causam talem erroris, quæ Iudici iusta videatur. Abb. Hostien. Anan. Butr. Fely. Ioann. Andr. & Imol. *in c. præterea, de testibus cogen.* Aret. *in c. cum in tua, de testibus*, vbi, ait nihilominus, quod in dicto casu, nec primo, nec secundo dicto statur; & quod ita omnes tenent; Subscribunt vlterius Regulæ Bart. Boss. qui testatur de communi, & Farin. cum alijs ab eo citatis, *q. 66. n. 241. & seq.* quibus innumeros addit, *nu. 127.* Sed aduerte, quod testis in isto casu nō allegans causam correctionis, posset tanquam suspectus de subornatione torqueri secundum Boss. in locis relatis à Farin. *n. 244.* — *An testis incontinenti possit se corrigere?*

43. Accipe plurimas Regulæ Ampliationes, & limitationes, nisi eas, vel aliquam illarum, velimus declarationes magis propriè appellare.

44. AMPLIATVR 1. Regula 4. Vt ante perfectum examen, & antequam testis à Iudicis discedat cōspectu, possit se corrigere, factaq; incontinēti dicatur correctio Abb. Boss. Butr. Gabr. & Far. concordantes inducens *q. 66. n. 229.* — *Incontinenti dicitur correctio antequā testis discedat a Iudice.*

45. AMPLIATVR 2. Regula 4. Vt licita sit correctio, & incontinenti dicatur facta, dummodo id fa-

Itē antequam testis cū parte loquatur. faciat testis antequam alloquatur cum parte, Abb. Butr. Fel. Imol. qui testatur de communi, de qua etiam Boss. & Gabr. in c. præterea de testibus cogen. & ita sentit Clar. & post eum Farin. plurimos alios citans, *q. 66. nu. 232*. Et idem esset dicendum, si testis loquutus fuisset cum alia persona, à qua pars potuerit certiorari de eiusdem testis depositione, Bal. Gabr. Hostien. Innoc. & Far. *n. 234*. Quod verò testis non sit alloquutus cum parte, si idem testis sit notæ fidei, & authoritatis, eius assertioni cum iuramento creditur, Alciat. Bal. & Far. *n. 237*.

Sed causam erroris alleget. 46. AMPLIATVR 3. Regula 4. Vt licet in prædictis casibus, incōtinenti se corrigens, teneatur causam erroris allegare, non tamen tenetur de errore docere, Abb. Couar. Gabr. Menoch. qui reprobat Bar. contrarium tenentem, Mont. Viu. & Far. *q. 66. n. 240*.

An ex interuallo possit se testis corrigere? 47. AMPLIATVR 4. Regula 4. Vt testis non solum incontinenti, sed etiam ex interuallo corrigere se possit, dummodo probet causam iustam correctionis, & erroris, Couar. Menoch. Viu. qui de communi, & Farin. *q. 66. n. 245*. Vt est e.g. causa verisimilis obliuionis, Alciat. Aret. Menoch. Petra. & Farin. *n. 249*. addens Menoch. quod, an causa sit verisimilis, remittitur arbitrio Iudicis.

Præsertim nobilis. 48. AMPLIATVR 5. Regula 4. Vt testis nobilis, etiam ex interuallo, possit se corrigere, quando agitur inter viles, & de rebus modici momenti, Abb. Imol. Tind. & Farin. *q. 66. n. 247*. Immò, quod in causis etiam magni momenti, & inter personas, quantuncunq; nobiles possit persona notæ fidei, & authoritatis, se corrigere ex interuallo, ante tamen publicationem examinis, & dummodo iuret cum parte se non fuisse loquutum, tenuerunt Alciat. Bal. Cott. Gabr. Ias. Marsil. & Farin. *q. 66. nu. 248*.

Correctio ex interuallo debilitat dictū primum. 49. AMPLIATVR 6. Regula 4. Vt licet correctio non incontinenti, sed ex interuallo facta, non tollat primum dictum, illud tamen debilitet, Abb. Anan. Butr. Fely. Host. Imol. Io. Andr. & Innoc. *in c. præterea, de test. cogen.*

Potest te'tis in continēti, & etiā ex interuallo addere aliquid. 50. AMPLIATVR 7. Regula 4. Vt dum testis propriè non vult se corrigere, sed potius aliquid addere; non solum possit hoc præstare incontinenti, quod nullam habet difficultatem, secundum Gabr. *lib. 7. cons. 27. n. 17*. Verum etiam ex interuallo, quamuis huic additioni præstanda non sit plena fides, Abb. Butr. Fely. Host. ē. Imol. Innoc. Io. Andr. & Zabar. *in d. c. præterea*; Intellige, si testis sponte velit hoc facere, vel dum ex officio Iudicis testis examinatur, secus si ad instantiam partis, Aret. Aemil. Gabr. & Farin. *q. 66. n. 252. & seq.*

Ex interuallo an possit se testis corrigere? 51. LIMITATVR 1. Regula 4. Vt testis ex interuallo corrigere se non possit, Butr. *in c. per tuas, de testibus*, vbi Imol. & Aret. qui testatur de communi, de qua etiam Viu. & Clar. qui ait, quod in hoc omnes conueniunt, Bal. Boss. & Farin. qui plures alios citat, *q. 66. nu. 228*. Sublimita hanc limitationem iuxta doctrinam *in hac q.* traditam *n. 47. 48. & 49.*

52. LI-

Vt post triduū. 52. LIMITATVR 2. Regula 4. Vt nō sit licita testis correctio post triduum à die depositionis, hæc enim correctio dicitur ex interuallo facta, & testis præsumitur loquutus cum parte, & subornatus ab ea, Gabr. & Farin. qui *q.66.n.238.* ait, ita pluries tenuisse Rot. Rom. præsertim *in nouis, decis. 19. te testibus.*

Et publicatis attestationib. 53. LIMITATVR 3. Regula 4. Vt publicatis attestationibus, dicatur correctio ex interuallo, & præsumatur testis loquutus cum parte, & ideo non possit se corrigere, *c. per tuas, & ibi* Imol. *de testibus*, Farin. *q.66. n.254.*

An in continenti, vel ex interuallo fit correctio, Iudex arbitratur? 54. Nota tandem pro corollario huius Regulæ 4. quod an testis dicatur se incontinenti, vel ex interuallo corrigere, multum Iudicis arbitrio tribuatur, secundū Anan. qui testatur de communi, Abb. Butr. Hostien. & Io. Andr. in *c. præterea, de testibus cogen.*

55. Latè de materia huius q. Far. *q.66.* de qua non pauca Clar. *§. fin. quæst.53.*

An testis falsus probet?
Quæstio 48.

Testis falsus nihil probat. 1. REGVLA sit. Testis falsus, cum sit periurius, nihil omnino probat Clar. *§. fin. q.53. vers. frequentissime, in fine*, & hanc esse communem opinionem, ait secundum Alex. & tenēt Bursat. Bertaz. Monticel. qui cōcordantes refert, Saly. & Farin. *q.67. n.58.* vbi ait, quod *hæc Regula*, nō solum est communis, sed quod nec contradictorem habet; Neque dictum talis testis facit inditium ad inquirendum plenè Masc. quem sequitur Farin. *n.62.* vbi remissiuè alios refert concordantes.

In vlla causa. 2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt testis falsus, vel de falso condemnatus, non solum non probet in causa, in qua falsum deposuit, sed nec etiam in alia, Anchar. Anan. Innoc. Io. Andr. & Zabar. *In cap. fraternitatis, de hæret.* Bal. Bertaz. Masc. & Far. qui alios citans testatur de communi, *q.67. num. 59.*

Quid in depositionib. factis antea. 3. LIMITATVR hæc Ampliatio; Vt licet testis falsus non probet in alia causa, in qua postea testificabitur, in quibus terminis Ampliatio intelligitur, non tamen desinat probare in alijs depositionibus antea facti s, quamuis ei de fide, etiam in his, minuatur, Anch. & Anan. *in d. c. fraternitatis, de hæret.*

Sufficit si cōuincatur coniecturis. 4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt ad hoc vt testis non probet, sufficiat, si conuincatur de falso præsumptionibus, & coniecturis, secundum Aym. Bal. Montic. & Far. *q.67. n.75.*

Falsus in vno nihil probat. 5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt testis falsus in parte, & in vno, in totum reputetur falsus, & nihil probet in omnibus, ratione iuramenti, quod est indiuiduum, Abb. Anan. Felyn. Hostien. Innoc. Io. And. & Zabar. *in c fraternitatis, de hæret.* Alex. Bal. Boss. & de communi testantur Bursat. Clar. Cotta, Mars. Petra, & Farin. qui multos concordantes referens, *q 67. n. 111.* concludit ab omnibus hoc esse receptum. Quod procedit etiam si testis esset tantum falsus in generalibus; vt si falsò negaret se affi- Puta in generalibus.

 nem,

nem, inimicum, &c. in totum enim reprobaretur, & nihil probaret, Bal. & Saly. *in l. si ex falsis C. de transact.* Bursat. qui alios referens testatur de communi, & Farin. qui & alios refert *n.126.* Quod intellige quando hæc generalia faciunt ad causam, vel, tribuunt, vel tollunt fidem testi, secus si totaliter essent impertinentia, Abb. Anch. Anan. Hostien. Io. Andr. & Innoc. *in dicto cap. fraternitatis,* iuramentum enim non trahitur ad interrogatoria impertinentia, & ideo in istis falsus non est periurus, & probat in reliquis, Natta latè, Gabr. Petra, Rimin. & Farin. *q.67. n.134.*

Falsus in circũstantijs substantialibus, nihil probat. 6. AMPLIATVR 4. Regula; Vt testis falsus, nõ in negotio principali, sed in circumstantijs, nihil probet, Bal. Marsil. Nell. Petra, & Far. *q.67. n.135.* Si circumstantiæ sint substantiales, Marf. Petra, & Farin. *n.134.* Vt si testis e. g. falsum diceret in loco, & tempore, Bal. Petra, Rimin. & Farin. *n.140.* Et generaliter substãtialia, in proposito sunt ea, super quibus testis productus est ad probandum, & capitulata, & articulata, Gram. Petra, & Farin. *q.65. n.18.* Vel vt ibidem declarat Farin. cum Bal. substantialia sunt omnia ea, quæ concluduntur sub iuramẽto, & forma articulata; Et in his, testis falsus, vel in aliquibus, seu aliquo eorum, in totum reputatur falsus, & nil probat; Et idem dic in omnibus, de quibus testis expresse, fuit interrogatus, Claud. & Farin. *q.67. n.138.* secus vero esset dicendum, dum circumstãtiæ non sunt substantiales; nec de his fuit testis interrogatus, secundum Gab. Bal. & alios relatos à Far. *n.136.* cui tamen de fide, in his, dum est falsus, in alijs etiam minuitur, Alex. Boss. Petra, & Far. *n.171.* Nisi testis iurasset dicere veritatem de omnibus, super quibus fuerit interrogatus, & interrogatus de impertinentibus falsum respondisset, quia tunc, nec in alijs vllo modo probaret, Alex. Bal. & Felyn. Mascar. Far. *n.174.* vbi tot alios refert; Quod præsertim militat in teste alias suspecto, Alex. Gram. Petra, Ruy. & Far. *n.120.*

Nõ substantialia enũ͂tur. 7. Et nota hic, quòd inter non substantialia, enumerãtur, nomen, pronomen, agnomen, cognomen, parentela, vel parochia, vnde testis in his errans, & non in corpore, probat in reliquis, Alex. Gram. Igneus, Montic. Petra, Rim. & Farin. *q.67. n.186.*

Quid si ignorãter in parte falsus sit testis? 8. AMPLIATVR 5. Regula; Vt testis, ignoranter falsum in parte deponẽs, nihil probet in totum, Anan. Ancha. Hostien. & Innoc. in *c. fraternitatis, de hæret.* Alex. Aret. Boss. & Far. qui *q.67. n.141.* alios octo DD. citans, hanc veriorem, & communiorem appellat; licet Alciat. Bal. Felyn. Menoch. cum octo alijs DD. contrarium senserint. prout eos refert Far. *n.142.* Qui vlterius ait, *n.143.* quòd in dubio præsumitur testis scienter falsum dixisse, ad hoc, vt non probet, Alciat. Ang. Aret. Marsil. Menoch. Spec. & Farin. *ibidem*; Verum est, quòd arbitriũ Iudicis plurimum in hoc valet, Menoch. & Far. *n.146.*

9. AMPLIATVR 6. Regula; Vt testis, qui verum affirmat, illud

verum esse ignorans, falsus fit, & nihil probet, Alciat. Claud. Marian. Nell. Rimin. & Far. *q.67.n.* 70. Et idem dic in teste, verum deponente, credendo dicere falsum, Marian. & Far. *n.73.*

Falsus est, qui verum dicit, credens falsum esse, vel verum esse ignorans.

10. AMPLIATVR 7. Regula; Vt testis corruptus ante depositionem, promissione, pecunia, vel alia re accepta, pro dicendo testimonio, non probet, etiam si acceperit, vt verum diceret, Anchar. Anan. Aret. Dec. Felyn. & Imol. *in c.1. de testibus*, Far. qui iura citat, & plurimos cōcordantes DD. cumulat, *q.67.n.236.& 240.* Quamuis accipiat à sponte dante, Alex. Iacob. de Beluis. & Mars. qui hos citat, *in l.1.ff. de fals.* Testis enim, pecuniam accipiens reprobatur *in dicto c.1.* Et Iudicis officio etiam parte non opponente, potest repelli, Butr. qui de communi, & Far. *n.254.* & talis, in dubio, falsum dixisse præsumitur, Abb. Aret. & Hostien. *in dicto c.1.* Et vno corrupto, omnes corrupti præsumuntur, Guido Papa. Ruy. & Far. *nu.256.* Idem dic in teste, qui accepit pretium pro non ferendo testimonio, *l.3.§. lege ff. de testibus*; Aret. Dec. & Felyn. *in c.1 de testibus*; Et idem in corrupto, timore, amore, vel odio, *cap. quoties, de testibus*, Hostien. & DD. *eodem c.1.*

An probet testis corruptus promissione, pecunia, timore, amore, vel odio.

Vno corrupto omnes corrupti præsumuntur

11. LIMITATVR 1. Ampliatio 7. Vt testis, pecunia corruptus, probet contra eum, á quo pecuniam accepit Anan. Aret. Dec. & Fely. *in c.1. de testibus*, Far. plurimos citans, *q.67. n.280.*

Contra corrūpentē probat.

12. LIMITATVR 2. Ampliatio 7. Quando pecunia publice testi datur, vt verum dicat, tunc enim nō dicitur testis corruptus, & probat, Archid. Ang. ad Ang. Bal. Bois. Monticel. & Far. qui testatur de communi, *q.67.nu.269.* Quod tunc maximè procederet, quando pecunia daretur testi pro expensis in itinere, quamuis, non publicè daretur, vt est tex. expressus *in cap. statutum in fine, de rescrip. in 6.* & ad hoc citat ad saturitatē Far. *n.270.* Vel si, nulla præcedente promissione, daretur pecunia post depositionem; Bertaz. Marsil. Menoch. Montic. & Far. *n.277.* qui tamen ait, quod iste testis, quo ad probationem, multum esset suspectus.

Itē dū pecunia publice datur, præsertim, dū pro expensis, etiā secrete, vel post depositionē, nō præcedēte promissione.

13. AMPLIATVR 8. Regula; Vt testis instructus à parte, vel eius Aduocato, de falso sit suspectus, & nō probet, Campeg. Mascar. Spec. & Far. *q.67.n.283.& seq.* Et instructus præsumitur testis, & suspectus, eo ipso, quo ante examen locutus fuerit cum parte, vt tenent Felyn. Rolan. Monticel. relati à Far. *n.285.* quod intellige, & limita, vt sequitur.

Testis instructus, an sit suspectus & an probet?

14. LIMITA. 1. hanc Ampliationem 8. Vt procedat, dum testis instruitur, vt dicat mendacium, vel à veritate discedat; secus si instruatur, vt apertè, & aptè deponat, hoc enim licet, & sic instructus, probat, Lanfr. Mascar. Montic. & Far. *q.67.nu.290.* Idem dic de teste instructo, vt congrue deponat, & sui dicti rationem reddat. Dec. Nell. Rip. & Far. *nu. eodem*; Et generaliter idem dicendum est in omni instructione facta bona fide ad dicendam veritatem. Alciat. Bal. Campeg. Dec. Minsing. Rofred.

fred. Boss. qui etiam ait, quòd testis ad veritatem dicendam, & vt melius recordetur, potest instrui etiam cum schedula, & Far. *q. 67. num.* 287.

15. LIMITA 2. Ampliationem 8. Vt si testis confiteretur se instructum, adhuc probaret, quia intelligeretur, de instructione licita; Et è contra, si testis negaret, se instructum, & instructus reperiretur, nō esset periurus, & probaret, quia intelligeretur, non instructum illicitè, Rebuf. & Far. *q. 67. n. 292.*

16. SVBLIMITA has 2. limitationes in teste instructo, & edocto à parte, vt bene diceret, quid sit notorium, talis enim videretur subornatus, & non probaret, secundum Butr. Felyn. Rip. & Spec. quos refert, & sequitur Far. *q. 67. num.* 291.

Testis in verisimilia deponens, an probet? 17. AMPLIATVR 9. Regula; Vt inuerisimilia deponens de falso sit suspectus, & nihil probet, Bertaz. Boss. Corr. Masc. Menoch. Montic. & Far. cum pluribus concordantibus ab eo relatis, *q. 65. nu.* 144. *& sequentibus.*

Super negatiua deponens, est suspectus de falso, & ei nō creditur. 18. AMPLIATVR 10. Regula; Vt deponēs super mera negatiua, sit falsus, vel saltem, & verius, de falso sit suspectus, & propterea ei non credatur, Alex. Bal. Clar. Imol. Mascar. Menoch. Montic. & Far. *q. 65. n. 207.*

In dubio non præsumitur testis falsus, ideo probat. 19. LIMITATVR 1. Regula; Vt procedat in teste manifestè falso, secus in dubio, testis enim in dubio non præsumitur falsus, & ideo, asserenti, incumbit onus probandi, *l. quoties, §. qui dolor ff. de probat.* Aym. Bertaz. Marsil. Mascar. Monticel. & Far. *q. 67. n. 103.*

20. LIMITATVR 2. Regula; Vt procedat, quando de falsitate depositionis aliunde, quam ex propria confessione ipsius testis constat; Si enim testis, siue extra iudicium, ac etiam in articulo mortis, siue in iudicio, fateatur, falsum se deposuisse, non per hoc potest dici, quòd nihil iste testis probet, licet debilitetur eius depositio iam facta, iuxta tradita per Far. qui diffusè iura, & DD. in comprobationem inducit, *q. 46. n. 56. cum pluribus sequentibus.* Deposuisse falsum, cofitēs an probet?

21. De materia huius q. late Far. *quæst. 67.*

An, & quando probet testis, deponens obscure, seu dubie? vel de credulitate, de auditu alieno, aut proprio?

Quæstio 49.

1. PRAEMITTO depositionem dici dubiam, & obscuram, quando plures, & diuersos continet intellectus, pluribusque modis intelligi, & interpetari potest, ita Alex. Corrad. Monticel. & Far. *q. 68. n. 2.* Quæ depositio dicatur dubia, & obscura?

2. REGVLA 1. sit; Testis, obscura, dubia, vel incerta depositio, regulariter nihil probat, Alex. Ang. Bal. Corr. Ias. Masc. Marf. & Farin. qui alios plures referens, testatur de communi, *q. 65. n. 1.* Testis enim depositio debet de necessitate concludere, *c. in præsentia, vbi* notant omnes, *de probat.* Mascar. Monticel. concordantes referentes, quod præsertim procedit in criminalibus, Bertaz. Boss. & Farin. qui de communi, *q. 68. n. 3.* Testis obscurè, dubie vel incertè deponens, nihil probat.

3. In-

Infertur, & exéplificatur, vsq; ad n.6.

3. Infertur 1. ex Reg. 1. Quod testis deponens de posibili; vel facta depositione, dicens, quod potest res aliter se habere, nihil probet, Alex. Bal. Bertaz. Foller. & Far. qui de communi, *q.68.n.4.*

4. Infertur 2. ex Regula 1. Vt non probet teſt s deponens per verbum, dubito, fortè, forſitan, prima fronte; ni fallor, vel ſecundum conſcientiam meam, Corr. Iaſ. & Far. concordantes citans, *q.68.n.8. cum pluribus ſequentibus*.

5. Infertur 3. ex Reg. 1. Vt non probet teſtis, dicens, ſe non recordari, vel qui ait, ita eſt, ſi bene memini, vel ſalua veritate, Alex. Mõticel. & Far. *q.68.n.11.12.& 17.* Nec, qui deponit alternatiuè per dictionem (vel) niſi vtraq; alternatiua tenderet ad eundem effectum, vt ſi teſtis diceret, percuſſit ex. gr. gladio, vel baculo, vterque enim intellectus includit maleficium, & ideo haberetur hæc pro concludenti probatione. Alex. Aemil. & Far. alios citans, *nu.* 18. *&* 19. Neque probat, qui deponit, dicendo (circa) dum agitur de probando certum quid præcisè, Menoch. Viu. qui teſtatur de communi, & Far. *n.20. & 21.*

6. Infertur 4. ex Reg. 1. Vt non probet teſtis deponens per verbũ (videtur) in materia perceptibili ſenſu corporis, licet probet ſi deponat in perceptibili per diſcurſum intellectus, Fely. Tind. & Far. qui de communi, *q.68. num.25. & ſeq.* Immò etiam in perceptibili ſenſu corporali, probaret, ſi concludentem redderet rationẽ, Alex. Rim. & Far. cum relatis ab eo, *n.* 29. Eadem illatio facienda eſt in deponente (de iudicio ſuo) teſtis enim non debet iudicare, ſed ſimpliciter factum narrare, & ideo, hunc non probare, communiter receptum eſt ſecundum Aret. & Far. *n.33.* qui citat Bertaz. Villal. & Viu. Niſi teſtis redderet ſui iudicij rationem bonam, et concludẽtem, tunc enim probaret, Corn. Decian. Iaſ. Nell. Rimin. Rolan. et Far. *n.34.* Et idem dicendum eſt de deponente per verba iuris, non autem de facto, et per verba facti, Aym. Alex. Aret. Fely. et Far. qui plures alios referens, teſtatur de communi, *n.37.*

Depositio concludens ex præſũptione iuris, vel ex interpretatione iuridica, an probet?

7. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt ſufficiat, quòd teſtis depoſitio concludat ex præſumptione iuris, Alex. Butr. Monticel. Rip. et Rom. ſed hoc intelligendum eſt, ſecundum Butr. et Mont. in his, in quibus non cadit immediata cognitio per corporeum ſenſum, alias ſecus, et hos omnes ſequitur Far. *q.68.n.38. & ſeq.* Et idem dicendum eſt, dum depoſitio interpretatione iuridica adiuuari poteſt, Farin. *num.42.*

Sufficit quod abſit reale dubiũ.

8. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt procedat in dubio reali, non cauilloſo, dicta enim teſtium, non cauillanda, ſed in benigniorem partem interpretanda ſunt, *c. cum tu, vbi*, gl. Abb. et Hoſtien. *de teſtibus*; Et adiuuanda etiam ſunt, vt probent, Bar. et Bal. *in l.2. C. de tempor. appell.* cum pluribus citatis à Far. *q.68.n.43.* qui, *n.44.* ſublimitat cum Dec. in teſtibus ſuſpectis, quorum dicta cauillari iure debent.

9. LI-

Verba dubia testis proprie sunt interpretãda, & vt probẽt, pos sunt impropriari.

9. LIMITATVR 3. Reg. 1. Vt dubia verba testis, proprie sint interpretanda, vt probent. Afflict. Ias. Monticel. Socin. & Far. *q. 68. n. 47.* Immò vt testes probent, eorum verba impropriari possunt, Abb. Anan. Ant. de Butr. Imol. & communiter DD. omnes, *in c. cum tu, de testibus.*

In dubio verba testis secũdum vulgi intelligentiã interpretantur.

10. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt in dubio verba testis sint intelligenda secundum cõmunem vsum loquendi, & vulgi intelligentiam, non autem secundum iurisperitorum subtilitatem, Fely. Monticel. Rom. Far. & alij ab eo relati, *q. 68. n. 49. & sequentibus.*

Dubia depositio quo modo declaretur?

11. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt dubia depositio declaretur per aliam partem depositionis ipsius testis; vel ex dicto alterius testis, seu à subiecta materia; Siue à capitulis, & articulis, super quibus sunt testes examinati, Mont. & Far. *q. 68. n. 55, cum sequentibus*, vbi citat concordantes DD.

Quę cõtra producentem interpretantur.

12. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt testis dicta dubia contra producentem interprætentur, & probent, Alex. Alciat. Bar. & Ias. *in. l. inter stipulantem, §. sistrum, ff. de verbor. oblig.* & Corrad. *tit. de testibus, rubr. de dubio dicto, nu. 35. fol. 129. & seq.* vbi declarat, hoc procedere, dummodo talis interpretatio, non sit contra prænotatas hic limitationes.

Testis de credulitate non probat.

13. REGVLA 2. sit. Testis de credulitate nõ probat, Villal. Viu. qui testatur de communi, Decian. & Tind. qui aiunt, ita tenere omnes, Far. copiosè citans, *q. 68. n. 62.* Et nec consuetudo, nec statutum tenerent, quod testibus de credulitate plene credatur, Ias. Far. & alij ab eo relati, *n. 64. & 65.*

14. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt testes de credulitate non probent, nec præsumptionem faciant, quamuis in dicto principali, vel in redditione rationis dicerent, se bene, seu firmiter, aut pro certo credere, vt si dicerent, scire, aut verum esse, quia sic credunt, Ias. Corrad. & Socin. cum Far. alios citante, *q. 68. n. 66. & sequentibus*, licet eorũ magnus esset numerus, Butr. Host. Ias. & Far. *n. 73.* Nec præsũptionẽ facit.

15. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt testis sufficientem reddens rationem suæ credulitatis, e.g. dicẽs, credo, quia vidi, benè probet, Butr. Fely. & Imol. *in c. quoties, de testibus*, Viu. *opin. 965. n. 6.* vbi alijs relatis, testatur de communi, Far. plurimos inducens, *q. 68. n. 74.* Limitatur Regula in reddente sufficiẽtem rationẽ.

16. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt testis de credulitate plenè probet contra producentem, Aym. Bursat. & Mascar. Quamuis vnicus esset, Bertaz. & Rimin. & hos omnes referens Far. *q. 68. n. 75.* qui plurimos alios concordantes cumulat, *q. 62. n. 226. cum sequentibus*, vbi cum Aym. & alijs declarat, hoc procedere, dum post productionem testis, ipsemet producens publicato, & didicito examine, illud produceret. Item contra producentẽ.

17. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt testes de credulitate plenè probent ad defensionem Rei, Alex. Bart. Bertaz. Boss. Dec. Fely. Ias. Mascar. qui testatur de communi, & Far. plures alios citans, *q. 68. n. 77.* licet non redderẽt rationem dicti, Seu ad Rei defensionem.

dicti, Burs. & Far. n. 79. Quòd præsertim procederet, si testes inducti ad defensioné Rei, dicerent, Reum homicidium patrasse, & credere fecisse, vt se defenderet, ipsis præsentibus, & videntibus, Bar. Bal. & Far. n. 80. Non desunt DD. qui dicunt, quòd, in casu limitationis, est necessaria redditio causæ, sed non sunt sequendi, alias enim non esset in hoc specialis fauor defensionis, quem fauorem communiter DD. ponunt, vt notat Far. n. 79.

Vel in his, quę nō sciūtur sensu corporis. Aut dū præsūpta pro batio sufficit, vel in antiquis.

18. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt probent testes de credulitate, in his, quæ sciri non possunt sensu corporis, & non nisi per credulitatem, Butr. & quam plurimi alij, quos refert, & sequitur Far. q. 68. n. 81. & seq. Vel in quibus præsumpta probatio habetur pro certa; seu etiam in antiquis, Campeg. & Far. alios citans, q. 68. n. 83. 85. & sequentibus.

Testes de credulitate probant in his, q̃ sunt difficilis probationis, & exēplificatur.

19. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt de credulitate testès probent in his, quæ sunt difficilis probationis, Campeg. Crot. Decian. Gabr. Ias. Viu. & Far. q. 68. n 84. Vt e.g. in probatione copulæ carnalis, sufficit, testē dicere, se credere N. rem habuisse cum N. dummodo reddat rationem proximam; vt si diceret, credo, quia vidi solum cum sola, & nudum, cum nuda in lecto, Abb. Butr. Fely. & Imol. in c. quoties, de testibus, Bar. Castren. Cyn. & Saly. in l. testium, C. de testibus; Idem dic in probatione ætatis, Bar. Menoch. Socin. & Far. n. 94. In antiquis, ex cursu centum annorum, Aym. Villal. Viu. & Far. n. 87. inter quos Villal. & Viu. testantur de communi. In probatione filiationis, dum testes reddunt rationem, credere N. filium N. & N. quia viderunt eum natum in domo istorum, qui se vt coniuges tractabant, Abb. Butr. Fely. Imol. Socin. iun. & Far. n. 87. & seq. vbi alios refert.

Item in his, quę cōsistūt in peritia artis, vel in valoris probatione.

20. LIMITATVR 6. Regula 2. Vt testes de credulitate probent in his, quæ consistunt in peritia artis, l. 1. & ibi DD. ff. de ventre inspicien. Dec. Grabr. & Far. alios citans, q. 68. n. 95. Nec tales testes tenentur dicti rationem reddere, Decian. & Far. n. 97. Et idem dic in probatione valoris, Decian. Masc. & Far. num. 98.

Quod nā inditiū faciant.

21. LIMITATVR 7. Regula 2. Vt licet testes de credulitate non probent faciant nihilominus inditium efficacissimum, Ang. Corr. Masc. & tenuit Rota Romana, estque communis opinio, teste Far. q. 68. n. 105. Vbi tamen adhærendo Campeg. tenet huiusmodi testes facere tantū quale quale inditium.

Nō procedunt prædicta, nisi testis dicat, firmiter credere, & reddat rationē. Sentētia lata ex testibus de credulitate, nō trāsit in rē iudicatam.

22. SVBLIMITA dicta hic supra à n. 18. vsque huc; Vt limitationes procedant, dummodo testes dicāt, asserta, firmiter credere, & rationes verisimiles, & sensui proximas reddant, aliás si tantum remotas redderent, non probarēt, Mascar. & Far. qui alios citat, q. 68. n. 111. & sequentibus; Et nihilominus pro corrollario nota, quod sententia ex testibus de credulitate lata, nunquam transit in rem iudicatam, & reuocari potest ex testibus melius probātibus, Alex. Butr. Imol. Rom. & Far. n. 117.

23. REGVLA 3. sit. Testes de audi-

Testes de auditu alieno, non probāt. auditu alieno non probant, *c. licet ex quadam in prin. vbi* Abb. & Hostien. *de testibus*, gl. & Bar. *in l. testimonium, C. de testibus*, Curt. qui ait, quod cum hac regula transeũt omnes, *in l. 1. ff. si cert. petat.* Imol. Rip. Menoch. & Far. citans vberrime, *q 69. n. 2.*

Præsertim in criminalibus. 24. AMPLIATVR Regula 3. Vt præsertim in criminalibus testes de auditu alieno, non faciant inditium ad torturam, Bal. Bertaz. & Far. qui alios citans, testatur de communi *q. 69. nu. 14.* Immò nec præsumptionem faciũt, Marf. Menoch. & Far. alios citans, *n. 9.*

Limitatur Reg. in delictis difficilis probationis. 25. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt in delictis actu, & habitu difficilis probationis, & occultis fama, & adminiculis concurrentibus, testes de auditu alieno plenè probẽt, Nat. & Far. *q. 69. nu. 52.* Sublimita hanc limitationem, *vt hic proximè, n. 26.*

Contra producenté, an probent? 26. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt etiam in criminalibus, & contra fiscum, producti testes de auditu alieno, contra producentem probent plenè, quamuis vnicus esset testis, cum etiam eius producitur depositio, Bertaz. Bursat. Aemil. & Far. *q. 69. n. 57. & sequentibus;* Et dũmodo, tam in hac, quam in antecedenti limitatione, testis, licet non interrogatus, nominet eos, à quibus audiuit, Aret. Aemil. & Far. alios inducens, *n. 78.* Et nominati ad minus sint duo, *c. licet ex quadam, vbi gl.* Hostien. & Innoc. *de testibus*, Curt. iun. qui de communi, Far. plurimos citans, *nu. 79.* Nisi nominaretur vnicus, qui actũ fecit, tunc enim sufficeret, Aret. Imol. & Far. *n. 80.* Requiritur vlterius in proposito, vt nominati sint omni exceptione maiores, Farin. abundanter citans, *n. 85.* sicut etiam deponentes, Far. *nu. 94.* tot citans, & nominati sint mortui, *n. 92.* vbi inducit concordantes dicẽtes, quod aliàs nihil probant; Item quòd deponẽtes dicant, audisse ante litem motam, *n. 96.* vbi DD. & asserant, ita credere, *nu. 99.* Et in omni euentu quam faciant probationem huiusmodi testes, Iudicis arbitrio remittitur, Abb. Menoch. & Far. *n. 102.*

27. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt testes de auditu alieno probent consaguinitatem, vel affinitatem, *cap. licet ex quadam, in princ. vbi* Anch. *de testibus*, Butr. Fely. Far. & alij ab eo citati, *q. 69. num. 103.* Dummodo concurrant requisita enumerata *in praecedenti limitatione*; & præterea, vt simus in antiquis, & memoriam hominum excedentibus, Bertaz. Socin. & Far. alios citans, *nu. 21.* & dicant, se á maioribus, & antiquioribus suis audisse, Bal. Hostien. & alij citati à Far. *nu. 110.* Et asserant, se vidisse tales consaguineos, seu affines, pro talibus, se inuicem tractare, *c. licet ex quadam in fi.* vbi Hostien. & Io. And. *de testib.* & Farin. cum citatis ab eo, *n. 120.* An probet cõsaguinitaté.

28. LIMITATVR 4. Regula 3. Vt testes de auditu alieno probent in antiquis, etiam sine fama, & adminiculis, Mascar. qui de communi, Bursat. Gabr. & Rim. qui testantur de magis communi, & Far. qui hos, & alios citat, *q. 69. n. 133.* Hæc tamen limitatio procedit cõ- An in antiquis probent?

cur-

currentibus requisitis, de quibus *hic sup. n.27.* & vbi non agitur de grani præiudicio, secus vbi de graui ageretur præiudicio, quo casu testes de auditu alieno, sine fama, & adminiculis nō probarēt, Aym. Bursat. Aemil. cum alijs citatis à Far. *n.135.* Et ita intelligendi sunt DD. ab eo citati, *n.134.* Et nota, quòd, in proposito, de iure, tempus antiquum videtur centum annorum; Sed Rot. Rom. seruat quòd sit tempus annorum 60. Far. *num. 142. & sequentibus.*

Testes de auditu proprio plenè probāt.

29. REG. 4. sit. Testes de auditu proprio plenè probant, Bar. *in l. testimonium*, vbi etiam Cyn. & Saly. *C. de testibus*, Abb. Bal. & Farin. plures citans, *q.69. nu.148. & 156.* Et idem dicendum est de testibus deponentibus per alium sensum, per quem res, de qua agitur, percipitur, Bar. Bal. Far. & alij, ab eo relati, *n.151.*

An probent dū deponūt super actu ad visum spectāte?

30. AMPLIATVR Regula 4. Vt testes de auditu proprio probent, quauis deponant super actu, qui visui conuenit quando sensus auditus nō est omnino improportionabilis tali actui; Vt si testes dicant, ex pariete, vel cortina audiuisse Titium, & Bertam carnaliter peccantes; tales enim testes, concurrentibus fama, & adminiculis, probant, Alex. Aemil. Minsign. & Far. *q.69. n.158.* & diffusius, *n.197.* vbi ad saturitatem post iura DD. citat; Et hæc procedūt, etiam quando ageretur ad pœnam criminalem, Aret. Bar. Bal. & Far. *n. 207.* Quæ intelligitur, dum Iudici sic videtur, hæc enim, Iudicis arbitrio, remittuntur, Far. *n.215.* citans Abb. Anan. Menoch. & alios: At fama, & adminiculis cessantibus dic, vt dicetur, *in sequenti n.31.* Vide etiam *infra, q.120. n.41.*

An in criminalib. deponentes cognouisse ad vocem probēt, & quid in cortinatis?

31. LIMITATVR Regula 4. Vt secundum magis communem DD. in criminalibus testes deponentes, hominem cognouisse ad vocem, non sint omni exceptione maiores, Far. sic concludit, alios citans, *q.62. n.46. & seq.* Immò si tales testes sint cortinati, seu retro parietem audientes, & deponentes, aliquem deliquisse, non probant, Felyn. Gig. Aemil. & Far. qui alios refert, *q.69. n.189. & seq.* Quòd multo magis procedit, quando testes retro cortinam, seu parietem sunt positi data opera, qui nullo modo in criminalibus probant delictum, Barbat. Gig. & Far. *n.183.* Quamuis in ciuilibus; & in actibus inter viuos, secūdum communem, probent, Far. alios citans, *n.182.* Si dicant, vocem notam habere; & quod in eodē loco aliæ non aderant personæ, nec adesse poterāt, quin testes sciuissent, alias secus, secundum Albe. Roman. & Far. *nu.194.* Et easdem personas dicant, testes prius in eodem loco vidisse, & modico interuallo facto, ibidem ex voce cognouisse, Abb. Aret. Fely. Far. & alij ab eo relati, *num.195.* Et tunc etiam remittitur arbitrio Iudicis, an probent, Bal. Campeg. Cæpol. Menoch. & Far, *n. 196.*

Quid in ciuilibus?

32. De materia huius q. latè Farin. *quæst.69.*

An testes deponentes sine ratione, & causa scientiæ probent? Quæst. 50.

Deponentes sine causa scientiæ, nō probant.

1. REGVLA sit. Testes deponentes sine ratione, & causa scientiæ non probant, *l. solam*, vbi gl. Bar. & Bal. *C. de testibus*, Ias. *per l. cum hi*, *§. vult igitur*, *ff. de transact.* vbi ait, quod ita colligunt gl. & omnes DD. Immò depositio testis non reddentis rationem, quando illam reddere tenetur, est ipso iure nulla, *d. l. solam*, *ibi*, *Nullius momenti*; quæ verba nullitatem actus important ipso iure, secundum Bal. *in eadem l. solam*, & Rolan. *cons. 57. n. 46. & seq.*

Præsertim interrogati de ea.

2. Hæc Regula præsertim procedit, quando testis, de causa scientiæ interrogatus fuit; tunc enim eam non reddendo, etiam in casu, in quo aliàs eam reddere non teneretur, nihil prorsus probaret, secundum præcitatos gl. Bar. Bal. & Ias. quibus subscribunt Gomez, Monticel. & Rim. qui testantur de communi, Abb. Butr. & Far. *q. 70. n. 4.* Et in hoc casu sufficit interrogatio implicita; vt si Iudex diceret testi, Quid scis? Ias. *vbi sup.* Campeg. Corrad. Fely. Masc. Socin. & Far. *n. 5.*

Quid si deponat super negatiua, vel in criminalib. contra Reum?

3. Si verò testis deponeret super negatiua, ad hoc vt probaret, etiā non interrogatus, deberet reddere rationem sui dicti, Aret, Bal. Dec. Fely. & Far. alios citans *q. 70. nu. 23.* Similiter in criminalibus, testis contra Reum nihil omnino probat, nisi etiam non interrogatus, rationem suæ depositionis reddat, Bal. qui testatur de communi, Innoc. quem (vt post Marsi. ait Clar. *§. fin. q. 53. vers. præterea dixi*) sequunter omnes, Bertaz. Masc. & Farin. qui alios concordantes refert *n. 14.* Et non solum non probat ad condemnandum, licet haberet similem contestem, sed nec etiam ad torquendum, Farin. alios citans *n. 15.* Vnde si e. g. testis diceret, vidisse Titium commisisse homicidium, non probaret, nisi diceret, quomodo sciat, quod ille esset Titius, Io. de Amic. Rimin. & Farin. *n. 15.* Quod sicut verum est secundum omnes, vbi agitur de pœna corporali; sic non desunt aliqui idem substinentes, vbi agitur de pœna pecuniaria; Sed secundum communem, de qua Far. *nu. 17.* dicendum est, quod vbi de pecuniaria pœna agitur, testes non reddentes rationem, de ea non interrogati, probent; & subscribunt Viu. qui pariter testis est de communi, & Clar. *in citato ver. præterea dixi*, in fine; & secundum eosdem DD. idem dicendum est in criminalibus, dum testes ad Rei defensam deponunt.

Procedit Regula etiam in Iudice priuilegiato.

4. AMPLIATVR 1. Regula; Vt Iudex habens liberum arbitriū procedendi de iure, & de facto, non possit credere testi deponenti sine ratione, vel malam reddenti in casu, in quo illam redde tenetur Dec. Ias. Menoch. & Farin. alios citas *q. 70. n. 36.*

Quid si comparentur isti cū alijs rationem reddētibus.

5. AMPLIATVR 2. Regula; Vt testibus reddentibus rationem magis credatur, quam alijs, numero pluribus, eam non reddentibus, etiam si isti de ea interrogati non fuerint, & eam reddere non tenerentur

rentur, Aret. Bar. Boss. & Farin. qui plures alios citans, testatur de communi, *q.70. num.19.* Quod in tantum verum est, vt illi testes, nec debilitent dictum, rationem reddentium, Bal. Fel. & Far. *n.*20.

Ratio reddi debes per sen sū corporis aptum.

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt testes non probent, nec eorum ratio sit bona, nisi reddita sit per sensum corporis, Alex. Bal. Bar. & Ias. *in l. prima, ff. si cert. petat.* & est *tex. in c. cum causam, de testibus,* vbi hoc notant, & exemplificant Aret. Butrig. Host. Innoc. & alij; Et per sensum aptum illi rei, Far. alios citans *q.70. n.*128. Exceptis sensibus visus, & tactus, qui, cum sint communes ad omnes sensus, saltem, vbi est talis vsus loquendi, ratio reddita per hos sensus, est bona, etiam in alijs sensibus, secundum Aret. qui de communi, Bar. & quamplurimos alios, quos citat Farin. *num.* 129. qui de hac controuersa materia differit *vsq; ad numerum* 141. Declara hanc Ampliationem; Vt ratio possit reddi secundum decem prædicamenta, Bal. & Farin. *num.* 159. Et per quatuor causas, materialem, efficientem, formalem, & finalem, Bal. Camp. Saly. & Farin. *n.*160. Et quod hæc ratio bona est; Scio; quia sic reperio in meo memoriali, Nell. & Far. *n.*163.

Potest ratio reddi per prę dicamenta, & per quatuor causas.

7. AMPLIATVR 4. Regula; Vt testis deponens super his, quæ sunt iuris, & iudicio intellectus percipiuntur, etiam non interrogatus, rationem, & causam scientiæ reddere tenetur, ita tenuit Rota Roman. *diuers. par.3. decis.*1163. *n.* 2. *coram Augustino*; Abb. Aret. Butr. Fel. Imol. *in c. cum causam, de testibus*, vbi ait Abb. quod hæc theoria ab omnibus approbatur, Curt. Masc. & Viu. qui testatur de communi, Bal. Bart. & Farin. *q.70. nu.* 6. vbi citat vltra 20. alios DD. cōcordantes; Sed fallit hæc Ampliatio in illis, quæ modico discursu intellectus percipiuntur, in quibus testis rationem reddere non tenetur, nisi de ea interrogetur, Abb. Bar. Camp. Fel. Masc. & Far. *n.*7.

Quid in depositione, de his, quæ iuris sūt, & iudicio intellect. percipiūtur.

8. Exemplifico in plurimis casibus, in quibus testis interrogatur de his, quæ iuris sunt, & iudicio intellectus percipiuntur, & in quibus testis etiam non interrogatus de ratione, illam reddere tenetur; videlicet; Dum testis deponit super qualitate personarum, vel asserit aliquem esse dominū alicuius rei, Far. alios citans *q.70. n.* 45. *&* 46. Vel dum ait, N. turbasse possessionem N. *n.*74. Vim intulisse, *n.*81. Rem deteriorasse, *nu.* 82. Vel aliquem esse mortuum, Farin. *n.* 83. Idem dic, dum testis imperitus deponit de fama, vel super notorio, *n.*48. *& seq.* Vel dum quilibet testis deponit super interesse, vel de consuetudine, *n.* 53. *& seq.* Seu super ebrietate, furore, siue dementia, *n* 59. vel super ira, *n.*69. Super amicitia, vel inimicitia, *n.*61. Idem dicendum, dum agitur de probatione alicuius miraculi, *n.* 67. diligentiæ, vel negligentiæ, *n.*68. doctrinæ, *n.*70. iurisdictionis, *nu.* 71. Clericatus, *num.* 73. recognitionis manus, *nu.* 79. probationis ætatis, *n.*84. habitationis, *nu.*85, consanguinatis, *n.* 88. doli *num.* 89. Et in præcitatis locis concordantes Farin. inducit, & plurimos etiā alios

Multipliciter exēplificatur.

casus

casus enumerat, in quibus testes, etiam non interrogati, reddere rationē tenentur, aliàs non probant.

Quid si causa sit inepta, & dictum bonum vel è contra?

9. AMPLIATVR 5. Regula; Vt si dictum testis bene concludat, si ratio non sit concludens, vel aliquo modo inepta, corruat omnino testis dictum, Quamuis è contra si ratio sit bona, probet testis, licet eius dictum non concludat; à ratione enim testis dictum pendet, à qua restringitur, ampliatur; & declaratur, Bal. Bertaz. Boss. Bursat. Masc. & Far. alios referens, & de communi testans q.70.n.12.

Deponens sine causa vel cū causa non bona, indiciū non facit.

10. AMPLIATVR 6. Regula; Vt dum testis rationem, & causam scientiæ reddere tenetur, eam non reddens, vel non bonam, nec præsumptionem; aut indicium faciat, Abb. *in c. cum causam, de testibus*, Ias. *in l. cum hi §. vult igitur, ff. de transact.* Bar. Felyn. Masc. & Far. alios citans, q.70.n.8.

Quæ sit bona causa; secundū quā arbitriū regulat Iudex.

11. Ratio autem in proposito bona, debet esse congrua, concludens, necessaria, generalis, vera, & manifesta, secundum Bal. Castr. & Saly. *in l. solam, C. de testibus*, Bart. Masc. & Farin. qui alios citans testatur de communi q.70.n.10. Et secundum qualitatem causæ adductæ, Iudex regulat suum arbitrium, & assumit quantitatem præsumptionis, Abb. Corrad. Felyn. & Far. n.11.

12. Intellige tamen rationem debere necessariò concludere in his, quæ immediatè per sensum corporis percipi possunt; Alex. Butr. & Farin. q.70.n.148. In alijs verò, quæ sic percipi non possunt, sufficit rationem, probabiliter cōcludere, vel vt in pluribus, & frequenter, Bal. *in l. prima*, vbi Alex. Castr. & Dec. *ff. si cert. petat.* Boss. Mascar. & alij, quos refert, & sequitur Farin. n.147.

13. Ex doctrina huius 6. Ampliationis, sumunt quidem Authores occasionem dubitandi, quæstionemq; mouendi, An bona sit ratio testis interrogati de causa scientiæ, dum respondet; Scio, quia vicinus? In qua quæstione affirmatiuam sustinet Bar. *in l. prima, ff. si cert. petat.* & est communis opinio, de qua testantur Corrad. & Rip. & de magis communi Farin. q.70.n.164. vbi citat ad saturitatem DD. inter quos Rom. qui ait, quod opinionem Bart. sequūtur omnes. Sed quicquid dicat Rom. negatiuam, vt refert. Farin. n.165. defendunt, Ang. Bal. & Imol. Vnde pro concordia distingui potest multipliter; Videlicet.

An sit bona causa, scio, quia vicinus vsq; ad n.18.

14. Vel enim agitur, quando testis de actu vicini successiuo, & frequentato deponit, & procedit opinio affirmatiua; Vel de actu momentaneo, & procedit negatiua; Hæc distinctio est Alex. Aret. Castren. Rip. Cagn. qui de communi *in l. prima, ff. si cert. petat.* Felyn. Menoch. Monticell. & Farin. q.70.n.196.

15. Vel 2. distingue, Aut enim testis deponit super eo, quod latere non potest oculos vicini, vel saltem super eo, quod communiter, & verisimiliter notum est vicinis, & est vera opino affirmatiua; Aut super eo, quod vicinis latere potest, vel communiter illis notum non est, & verificatur negatiua, Alex.

Cag.

Cag. Rip. & Farin. plurimos alios citans, *q. 70. n. 198. & 199.*

16. Accipe 3. distinctionem; Vel agitur de probando quid in genere, & sequenda est opinio affirmatiua; vel in specie, quod in genere scire non potest, & tenenda negatiua est, Alex. Aret. Bal. Felyn. Rom. & Far. *q. 70. n. 202.*

17. Sed nota, quod in omni euentu, ex hac ratione (scio, quia vicinus) resultat tãtum probatio præsumptiua, Aret. Curt. Iun. qui testatur de communi, Alex. Felyn. & Farin. alios inducens *q. 70. n. 185.* Quæ cum sit præsumptio iuris, secundum Alex. Curt. Dec. & Farin. *n. 186.* licet ex ea non possit imponi pœna ordinaria, extraordinaria, & mitior potest infligi, Alex. Cagn. Dec. & Far. alios inducens *nu. 89.* qui *nu. 191.* de communi testatur; At sentẽtia lata ex tali probatione præsumptiua, in rem iudicatam nunquam transit, & testes, concludentẽ reddentes rationem, istis præferuntur, Menoch. & Farin. qui alios inducit, *n. 194. & 195.* Et vlterius vicinitas probanda est aliter, quam per assertionem testis, dicentis se vicinum; Far. cum alijs *n. 205.*

18. Exempla pro opinione affirmatiua, de qua in supra positis distinctionibus, habes apud Farin. *q. 70. à n. 170. vsq; ad n. 179.* nempè in probatione habitationis, ætatis, mortis, possessionis, quod quis sit blasphemator, aleator, fornicator, meretrix &c. Exempla verò pro opinione negatiua habentur apud Farin. *n. 180. vsque ad n. 184.* Nempe dum agitur de probatione adulterij, furti, homicidij, vel alicuius alterius delicti particularis commissi in domo vicini, &c.

19. Quæcunque dicta sunt *in hac q. à n. 13. vsque huc*, de vicino, militant etiam in eo, qui redderet rationem; Scio, quia consanguineus; vt tenet, & probat Far. *in locis ibidem relatis.* Dicta de vicino, dicenda sunt de consanguineo

20. LIMITATVR 1. Regula; Vt testis nõ interrogatus de ratione, illam regulariter reddere non teneatur, gl. & DD. communiter *in l. solam, C. de testibus, & in cap. cum causam, eodem titulo*, Farin. ad saturitatem DD. referens, *q. 70. n. 91.* inter quos Ang. Butr. Gom. & Viu. de communi testantur. Sublimitanda est hæc 1. limitatio, iuxta notata *in hac q. n. 3. 7. & 8.* An de ratione non interogatus, eã reddere teneatur?

21. LIMITATVR 2. Regula; In peritis à Iudice electis, deponentibus super his, quæ ad artis eorum peritiam spectant, qui rationem reddere non tenentur, secus si à parte electi essent, Bar. Felyn. & Farin. *q. 70. n. 102. & sequentibus*; Sicut nec rationem reddere tenetur testis conscientialis per corporis sensum, Bar. & Farin. *n. 151.* Quid in peritis, & in teste conscientiali?

22. LIMITATVR 3. Regula; In teste, deponente ad Rei defensam, qui rationem reddere non tenetur, & sine ea probat, Bar. Bal. Boss. & Farin. *q. 70. n. 101*, vbi alios citans præsertim inducit Clar. & Masc. qui testantur de communi. Seu in teste ad defensam Rei?

23. LIMITATVR 4. Regula; Vt testis depositio adminiculata valeat sine redditione causæ scientiæ Bal. *per d. l. solam*, vbi Saly. *C. de testibus*, & Farin. *q. 70. n. 95.* Sed sublimita, *vt sup. hic n. 3.* Vel in depositione adminiculata?

24. LI-

Sufficit ratio implicita.

24. LIMITATVR 5. Regula; Vt non sit necessaria redditio causæ scientiæ explicitè, sufficit enim, vt implicitè reddatur, Abb. Aret. Boss. Butr. Fel. & Farin. plures alios citans, *q.* 70. *n.* 149. Vel aliàs grosso modo, Bal. Monticel. & Farin. *n.* 150. Sicut etiam sufficit testem dicere; Scio, vel verum est, quia fui præsens, Anan. & Viu. qui testantur de communi, Abb. Alex. Arct. Bal. Bar. & Farin. qui plures alios citat, *n.* 152. *& seq.* Sublimitando hoc, dummodo testis non dicat tantummodo (Interfui) sed etiam (Scio, vel verum est, quia interfui) Bal. Fely. & Farin. *n.* 158.

Quid in teste assertiuè loquente sine redditione rationis?

At idem Farin. *n.* 154. tenet vlterius, quod, tum testis loquitur assertiuè, dicendo, aliquid dictum, vel factum, probet, quia præsumitur, quod testis fuerit præsens quãuis explicitè non reddat rationem, (quia fuit præsens,) & ante Farin. ita senserunt Bal. & Dec. quos ipse citat.

Deponens in his, quæ sunt facti, & sensu corporis percipiuntur, nõ interrogatus rationẽ reddere, an teneatur, & explicatur vsq; ad n. 27.

25. LIMITATVR 6. Regula; Vt in his, quæ sunt facti, & immediatè sensu corporis percipiuntur, non teneatur, non interrogatus testis, sui dicti rationem reddere, Abb. Aret. & Innoc. qui ait, quod hæc theoria ab omnibus approbatur, *in c. cum causam, de testibus*, Bar. & Bal. *in l. solam, C. eodem, Viu.* qui de communi, & Farin. alios citans *q.* 70. *n.* 93. Declara, vt in re, quæ sensu, & intellectu percipitur, si præualeat sensus, procedat hæc limitatio, secus è contra, Ioannes Sicar. & Farin. *n.* 94.

26. Exemplifico in multis casibus, in quibus testis deponit super his, quæ sunt facti, sensibusque corporis immediatè percipiuntur, & per consequens non tenetur sui dicti rationem reddere; Et in primis de his, quæ sensu visus percipiuntur, nempe, super numeratione pecuniæ; Farin. *q.* 70. *nu.* 113. *& seq.* super actu, vel contractu, *num.* 115. super colore, *nu.* 116. vbi ait Farin. quod in his præsumitur visus: Idem dic, dum testis deponit de his, quæ sensu auditus percipiũtur, vt quod quis cantet benè, vel male: sensu gustus, vt quod res sit amara, vel dulcis; sensu tactus, vt quod res sit mollis, vel aspera; sensu odoratus, vt quod res sit suauis, vel fetidi odoris; Farin. alios citãs, *nu.* 117. *& sequentibus*. Deponens verò super possessione, seu detentione rei, intelligitur de possessione facti, & naturalis, & ideo testis non interrogatus de ratione, eam non reddens probat, Abb. Bal. Butr. & Innoc. qui testatur de cõmuni *in c. cum causam, de testibus*, Bar. Boss. Spec. qui de communi, & Farin. *n.* 123. Idem omnino dicendum est in testibus deponentibus super quocumque delicto, & maleficio cadente sub sensu corporis; Vt si testis dicat, quod N. percussit N. Si non interrogetur de causa sciẽtiæ, non tenetur eam reddere, Bal. Bart. Felyn. & Farin. *n.* 106. Qui *n.* 107. hoc limitat, dum ageretur criminaliter ad pœnam, quo casu testis etiam non interrogatus rationem reddere tenetur, aliàs nihil probat, iuxta tradita *supra in hac q. n.* 3. Quid in criminalibus?

27. Si verò dicat testis se scire N. dedisse, seu numerasse pecuniam

N. te-

N. testis iste non reddẽs rationem sui dicti, etiam non interrogatus de ea, non probat; sunt enim multa sciendi genera, *gl. in cap. sicut, de testibus*, Farin. *q.*70. *nu.* 108. Qui tamen postea distinguit; Aut enim agitur ciuiliter, & sumus in his, quæ sensu corporis percipiuntur, & testis dicens, se scire. probat, præsumitur enim ratio visus, Bal. Alex. Fely. Socin. Rimin. qui testatur de communi & Farin. *n.*111. Perinde enim est, ac si testis dixisset (verum est) ait Bal. quod dictum, tacite rationem visus implicat, & per visum deponens probat testis, Alex. Bal. Felyn. Ias. & alij, relati à Farin. *nu.*109. Aut agitur criminaliter ad pœnam, & verius est, quod testis etiam non interrogatus, teneatur reddere rationem alias dicens tantum (scio) non probet, Farin. *nu.*110. & faciunt ea, quæ dixi *sup. in hac q. n.*3. Sed hoc intellige, quando testis deponit super his, quæ sunt iuris, vel etiam quando sumus in casu, in quo rationem reddere potest per sensum corporis, aliàs sufficeret, si diceret se scire, vel verum esse, etiam interrogatus, vt si de tempore deponens, dicat; Hodie est vnus mensis, ex quo tale quid accidit, Campeg. & Far. *n.*112.


Quid in criminalibus?

28. De materia huius q. latè Farin. *q.*70.

DE OPPOSITIONIBVS

Contra examen Testium.

TITVLVS TERTIVS.

1. 

POST titulos de oppositionibus contra personas, & dicta testium, superest, vt in hoc tertio Titulo de oppositionibus contra examen testium agatur.

An probent Testes parte non citata examinati? Quæstio 51.

2. MVLTIPLICITER contra examen testium opponi solet; Et loco primæ Oppositionis hanc constituo; Quod testes parte nõ citata examinati sint; circa quam oppositionem sequentem propono Regulam.

3. REGVLA sit firmissima. De iure tam Pontificio, quam Cæsareo, testes, parte non citata examinati, minimè, probant; est tex. in iure Canonico *in cap.*2. *de testibus*, vbi gl. Abb. Aret. Bal. Innoc. & cæteri DD. Et in iure Ciuili est similis *tex. in l. si quando, §. sed cum oportet*, vbi gl. Castren. Saly. & alij, *C. de testibus*. Hæc Regula, sicut

Testes parte non citata examinati nõ probant.

Aa vera

vera est in ciuilibus, per citata ad saturitatem a Farin. q.72. n.1. vbi ait, quod Regula ista communiter in ciuilibus ab omnibus recepta est; Ita multo magis veritatem habet in criminalibus, in quibus de maiori agitur præiuditio; Sic arguit Abb. *in dicto cap.2.* vbi Felyn. & alij, & de communi testantur Blanch. Gomes. Clar. *§. fin. q.11. vers. item quaro, in principio*; Et ad rem innumeros citat Farin. *n.* 87. *&* 89. Sed nota quod loco citationis sufficeret in proposito monitio Iudicis, *dict. cap.2.* vbi Abb. Aret. Butr. Dec. Innoc. Bart. & Far. qui alios refert *n.76.*

Licet essét multi non probarent, & an faciāt inditium?

4. AMPLIATVR 1. Regula; Vt testes, tā in criminalibus, quam in ciuilibus parte non citata examinati, etiam si mille sint, minimè probent, Aret. Bertaz. Gabr. Mascar. Monticel. & Farin. alios inducens, *q.72. n.30.* Et præsertim in criminalibus, non modo probationem nō faciunt ad condemnationem, nec ad torturam, sed secūdum magis communem DD. á Farin. citatorum, *n.89.* nec pertingunt ad indicium faciendum; licet aliqui relati, *n.90.* hos aliquod indicium facere teneant.

Procedit Regula in causis summarijs, & omnino priuilegiatis, vt apud Regulares.

5. AMPLIATVR 2. Regula; Vt etiam in causis, in quibus, iuris solemnitate non seruata proceditur, citatio partis in examine testiū requiratur, Aret. *in cap.2. de testibus*, vbi Dec. & Fely. ita etiam tenet Farin. alios citās septem DD. *q.72. n.13.* Item in causis, in quibus proceditur summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, manu Regia, & quāuis Iudex haberet quodlibet liberum, & absolutum arbitrium, Farin. plurimos cōcordantes DD. inducens *nu.* 14. *vsque ad* 18. Immò cum Boss. Masc. Monticel. & alijs, sustinet *nu.29.* citationem partis in examine testium requiri, etiam quod causa tractetur corā Principe; Et in comprobationem huius Ampliationis 2. faciunt ea, quæ notantur ab eodem Farin. *n.98.*

6. LIMITATVR 1. Regula (Et hæc limitatio est contra Doctores, & eorum doctrinam relatam hic supra numero 5.) Vt in examine testium partis citatio non requiratur, quando agitur coram Iudice (sicut, ex priuilegio Bonif. VIII. dixi *supra q.7. n.3.4.7. & 9.* esse Iudicem Regularem) qui procedit inspecta æquitate naturali, & de iure gentium, Aret. *cap.2. de testibus*, vbi Addentes ad Abb. qui Bart. citant, & ita etiam tenent Gabr. Marsil. & Farin. qui videtur sibi contrarius, *q.72. n.59.* Et ratio huius limitationis est, quia dicta citatio pertinet ad solemnitatem iuris, ad quam priuilegiati, vt sunt Regulares non tenentur, vt probatum est *sup. q.7.* Corroboratur hæc limitatio *ex infra dicendis hic n.7.8. & 9.*

Sed quod inter Regulares & in causis priuilegiatis non requirat. dicta citatio, nec Regula procedat.

7. LIMITATVR 2. Regula; Vt in examine testium citatio non requiratur partis, dum Iudex procedit ex officio, & per inquisitionem. Hæc limitatio si intelligatur de inquisitione generali, sicut est verissima, sic etiam communissima est, & hanc tenuerunt Ang. Aret. Bal. Bar. cum pluribus alijs citatis

An testes parte non citata examinati ex officio in inquisitione generali, vel

tis à Farin. *q.72.nu.*105. Et multo magis Butr. Gabr. Hostien. cum alijs inductis à Far. *n.*103. Si verò sit sermo de inquisitione speciali, controuersa est materia, & citationem partis requiri, tenuerunt Abb. Ang. Aret. Bal. Far. & plurimi alij DD. cumulati à Farin. *n.* 104.*&* 105. Sed è contra, quod nec in speciali inquisitione citatio partis in examine testium requiratur, tenuerunt Butr. Corrad. Crot. Gabr. Hostien. Io. Andr. Nouel. & Socin. relati à Far. *nu.*103. qui ad rem quamplures alios citat, *n.*135. Sed quicquid sit de iure, ita de consuetudine seruari in Ciuitatibus Lombardiæ dicunt Alex. & Blãch. Et de stylo Italiæ testis est Praxis Caioni; Immò Foller. ait hanc esse consuetudinem, & praxim omnium curiarum, & hos refert Clar. *§.fin. q.*11. *vers. Item quæro*; Et ita seruari præsertim in statu Ecclesiastico testatur Flam. Chart. *in tract. de exequut. sent. cap. fin. n.*175.

speciali; probent'

8. Ista met consuetudo, & stylus viget, semperq; seruatus fuit apud nos, siue per Inquisitionem, siue per Denunciationem, siue etiam per Accusationem procedatur. Et quod vbi viget hic stylus, statutum, vel consuetudo, citatio partis in examine testium non requiratur, tenuerũt Alex. Blanch. Bosf. Dec. Gabr. Honded. Marsil. Menoch. & Farin. alios referens *q.72.n.72.* Et hæc doctrina specialiter seruãda est in ordine ad Regulares, qui ex priuilegio Bonif. VIII. de quo *sup. q.6.* liberè procedere possunt, secũdum consuetudines approbatas, licet alij relati à Farin. *nu.73.* teneant hanc esse corruptelam non seruandam; Sed isti sequendi non sunt. Attamen cum hæc materia admodum sit controuersa; Non interueniente dicta citatione, tutius erit curare, vel vt testes habeantur pro ritè, & rectè examinatis, vel quod, saltem, dum petitur testes repetantur, iuxta tradenda *in duabus sequentibus limitationibus.*

Stylus apud nos vigens in hoc.

9. LIMITATUR 3 Regula; Vt testes examinati sine citatione partis probent, quando Reus habet eos pro rectè, & ritè examinatis, Foller. Gabr. Honded. S. mãc. Vulpell. Chart. qui testatur de communi practica in statu Ecclesiastico, & Farin. *q.72.n* 149. vbi ait. hoc esse, quod dixit Bal. posse testes examinari parte non citata de consensu partium, & quod ita practicatur; Et subscribunt Aret. Campeg. Corrad. Felyn. Gabr. Marsil. Mascar. & Far. *n.*74.

Reus habens expressè testes pro ritè examinatis probãt quãuis examinati fuerint parte non citata,

10. Sed nota, quod hæc limitatio procedit dum Reus expressè declarat, se habere testes pro rectè, & ritè, examinatis, Chart. Gabr. Honded. Vulpel. & Farin. *q.* 72.*n.*155. Ad quam tamen declarationem Reus cogi non potest, Bursat. Chart. Vulpell. & Farin. *n.* 157. Et data etiam hac declaratione, re integra, & ante habitas copias, potest Reus pœnitere, Gabr. Honded. & Farin. *n.*156. Et testes repeti facere, maximè, quãdo Reus protestatus fuisset, sibi reseruare ius repetendi testes; Honded. & Farin. *n.*152. Et ideo consilium sit Iudici, vt omni meliori modo, det operam, ad ambiguitatem, &

occasionem cauillationis tollendam, vt Reus expresse declaret, se testes habere pro ritè, & rectè examinatis.

Item si reo postea citato repetantur.

11. LIMITATVR 4. Regula; Vt testes sine citatione partis examinati probent, si postea Reo ipso citato, seu à Iudice monito, repetantur, Bal. Boss. Clar. & de communi opinione testes sunt Bertaz. Bursat. Honded. & Vulpell. & hos, plurimosque alios refert, & sequitur Far. *q. 72. nu. 136.* Et vtique si repetitio a Reo petatur, deneganda ei non est; At circumscripta petitione, apud nos dubio procul, tenendum est, sine citatione partis examinatos testes probare, iuxta tradita *in hac q. n. 7. & 8.*

Testes nō examinādi parte præsēte & quid si hoc nō seruetur?

12. LIMITATVR 5. Regula; Vt licet de iure testes parte præsente, vel citata iurare debeant, non tamē parte præsente sint examinandi; quia secrete testes debent examinari, gl. Cyn. qui testatur de obseruantia, & Salyc. *in l. si quando, C. de testibus*, vbi etiā Bar. Ang. & alij, Item *gl. in cap. 2.* vbi Abb. Aret. Bal. Dec. Hostien. Imol. & Innoc. *de testibus*, Farin. qui concordantes ad saturitatem citat *qu. 80. nu. 93.* Sed si testes parte præsente examinentur, probant, at pars, quæ fuit præsens, cum didicerit testificata, alios testes producere prohibetur, Aret. Bar. Far. alios duos DD. inducens *n. 98.*

Testis singulariter examinē tur, aliās nō probat.

13. Ex limitatione hac infertur, testes singulariter examinari debere, & non insimul in turba, aliàs non probare, vt est tex. expressus *in c. venerabili in fin.* & ibi gl. Abb. Aret. Bal. Fel. Hostien. & Imol. *de testibus*, Boss. Masc. Monticel. & Far. plures alios concordantes inducens, cum rationibus, *q. 80. n. 94.*

In causa ardua possunt adhiberi à testes.

14. SVBLIMITATVR 1. limitatio 5. & doctrina in ea tradita; Vt in causa admodum ardua, Iudex in examinibus testiū duos fide dignos viros adhibere possit, ne de veritate examinis dubitari contingat, Abb. Bal. Felyn. Montic. Salyc. & alij, quos sequitur Far. *q. 80. n. 95.* inter quos Bal. ait, dictos duos viros iurare debere, testium depositiones tenendi secretas; Et hæc cautela, quam admodum laudat Ioannes Sicar. *in l. nullum, C. de testibus*, nō rarò apud nos practicari solet saltē in aliquibus Prouincijs.

Hoc apud nos seruatur.

In causis summarijs Regularium, possunt testes non secretè examinari.

15. SVBLIMITATVR 2. limitatio 5. Vt in causis summarijs (prout sunt causæ Regularium, ex traditis *sup. q. 8.*) testes possint non secretè examinari, Bal. Lanfran. Rebuf. & Far. *q. 80. n. 97.*

16. Plures Ampliationes, & limitationes in materia huius q. reperies apud Farin. *q. 72.* vbi de hoc subiecto late differit; sed lectori Regulari, supra hic explicatæ magis necessariæ sufficiūt; aliæ enim, vel ad Regulares non pertinent, vel nimis in ambiguo positæ sunt.

Testes examinati sine interrogatorijs partis, an probent?

17. Prætermitto hic oppositionem, quod testes sint examinati sine interrogatorijs à parte datis, de qua Farin. latè *per totam q. 73.* Circa quam oppositionē videtur concludendum, prout in hac *q. 51.* determinatum est, circa oppositionem; Quod testes sint examinati parte non citata, &c.

An,

An, & quando probent testes sine iuramento examinati? Quæstio 52.

1 OPPOSITIO hæc 2. nimis firma contra examen testium est, quod sine iuramento testes examinati sint, circa quam oppositionem.

2. REGVLA sit. Testes sine iuramento examinati non probãt, *l. iurisiurandi*, vbi Ang. Bal. Bar. Salyc. & alij, *C. de testibus, c. nuper*, & ibi gl. *de testibus*, Boss. Masc. & Farin. *q. 74. n. 1.* vbi copiose alia iura, & DD. cumulans, testatur nedum de communi, sed etiam, quod hæc Regula contradictorem non habet; licet non desint, & isti Regulæ eius limitationes, de quibus *infra in hac q.*

Testes non iurati nõ probãt.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt testes non solum debeant iurare, sed etiam rite, aliàs non probent: Et vt ritè iurent, debent iurare, de veritate dicenda, *cap. hortamur, 3. q. 5.* Bar. in l. iurisiurandi, C. de testi. & Far. alios inducens, *q. 74. n. 5.* Debent iurare in iudicio, Mascar. Monticel. & Farin. *n. 29.* Et corporaliter nempe tacto pectore, si sunt Cardinales, Episcopi, vel Sacerdotes, & hoc tam de iure, quam de generali consuetudine, *Authen. sed Index, C. de Episcopis, & Cler.* Bar. *vbi supra, & ibi* etiam alij DD. & Farin. alios referens, *nu. 82.* Cæteri verò (quicquid sit de iure) de consuetudine iurant tactis Euangelijs, vel quibuscũq; alijs scripturis, Abb. Aret. & Imol, *in cap. tuis, de testibus.* Viu. qui testatur de communi stylo, & Farin. alios citans *nu. 22.* Vel saltem tacta aliqua re sacra, vt cruce, altari &c. Aret. & Farin. *n. 27.* Sed vbi talis consuetudo non viget, Farin. *n. 23.* cum Abb. & Fely. tenet, quod iurandum esset tactis Euangelijs, sic enim de iure iurandum est, Farin. alios citans, *n. 20.*

Quomodo iurare debeãt ritè.

4. AMPLIATVR 2. Regula, Vt prius iurare debeat testis, & postea examini se subijcere, alias si prius deponeret, postea iuraret, depositio nihil valeret, Abb. Aret. Bal. Bart. Fel. & de communi testantur Masc. Viu. plures alij apud Farin. *q. 74. n. 31.* Validaretur tamen depositio testis iurantis post examen, si iterũ idem deponeret, quod prius deposuerat, vel saltem compendio, factam depositionẽ referret, Anchar. Anan. Bal. & Far. qui de communi testatur *n. 34.*

Et quãdo.

5. Et licet, dum testis iurat post depositionem ex interuallo, pro certo tenendum sit, quod, non adhibita dicta cautela, minime probet iuxta tradita per Bal. & plures alios, relatos à Far. quos, & sequitur *q. 74. n. 38.* præsertim, si non ex se, sed ad instantiam Iudicis, vel examinatoris iuraret; secundum Aret. Syl. & plures alios, quos sequitur Farin. *n. 40.* Tamen, si testis incontinenti post examen iuraret, valere depositionem, tenuerunt Bal. Castren. Ias. Masc. Montic. & Rip. relati à Far. *n. 38.* vbi sex alios DD inducit; Sed contra hos senserunt Abb. Archid. Moncad. qui testatur de communi, Præpos. Saly. & Bellam. qui testatur de veriori, & communiori: At si non modo incontinenti, sed etiã

ex

ex se, testis post examen iuret, hunc probare dicunt Aret. Fely. Masc. Minsing. Grauat. & Viu. Bellam. verò sentit, quod nec etiam in hoc casu, probet, & testatur de veriori, & communiori, & hos omnes refert Far. *n.* 41.

An quoties testis examinatur toties iurare debeat. 6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt testis pluries examinatus, vel repetitus, pluries etiam iurare debeat *cap. fraternitatis, in fi.* vbi Innoc. Hostien. Io. Andr. Bal. Abb. Aret. & alij, *de testibus*, Alex. Boss. & Farin. *q.* 74. *num.* 47. limitant aliqui DD. vt necesse non sit, vt testis iterum examinatus, denuo iuret, quādo iurauit dicere veritatem super totam causam, vel repetitur ad declarandum suum dictum; Sed tutius est, vt quoties testis examinatur, toties iuret.

An præsumatur iuramentum, dū de eo expressè non apparet? 7. AMPLIATVR 4. Regula; Vt iuramentum non præsumatur in testibus, nisi de eo expressè appareat, Abb. & Butr. *in c. tuis, de testibus*, Bursat. Campeg. Ias. Masc. Montic. qui alios refert, & Farin. *q.* 74. *n.* 72. limita in antiquis centum annorum, vt apud Far. *n.* 76.

An sufficiat, si reperiatur in actis Testis iuratus vel iurauit, ad hoc vt iuramētum dicatur solēniter præstitum? 8. Non desunt grauissimi DD. relati à Far. *q.* 74. *n.* 73. (vbi etiam refertur decisio Rotæ) ampliantes hanc Ampliationem, vt iuramentum non præsumatur, & tanto minus solemniter præstitum, quamuis in actis sit scriptum, Testis iuratus, vel Testis iurauit, nisi in sacerdotibus dicatur, Tacto pectore, & in cæteris testibus, Tactis scripturis; Et licet hanc opinionem tutiorem esse, nemo neget, & expresse hoc fateantur Alberic. & Castr. Communis tamen opinio, de qua sunt Testes Fulgos. Grauat. & Bursat. est quod iuramentum præsumatur, & solemniter præstitum, dum à Notario dicitur in actis; Testis iuratus; vel; Testis iurauit; & ita senserunt Abb. & Aret. *in cap. tuis*, de testibus, Corr. Viu. & Farin. *nu.* 74. vbi relatis pro hac opinione decem aliis DD. pro ea citat Rotæ Decis. 82. *aliàs* 13. *coram Cæsare de Grassis*, vbi dicitur, quod si Notarius dicat, Iurauit, &c. intelligitur, tactis scripturis, & quod ita aliàs fuit decisum à Rota coram Blanchetto, & Robustero. Nota hic, hanc communem opinionem procedere tribus concurrentibus, nempè; quod testis examinatus sit coram Iudice; tempore debito; & quod iurauerit parte præsente; aliàs non præsumi iuramentum solemniter præstitum, dixerunt Abb. Fely. Imol. & Paris. *in c. fraternitatis, de testibus*, & Farin. plures alios inducens *n.* 75.

Peritorum relatio an debeat esse iurata. 9. AMPLIATVR 5. Regula; Vt secundum communem, de qua testantur, Fulgos. & Menoch. peritorum relatio sine iuramēto recepta non valeat, ita sentiunt Richar. Montic. Corr. & alij relati à Farin. *q.* 74. *n.* 96. 97. & 99. præsertim, dum periti electi sunt à parte, *nu.* 98. Sed non desunt DD. tenentes absolutè in peritis iuramētum non requiri, relati à Farin. *n.* 95. præsertim, dum electi sunt à Iudice, *n.* 98.

Testes Religiosi, sacerdotes, & positi 10. AMPLIATVR 6. Regula; Vt testes non iurati non probent, etiam quod sint Clerici, Religiosi, & Sacerdotes, *c. nuper*, & *c. tuis*, *de testibus*, & *in eodem cap. tuis*, notant

in Dignitate debent esse iurati. tant gl. Abb. Aret. Bal. Fely. Hostien. & alij. Vel constituti in quacunque Dignitate, etiam Cardinalatus, ita Crot. Mascar. & alij relati á Farin. *q. 74. nu. 68. & 69.* Et quáuis essent approbati a partibus, vel á statuto, secundum Bar. & alios DD. *in l. Theopompus, ff. de dote præleg.* Abb. & Bal. *in l. eius, de testibus*, Grauat. Marsil. Minsing. & Farin. *nu. 70. & 84.* licet septem graues DD. ab eodem citati *nu. 71.* sentiant, in hoc vltimo casu non requiri iuramentum.

Quid in approbatis á partibus, vel á statuto?

11. AMPLIATVR 7. Regula; Vt nec Statutum, secundum Fely. Nec cônsuetudo, secundum Rip. & Corrad. Nec Papa, aut alius supremus Princeps, testibus iuramẽtum remittere possint, cum sit de iure Diuino, secundum Boss. Corr. Rip. & alios quatuordecim DD. quos refert, & sequitur Far. *q. 74. nu. 59.* Et si qui sint oppositum tenentes, prout sunt Montic. Vestr. & Viu. in statuto, intelligendi sunt, non indistinctè, & in quolibet teste, sed quod in aliquo casu, & in personis integritate vitæ conspicuis, illustribus, & nobilibus remitti possit a prædictis iuramentum, vt post Andr. Gayl. declarat Far. *n. 56. 58. & 60.*

An statutum, consuetudo, vel Princeps possint remittere iuramentũ?

12. AMPLIATVR 8. Regula; Vt testes sine iuramento non probent coram Iudice habente potestatem (sicut habent Regulares) procedendi omissa iuris solemnitate, summariè, de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, Abb. Felyn. Ias. Masc. Menoch. Rip. Viu. & Farin. *q. 74. n. 61.* vbi inducens octo alios DD. testatur de magis communi; licet Alex. Corr. Bar. Rom. & plures alij apud Farin. *n. 62.* oppositum sentiant, inter quos Mandos. testatur de communi; Sed contra *infra hic q. 156.* in lim. 6.

Coram Iudice Regulari testis iuratus esse debet.

13. LIMITATVR 1. Regulam; Et specialiter Ampliatio 7. & 8. Vt in iudicio Regulari probent testes Religiosi, examinati sine iuramento formali, sed cum præcepto sanctæ obedientiæ, & sub censuris; tale enim præceptum æquipollet iuramento, vimque ipsius, immò maiorem vim habet; qui enim infringit præceptum obedientiæ, quam in sua professione vouit, maius vinculum, & strictioris obligationis infringit, quam sit vinculum, & obligatio cuiuslibet iuramenti, ita tenet, & probat D. Tho. 2. 2. *q. 89. ar. 8.* & est opinio communis DD. omnium; Hanc limitationem ex professo diffusè tuetur Miran. *in Ordin. iudic. to. 1. q. 18. ar. 4. per totum*, contra Rodr. *to. 2. qq. Reg. q. 14. ar. 8.*

In iudicio Regulari, loco iuramẽti, an sufficiat præceptũ sãctæ obedientiæ?

14. LIMITATVR 2. Regula; Vt iuramẽtum possit remitti a partibus per expressum consensum, accedente etiam consensu Iudicis, non tamen in causis Criminalibus, vel Ciuilibus arduis, vt fundatè tractat, & probat Far. *q. 74. à nu. 83. vsq; ad num. 94.*

Nec de cõsensu partiũ Iudex remittere potest in criminalibus iuramẽtum.

15. LIMITATVR 3. Regula in testibus mortuis, qui sine iuramento probant, mors enim vim iuramenti habet, Cæphal. Masc. Menoch. Lamberteng. & Far. *q. 74. n. 101.*

Testes mortui sine iuramẽto probãt.

16. LIMITATVR 4. Regulam; Vt in probatione famæ, Iudex pro sua informatione possit testes sine iura-

Testes pro informa-

tione cōsciētiæ Iudicis recepti, vt super fama, notorio vel cōsuetudine, an sine iuramēto probēt? iuramento recipere, Fel. Ias. Monticel. & Farin. *q.74.n.102.* Et generaliter idē dicunt præcitati DD. & plures alij citati à Far. *n.106. & 107.* in testibus receptis pro informatione Iudicis, & eius conscientia qui tamen non valent ad plenam informationem; Idem dic, quando agitur de probando notorio, seu de consuetudine probāda, secundum eosdem DD. & alios inductos à Farin. *n.103.104. & 105.*

Nō iurati testes faciunt præsumptionē. 17. LIMITATVR 5. Regula; Vt testes non iurati, quamuis non probent, faciant nihilominus præsumptionem, Iason. Mascar. Lamberteng. qui alijs relatis testatur de communi Doctorum opinione, & Far. alios citans *q.74.n.109.*

18. De materia huius quæstionis pro more diffusè tractat Far. *q.74.*

Quotuplex sit iuramentū? 19. Cum in hoc opere non agatur adeo ex professo de iuramento, sicut in hac q. Vt de speciebus eius aliqualem innuam cognitionem; Sciendum dupplex esse iuramentum. Extra iudiciale, quod & subdiuiditur à Maran. *in Speculo tit. de iur. car. 371. n.34. vsq; in fin.* Et iudiciale, quod in iudicio præstatur, cuius multæ sunt species. Vna est; Iuramentū veritatis, quod testibus defertur, & de hoc actum est *in hac q.* Altera est; Iuramentum necessarium, sic dictum, quia ex necessitate defertur parte petente; Seu in supplimentum, cum in supplimentū probationis præstetur, pluribus concurrentibus requisitis, quod tamen in causis criminalibus non datur, vt probat Maran. *ibidem n.7.* Species 3. est; Iuramentum litis decisiuum, quo, Iudice approbante, lis deciditur, iurando, vel deferendo, Maran. *n.22.* Iuramentum, quo positionibus respondetur est 4. species. 5. Iuramentum calumniæ. 6. Iuramentum purgationis, quod in causis defertur criminalibus, vt Reus, qui tantum semiplene est indiciatus de delicto, iuret, se tale delictum non commisisse, & absoluatur, de quibus, *vbi supra* Maran. Nec non de 7.; Et est iuramentum contra violentum spoliatorem. 8. species est; Iuramentum in litem, de quo Maran. *n.27.* & Farin. *in Fragm. Crim. in lit. I. præsertim n.1118. & sequentibus*, vbi probat, quod antequam hoc iuramentum tradatur, e.g. super æstimatione rei debitæ non traditæ, quantitate, & qualitate, de delicto prius plenè constare debet, ex Ias. Dec. Bar. & alijs, & de interesse saltem semiplene, ex Mascar. & Seraph.

An testis deponens per relationem ad suum primum examen, ad depositionem alterius, vel per similem aliam relationem probet?

Quæstio 53.

1. OPPOSITIO 3. contra examen testium sit; Quod testes deponant relatiuè ad propriū, vel aliorum examen, seu quid simile, & ideo non probent; Et circa hanc oppositionem plures subnecto Regulas.

2. REGVLA 1. sit. Si secundo examinetur testis, qui aliàs sit persona suspecta, non potest se ad primum remittere examē, nec etiam petere illud sibi exhiberi, & legi, Testi suspecto nō permittitur vt se ad primū

Felyn.

remittat examē, nec illud ei exhibetur. Felyn. Foller. Marsil. Menoch. & Farin. *q.66.n.55.* vbi alios concordantes inducens, testatur de communi, & practicata opinione.

In criminalibus, etiā non suspectus, nō potest se remittere ad primū examen. 3. AMPLIATVR Regula 1. Vt quamuis testis non esset suspectus, tamen in criminalibus non possit se referre ad primum suum examen, Aym. Brunor. Corn. Monticel. & Far. *q.66.n.52.*

Ad fugiendā variationē, quomodo testis se remittat ad primū examē, vel petat sibi illud legi, & quid agat in his, Iudice renuēte? 4. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt generaliter loquendo, testis secundo examinatus ad effectum fugiendi variationem, possit se referre ad primum examen: Et dum Iudex non admitteret hanc responsionem, posset testis petere, vt sibi legatur primum examen; Et renuente Iudice, posset protestari; quod si in primo examine appareret aliter dictum, quam in secundo, ex nunc corrigit suum secūdum dictum, & se refert ad primum, tanquam verius, quia tunc recordabatur de facto: Et hac protestatione præuia, si testis in secundo examine varia deponeret, excusaretur, & primum dictum attenderetur; Hęc doctrina est Abb. Aret. & Fely. *in c. cum in tua, de testibus,* Bar. *in l. eos, ff. de falsis,* & Farin. *q. 66.n.39.* & *sequentibus*, vbi plurimos concordantes inducens, testatur de magis communi.

An Iudex ad effectū vt testis probet, possit admittere respōsionē relatiuā ad primū examē? 5. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt etiam ad effectū, vt testis probet, Iudicis arbitrio remittatur, an admittenda sit relatiua responsio ad primum examē, ita omnes proximè citati DD. & quamplures alij, quos refert, & sequitur Farin. *q.66.n.49.* inter quos Crotus testatur de communi.

6. Sed nota, quod contrarium senserunt Bal. Bursat. & Masc. relati à Farin. *q.66. n.42.* nec non plures alij relati à Montic. *in repert. test. in rubr. Testis dictum debet extense scribi, fol.* 154. qui dicunt, quod prædicta relatiua responsio testis ad primum examen, à Iudice nullo modo debeat admitti; Attamen doctrina limitationum propositarum videtur verior, & communior, & in praxi, præsertim apud nos, inoffenso pede, seruari posse, qui ad apices, & subtilitates iuris nō tenemur, ex priuilegio Bonifacij VIII. &c. ad quas doctrina Bal. & sequaciū videtur pertinere.

7. REGVLA 2. sit. Testis deponens per relationem ad depositionem alterius testis, de iure nō probat; Vt si e.g. Notarius, scriptam iam per extensum depositionem vnius testis, eam, alteri testi legeret, qui eam cōfirmaret, Butr. Hostien. & Zabar. *in c. nihil obstat, de verb. signif.* Boss. Corr. Spec. Viu. & Felyn. qui testatur de magis cōmuni, & Farin. plures alios referens, *q.80.n.103.* Et ratio est, quia testis, ad hoc vt probet, examinari debet per extensum, Abb. Hostien. & Farin. alios citans *n.99.* — Testis se referens ad depositionem alterius testis, nō probat.

8. Ex hac ratione infertur, quod testis dicens, contenta in articulo esse, vera, non probet, Bertach. & Aegid. præsertim in criminalibus, secundum Viu. Sed quoniam Bal. Rom. Socin. & alij contra sentiūt; Distinguit Farin. *q.80.n.102.* cum Bal. & vtroq; Socin. & alijs, vt prima opinio vera sit, dum testis rationem sui relatiui dicti non reddit, secunda vero, dum eam reddit. — Quid si testis dicat, cōtēta in articulo esse vera?

9. LIMITATVR Regula 2. Vt vbi vsus communis esset, quod testis deponeret per relationem ad depositionem alterius testis, donec à Principe talis vsus expresse reprobaretur, seruandus esset, Anchar. Hostien. & Io. Andr. *in c. nihil obstat, de verb. sign.* Abb. Bal. Fel. & alij relati à Far. *q.* 80. *n.* 104.

Vsus potest validari depositio relatiua ad dictá alterius testis.

10. REGVLA 3. sit. Testium depositio per relationem ad scripturam, quam tradunt, non probat; Testes enim non in scriptis, sed viua voce debent deponere, est *text. expressus in cap. à nobis*, & ibi notát communiter DD. omnes, *qui matrim. accus. poss.* & tenuerunt *in cap. de testibus*, Abb. Anchar. Aret. & Felyn. *de testibus*, & de communi testantur Corrad. Crot. & Viu. & de veriori, & communiori Masc. & Farin. *q.* 80. *n.* 28. qui *nu.* 27. ad saturitatem alios concordantes citat DD. qui hac potissimum mouentur ratione; Quia per depositionem in scriptis, non potest Iudex videre, nec audire quo vultu, & & qua trepidatione testis loquatur, prout deberet, iuxta *l. de minore, §. plurimum, ff. de q.*

Testis depositio per relationem ad scripturá, quá tradit, nõ probat.

11. Hæc Regula 3, & eius ratio multo magis procedit, si testes essent absentes, vt dicit expressè *d. cap. à nobis*, & ibi communiter omnes DD. præsertim in causa criminali, in qua testes debent esse præsentes, *gl. in cap. testes*, & ibi Anchar. Præpos. 3. *q.* 9.

Minus probat si testis absens esset.

12. Et hinc infertur, quod, vt dici solet, fides in iudicio non facit fidem, Farin. *q.* 80. *n.* 32. Neque literæ, quamuis essent Episcopales, gl. Archid. & Præpos. *in c. testes*, 3. *q.* 9. Intellige, quando quis haberet necesse probare per testes in iudicio, secus si quis vellet probare actum extraiudicialem, factum in ijs, quæ spectant ad Episcopi officium, vel quando ageretur de probanda excommunicatione; quia, in istis casibus, literis Episcopi crederetur, Archid. & Præpos. *in d. cap. testes*, & Farin. *n.* 33. & 35.

Fides non facit fidé. Quid in Ep stola Episcopi?

13. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt partibus; & Iudice non contradicétibus, valeat depositio testium per relationem ad scripturá, Abb. Corr. Decian. & alij relati à Far. *q.* 80. *n.* 40. Immò Præpos. *in d. cap. testes*, tenet quod test s possit dare dictum suum in scriptis, dum ita Iudici videtur, & sequitur Far. *nu.* 53. Et Iudex, præsertim ex causa potest depositionem testium per hanc relationem admittere, Couar. Monticel. & Farin. *n.* 49. Maximè si causa necessitate iuncta esset; vt si testis esset mutus, qui sciret scribere, Cou. Fel. Viu. & permulti alij, quos refert, & seq. Far. *n.* 39.

Quid in depositione data in scriptis de con. sensu partis, vel Iudicis?

14. Tota hæc limitatio multo magis procedit in Iudice, qui habet potestaté procedendi de iure, & de facto, & omni iuris solemnitate omissa, secundum Dec. & Far. *q.* 80. *n.* 52. Et hinc est, quod cum apud nos, dum per viam articulorum proceditur in scriptis redactorum, in quibus tela iudiciaria non seruatur, non raro à nostris Regularibus Iudicibus in scriptis depositiones á testibus præsentatæ recipiũtur, absq; eo quod oretenus ipsi deponant; Et quod vbi est consuetudo sic faciẽdi, ritè seruari hoc possit, tenuit Farin. *q.* 80. *n.* 48.

In iudicio præsertim Regulari, & dũ agitur per viã articulorum?

15. LI-

15. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt quando testes deponunt de peritia artis, per scripturam deponere possint, Crot. Decian. Felyn. & Farin. cum alijs ab eodem citatis *q.* 80. *n.* 42.

De peritia artis deponitur in scriptis.

16. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt licet testes in scriptis deponentes non probent, faciant tamen præsumptionem, Butr. Fely. Hostien. Imol. & Viu. qui testatur de communi, de qua etiam Far. alios referens concordantes, *quæst.* 80. *num.* 54.

Testes depouentes in scriptis faciunt præsūptionē.

17. De tota materia huius q. diffusè Far. *locis hic sup. citatis.*

An testes non debito tempore examinati probent? Quæstio 54.

1 OPPOSITIO 4. contra testium examen est, quod non debito tẽpore testes sint examinati, & propterea, quod non probent. Pro tituli declaratione;

2. Præmitto 1. Pluribus modis contingere posse, vt opponatur, testes non debito tẽpore esse examinatos; 1. quod ante litem contestatam testes examinati sint; 2. extra terminum a iure, vel a Iudice assignatum; 3. quod postquam conclusum est in causa, seu post renunciationem a partibus factam; 4. post publicationem testium; 5. quod testes sint examinati postquam redacti sunt ad mortis articulum; 6. quod tempore feriato sint recepti testes.

Pluribus modis testes nō debito tẽpore examinātur.

3. Præmitto 2. litis contestationem fieri cum Actor in iudicio suam intentionem proponit, & Reus illi respondet, *gl. in c. vnico, de litis contest.* Conclusio verò in causa, est renunciatio facta omniũ probationum, & defensionum, quas tam Actor, quam Reus adducere pro se possent, *gl. in c. significauerunt, de testibus*. Publicatio verò testium fit, dum Iudex decernit copiam processus, ita vt si velit possit eam pars habere, Paz. *in praxi tom.* 1. *p.* 1. *in octauo tempore, n.* 122. *cum sequentibus*, vbi de hac publicatione benè disserit. His stantibus; plures Regulæ pro resolutione q. constituendæ sunt.

Quādo fiat cōtestatio litis, cō clusio in causa, & publicatio testium

4. REGVLA 1. sit. Testes examinati ante litis contestationem in ciuilibus non probant; est communis DD. vt aiunt Masc. & plures alij, quos refert, & sequitur Farin. *q.* 76. *n.* 2. *& est text. expressus in c. quoniam frequenter, in princ.* & ibi Abb. Bal. Butr. & reliqui DD. *vt lite non contest.* Et multo minus probant testes ante litem contestatam examinati in criminalibus, *per eundem tex.* & ibi gl. Abb. Anchar. Aret. Imol. & alij, & de communi testatur Clar. & sequitur Farin. *n.* 113. vbi concordantes abundanter cumulat.

Testes ante litis contestatione examinati nō probant.

5. LIMITATVR Regula 1. In causis summarijs in quibus libellus non offertur, nec litis requiritur contestatio, prout sunt causæ, quæ versantur coram Iudicibus Regularibus, iuxta tradita supra *q.* 8. *n.* 3. *&* 10. Hæc limitatio est Abb. Anan. Anch. Bal. Butr. Hostien. & Io. Andr. in d. cap. quoniam frequenter, Ang. Corr. Lanfran. Nell. Socin. Specul. & Far. *q.* 76. *num* 21.

Limitatur in causis summarijs, vt apud Regulares.

6. Prætermitto hic plurimas Ampli-

pliationes, & limitationes propositæ Regulæ 1. attenta enim proxima supra posita limitatione, parum, vel nihil ad nos; Si quis autem voluerit illas videre, adeat Far. *q. 76. vbi per totam*, de illis tractat.

7. Et circa hanc materiam duo noto; 1. est, Etiam apud Regulares, & alias personas priuilegiatas, testes coram Iudice competente, & non à solo Notario, nisi de Iudicis commissione, debere examinari ad perpetuam rei memoriam, seu ante litis cōtestationem, Montic. Farin. & alij ab eo citati, *q. 76. n. 133. & 134.* 2. Testes examinatos ad instantiam Actoris ad perpetuam rei memoriam, seu ante litis contestationem, non probare, nisi Actor infra annum, vel litem moueat, vel testium examen Reo denunciet, *cap. quoniam frequenter*, vbi Abb. Bal. Butr. & alij communiter, *vt lite non contest.* & Far. alios citans *n. 167.*

Etiam apud Regulares testes coram Iudice, vel de eius cōmissione, Notario ante litis contestatio nē examinantur.

8. REGVLA 2. sit. Testes examinati post terminum datum ad probandum, vel ad producendum testes, non probant, Aret. Blanch. Boss. Corr. Crot. Imol. Monticel. Masc. qui testatur de communi, & Far. *q. 80. num. 61.* Quod maximè procedit in causis criminalibus, Aret. & Imol. *in cap. licet causam de probat.* & Far. *n. 62.*

An probēt testes examinati ad perpetuā rei memoriā? Examinati post terminum datum, nō probant.

9. AMPLIATVR Regula 2. Vt procedat etiam parte non opponente, Aret. *in d. c. licet causam*, vbi ampliat ad terminum, siue legalē, siue Statutarium, siue à Iudice datum, & subscribit Farin. *quæst. 80. nu. 66.* post Crot. qui ait talem depositionem non posse approbari tacito, nec expresso partium consensu.

Etiam parte non opponēte

10. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt in causa summaria, in qua proceditur de plano, & sine figura iudicij, sicut inter Regulares, testes post lapsum terminum examinati probent, Corr. Imol. & Farin. *q. 80. n. 69.* Qui *n. 70.* inducit Aret. & Felyn. contra tenentes; licet *n. 74.* eundem Felyn. citare videatur in fauorem limitationis.

Quid inter Regulares?

11. LIMITATVR 2. Regula 2. Dum testes post lapsum termini ad notitiam producētis venissent, tales enim de æquitate probant, Felyn. & Farin. *q 80. n. 73.*

Vel dū testis venit ad notitiā lapso termino.

12. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt Iudex ex officio, etiam post terminum possit testes examinare, Corr. Fel. & Far. *q. 80. n. 75.*

Vel dū Iudex ex officio examinat.

13. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt testes post terminum examinati, etiā in criminalibus faciant saltē præsumptionem, Bal, Bar. Blanch. Crot. Monticel. & Far. *q. 80. n. 76.*

Præsūptionē saltem faciunt.

14. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt testes in termino iurati post terminum examinari possint; Et vtique hoc est sine controuersia, quādo pars aliquam adhibuit diligentiam, & per ipsam non stetit, quin testes in termino examinarentur, sed per Iudicem, Notarium, vel aliam partem stetit, Abb. Aret. Butr. Bero. Felyn. & Imol. *in cap. licet causam de probat.* Fulgos. & Farin. *q. 80. n. 89.* Et ideo bona cautela erit, protestatio in actis, de adhibita diligentia, secundū Aret. Felyn. & Surd. quos refert Farin. *n. 91.* Sed immo, quod etiam nulla diligentia adhibita, limitatio proce-

Testes in termino iurati, an post terminū examinari possint, adhibita, vel non diligentia?

cedat, tenuit Fel. qui plures concordantes refert, & testatur de communi, in d. cap. licet causam, Surdus qui plurimos refert de cõmuni testantes, de æquiori, & practicata opinione; & his subscribens Farin. *q.80.n.77.* citat ad saturitatem; subdens *n.78. in fi.* quod hæc videtur communior.

15. At nisi diligentia præcesserit, controuersa est doctrina huius limitationis; pro qua controuersia potest perlustrari Farin. *q.80. à n. 77. vsque ad 88.* qui *n.78.* citat Anchar. Aret. Imol. & alios tenẽtes, non probare testes examinatos extra terminum, licet in termino iuratos, dum diligentia non præcessit; Quod præsertim verũ videtur, dum terminus præteritus, à lege, vel statuto fuit taxatus, Aret. Crot. Felyn. Nell. Surd. & Far. *n.88.*

An in criminali post cõclusionem in causa testes examinati probẽt?

16. REGVLA 3. sit. Quando criminaliter agitur, testes, post cõclusionẽ in causa examinati, probant, Bar. Foller. Monticel. Boss. qui etiam ait, quod in criminalibus non concluditur in causa, & Far. *q. 75. n.264.* In criminalibus enim probationibus renunciari non potest, & ideo facta renunciatione de facto, semper possunt testes examinari, Anchar. Bald. & Felyn. *in cap. cum venisset, de testibus*, Ang. Corr. & plures alij, quos refert, & sequitur Far. *nu.290.* Quamuis in ciuilibus post renunciationem, seu conclusionem in causa, testes non possint vlterius examinari, secundum Farin. & DD. abundè ab eo citatos, *n. 257. & 275.*

Secus in Ciuili.

In criminali

17. REGVLA 4. sit. Testes in criminalibus, etiam post processus publicationẽ, examinari possunt, ita simpliciter Abb. Corr. Imol. Viu. qui de communi, & Far. alios etiam referens *q.76. n.407.* Sicut etiam examinati possunt repeti, Parif. & Farin. *n.404.* An verò in ciuilibus possint testes post publicationem examinari; vide Far. *n. 68. cum pluribus sequentibus*, latissimè hoc tractantem.

post publicationem testes possunt examinari, & repeti.

18. AMPLIATVR 1. Regula 4. Vt testes in omni casu, in quo admittuntur post publicationem in prima instantia, admittãtur etiam in causa appellationis, Alberic. qui ait, ita vidisse in iudicijs obseruari, Butr. Marian. & Farin. *q.75.n. 318.* Sicut è contra, dum non admittuntur in prima, nec etiam in secunda instantia testes admitti debent, Butr. & Far. *n. 320.*

Etiam in causa appellationis.

19. AMPLIATVR, seu declaratur 2. Regula 4. Vt potissimum procedat, quando sine Accusatore Iudex procedit ex officio, & per inquisitionem; tunc enim non solum ad defensam sed etiã ad offensam testes post publicationem examinari possunt, secundum cõmunem DD. teste Farin. qui plurimos citat, *q.75.n.412.* ita Bar. Bal. Ang. & alij *in Authent. at qui semel, C. de probat.* Abb. Aret. & alij *in c. fraternitatis, de testibus*, Clar. *§. fin. q. 21. vers. sed quaro*, vbi de communi, & seruata opinione.

Regula præsertim procedit, dum ex officio proceditur.

20. AMPLIATVR 3. seu declaratur Regula 4. Vt etiã ad instantiam partis, & non modo ex officio Iudicis, in criminalibus testes ad defensam post publicationem examinari possint, Ang. Cãpeg. Corr. Felyn. Marsil. Saly. Villal. Viu. &

Quid in criminalibus ad defensam, ad partis instantiã?

hi

lij duo vltimi testantur de communi, & Farin. *q.75.nu.*420. vbi plures concordantes inducens, credit hanc opinionem magis communem, & æquiorem, licet non desint plurimi contrarium tenẽtes ab eodem relati *n.*421.

Et in omni casu ex causa datur restitutio in integrũ

21. AMPLIATVR 4. seu declaratur Regula 4. Vt in omni casu, ex capite impedimenti, vel ex aliqua alia iusta causa; detur restitutio in integrum, ad examinandum testes post publicationem, secundũ Hostien. Innoc. & omnes alios DD. *in cap. intimauit, de testibus*, de quo latissime Farin. *q.*75. *nu.* 431. *& sequentibus.*

An Regula procedat ad instantiã partis ad offensã

22. LIMITATVR 1. Regula 4 Vt ad offensam, & ad instantiam partis, post publicationem testes examinari non possint, Aret. qui benè comprobat, & contrarijs respondet, *in cap. fraternitatis*, vbi Bal. & Paris. *de testib.* Bar. Boss. Vulpel. qui de communi, & Farin. plures alios inducens *q.75.n.*424.

An in processu per accusationẽ, ex officio hoc possit Iudex.

23. SVBLIMITA, vt super ijsdem indicijs, & capitulis, post publicationem, testes ad offensam ad instantiam partis examinari non possint; possint verò super diuersis, Clar. *§. fin. q.61. vers. hac quidem, in fi.* vbi ait, quod semper ita vidit seruari, Ang. Corr. Marsil. Natta, Salyc. Vulpel. & Farin. *q.75.nu.* 425. An verò in processu accusationis possit Iudex ad offensam ex officio testes post publicationem examinare, controuersum est, & vtraq; pars habet grauissimos DD. defensores; Et de hac controuersia vidè Farin. *à n.*414. *vsque* 417. qui *num.* 418. credit veriorem, & communiorem negatiuam.

De repetitione testium post publicationem in criminali ex officio Iudicis vel ad instantiã partis. Et quid ad hoc, vt eorũ dicta declarẽt; Et ad defensã

24. LIMITATVR 2. Regula 4. Vt quamuis testes possint in criminali post publicationem repeti ex officio Iudicis, per inquisitionẽ procedentis, secus tamen sit ad instantiam partis, gl. *in c. cum clamor,* vbi Abb. Aret. Bal. Fely. Hostien. Imol. Io. Andr. & Zabar. *de testibus*, Far. alios inducens, *q.66. nu.* 309. qui *n.*312. ex Maran. & Cartar. ita testatur seruari Romæ; multo magis verò testes ex officio repeti possent, ad eorum dicta dubia declaranda, gl. Aret. Felyn. & alij *in d. c. clamor*, & Far. alios concordantes citans *n.*113. At ad defensam, etiam ad instantiam partis, testes repetuntur, Anan. Fely. & Farin. *n.*316. In ciuili verò, ad instantiam partis post publicationem, testes non repetuntur, Farin. cum relatis ab eo *nu.*255. vbi subdit Ampliationes, & diffusè limitationes; & præsertim *nu.*259. ex Maran. & Corr. limitat in causis sumarijs (prout sunt causæ Regularium,) in quibus Iudex, etiam ad partis instantiam in ciuili testes examinare, & repetere potest.

Caueat Iudices à repetitione testium ad partis instantiã.

25. Sed nota, quod Clar. *§. fin. q.* 53. *vers. quartus est casus, in fi.* consulit Iudici, vt præsertim in criminali, quantum fieri potest, caueat à repetitionibus testium, quæ ad instantiam partium fiunt, nam ex his sæpe processus inuoluuntur, & destruuntur, & magna præbetur occasio subornationibus, & falsitatibus ipsorum testium; & non dissentit Farin. *q.66. n.*263.

26. Nota iterum, quod publicatio processus ostensiui est de substan-

An publicatio processus sit de substantia?

stantia, adeò quod Reus, cui non est decreta copia processus, non possit condemnari, quamuis ab eo copia non petatur, & ipse Reus esset conuictus, & confessus, ita Clar. *q.49. vers. est igitur*, vbi ait, quod hæc est certa iuris conclusio, & quod hanc praxim seruat totus mundus, citans Ang. Salyc. & plures alios DD. Sed idem Clar. *q.61. in princ.* tenet publicationem processus defensiui non esse necessariam, nec de substantia; At è contra Menoch. generalem conclusionem facit, quā dicit magis communem; Publicationem processus non esse necessariam, & hanc Andr. Gayl. dicit magis pariter communem; Et subdit Corr. hanc in ciuilibus, & in criminalibus procedere; De his agit Far. *q.75. n.5. vsque ad numerum 9.* Vnum tamen obserua, quod si à non publicatione processus, fuerit appellatum, vitiatur sententia, testibus non publicatis, Luc. Pæt. & Put. nec dissentit Far. *q.75. n.7.* vbi ex Vant. ait, hunc esse Stylum curiæ Romanæ.

An & quantū testibus in articulo mortis credatur?

27. REGVLA 5. sit. Iudicis arbitrio remittitur, an, & quantum testibus in articulo mortis examinatis credatur, Alex. Ang. Bal. Castr. Corn. Dec. Marf. Menoch. Monticel. Rom. & Far. *q.80. nu. 112.* vbi testatur de communi; Et Iudex suum regulabit arbitrium, vt tali testi, nunquam plene credat, nisi formiter sit examinatus, Far. *nu. 113.* & nisi articulatè loquens, stet in suo intellectu, Dec. Marf. Rom. & Far. *n.110.*

28. Non est hic reticendum, Cæphal. Montic. & Ruyn. constituere Regulam negatiuā, quod nempè testes in articulo mortis examinati non probent; & rationem huius refert Farin. *q.80. nu. 106.* Sed è contra, quod testis constitutus in articulo mortis, non solum probet, sed quod plusquam alteri ei credatur, dixerūt Aym. Bal. Alex. Rom. Socin. iun. & aliqui alij relati à Farin. *n.107.* qui *numero sequenti* refert huius opinionis solidas rationes, sed non recedas à nostra proposita Regula *n.27.*

Testes examinati die feriato nō probant.

29. REGVLA 6. sit. Testes die Feriato recepti non probant; hæc enim receptio actus iudicialis est, qui die feriato expediri nō potest, Castr. Monticel. Roman. & Farin. *q.80. n.55.*

Limitatur, dū die non feriato iurarūt.

30. LIMITATVR 1. Regula 6. Vt die feriato, seu festiuo examinari testes possint, quando iurati fuerunt die iuridico, seu non festiuo, Ang. Bar. Campeg. qui de communi, & Farin. alios citans *q. 80. n.56.*

Item apud Regulares

31. LIMITATVR 2. Regula 6. Vt testes recipi possint die feriato, quando in causa proceditur iuris ordine prætermisso, Montic. & Farin. *q.80. n.59.* prout proceditur apud Regulares, iuxta tradita supra *quæst.6. n.6.* apud quos testes ideò die feriato recipi possunt, *Clementina sæpe, ver. tempore etiam feriarum, & ibi gl. de verb. signif.*

29. Hæc sufficiant pro vasta materia huius q. de qua Far. diffusè *locis in ea citatis.*

An

An testes probent, quando examinati sunt nõ à Iudice causæ, sed cum eius remissoria, seu commissione, vel de eius mandato, vel sine, à Notario, siue ab alio? Quæstio 55.

1. PRAEMITTO pro intelligẽtia tituli quæstionis; Aliud esse concedere remissoriam, aliud commissionem examinis testium; Remissoria tunc dicitur concedi, cum Iudex causę remittit, seu committit testium examen Ordinario loci, vbi testes existunt; Commissio autem fit à Iudice causæ Notario, vel alicui alteri, qui mittitur ad examinandos testes; non autem Ordinario; Et facilius committitur, quam remmittitur, facilius cõceditur commissio, quam remissoria, Far. *q.77.n.*114.

Remissoria, & Comissio in quo differant?

2. REGVLA 1. fit. In ciuilibus commissio, seu remissoria concedenda est pro examinandis testibus absentibus, siue sint extra Prouinciam, siue intra eam; Et ad locum longinquum datur remissoria, sed ad propinquum Notarius transmittitur ad examinandum, ita Far. alios citans, & cumulans, *q.77.n.*1. 2. & 3.

In ciuilibus cõmissio, seu remissoria cõceditur. Ampliatur, & limitatur vsq; ad n. 7.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt in ciuilibus, etiam quando testes existunt in loco iudicij, de Iudicis mandato, seu commissione possit Notarius testes examinare, *gl. in cap.*1. *de testibus cogen.* & ibi Bal. Butr. Abb. Anchar. Imol, & cæteri DD. omnes, & ita tenuerunt, & de communi testati sunt Aret. Campeg. Castren. Lanfran. Menoch. Viu. de praxi, & magis communi Farin. *q.77.n.*179. qui concordantes cumulat. *n.*178. Quamuis non possit Notarius causæ, ex seipso, testium iuramenta recipere, nec testes examinare, Menoch. Montic. Bal Bar. & Farin. qui plurimos inducens, testatur de vnanimi consensu DD. *n.*175.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt in ciuili, existente aliqua iusta causa, puta quia testes sint personæ egregiæ, nobiles, Sacerdotes, Doctores, mulieres nobiles, vel saltem honestæ matronæ, senes, infirmi, vel qualitercumq; impediti, Iudex possit committere examen talium testium Notario, eumque transmittere ad has personas examinãdas in proprijs domibus, iuxta tradita, & solidè probata à Far. *q.77.n.*202. *vsq.*234. licet sint in loco Iudicij.

5. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt in ciuilibus remissoria denegãda sit, quando testes sunt suspecti de subornatione, Farin. & alij *q.* 77. *n.*25. Et etiam quando semel iam concessa, iterum remissoria petitur, Far. & alij *n.*30.

6. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt iudicis arbitrio remissum sit, an concedenda, vel deneganda sit remissoria in ciuili, Farin. cum citatis ab eo, *q.77.n.*50. Intellige, dummodo, quando Iudex eam denegat, ex aliqua iusta causa moueatur, sine causa enim eam denegare nõ debet, Far. *n.*54. & hoc intendunt DD. citati à Far. *n.*52.

7. LIMITATVR 3. Regula 1. In causa ciuili ardua, in qua regulariter remissoria non conceditur, nisi ex vrgenti necessitate, Farin. cum

cum pluribus ab eo citatis *q. 77. n. 55. & 56.*

In criminalibus nō datur regulariter remissoria.

8. REGVLA 2. sit. In criminalibus remissoria regulariter non conceditur, *est tex. expressus in auth. ad eloquentissimum, & ibi* Bal. Cyn. Odofred. & Saly. *C. de fide instrum.* Clar. *§. fin. q. 26. vers. sed quæro,* vbi ex Viu. testatur de communi, Far. qui, ad saturitatem concordantes citat, *q. 77. nu. 71.* & de veriori, & magis communi testatur *nu. 72.* licet aliqui ab eo *ibidem citati* videātur contra sentire.

Nisi in causa parua.

9. LIMITATVR 1. Regula 2. In causa criminali parua, in qua remissoria conceditur secundum Alber. Castren. Fulgos. Farin. & alios ab eo relatos *q. 77. n. 91.*

In vrgenti necessitatē.

10. LIMITATVR 2. Regula 2. In vrgenti necessitate, vt si testes, essent extra Iudicis iurisdictionem tunc enim ne veritas occultetur, & pereat, neuè delicta impunita remaneant, remissoria in criminali conceditur, Bal. qui testatur de consuetudine, Menoch. qui de crebriori, & veriori opinione, Bertaz. qui de magis communi, Bossius, Montic. & 19. alij DD. quos refert, & sequitur Farin. *q. 77. nu. 92.* vbi etiam de communiori, Quicquid dicant Abb. Cyn. & alij a Farin. relati *nu. 93.* Qui *nu. 96.* respondet Bullæ Pij IV. quæ videtur contraria; nempe, quod recipit interpretationem à iure communi, & propterea, quod procedit in casu huius 2. Regulæ, non autem in puncto huius limitationis 2.

Dum testes nō possunt accedere ad locū examinis, & sunt absētes.

11. LIMITATVR 3. Regula 2. quando in criminali petitur remissoria pro examinandis testibus absentibus, non habentibus tutum accessum ad locum examinis, Alber. Iacob. de Aren. & Far. *q. 77. nu. 103.* Vel in Dignitate constitutis, senibus, valetudinarijs, aut alias impeditis venire ad locum iudicij, & examinis, in istis enim casibus remissoria deneganda non est, ad hos absentes examinandos, Alber. Bertaz. & Far. plurimos alios inducens *n. 100. & seq.*

Quid dum testes sūt in loco iudicij, sed habēt impedimētum, ne accedāt ad locum examinis.

12. LIMITATVR 4. Regula 2. in senibus, valetudinarijs, vel aliàs impeditis, accedere ad locum examinis, qui sunt præsentes in loco iudicij, ad tales enim Iudex mittet Notarium, vel ipsemet personaliter accedet ad eos in proprijs domibus examinandos, Clar. ex Carauit. *in §. fin. q. 26. vers. & aduerte,* & ita alijs relatis videtur sentire Menoch. & dicit expressè Viu. cum alijs adductis a Farin. *q. 77. n. 236.* vbi ait, hoc sibi verius videri, licet non pauci contra sentiant. In casu verò, in quo Iudex esset talis, ac tantæ Dignitatis, vt ipsum non deceret ire ad domum testium, non deberet ire; At si testes adeo essent impediti, vt non posset adire præsentiam Iudicis, tunc proculdubio posset Iudex in criminali mittere Notarium, ad testes in eorum domibus examinandos, secundum Abb. Aret. & Fel. *in c. si qui testium, de testibus,* Seuerol. Vestr. & Farin. qui alios inducit *nu. 237.* Personas autem egregias, quæ sunt in loco iudicij, in criminali teneri comparere, & accedere ad deponendum coram Iudice, si ita Iudici videatur, ait Clar. *vbi sup.* ex Carauit. neq; tenetur Iudex mittere Nota-

rium ad tales personas examinandas in earum domibus, Alex. Aret. & Ias. *in l. ad personas, ff. de iureiur.* Abb. qui de communi, Bal. Butr. Fel. Innoc. & alij *in c. si qui testium, de testibus*.

Princeps supremus in criminalibus indistinctè remittit, & committit.

13. LIMITATVR 5. Regula 2. In Principe supremo, qui in criminali indistinctè potest committere, & remittere testium examen, secundum Abb. Clar. Fely. Specul. & Farin. plures alios citans *n.* 102.

Ad Rei defensam in criminali remittitur.

14. LIMITATVR 6. Regula 2. Vt ad defensam Rei, in criminali, remissoria concedenda sit, Bertaz. Foller. Montic. Socin. & Far. qui concordantes alios inducit *q.* 77. *n.* 104. & Guaz. *defen.* 18. *c.* 10.

Pro remissoria in criminali cõmissio conceditur.

15. LIMITATVR 7. Regula 2. Vt licet in criminali non concedatur remissoria, Iudex tamen Notarium transmittere possit, seu Cõmissarium, ad locum, ad quem remisso petitur; facilius enim transmittitur Notarius, vel Commissarius, quam concedatur remissio locorum Ordinarijs, Bertaz. Gram. Lancel. & quam plures alij, quibus subscribit Far. *q.* 77. *n.* 114.

Ex necessaria causa in loco iudicij Notario cõmittitur examen testium.

16. LIMITATVR 8. Regula 2. Vt quamuis in criminali, non de facili, examen testium existentium in loco iudicij, Notario committendum sit, tamen ex necessaria causa, hoc fieri possit, puta, propter multitudinem negotiorum, quibus Iudex est occupatus, vel propter aliud Iudicis impedimentũ, Ang. Boss. Carau. Foller. Imol. Lanfr. Viu. & alij, quos refert, & sequitur Far. *q.* 77. *n.* 198. vbi ait, ita esse intelligẽdos plurimos DD. ad eo citatos *n.* 196. dicentes, Iudicem in criminalibus per seipsum testes debere examinare, nec examen Notario committere, nempe, sine causa necessaria.

Cui fiat cõmissio extra territoriũ, & in territorio.

17. Vnum hic animaduerte, quod quando in casibus permissis, examen committitur extra territoriũ Iudicis committentis, commissio debet fieri iurisdictionem habenti; quando vero commissio datur in territorio Iudicis committentis, examen committi potest etiam aliàs iurisdictionem non habenti, vt Notario, Ioannes Sicar. & Farin. *n.* 130. Et in hoc 2. casu intelligendi sunt DD. à Farin. citati *nu.* 128. in 1. verò alij ab eodem relati *n.* 126.

Ille cui remissum est examẽ testium non potest subdelegare.

18. REGVLA 3. sit. Delegatus, cui remissa est examinatio testium, alium in examine regulariter subdelegare non potest, Fely. Anchar. Hostien. Io. Andr. Imol. & Innoc. *in c. cum causam, de testibus*, Castren. & Saly. & alij relati à Farin. *q.* 77. *n.* 150. Hæc Regula procedit in ciuili, & multo magis in criminali, in quo semper videtur industria personæ electa, Farin *n.* 152. per gl. *in Clem. vnica, de offic. deleg.* vbi Anchar. Imol. Seuerol. & Zabar.

Quid in Delegato mero executore, & in Delegato à Principe simpliciter.

19. LIMITATVR Regula 3. Vt procedat in Delegato mero executore, recepto iam iuramento à Delegante, talis enim executor non potest subdelegare; si vero sit simpliciter Delegatus, & ita Iudex, potest subdelegare executionem examinis, *Clem. vnica*, vbi Anchar. Bonif. Imol. & Zabar. idest potest recepto ab eo iuramento, examen solum testium subdelegare, Seue-

rol.

rol. & Far. *q.77.n.*154. citans Rot. *decis.164. de offic. deleg. in nou.* Abb. Bellam. Hostien. & Io. Andr. *in c. cum Bertoldus, de iudic.* Intellige hanc limitationem, vt procedat tantum in Delegato à Principe, secus ab alio, qui nullatenus subdelegare potest, gl. Imol. & Zabar. *in Clem. vnica, de offic. deleg.* Farin. *n.*157.

Terminus ad inchoãdum, & perficiendũ examẽ virtute remissoriæ. 20. Pro corollario materiæ huius q. nota; quod regulariter terminus ad inchoandum, & perficiendum examen, solet præfigi in concessione remissoriæ, & talis dilatio Iudici arbitraria est, qui ampliorem, vel breuiorem concedet iuxta qualitatẽ rei &c. Farin. cum citatis ab eo *q.77.n.*134. *& seq.* Et hic terminus, nisi aliter a Iudice statuatur, currit à die præsentationis literarum remissorialium Iudici, cui sunt directæ, in quibus debet à Iudice remittente, eius arbitrio, assignari alius terminus, ad easdẽ præsentandas, Farin. qui alios citat *n.*137. Si verò nulla sit præfixa dilatio ad inchoandum, perficiendumque examen, intelligitur tacitè data ea, de qua *in l. prima, de dilat.* Nempè; In eadem Prouincia trium mensium; In continentibus Prouincijs, sex mensium; Et in vltra marinis, mẽsium nouem, Seuerol. Boccac. & Farin. *nu.*138. Et hæc dilatio, semel, & pluries prorogari potest, Vestr. & Far. *n.*140.

An dictus terminus spectet ad apices remissiuæ 21. Plurima, & diffusè Farin. *locis hic supra citatis* differit de materia huius q. *Nec non* Guaz. in *defens.* 15. *per totam.* An autem tradita in eadem q. Iudex Regularis seruare debeat, cum plurima ex ipsis ad iuris solemnitates in procedendo, quæ prædictus Iudex, seruare non tenetur, spectare videantur, deduces *ex supra hic traditis q.*8.

De Tortura Testium, deq; eorum suggestione in examine cauenda? Quæstio 56.

1 OPPOSITIO 6. contra examen testium est, quod sine debita tortura examinati fuerint testes: Sed vt tota materia de tortura simul collecta inueniatur, de proposita oppositione hic agere prætermitto, plenè, licet summariè de tortura testium acturus *qu.* 95. 96. 101. 102. *&* 103.

2. Oppositio 7. contra testium examen est; quod suggestiuè testes interrogati fuerint: At cum *infra q.*80. de Rei interrogatione agendum sit, & præcipuè de suggestiuis interrogatorijs; Et ea, quæ de Rei interrogatione dicenda erunt, sæpe sæpius procedant etiam in interrogatione, non suggestiuè testibus facienda, vt in eadem *q.*80. ostendetur; Ideo ad ea, quæ ibidem dicenda erunt, lector remitti posset: Tamen quia hæc materia de suggestione in testium examine nimis manualis est, vt separatim summariè habeatur, etiã hic breuiter eadem subnectitur materia; præsertim, quia in *citata q.* de Rei interrogatione præcipuè erit agendum, & non omnia in ea exarata, in testium interrogatione procedant. De suggestiuis interrogatorijs remissiue

3. REGVLA sit. Suggestio tam in tortura testium, quam ante, & post eam, à iure Iudicibus prohibi- Suggestio in testium

ta est, & omnia inde sequuta, sunt ipso iure nulla, Farin. q. 83. n. 86. & dicetur *infra q.* 80. *num.* 6. 7. & 8. Quomodo verò testes in tortura, sine suggestione sint examinandi, tradetur *infra q.* 101. *n.* 2. 3. & 4.

examine est prohibita Iudicibus, & inde secuta sunt nulla.

De suggestione in tortura remissiue.

4. Declaratur 1. Regula; Vt dum per inquisitionem specialem proceditur, ad hoc, vt sine suggestione, testes super negotio possint interrogari, sufficiat, & requiratur, vt fama, vel aliquod æquipollens in Actis constet, vt probatum est *sup. q.* 13. Si verò per viam Denunciationis procedatur, legitima præsupposita Denunciatione, satis hæc esset, vt testes in causa examinari possent, vt visum est *sup. q.* 20. Sicut idem probatū est *q.* 24. dum legitima accusatio porrecta fuerit: At in Inquisitione generalissima, testes, absque aliquo præuio, interrogari possunt, iuxta tradita *sup. q.* 11. *n.* 4. Sicut etiam in generali Inquisitione, vt habetur *ibidem n.* 8. *vsq; in fin. illius q.*

Quid prærequiratur ad hoc vt testes sine suggestione interrogētur.

5. Declaratur 2. Regula; Vt suggestiua sit existimanda interrogatio, dum mendacijs inducitur testis ad aliquid deponendum, vel dum cum eo Iudex cautelis vtitur deceptorijs: Non tamen per hoc honestæ damnantur cautelæ, vt ostendetur infra *q.* 80. *num.* 17. 18. & 19.

Mendacio, & deceptione, nō vtēdum à Iudice interrogando, aliàs est suggestio.

6. Declaratur 3. Regula; Vt interrogatio suggestiua sit, cum promissione impunitatis facta, vt probabitur, declarabiturq; *infra q.* 80. *n.* 20. *vsque ad n.* 24.

Nec promissione impunitatis.

7. Declaratur 4. Regula, Vt dum testis, de delictis, quæ in actis non sunt, interrogatur, suggestiua dicenda sit interrogatio, ad tradenda *infra q.* 80. *num.* 24. *vsque ad numerum* 28. vbi hic declarabitur punctus.

Nec interrogetur de his quæ nō sunt in actis.

8. Declaratur 5. Regula; Vt dū testis de delicto Meuij deponit, de consocijs sine suggestione interrogari non possit, dum de illis in actis mentio non fit, vt probabitur *infra q.* 80. *n.* 29. cum limitationibus *ibidem adnotatis à n.* 30. *vsque ad n.* 35. Sed in omni casu nunquam interrogandum est in specie de certa persona socij, nisi de ea esset in actis legitima specialis præsumptio, *ibidem n.* 36.

Deponens de Rei delicto, an possit de socijs interrogari?

9. Declaratur 6. Regula; Vt ad cauendam suggestionem, in omni casu Iudex interroget testem in genere, & non in specie, idest quis commisserit delictum, non autem, an talis percusserit pugione in pectore, &c. quia suggestio esset, *l.* 1. *§. qui quæstionem, ff. de quæstion.* vbi glo. & Alberic. & subscribunt Bar. Brun. Cason. Cyrill. Goin. & Far. *q.* 79. *nu.* 78. & 80. & probandum erit infra *q.* 80. *n.* 37. *vbi in sequentibus vsque ad n.* 42. limitatur, & declaratur hic punctus.

Ad cauendā suggestionē interrogetur in genere, &c.

10. Declaratur 7. Regula; Vt interrogatio suggestiuè facta dicatur, dum de his est, quæ iuris sūt, nam interrogatio de his, quæ facti sunt, debet esse, vt ostendetur *q.* 80. *n.* 43. & 44.

Non de his, quę sunt iuris.

11. Declaratur 8. Regula; Vt prohibita sit testium suggestio aperta, & etiam palliata, ad dicenda *infra q.* 80. *n.* 45. & *sequentibus* vbi benè declaratur, & exemplificatur de duplici palliata suggestione; & *ibidem* tandem ostenditur, sug-

Prohibetur suggestio aperta, & palliata, etiam

Iudici Regula II. suggestionem prohibitam etiam esse Iudici, qui facultatem habet ex abrupto procedendi, tam in examine, quam etia extra examen.

12. Hæc sufficiant hic breuiter, & plenius omnia reperiet lector in tota citata *q*. 80. Et insimul hic finis sit huius primæ Sectionis. Remissiue reliqua.

DE TESTIBVS IDONEIS.

SECTIO SECVNDA.

Qui nam dicantur testes idonei; Et an semiplenè, vel quando contestes sunt, plenè probent?

Quæstio 57.

1 ABSOLVTA testium inhabilium materia, contra quos exceptiones variæ opponi solent, de quibus in præcedenti Sectione; In hac, quæ erit vnica huius Sectionis quæstio, de testibus habilibus, seu idoneis agendum est.

Testes idonei, qui dicantur. 2. REGVLA 1. sit. Testes habiles, & idonei (qui secundum magis communem DD. de qua *sup. quæst. 39. num. 2.* idem omnino sunt, quod testes omni exceptione maiores) dicuntur illi, qui nulla oppositione, seu exceptione legitima repelli possunt, glos. Abb. & Præpos. *in cap. primo, de consang. & affin.* Mascard. cum alijs citatis *in dicto n. 2.* Vbi etiam dictum est, non deesse tenentes, testem omni exceptione maiorem aliquid plus dicere, quam testem idoneum: legitimum verò testem idem esse, quod omni exceptione maiorem. An autem, & quando istæ qualitates in teste præsumantur, vel probandæ sint, vide in *d. q. 39. n. 3.*

Testis iuratus idoneus probat semiplene. 3. REGVLA 2. sit. Testis vnus iuratus, idoneus, & omni exceptione maior, deponens de visu, seu de auditu proprio, semiplenam inducit probationem, *gl. in l. admonendi, ff. de iureiur.* quam, communiter approbatam, dicit Afflict. *de iure Prothom. §. 4. num. 9.* & de communi similiter testantur Corr. *in pract. §. 2. de offic. Prætor. num. 1.* & Lanfranc. *de testibus, nu. 28.* Et in confirmationem huius Regulæ, DD. plurimos, quos ipse sequitur, inducit Farin. *q. 63. num. 52.*

Etiã in criminali. 4. AMPLIATVR Regula 2. Vt procedat non solum in ciuili, sed etiam in criminali, *l. admonendi*, & ibi Bar. *ff. de iureiuran.* & Bal. *in l. bonæ fidei, C. de rebus hæredit.* vbi reliqui DD. communiter.

Duo cõtestes iurati idonei, plenè probãt. 5. REGVLA 3. sit. Duo testes contestes iurati, de visu, seu de auditu proprio deponentes, idonei, & omni exceptione maiores, plenè probant, *l. vbi numerus, ff. de testibus, c. in omni negotio, de testibus,* & ita tenent communiter omnes;

nes; Veraque est hæc Regula, non modo de humano, sed etiam de iure Diuino, quo statuitur, vt in ore duorum, vel trium testium, stet omne verbum, *Deuter. cap. 19.* & Christus *Matt. c. 18.*

Qui sint cõtestes? 6. Nota hic; Contestes dici, qui concordes sunt in facto, de quo deponunt, in loco, tempore, personis, alijsque circunstantijs ad facti substantiam pertinentibus, Bouer. *in Direct. p. 2. cap. 28. vers. testes verò*; Si enim in substantialibus discordes essent, nec contestes dicecerentur, nec probarent, Farin. & alij *q. 75. nu. 16.* Quamuis discordantia, seu contrarietas in minimis, accessorijs, & ad substantiam facti circumstantijs non pertinentibus, testibus fidẽ non minuat, nec impediat, quin sint contestes, D. Tho. 2. 2. *q. 70. art. 2. ad secundum*, Bal. Boss. Dec. & Ias. deque communi testantur Mascar. & Petra; & de magis communi Farin. concordantes cumulans *d. n. 16.* Quæ verò pertineant, vel non in proposito ad substantiam, vide *hic sup. q. 45. præsertim n. 13. 14. & 15.*

Regula procedit etiã in criminali. 7. AMPLIATVR Regula 3. Vt procedat non solum in ciuili, sed etiam in criminali, in quo duo testes cõtestes, ad Reũ condemnandum sufficiunt, Clar. *§. fi. qu. 66. vers. debes*, Anchar. Bero. Dec. Montic. Viu. & Far. *q. 63. n. 233.* Et Reus ita conuictus potest damnari non aliter, ac si confessus esset, *l. qui sententiam*, vbi DD. *C. de pœnis, cap. at si Clerici*, vbi Dec. & communiter omnes DD. *de iudic.* Et tenuit *Rot. tit. de hæret. decis. 1.* aliàs *in antiquis decis. 875.* referens concordantes.

Casus in quibus plures testes idonei requiruntur. 8. LIMITATVR Regula 3. Vt quando agitur de probando aliquid, quod contra se iuris præsumptionem habet, plenior probatio, quam ordinaria requiratur, nempe, vt probatio sit per tres testes, vel saltem per duos, qui sint omni exceptione maiores, & præstantes viri, Aym. Bart. Cæphal. Curt. Dec. Masc. Menoch. Specul. & Farin. *q. 63. n. 239. & 240.* Vbi, *in sequentibus vsque ad fin. capitis*, subdit alios casus, in quibus duo testes non sufficiunt, pluresq; requiruntur; puta in probatione solutionis debiti per scripturam contracti; in vltimis voluntatibus, &c. Sed cum huiusmodi casus parum ad nos faciant, remissiuè insinuasse sufficiat.

9. An verò ad faciendam plenam probationem, in criminali præsumptiones, & probationes coniungantur, videndum erit *infra in tract. 6. de præsumptionibus q. 75.*

10. De materia huius q. copiosius Farin. & alij Doctores, *locis hic sup. citatis.*

DE TESTIBVS COGENDIS,

Et se offerentibus,

SECTIONE TERTIA.

An, & quando testes cogi possint?
Quæstio 58.

Testes coacti indebite, non probăt. 1 PRAEMITTO 1. Quod testes coacti ad ferendum testimonium, in casu, in quo cogi nõ debent, nihil probant, Anton. Gomez, Bald. Blanch. Brunor. Carrer. Florian. & Farin. *q.*78. *n.*1.

Priuilegiati quando dicătur coacti? 2. Præmitto 2. Non dici coactos ad testificandum testes priuilegiatos, etiam si moniti, & citati compareant, si antequam examinentur, eorum priuilegium non opponant, vel saltem, nisi in actu examinis dicant, se priuilegiatos, & ideo nolle examinari, & tamen eos Iudex compellat; tunc enim dicerentur inuiti, Bald. Salyc. Farin. & alij ab eo citati *q.*78. *n.*102.

Testes quomodo, cogătur? 3. Præmitto 3. quod in casibus, in quibus testes cogi possunt, si examinandi sint a Iudice Ecclesiastico, compellantur per censuras Ecclesiasticas, vt per suspensionem, & crescente contumacia, per excommunicationem, & depositionẽ, *c. prædicto, de testib. cogen. & cap.* 2. *eodem tit.* vbi gl. Abb. Bal. Butr. Felyn. Hostien. & alij communiter, Foller. Mascard. & Farin. qui iura alia, & DD. cumulat, *q.*78. *n.* 36. Si verò à Iudice sæculari examinandi sint testes, cogantur per indictionem mulctæ, vel captis pignioribus, Far. cũ ab eo cumulatis *n.*37. An verò per carcerationem compelli possint, vide Farin. *n.*40. *& sequentibus.*

4. Præmitto 4. Vt, quando testes compellendi sunt, non debeant ex abrupto compelli, & præcisè, sed per Iudicem præmittenda sit monitio, *cap.*1. vbi Abb. Bald. Butr. Hostien. Imol. & Felyn. *de testibus cogen.* Foller. & Farin. *q.*78. *n.*55. Ante coactionẽ, monitio præmittenda?

5. REGVLA 1. sit. Testes in causis ciuilibus, ad testificandum regulariter cogi possunt, tam de iure Ciuili, quam Canonico, *gl. in cap. primo*, & ibi Abb. Anan. Anchar. Felyn. Hostien, & Innoc. *de testibus cogen.* & Farin. ad saturitatem citans, *q.*78. *n.*3. In ciuili testes coguntur.

6. LIMITATVR Regula 1. In testibus priuilegiatis, qui nec in ciuili causa cogi possunt, Abb. Bal. Foller. & Farin. tot. citans *q.*78. *n.*45. Inter hos sunt numerandi infirmi, qui non coguntur ad testificandum, nisi Iudex vadat, vel mittat ad eos in domibus eorum examinandos, Farin. cum citatis ab eo *q.*78. *n.*64. & 65. Ex eodem numero sunt Clerici, qui à Iudice sæculari ad testificandum compelli non possunt, *cap. statuendum* 2. *q.*6. & ita tenent Abb. Bellam. Butr. & Hostien. *in cap.*1. *de testibus cogen.* & his subscribit Farin. *nu.* 74. plurimos Quid in priuilegiatis?

rimos inducens: Nisi se subtraherent gratia, odio vel timore, vel nisi aliter veritas haberi non posset, tunc enim cogendi essent; sed compulsio, nec esset facienda per Iudicem sæcularem, sed per Ecclesiasticum, in cuius manibus iuramentum deberent præstare, Imol. & Farin. plurimos citans *n.*76. 77. *&* 78. Et vniuersaliter omnes ex iuxta causa impediti excusantur, & ad testificãdum cogi non possunt, Alber. Florian. Fulgos. & Farin. *n.*72. Vide plurimos alios priuilegiatos apud Farin. *à n.*57. *per totum cap.*2. Qui tamen priuilegiati, ex magna causa ad testificandum cogendi sunt, Farin. *n.*107. puta dum veritas aliter haberi non potest, Farin. ad saturitatem citans, & testans de communi, *nu.*108. *& seq.* Plurimas Ampliationes, & Limitationes dimitto, cum parum ad nos, de quibus Farin. *à n.*4. *vsque ad* 56.

De iure Ciuili testes coguntur in causa criminali?

7. REGVLA 2. sit. Testes in causa, etiam criminali, de iure ciuili coguntur, Abb. Bal. Bar. Imol. Bellapert. Clar. Mascar. & quam plures alij DD. quos refert, & sequitur Farin. *n.*196. & hæc Regula non videtur habere difficultatem, vnde transeo ad 3.

De iure Canonico cogi possunt testes in causa criminali.

8. REGVLA 3. sit. Testes etiam de iure Canonico, in causa criminali, cogi possunt, ita refert Farin. *q.*78. *nu.*116. tenuit originaliter Hostien. qui hanc comprobat Regulam, & contrarijs respondet, & ait, quod de mente iuris est, quod nedum in ciuili, sed etiam in criminali, testes compellantur, & quod contraria opinio, licet communis antiquorum, est falsa, erronea, & abijcienda, cum per eam Deus offendatur, Respublica lædatur, proximus corrumpatur, & materia delinquendi, & corrumpendi testes ministretur, obediens præmatur, inobediens, & rebellis sua malitia glorietur, nocens absoluatur, & innocens condemnetur, & hic author testatur, ita fuisse diffinitum ab Vrbano IV. *in causa electionis Ecclesiæ Toletanæ*; Huic Regulæ se subscribunt Bellamer. qui testatur de communi, Henric. Boic. Angel. de Perus. Alberic. de Malet. Abb. Anan. Anchar. qui credit hanc veriorẽ, Butr. Io. And. Imol. Foller. & hos refert Farin. d. num. 116.

Sed cõtra.

9. Contra hanc Regulam, quod immò de iure Canonico, in causa criminali, dum agitur directè ad pœnam testes ad testificandũ cogi non possint, est communis opinio Canonistarum, teste Hostiẽ. quam sequuti sunt Innoc. Felyn. qui de communi, Mascar. Specul. Zabarel. & huic opinioni adheret Farin. *q.*78. *n.*119. *in fin.* qui pro hac parte *n.* 115. citat plurimos adductos pro contraria, nempe Abb. Anan. Anchar. Bellam. Butr. & & Imol. Ex quibus vides de iure Canonico controuersam hanc esse materiam, vt deducitur etiam ex Farin. *n.*115. 116. *&* 196.

10. Retenta tamen opinione affirmatiua iuxta propositam Regulam, declara, amplia, & limita, vt sequitur, & omnia aptantur etiam ad Regulam 2.

Præsertim Regula procedat

11. AMPLIATVR, seu declaratur 1. Regula 3. Vt præsertim procedat, quando veritas aliter haberi

dit, dū veritas aliter non potest haberi. haberi non potest, tunc enim testes etiam in criminali de iure Canonico coguntur, & in hoc non solum conueniunt DD. omnes citati *sup. in 1. Regula*, sed etiam Innoc. Fel. Zabar. & Far. *n.* 124.

Vel istā te indebita subtractione. 12. AMPLIATVR, seu declaratur 2. Regula 3. Vt à fortiori procedat, quando testes se subtrahunt, odio, vel timore, Hostien. Inno. Far. & plures alij *q.* 78. *num.* 126. Et tunc maximè, cum à parte subtraherentur, Far. plures concordantes inducens *n.* 137. Qui *n.* 134. 138. *& sequentibus* ostendit, an subtrahens puniendus sit, & quomodo.

Quæ nō præsumitur. 13. Sed nota 1. quod in criminali non præsumitur, testē se subtrahere, nisi manifestè de malitia testis se subtrahentis, gratia, odio, vel timore appareat, secundum eosdem DD. quos refert, & sequitur Far. *q.* 78. *n.* 128. inter quos Felyn. ait, quod ita tenent omnes.

Subtrahēs Curiæ probationes an puniatur. 14. Nota 2. quod subtrahens testes, vel alias Curiæ probationes, pœna extraordinaria, arbitrio Iudicis, puniendus est, Bal *in cap. peruenit, il primo, de test. bus cogen.* vbi Fel. & alij, & tenuerunt Boer. Boss. Cabal. Menoch. & Guaz. *defen.* 16. *n.* 1. nec non Farin. *q.* 78. *nu* 138. Hoc tamen intelligendum est, vt verum sit, dum subtractio pendente lite, facta est, si enim ante facta fuisset, non esset inconueniens asserere, vt not. Guaz. *defen.* 16. *n.* 4. quod talis subtractio nulla pœna plectenda esset.

Et an delictū, de quo subtrahēs imputatur præsumatur patrasse, & puniatur. 15. Nota 3. quod testes subtrahens in criminali causa, delictum, de quo imputatur, patrasse præsumitur, & dum de eius innocentia non apparet, puniri potest, Boich. Boer. Far. *q.* 78. *nu.* 148. & Guaz. *defensf.* 16. *n.* 7.

Item dū procedit ex officio, vel dum celatio veritatis est peccatum, seu in notorijs, vel dum Reus in delicto perseuerat. 16. AMPLIATVR, seu declaratur 3. Regula 3. Vt tunc maximè locum sibi vindicet, cum Iudex procedit per inquisitionem, seu ex officio, vel in causa denunciationis, Innoc. Hostien. Farin. & tot alij ab eo relati, *q.* 78. *n.* 153. 154. *&* 156. Siuè quando celare veritatem est peccatum mortale, ijdem DD. cum Far. *nu.* 157. seu quando agitur de probando crimine notorio, Anan. Anchar. Hostie. Inno. Imol. Socin. & Far. *num.* 178. Vel quando agitur contra eum, qui perseuerat in crimine, Abb. Bellamer. Io. Andr. cum omnibus proximè citatis, & Far. *n.* 179.

Vel dū agitur de priuando Pralatū, siue de probatione periurie iniuriæ Clerico factæ. 17. AMPLIATVR, seu declaratur 4. Regula 3. Vt præcipuè procedat, quando agitur de priuando aliquem sua Prælatura, vel de probatione iniuriæ personalis factæ Clerico, Innoc. Hostien. & Far. plurimos citans concordantes, *q.* 78. *n.* 182. *&* 183.

Vel in enormibus. 18. AMPLIATVR, seu declaratur 5. Regula 3. Vt maximè procedat in omnibus criminibus enormibus, prout sunt homicidium, adulterium, crimen vndè oritur scandalum, simonia, conspiratio contra proprium Prælatum, crimen læsæ Maiestatis, & similia, Bal. Foller. & Far. alios citans, *q.* 78. *n.* 189.

Cōpellitur, qui iurauit se non examinari. 19. AMPLIATVR 6. Regula 3. Vt testis, qui iurauit se non examinari, non obstante iuramēto compellatur ad se examinandum, *gl. in*

Dd *cap.*

c. peruenit, il primo, de testibus cogen. vbi Abb. Bal. Butr. Hostien. cum citatis DD. plurimis à Far. *q.* 78. *n.* 149. Sed animaduerte, quod iste testis, saltem ad cautelam, antequam examinetur, à iuramento absoluendus est, Far. *n.* 150. *& seq.*

20. AMPLIATVR 7. Regula 3. Vt procedat non solum in simpliciter testibus, sed etiam in principalibus, puta, vulneratis, offensis, vel derobatis, qui cogi possunt ad se examinandum, & indicandum offendentem, vulnerantem, vel furem, Bellaper. Gomez. & Foller. qui ait quod si pars interrogata noluerit indicare furem, poterit incarcerari, tam de iure Ciuili, quã Canonico, & testatur de consuetudine seruata, & his subscribit Far. *q.* 78. *n.* 197. — Cõpellitur etiam pars.

21. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt Clerici in causa sanguinis, nec à Iudice sæculari, nec ab Ecclesiastico ad ferendum testimonium cogi possint, Abb. Bellam. Butr. Foller. Monticel. & Farin. cum alijs ab hoc inductis DD. *q.* 78. *nu.* 199. *&* 201. Quamuis veritas aliter haberi non posset, Alber. de Malet. Bal. & Far. *n.* 200. — Clericus in causa sanguinis non cogitur examinari.

22. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt affines, & consanguinei ad testificandum contra eorum affines, & consanguineos compelli non possint, *l. lege Iulia*, & ibi communiter DD. item Abb. Mascar. Menoch. Far. & alij apud ipsum *q.* 54. *n* 13. Qui *n.* 23. testatur de magis communi, & alios concordantes inducit ad probandum, quod tale priuilegiũ non extenditur nisi vsq; ad tertium gradum inclusiuè, & ita apud eundem Farin. *ibidem* tenuerunt præsertim Abb. Campeg. Crot. Alber. & Mascar.; Aliorum opiniones tenentium priuilegium extendi vsq; ad sextum, septimum, vel duodecimum gradum, vide apud Farin. *q.* 54. *n.* 20. 21. *&* 22. — An affines, & consanguinei cogantur examinari?

23. SVBLIMITA hanc limitationem; Vt affines, & consanguinei cogantur, vbi veritas aliter haberi non potest, Abb. & communiter DD. *in cap.* 1. *de testibus cogen.* Farin. cum tot citatis ab eo *n.* 18. & etiam in criminibus exceptis, vt læsæ Maiestatis, hæresis, simoniæ, & in similibus, *cap. literas*, & ibi omnes DD. *de præsumpt.* & Far. *n.* 111.

24. Nota hic pro corollario ampliatiuo huius limitationis 2. consanguineos, vel affines vsque ad gradum 3. immò, secundum proximè citandos DD. vsque ad gradum 4. non teneri, nec cogi debere ad reuelandum ex vi monitorij crimen coniunctorum secundum Angel. Aul. Sylu. & Dian. *par.* 5. *tract.* 13. *resol.* 67. vbi cum Rainal. idem dicit de amico coniunctissimo, & de insigni benefactore, seclusis tamen casibus ad Sanctum Officium Inquisitionis pertinentibus. — Vel reuelare ex vi monitorij, & quid in amicissimo, & insigni benefactore?

25. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt in criminali, testes cogẽdi non sint ad se examinandum, quando ex eorum depositione periculum est, vt contrahant inimicitiam cum aliquo potente, Bal. Fel. Foller. Montic. Menoch. qui reddit rationem, cum enim non debeat quis cogi ad ferendũ testimonium in perniciẽ suorum cognatorum, — Quid dum periculum est, vt ex criminali examine inimicitia oriatur.

vt

vt *hic supra n.* 19. minus debet quis cogi ad ferendum testimonium in perniciem propriam, & Far. *q.* 78. *num.* 123.

Materia de testibus cogendis est arbitraria, & quomodo sit regulãdum arbitrium.

26. Pro conclusione huius q. nota; quod tradita in ea, nõ sunt adeo firma, vt non plurimum in illis possit Iudex arbitrari, secundum enim Bal. Bellam. Foller. Felyn & Menoc. relatos à Far. *q.* 78. *n.* 17. totum negotium de testibus cogendis, vel minimè, arbitrio remittitur Iudicis; Qui iuxta doctrinam Bal. *in cap. dilectorum, num.* 6. *de testibus cogen.* quem sequitur Far. *nu.* 118. taliter poterit suum arbitrium regulare, vt in negatiuam propendat, & testes non cogat, quando videt ex depositione aliquod illis periculum imminere; Si verò animaduertat periculum magnum minimè illis imminere, cõpellere regulariter curet, ne delicta impunita remaneant.

27. De materia huius quæstionis latè Farin. *q.* 78. & quædam etiam ad rem, *q.* 54.

An testis iuridicè interrogatus cogatur, & sub culpa mortali teneatur veritatem aperire? Quæstio 59.

Testis interrogatus iuridicè tenetur sub mortali aperire veritatem

1 REGVLA sit: Testis, iuris ordine seruato interrogatus, sub læthali culpa, & damnationis æternæ pœna, veritatem aperire tenetur, de iure enim ad hoc compellitur, D. Tho. 2. 2. *q.* 70. *art.* 1. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *c.* 30. *d.* 6. Nauar. Sot. & Bouer. *in Direct. p.* 2. *c.* 29. *vers. postremo.*

2. AMPLIATVR Regula; Vt non solum testis in hoc casu veritatẽ non aperiens mortaliter peccet contra charitatem erga proximum, contra obedientiam, & iustitiam legalem erga Iudicem, sed etiam contra iustitiam commutatiuam, ex qua ad restitutionẽ damnorũ tenetur, & cogitur, ita Azor. *p.* 3. *lib.* 13. *c.* 27. *dub.* 4. vbi reddit rationem, quia testis in nostro casu ex officio, quo fungitur in iudicio, ex lege iustitiæ ad veritatem tenetur dicendam, Malder. Medina, Nauar. Orellana, Sct. Turrian. & alij, & hos referens, dicit hanc opinionem probabilem, Diana, 3. *p. tract.* 5. *resol.* 101. Vbi tamen ait, non minus esse probabilem, talem testem non teneri, nec ex iustitia commutatiua cogi ad damnorum restitutionẽ; Cum testis ante mandatum Iudicis ex iustitia commutatiua ad restitutionem non teneatur; & mandato eius accedente, ex obedientia, & iustitia legali compellatur, citans Ioan. de la Cruz, & Syluium, Et cum his DD. Less. Molin. Villal. & alios, ex hoc *ibidem* Dia. infert, testem multò minus teneri ex iustitia ad restitutionem, dum citatus, licet debeat, non vult comparere ad testificandum; Spatarius tamen, & alij obligãt etiam in hoc casu ad restitutionem, vt refert *loco cit.* Dian.

An veritatẽ nõ aperiẽs tenetur ad restitutionẽ &c.

3. LIMITA hanc Ampliationem; Vt testis in casu proposito teneatur ad restitutionem parti de damno ei illato, non autem fisco de mulcta, & pœna pecuniaria, quæ Reo imponeretur, si testis veritatem manifestaret, Malder. Io. de la Cruz, Turrian. & Dian. *d. resol.* 101.

In dubio si iuridicè interrogetur an teneatur respondere?

4. LIMITATVR 1. Regula; Vt testis non teneatur aperire veritatem, dum dubitat, an Iudex eum iuridicè interroget, Bann. Hẽriquez, Less. Medina, Salas, Sanch. Sot. & alij apud ipsos, & hanc opinionem probabiliorem existimat Diana 3. *p. tract.* 5. *resol.* 106. vbi rationes affert; Asserens opinionem huic limitationi oppositam esse probabilem, & pro ea citat Pitignan. Et Et huic ego addo contra limitationem tenentes S. Antonin. Sylu. & Tabien. quos refert, & sequitur Franc. Arret. *in pract. crimin. in* 2. *substantiali, cap.* 4. idem tenet Palud. *in* 4. *dist.* 19. *q.* 4. vbi reddens rationem ait, præsumendum est enim pro iustitia Iudicis: Et hæc doctrina contraria limitationi est præsertim vera apud Fratres Minores, qui ex vi *Regulæ, c.* 10. tenentur Prælatis obedire in omnibus, quæ non sunt contra animam, & Regulam nostram, vt sunt manifestum peccatum, manifestum periculum, & manifestum contagiũ, vt declarat S. Bernardin. *in tr. de obedientia*; Et consequenter in dubio, an quod præcipitur, sit peccatum, Minorita obedire tenetur, vt subdit S. Bernardus, *per c. qui culpatur* 23. *q.* 1. *in fin.* intellige in delictis priuatis, de quibus loquuntur proximè citati DD. & multo magis in delictis vergentibus in perniciem publicam, secundum Sot. & Franc. Arret. *loco supra citato*, nec non Dian. *d. resol.* 106. In hoc puncto vide Angelicam *in verb. religiosus* §. 29. Sylu. *in verb. relig.* 6. *q.* 6. & Caiet. 2. 2. *q.* 88. *art.* 8.

Quid apud Fratres Minores?

5. LIMITATVR 2. Regula illatiuè ex præcedenti; Vt quando Superior generaliter inquirit super aliquo delicto notorio, cuius author ignoratur, tunc subditus, qui dubitat, an infamia, vel sufficientia indicia sint contra illum, quem ille scit cõmisisse delictum, non teneatur prodere delinquentem occultum, Bonac. Filiuc. Less. Nauar. Salon. Turrian. & Diana *p.* 2. *tr.* 15. *resol.* 63. vbi hos referens testatur, ita communiter neotericos tenere, licet Arrag. Io. Valer. & Miran. ab eodem relati oppositum sentiant.

Interrogatus in Inquisitione generali super delicto notorio, dubitans an contra Reum sit infamia, vel indicia, an teneatur prodere Reum?

6. Ratio huius limitationis inter alias hæc est, quia, quando testis habet opinionem probabilem, Iudicem non interrogare iuridicè, non tenetur obedire, tuta enim conscientia, opinionem probabilem sequi potest, sed in casu limitationis, Iudicem non interrogare iuridicè, tenuerunt Caiet. Sot. Adr. Palud. & hos referens Diana testatur de probabili, *in d. resol.* 63. ergo, &c. Vbi tamen ait probabilius esse in tali casu Iudicem iuridicè interrogare; & consequenter si voluerit, poterit testis veritatem aperire, *ibidem* Dia. cum Turriano; immò probabilius est, eundem ad hoc teneri, cum probabilius sit Iudicẽ iuridicè interrogare, quod comprobatur argumento à multo magis, ex authoritatibus Azor. Panorm. Sot. & Dia. *in* 3. *par. tract.* 5. *resol.* 100. & ex Sancio *in select. disp.* 43. *num.* 39. qui citat Turrian. Valent. & alios, quorum sententiam inuenies *infra hic n.* 8.

7. LIMITATVR 3. Regula; Vt in casu, in quo Reus est accusatus

de

Quid di- cedum, eû stan- te accu- satione] testis in- terro- getur de de- licto ip- si tantû noto? de aliquo delicto taliter occulto, quod ipse testis scit illud neminem alium scire á se ipso; Si à Iudice talis testis de eo interrogetur, non solum tuta conscientia delictum occultare potest, secûdum Spatar. & Dian. *vbi infra*; Sed immò tenetur sub peccato mortali, dicere se nihil scire, Io. de la Cruz *in Direct. conscien. par. p. pract.* 8. *ar*.4. *dub*.13. qui citat Bannes, Ledes. & Orellanam; Et de probabili testatur Diana *p*.3. *tr*.5. *resol*.100.

8. Quamuis contrariam opinionem existimet probabiliorem; Nempe Iudicem iuridicè interrogare in casu huius limitationis, & propterea testem teneri veritatẽ fateri, & in conscientia compelli, secundum Azor. Panorm. Sot. & Sanc. qui mordicus ita defendit, *in Select. disp*.43. *n*.39. vbi citat Turrian. Valent. & alios.

9. Non reticendum hic, Less. Pitign. & Villalob. *locis citatis, vbi supra* à Diana, asserere, posse testem in casu huius limitationis veritatem aperire si velit, sed non compelli, nec teneri; Posse veritatẽ aperire, si velit, probatur multo magis authoritatibus, *hic supra citatis n*.8. Non verò teneri, multo magis subscribunt DD. citati *hic supra n*.7.

10. LIMITATVR 4. Regula; dum testis sibi, vel côiunctis damnum timet, iuxta dicenda, *q*.122. *n*.50. *vsque ad n*.55.

11. De materia huius quæstionis D. Tho. Sancius, & Diana diffusè *locis hic supra citatis*.

An testis sponte ad testificãdum se offerens probet, & ad se offerendum teneatur? Quæstio 60.

1 REGVLA 1. sit. Testis sponte se examini offerẽs, tanquam suspectus, non probat, Fely. *in c*. 2. *de testibus*, vbi plures inducit concordantes, Aret. Boss. Decian. Mars. Mascar. Menoch. Môtic. & plures alij, quos refert, & sequitur Farin. *q*.80. *n*.1. qui *n*.4. testatur de communiori, & rationabiliori. Hæc Regula præsertim procedit, dum quis in criminali causa vltro se offert ad deponendum contra Reum, talis enim testis vltroneus, præsumitur inimicus, secundum Abb. Blanch. Decian. Marsil. Monticel. & Far. *n*.5. Testis vltroneus nõ probat, præsertim in criminali.

2. AMPLIATVR Regula 1. Vt testis vltroneus, non solum non probet, sed etiam vt suspectus possit torqueri, Farin. *q*.8. *nu*.7. & *q*. 29. *nu*.38. vbi concordantes inducit. Vt igitur, testis probet, & non sit suspectus, neque torqueri possit; vel citetur, vel producatur á parte, vel à Iudice moneatur, seu vocetur, aliquod enim horum sufficit, vt testis nô dicatur vltroneus, Far. *q*.80. *n*.8. *vsq; ad* 12. Et vt suspectus torqueri potest.

3. Nota hic 1. quod in dubio testis non præsumitur sponte, sed rogatus se examini subijcere, Fely. Masc. Marsil. Vestr. & Far. *q*. 80. *n*.24.

4. Nota 2. quod Bar. & quidam alij relati a Farin. *q*.80. *n*.3. tenent, quod testes vltro se ad testificandum offerentes, probent; Sed non recedas à Regula proposita, mo- Sed côtra.

derata

derata sequentibus limitationibus.

Quid in teste qui casu in iudicio reperitur?

5. LIMITATVR 1. Regula 1. In teste, qui casu in iudicio reperitur, iste enim (etiam vbi apices seruātur) sine citatione examinatur, nec dicitur sponte accedere, secundum Grauat. Ias. Mascar. & Far. *q.*80.*n.*20.

In valde fide digno.

6. LIMITATVR 2. Regula 1. In teste valde fide digno, qui probat etiam si sponte deponat, Campeg. Corrad. Mōtic. Moncad. Neuizz. & Far. *q.*80.*n.*21. Quamuis contra sentiant Alexander Stiat. & Marsil.

An faciat præsūptionē?

7. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt licet testis sponte deponens inditiū non faciat, nihilominus præsumptionē inducat, Mont. Ruyn. & Farin. *q.*80. *n.*26.

Quid in teste, qui tenetur se offerre?

8. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt testi se offerenti credatur, quādo (iuxta Regulam sequentem) tenetur se offerre ad testificandum, aliàs peccaret, Fely. Mascar. Marsil. Monticel. & Far. *q.*80. *nu.*19.

Tenetur testis se offerre dū necessaria est depositio eius ad liberādum innocētē à graui damno.

9. REGVLA 2. sit; Testis non requisitus peccat, se ad testificandum non offerendo, dum scit eius depositionem necessariam esse, ad hominem liberandum ab iniusta morte, seu à pœna graui indebita, vel à falsa infamia, siue ab iniquo graui damno, D. Thom. ita tenet, & probat, 2. 2. *q.*70. *ar.*1. *in corp.* & subscribunt Sot. Nauar. & Miran. *in Ordin. iudic. par.*1. *q.*16. *ar.* 5. *concl.*1. Si verò testimonium esset necessarium, non ad liberandum, sed ad Reum condemnandum, testis se offerre non teneretur, (nisi in criminibus, quæ in perniciem sunt publicam) quamuis Accusator in periculo esset deficiendi in probationibus, S. Tho. *ibidem*, & Miran. *Conclus.*2.

Secus contra Reum.

10. De materia huius q. latè S. Tho. Farin. & Miran. *locis citatis.*

Finis Tractatus Quarti, de Testibus.

DE

DE INDITIIS.

TRACTATVS QVINTVS.

1 VM ex depositionibus testiũ, inordinata processus prosecutione, inditia, & præsumptiones resultare soleant, post Tractatum de testibus, de inditijs in hoc 5. & de præsumptionibus in 6. agendum erit. Et ad ordinatè procedendum, in duas Sectiones hunc Tractatum 5. distinguam; In quarum 1. de pertinentibus ad inditia in genere agam; In 2. verò de spectantibus ad inditia in specie; Et hanc 2. Sectionem in tres articulos subdistinguam, iuxta diuisionem inditiorum, leuium, grauium, & grauissimorum, vt infra suo loco reperies. Venio ad Sectionem 1. Diuisio huius Tractatus.

DE PERTINENTIBVS

Ad Inditia in genere.

SECTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex sit probatio, inditium, præsumptio, conectura, suspitio, adminiculum, opinio, dubitatio, & argumentum, & in quibus inter se differant, vel conueniant, seu confundantur?

Quæstio 61.

2 HAEC quæstio, erit velut præludialis ad hunc tractatum de inditijs, & ad sequentem de præsumptionibus, pro cognitione terminorum, seu vocabulorum, quæ sæpissimè in hac materia, immò, in tota hac nostra Epitome, insinuantur; Et ante omnia præmittendum duxi; In materia inditiorum non posse dari certam doctrinam, sed remitti hoc negotium arbitrio boni viri, idest Iudicis; qui secundum qualitatem delicti, personarũ, demonstrationum, seu suspicionum iudicabit inditium esse sufficiens, vel minimè; ita teste Ang. *de malef. in verb. fama publica*, *nu.* 9. dicunt DD.; & vt ait Clar. *§. fin. q.* 20. *in princ.* ita dicũt omnes. Iudex autem, qui sic arbitratur, debet se conformare cum iuris dispositione, & in iudicando leges seruare, vt latè probat Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 1. *q.* 11. *per*

Materia de inditijs est arbitraria.

Quomodo regulandum sit arbitrium.

per totam; his stantibus, declaro propositos in titulo terminos.

Quid, & quotuplex sit probatio.

3. Probatio est ostensio rei dubiæ per legitimos modos, Iudici faciēda in causis coram ipso controuersis, Mascar. *de probat. lib.* 1. *q.* 2. *nu.* 23. *& seq.* Probatio autem in genere sumpta, alia dicitur plena, alia semiplena, *l.* 3. *§. eiusdem, vbi gl. ff. de testibus*. Plena probatio est illa, quæ tantam fidem facit, quantam ad finiendam controuersiam sufficit; Semiplena vero dicitur, dimidia probatio, & hæc inducitur per depositionem vnius testis legitimi de visu, & alijs etiam modis, vt bene declarat Mascar. *vbi sup. q.* 4. *n.* 11. 15. *& seq. & q.* 11. *n.* 1. Habito verò respectu ad speciales probandi modos, in septem species probatio distingui potest; & cæteri à DD. allati ad hos redigi possunt; Nempe in probationem per testes, per scripturam, per confessionem, per euidentiam facti, per iuramentum, per præsumptionē, & per famam, Mascar. *in d. q.* 4. *n.* 1. *&* 15.

Quid sit inditium?

4. Inditium est notabile signum maleficij, vel alterius rei, ad ipsius veritatem habendam, Io. And. *in add. ad Specul. tit. de præsumpt. § fin. vers. item per inditia*, Masc. *de probat. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 1. *& seq.* vbi allegat Boss. & subscribit Farin. qui plurimos concordantes refert, *q.* 36. *num.* 27.

Quotuplex sit inditium vsq; ad n. 7.

5. Inditiorum distinctiones plurimæ à DD. afferuntur; 1. sit. Inditium aliud est dubitatum, & non plenum, aliud indubitatum, & plenum, Bal. in *l. ca. quidem, n.* 8. *C. de accusat.* & est communis DD.; Indubitatum, & plenum inditium est illud, quod arctat mentem Iudicis, ita vt omnino credat, nec possit in contrari um inclinare, Castren. Corrad. & Far. *q.* 36. *n.* 36.; puta cum inditium approbatur a lege, Rebuff. & Farin. *n.* 40.; Dubitatum verò, & semiplenum est, quod mouet fortiter animū ad aliquid credendum, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 7. *nu.* 14. quem sequuntur alij DD.; Et nota, quod ex multitudine dubitatorum, resultat inditium indubitatum, Far. *nu.* 41. ex Corrad. & alijs.

6. Distinctio 2. Inditium aliud est proximum, aliud remotum, proximum est, quod immediatè respicit veritatem rei, & delicti, remotum verò, quod tantum respicit circumstantias, Osasc. & Farin. *q.* 36. *n.* 46. *&* 47. & est distinctio communiter approbata.

7. Distinctio 3. Inditium aliud est leue, aliud graue, aliud grauissimum, Clar. quem sequuntur DD. *§. fin. q.* 20. *in princ.* Seu (& in idem recidit) Aliud est simplex, aliud vrgens, aliud indubitatum, Corr. in practica. Leue est illud, quod facilè, & frequenter contingit ad esse, Graue est, quod facilè, & frequenter contingit adesse; & Grauissimum est quod facillimè, & frequentissimè contingit adesse, Far. *q.* 36. *n.* 55. alios inducens DD.

8. Præsumptio est cognitio veritatis rei, resultans ex circūstantijs, Far. *q.* 36. *n.* 69. cum Alex. & alijs. Vel est argumentum ad credendum vnum factum, surgens ex probatione alterius, ita Far. *n.* 82. cum Spec. De distinctionibus præsum-

Præsūptio quid sit?

sumptionis agetur *infra in suo proprio loco, q. 72.*

Coniectura quid sit?

9. Coniectura est verisimilitudo quædam probabilis, animum inducens ad aliquid opinandum, Decian. relatus a Mantica, *lib. 1. de coniect. tit. 1. rubr. coniectura vnde dicatur nu.* 8. Et quia coniectura, & præsumptio, vnum, & idem sunt, secundùm Farin. *q. 36. nu.* 160. & Mantica *vbi sup. n. 3.* qui ait; Diffinitionem præsumptionis posse applicari coniecturæ, & *ibi* hæc tanquam sinonima accipit; earum distinctiones erunt eædem, de quibus *infra q. 72.*

Suspicio quid sit?

10. Suspicio est opinio ex leuibus inditijs proueniens, S. Tho Siman. & Menoch. *de præsump. lib. 1. q. 7. nu. 43.* Et sic suspicio est leue inditium, secundum Far. *q. 36. n. 175.*

Adminiculum quid & quotuplex sit?

11. Adminiculum est confirmatio, seu suppletio probationis, per se solum non operans, sed benè cũ alijs, Abb. Butr. Mascar. *lib. 1. de probat. conclus. 55. n. 1.* & Bal. *in l. ea quidem, C. de accusat.* Vbi ait, quod duplex est adminiculum, vehemens, & non vehemens; Non vehemens est aliqualis confirmatio rei probabilis; Vehemens verò est suppletio defectus probationis, non operans, sed cooperans; Et subscribit Menoch. *de præsump. lib. 1. q. 7. n. 57. & seq.* Quod adeo verum est, vt si semiplenæ probationi vehemens addatur adminiculum, probatio plena euadat, secundum Anan. Bal. Marsil. Masc. *vbi supra n. 2.* & Farin. *q. 36. n. 216.*

Opinio quid sit?

12. Opinio est adhesio vnius partis cum formidine alterius, Alber. *in l. siue possidetis, C. de probat.* Et tunc dicitur vehemens, cum ex probabilibus coniecturis quis credit id, quod verum est, licet non certò sciat, Bal. *in l. antiquioribus, n. 3. C. de iure deliber.*

Dubitatio quid sit?

13. Dubitatio est, dum quis non magis ad vnam, quam ad alteram partem inclinat, gl. *in l. de statu, ff. de testam.* Et nota, quod si dubitans incipit inclinare magis ad vnam, quam ad aliam partem, cessat dubitatio, & intrat suspicio; Et dum ista est ex grauibus inditijs intrat opinio, Menoch. & Farin. *q. 36. num. 198.*

Argumentum quid, & quotuplex sit?

14. Argumentum, apud legistas, est illud, quod, ex quibusdam, vel ex multis prius positis, ad vnam conclusionem tendentibus, deducitur, Menoch. & Far. *q. 36. n. 201.* Et est duplex; probabile, quod probabiliter ostendit; Et necessarium, quod necessariò demonstrat, Far. *n. 206.* ex Cicer. & Menoch.

15. Vidimus diffinitiones, & distinctiones propositorũ terminorum. Videamus modo quædam, in quibus differunt, & conueniunt.

In quibus inter se differat inditiũ, & semiplena probatio?

16. Inditium differt a semiplena probatione, quia inditium non semper peruenit ad semiplenam; puta si inditium sit leue, vel remotum; vnde secundum communem dantur inditia ad torturam, & sic adimplentia semiplenam, & alia non ad torturam, & ita semiplenam non perficientia, iuxta tradita per Bart. Marsil. & Farin. *q. 36. n. 63. & 64.* Cum tamen ex semiplena, iure tortura inferatur, Clar. *§. fin. q. 62. in princ.* & est communis. Et è contra non est dubium, quod aliquando inditium inducit

plusquam semiplenam, vt, si inditium sit indubitatum, proximum, & grauissimum, legitimè probatum, & à lege approbatum, quod sufficit ad condemnationem, Clar. *q.*20. *vbi* Baiar.

Inditiũ in quibus dif. ferat à præsũptione, & à suspicione? 17. Inditium, & præsumptio inter se differunt, & se habent, tanquam excedentia, & excessa; nam præsumptio, præsertim iuris, probat, absq; eo quod probetur; inditium verò non probat, nisi probetur, Farin. *q.36.n.236. per tex. in l. fin. ff. de quæstion.* E contra verò inditium propriè appellatur, quod est plus, quã simplex præsumptio, Clar. *§. fin. q.*20. *in princ.* & Farin. cum abundè citatis ab eo *n.*237. *& seq.* vbi hunc casum 2. ait, esse intelligendum de præsumptionibus hominis. A suspicione verò differt inditium, quia inditium est causa, vnde oritur effectus suspicionis, Farin. *n.*240.

Suspicio differt à præsũptione. 18. Suspicio à præsumptione differt, quia suspicio minus est, quam præsumptio, & ex multis suspicionibus inducitur vna præsumptio, Dec. Natta, & Farin. alios etiam inducens, *q.36.n.*251. *& seq.*

Coniectura differt à semiplena. 19. Coniectura differt à semiplena probatione, quia illa minus est, & plures bonæ coniecturæ faciunt vnam semiplenam probationem, Bal. & Far. *q.36.n.*255.

Argumẽtum differt à præsũptione, & à suspicione. 20. Argumentum differt à præsumptione, quia dum argumentum est ex probabilibus, minus est, quã præsumptio iuris, Bal. & Mascar. *de probat. lib.*1. *concl.*137. *n.*4. immò argumentum aliquando minus est, quam suspicio, cum ex argumentis pluribus, non rarò oriatur tantum suspicio, Far. *q.36.n.*261.

Prædicti termini in stricta significatione differunt, sed largè sũpti apud DD. et in iure cõfunduntur. 21. Sed licet prædicti termini, probatio, inditium, præsumptio, coniectura, & reliqui, de propria, & stricta significatione, inter se, vt dictum est, differant: Largè tamen sumpti, conueniunt taliter, quod in iure, & à DD. sæpissimè confunduntur, & vnus pro alio sumitur, vt notat Nell. & de communi practica testatur Iosephus Ludou. & sequitur Farin. *q.36. nu.*263.; qui vsque ad finem q. demonstrat pluribus authoritatibus, prædictos terminos, apud iura, & DD. confundi.

22. De materia huius totius q. diffusè pertractat Far. q.36.

Quomodo inditia legitimè probentur?

Quæstio 62.

Quodlibet inditium per duos testes debet probari. 1 REGVLA sit. Quodlibet inditium, ad hoc, vt de eo mentio, & ratio habeatur, regulariter, de necessitate debet probari per duos testes, Io. de Amicis, *consil.*127. *n.*10. vbi ait, hoc esse indubitatum in iure, & neminem contradicentem legisse, & de communi DD. testantur Ang. de Castro, Marsil. & Socin. quos refert, & sequitur Clar. *§ fin. q.*22 *in princ.* Alciat. *cons.*455. *n.*1. qui ait hoc canonizatum esse in iudicijs, & in scholis, & fuit originalis opinio gl. *in l. vlt. C. famil. erciscu.* quã sequuntur. Alex. Aret. Bart. & Mascar. hos, & plures alios referens *lib.*2. *de probat, conclus.*894. *n.*1.

Inditiũ leue, & minimũ duo 2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt quamuis inditium sit leue, debile, & minimum, duobus tamen testibus

bus te- stibus debet probari bus debeat probari, Io. de Amicis vbi supra, qui concordantes plures refert, Clar. *loco citato*, Boss. & Osasc. relati à Far. *q.37 n.15.* qui *n.18.* plurimos concordantes inducit, & Mascar. *in dicta concl.894. n. 2.*; Qui *nu.4.* cumulat ad saturitatem DD. tenentes, quod ad probandum inditium remotum, & mediatum ipsi maleficio, duo testes requirũtur, inter quos Gaspar Lãdinel. testatur de communi. Itẽ re- motũ, & me- diatum

An duo inhabi- les suffi- ciant? 3. An autem ad probanda inditia remota, testes inhabiles sufficiant, controuersum est; & pro negatiua plurimos inducit DD. Far. *q.37. nu.18.* pro affirmatiua verò etiam quamplures affert, *n.20.* & pro vtraque indicat testantes de communi. An autem sufficiant ad irrogãdam torturam, agit *ibidem*, Far. & in negatiuam inclinat, *nu. 28.* & de hoc *infra agetur, q.104. nu. 5. 6. &c.* & in proposito testium inhabilium, vide *sup. q.39. præsertim n.20. & 21.* vbi de testibus inhabilibus in iudicio Regulari, & an admittantur, &c.? An ad torturã remissi- uè.

4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt testes ad probanda inditia remota, non solum debeant esse duo, sed etiam contestes, vnde singulares duo non sufficiunt, Alex. Bal. Gomez. qui concordãtes adducit, & testatur de communi, & Marsil. Præsertim ad hoc, vt sufficiant ad torturam; Testes enim singulares non coniunguntur ad faciendum sufficiens inditium ad torturam; Boss. Marsil. Brunor. à sole, qui non solum testatur de communi, sed etiam ex Io. de Amicis, dicit quod hoc non habet contradictorem, & in comprobationem quamplures inducit Farin. *q.37. n.33.* Nota tamen, quod contrarium tenent plurimi relati à Farin. *n.34.* Vnde suo tempore fortè Io. de Amicis non inuenit contradictorem; Sed his non obstantibus non recedas ab hac Ampliatione 2. Remo- ta indi- tia de- bẽt pro bari per cõ- testes. Sed co- tra.

5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt inditium etiam proximum non sufficiat ad torturam, nisi per duos testes sit probatum, Alex. de Neuo, Bologn. Boss. Bursat. qui ait, quod ab hac doctrina communiter approbata, & vera, nemo discrepat, Alexander de Neuo, Bologn. Boss. & Clar. quos refert Mascar. *de probat. lib.2. conclus.894. n.9.* Sed ego reperio, quod oppositum (nempè quod inditum proximum probatur sufficienter vnico teste ad torturam) tenuerunt Bar. Bal. Abb. Marsil. Menoch. & plures alij relati à Farin. *q.37. n.41. & 54* Clar. qui testatur de communi, Cæpol. qui de obseruantia communi, & Alciat. qui ait, ita esse canonizatum in scholis, & in iudicijs, & quod ita omnes tenent, nec non Masc. hos, & alios concordantes referens *n.5.* Inditiũ proxi- mũ de- bet pro bari per duos testes. Sed contra quod per vnũ probe- tur.

6. Pro concordia dicendum est cum Claro, *q.22. §. fin.* quem sequitur Far. *q.37. n.42* & Mascar. *n.10.* (Et nota hanc distinctionem, qua plures soluere poteris difficultates) Quod inditum proximum dupliciter capitur à DD. Vno modo inditium dicitur proximum, quando testis immediatè deponit de ipso delicto, & non est dubium, quin tale inditium proximum, legitimè probetur per vnum testem, & ita Distin- gue quod inditiũ proxi- mũ du- pliciter intelli- gi po- test.

Dd 2 pro-

procedit proposita opposita Bar. & aliorum opinio; Sed hoc inditium ab alijs, non inditium, sed semiplena dicitur probatio delicti, sicut plena diceretur probatio, si in proposito duo deponerent contestes, & locus non esset torturae, sed condemnationi ex concludenti probatione, vt notant Cason. & Farin. *q.37.n.58.* vbi ad saturitatem concordantes citat. Alio modo inditium proximum dicitur à DD. quando testes deponunt, non de ipso delicto, sed de actu, vel actibus valde proximis ipsi delicto, & valde delictum inferentibus, vt videre est apud Bar. *in l. fin. n.5. ff. de quaestion.* Farin. & Boss. *n.42.*, Et ista indicia proxima probata sunt per duos testes; & in hoc sensu intelligēda est tertia proposita Ampliatio, & DD. in ea citati.

7. LIMITATVR Ampliatio 3. Vt aliquando legitimè inditia per testes probentur singulares, tendentes ad eundem finem, faciunt enim plures praesumptiones, generātes vnum inditium ad torturam, ita Fulgos. originaliter, Albert. n. qui pluribus comprobat hanc limitationem, & ait, quod licèt in cognitione praesumptionum, seu inditiorum, singula inditia, & praesūptiones in genere suo plenè probata esse debeant, hoc intelligitur ad condemnandum, non autem quoad torquendum, & ita distinguendo, contrarijs respondet: Subscribunt limitationi Alex. Bertaz. Clar. Claud. Monticel, & plures alij relati a Far. *q.37. n.34.*

Testes singulares aliquādo an sufficiēter probēt inditia falsè adtorquēdum?

8. Sed ipsemet Farin. huic limitationi assensum nō praebet, *q.37. nu.38.* nisi tribus concurrentibus; Primū, quod testes singulares sint omni exceptione maiores; Secundum, vt si non deponant de ipso delicto, quo cāsu essemus in claris, deponāt super inditijs delicto proximis, secus si super inditijs valde remotis, secundum Brunum, & Carer. Tertiū, vt sint plura, quam duo indit.a, & plures, quam duo testes singulares deponentes, qui animum Iudicis, quasi certum reddant, quod Reus deliquerit: Non enim est verisimile, quod tot testes singulares, non suspecti, talia dixissent, nisi Reus culpabilis esset, vt not. Turrecrem. & Petra; Et in isto casu loquitur etiam Mascar. alios citans *de probat. lib.2. conclus. 894. n.11.* & DD. *hic sup. in limitatione citati*: Et facit ratio; quia licet testes singulares regulariter non probent, tamen si Iudici ita visum fuerit, benè probēt, vt diffusè probat Gabr. & notat Farin. hoc totum, *q.37. n.38.*

9. De materia huius quaestionis copiosè Clar. Farin. & Mascar. *locis supra citatis.*

Inditia legitimè, vel minus legitimè probata, quantum valeant, & probent? Quaestio 63.

1 QVAE inditia requirantur, & quomodo probata esse debeant ad inquirēdum generaliter visum est *supra, qu.11.* Ad inquirendum verò specialiter, visum *est supra q.13.* Ad transmittendam vero inquisitionem, seu ad citandum Reum ad comparēdum, si sit absens; vel ad eum constituendum

Inditia requisita ad inquirendum generaliter, vel specialiter seu specialiter ad Reū citandum,

dum

constituendum, torquendum, e nuisiuè — dum si sit præsens, & examinandum super delicto, quæ inditia, & quomodo probata, requirantur, agendum erit *infra, q.78 79.& 80.* Ad torquẽdum autem *infra, q.104 & 71.* Et eadem ad condemnationem, *infra q.71. nu.6. vsque ad 10.* Et ne pluries eadem repetam, ad prædicta loca, in quibus omnia sufficienter explicantur, lectorem remitto. *Vide etiam q.69. & 70.*

De prædictis inditijs compendiosè ex Cla. 50. — 2. Et pro nunc, accipe tantum hic compendio, ex Clar. *§.fin.q.20.* Quod ad inquirendum non modo generaliter, sed etiam specialiter sufficiũt leuia indicia, saly.& Clar. *vers. ad inquirendum*, vbi exemplificat, & testatur de communi praxi. Grauia verò inditia ad trasmittẽdam Reo inquisitionem, seu citationem, sufficiunt, nec nõn ad eum tanquam Reum super delicto examinandum, & etiam torquendum, Clar. *ibidem in princ.* qui ex Corn. testatur de communi. Grauissima verò inditia sufficiunt ad condemnationem, Clar. *ibidem* vbi Baiar. benè declarat.

3. Quæ autem sint leuia, grauia, & grauissima inditia in genere loquendo, dictum est *sup. q.61. nu.7.* De singulis verò inditijs agendum erit *in tota proxima 2. sequenti Sectione*, ad quam lectorem remitto.

4. De materia huius q. latè Clar. *locis citatis*, & Farin. *q.36. nu. 49. vsque 53.* Et latius, an quis ex inditijs condemnari possit, *q.86. præsertim numero. 29.30.51.55.57. & 66.*

DE SPECTANTIBVS

Ad inditia in specie, nempè de singulis inditijs particularibus,

SECTIO SECVNDA.

Diuisio sectionis 2. — 1 IVXTA ordinem supra propositum in principio huius Tractatus 5. subdiuido hanc 2. Sectionem in tres articulos; In quorum primo agam de particularibus inditijs leuibus; In 2. de particularibus inditijs grauibus; & in 3. de particularibus inditijs grauissimis. Initium sumo à leuibus.

DE

DE PARTICVLARIBVS INDITIIS LEVIBVS.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quod dicatur leue inditium?

2 PRO declaratione tituli huius articuli, ad dignoscendum, quid sit inditium leue, repetendum est hic; leue inditium dici illud, quod facile, & sæpe contingit adesse, Farin. *q. 36. nu. 54.* Et hoc leue inditium sufficit ad inquirendum, non solum generaliter, sed etiam specialiter contra aliquem de delicto; non tamen, vt prætensus Reus possit examinari super delicto, & in numero redigi Reorum, Clar. *q. 20. in princ. & vers. ad inquirendum*, ex Salyc. & cum Marian. testatur de communi praxi. Et consequenter obseruo, quod omnia, & singula inditia, quæ sub isto titulo de inditijs leuibus militant, maximè pertingunt ad semiplenam probationem; cum vt dixi, inditia leuia non sint satis ad hoc, vt Reus, vt talis examinetur; qui tamen examinari proculdubio potest, dum contra se, semiplenam habet probationem, Bar. *in l. fin. n. 7. de quæstion.* S. Thom. *2. 2. quæst. 69. art. 1. & 2.* vbi Caiet. & ita communiter omnes Theol. & Summistæ. Inter inditia igitur leuia, primum locum cum Clar. *quæst. 21. in princ.* tribuatur famæ.

Ad quid valeat?

Ad semiplenã non pertingit.

Quæ nam sint requisita famæ malæ, seu infamiæ, vt fidem aliquam faciat in criminalibus; Et his requisitis concurrentibus quantum probet; Quiduè dicendum sit de fama bona? Quæstio 64.

1 PRAEMITTO 1. Famam esse cõmunem opinionem, voce manifestatam, quæ dum est de bono dici solet fama, dum de malo, & de delicto dicitur infamia, Bar. & alij DD. communiter, *in l. de minori, §. tormenta, ff. de quæstion.* At etiam indifferenter fama sumitur pro bona, vel mala.

Fama quid sit?

2. Præmitto 2. Quod in ciuilibus legitimè probata fama, cum omnibus suis requisitis, secundum magis communem, plus probat quam semiplenè, & de hac magis communi, testis est Farin. *q. 47. n. 54. & seq.* Immo in aliquibus casibus relatis ab eodem, *nu. 86. vsque ad n. 144.* plenè probat. In criminalibus verò.

Fama quantũ probet in ciuilibus?

3. REGVLA 1. sit. Ad hoc vt fama mala, seu infamia in criminalibus aliquam fidem faciat, plura debet habere requisita; quæ ad decem sequentia, ex DD. redegi.

Plura requisita maiæ famæ, vt probet in criminali.

4. Requisitum 1. est; Vt fama mala orta sit ex aliqua verisimili causa, ratione, vel coniectura, Bar. Corrad. Dec. Fel. Mascar. qui de com-

Requisitum 1.

communi, & Far. plures etiam alios concordantes citans *q. 47. n. 153.* Vnde testes deponentes super fama mala, sufficientem reddere debent scientiæ causam, aliàs non probant, Clar. *q. 6. vers. illud,* ex Bar. & Corn. qui ait, quod in hoc omnes cõcordant, & Simanc. qui testatur de communi; Hancq; causam infamiæ testes adducere debent, etiam non interrogati, ad hoc, vt probent, Abb. Fel. Innoc. Specul. & Masca. *lib. 2. de probat. concl. 895. nu. 7. & 9.* Alex. Aym. & Far. concordantes inducens, *q. 47. nu. 308.* Et causa esse debet super his, quæ sensu corporis percipiuntur, ad hoc, vt testes probent, Clar. *q. 6. vers. illud.*

5. Sed nota, quod testes in proposito exprimentes legitimas causas, quamuis de eis de auditu deponant, inditium faciunt, non tamen habile, nisi quando causæ illæ probatæ fuerint, puta causa inimicitiæ, vel alia similis, Blanch. Brun. Gram. & Foller. *in pract. crim. vers. dum capitula, quod suffodit vxorem, n. 28. ad fin.*

Requisitum 2. famæ. 6. Requisitum 2. est; quod fama mala ortum habeat à fide dignis, & honestis personis non a maleuolis, *cap. qualiter, & quando, il 2. de accusat. & per hunc text.* Bar. *in l. de minore, §. plurium,* vbi Alex. & Marsil. *ff. de quæstion.* Mascar. Foller. Farin. ad saturitatem citans, *q. 47. n. 156.* & Clar. *§. fin. q. 6. vers. sed quid,* vbi ait, quod omnes ita fatentur; Hæc tamen qualitas, præsumitur, nisi contrarium probetur, Far. concordantes citans, *nu. 162.*

7. Et nota, quo hæc duo proposita requisita, debent simul concurrere, ad hoc, vt mala fama probet, secundum Abb. Ang. & Dec. *in cap. veniens, n. 17. de testibus,* vbi etiã alios allegat DD. Et hoc præsertim procedit, quando agitur de tortura inferenda, secundum Far. *q. 47. n. 155.* licet non desint tenentes vnum sine altero, ex dictis requisitis sufficere, quos refert Farin. *nu. 154. 157. & seq.* sed hos non sequaris.

8. LIMITA requisitum 2. in quo dictum est; Originem famæ malæ, debere esse ab honestis personis, & fide dignis; vt non procedat, quando agitur de aliqua re turpi, tunc enim non est contemnenda fama, quæ à turpibus habet ortum; puta si agatur de re turpi commissa in lupanari; talis enim fama poterit oriri à lenonibus, & meretricibus, non a Doctoribus, & Aequitibus, qui ibi non solent versari.

9. Vel si agatur de chartis, seu taxillis falsis, poterit fama ortum habere à lusoribus, & barris, & talis fama à Iudice contemnenda non erit, ita Clar. *vbi supra;* & hanc famam benè probare, tenuerunt etiam Salyc. Ludou. Piguer. & Farin. *q. 47. n. 160.* & consensit Mascar. *lib. 2. de probat. concl. 749. n. 19.*

10. Requisitum 3. Ad hoc vt mala fama aliquam fidem faciat, est; Vt sit vniformis, si enim non sit vniformis, sed varia, puta, quia varij varia dicunt, in criminalibus præsertim, non probat, Bal. Butr. Corrad. Rolan. Far. *q. 47. n. 163. & 164. vbi in seq.* declarat, quando sunt plures famæ contrariæ, Requisitum 3.

quæ

quæ magis attendenda sit.

Requisitum 4 11. Requisitum 4. Vt mala fama probet, est, vt sit orta ante inquisitionem, seu Rei carcerationem, nam si orta sit post inquisitionem, vel Rei carcerationem, nihil operatur, Bertaz. Bursat. Carer. Foller. Gram. Petra, & Farin. *q.* 47. *n.* 176. Et idem dicunt Carer. Gandin. Hieron. de Monte, & Farin. *n.* 177. quādo fama mala orta non esset statim post delictum, sed ex interuallo.

12. LIMITA hoc requisitum 4. Vt procedat, dum causa famæ non manifestatur, si enim malæ famæ causa manifestaretur, ex qua orta est rationabiliter, operaretur mala fama suum effectum, etiam si orta esset post inquisitionem, carcerationem, & non statim, sed ex interuallo post delictum, secūdùm Bar. *in l. de minore. §. plurium, & ibi* Alex. *ff. de quæstion.* Salyc. Boll. Montic. & Far. *q.* 47. *n.* 168. *& seq.*

Requisitum 5 13. Requisitum 5. Vt mala fama fidem faciat, est, vt non sit affectata, nam si affectata esset, & procurata, nihil probaret, Bar. Foller. Mascar. & Far. *q.* 47. *n.* 180.

Requisitum 6 14. Requisitum 6. est; Vt mala fama probetur ad minus per duos testes, vt probata dicatur, Abb. Bart. Dec. Feły. & Masc. qui alios citans testatur de communi, *lib.* 2. *de probat. concl.* 749. Clar. *§ fi. q.* 6. *vers. sciendum,* vbi ait, quod in hoc omnes concordant. Bene verum est, sufficere, si huiusmodi testes singulares sint in tempore, loco, & person s, a quibus audierunt, & etiam in causa scientiæ, Bar. Bal. Alex. & Mascar. *lib.* 2. *de probat. concl.* 749. *n.* 23. vbi etiam alios inducit, Gand. Marsil. Rimin. qui testatur de magis communi, & Farin. alios concordantes citans *q.* 47. *nu.* 265. quicquid aliqui ab eodem relati, *n.* 266. contra dicant; Et vlterius nota, sufficere vt a dictis testibus Iudex extraiudicialiter se informet de mala fama, secundum Butr. Innoc. Mart. & Meiēd. quos refert Farin. *nu.* 319. Vbi tamen ipse limitat, vt talis probatio extraiudicialis minimè ad cōdemnandum valeat, sicut nec etiam ad Reum torquendum.

15. Requisitum 7. est; Vt testes probantes famam malam, sint ipsi bonæ famæ, & omni exceptione maiores, Bursat. qui de communi Bertaz. Dec. Fel. Marsil. Mascar. Petra, & Farin. alios etiam citans, *q.* 47. *nu.* 210. Et hæc qualitas, secundum magis communem DD. est articulanda; sed de consuetudine in statu Ecclesiastico non articulatur Far. *n.* 211. *& seq.* Requisitum 7.

16. Requisitum 8. est, Vt testes interrogati, quid sit fama, rite respondeant, alias malam famam nō probant, Clar. *q.* 6. *vers. postremo,* vbi de communi, de qua etiam Claud. & Marsil. Et ita tenuerunt Alex. Masc. & Far. concordantes alios inducens, *q.* 47. *n.* 219. Satis tamen est, vt testes respondeant per verba facti, & grosso modo, Bar. *in l.* 1. *ff. si cert. pet.* vbi omnes eum sequuntur. Requisitum 8

17. Requisitum 9. est ad malam famam probandam; Vt testes, etiā non interrogati nominent authores, a quibus famam audierunt, Mascar. qui alios citat, & testatur Requisitum 9

de

de communi, *de probat. lib. 2. concl. 749. n. 13. & seq.* Innoc. *in cap. qualiter, & quando, il 2. de accus.* quem sequuntur communiter DD. & Far. ad saturitatem citans *q. 47. n. 229. & seq.* qui *n. 231.* testatur de magis communi; Quicquid aliqui contradixerint, dum testes de authoribus non sunt interrogati. Et nota, quod saltem duo nominandi sunt, Foller. & Baiar. ad Clar. *q. 6. vers. sed quid*; vbi subdit hoc intelligendum esse; dum fama habet ortum solum a dicto personarum: Si enim ortum haberet à facto, tunc, ait, non oporteret nominare quemquam. Sicut nec etiam hæc nominatio requiritur, quando fama mala confirmatur ex coniecturis probabilibus, Bal. Bar. & Mascar. *de probat. lib 2. concl. 749. num. 20.* & hos sequitur Farin. ibidem alios concordantes citans.

Requisitũ 10. 18. Requisitum 10. est; Vt fama mala legitimè dicatur probata, testes dicere debent, se publica voce, ita a populo audiuisse, vel se ita audiuisse publicè dici, hoc enim requiritur, latisq; est, Ba.. *in cap. praeterea, de testibus, n. 10.* Et hæc Bal. opinio, vt ait Cassad. communiter in Rota Romana seruatur, Paris. testatur de communi obseruantia in curia Romana, Calcan. de communi, quæ, in iudicando, seruandam esse ait, & hanc opinionem tenuerunt, Burlat. Marsil. Salyc. & plures al j, quos refert, Mascar. *vbi sup. n. 4.* & Clar. *§. fin. q 6. vers. debent etiam, ibi, sed certè*, vbi ait, quod opinio contraria Bart. (de qua *infra n. 19.*) est multum aspera, & si teneretur in praxi, vix reperiretur ex mille testibus vnus, qui rectè super fama deponeret; Et Bal. opinionem esse magis seruatam dicunt Bursat. & Calcan. relati à Baiar. apud Clar. *ibidem*; subscribunt etiam Baldo, plures relati à Farin. *q. 47. nu. 257.* præsertim Gandin. & Montic. Et hæc opinio propter Rotæ authoritatem magis seruatur in praxi, teste Farin. *n. 259.*

19. Non est hic reticendũ Bart. *in l. de minore, §. plurium, ff. de quæstion.* sustinere, quod ad famam malam probandam non sufficiat, si testes dicant, se ita publicè dici audisse, sed quod debeant dicere, se audiuisse à maiori popul. parte, alias non probent, & hæc Bar. opinio magis communis videtur, & pro ea ad saturitatem concordantes c tantur a Farin. *q 47. nu. 237. & 258.* Non per hoc tamen est recedendum a Bal. opinione, quæ præsertim in foro m l tat Ecclesiastico, & Canonico, teste Farin. *nu. 260.* Dummodo testes adducant rationes, & coniecturas verisimiles, ex quibus oria est fama mala. Aym. Hieron. de Monte, Michael Crass. Petra, & Farin. *num. 259.*

20. LIMITA generaliter prædicta requisita, & præsertim primum, & nonum; Vt non sit necesse, omnia illa simul concurrere, dum fama mala probata est per decem testes, hi enim famam probant, quamuis de ea formaliter non deponant, puta, non exprimendo causas, & auctores, Abb. Alex. Bal. & Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 749. n. 21.* Bost. Burlat. qui Limitã. tur d. re quisita.

Ff alios

alios citans, testatur de communi, sed requiritur, vt hi testes sint habiles, alias secus, Natta, Petra, & Far. *q.*47. *n.*270.

21. REGVLA 2. sit. Fama mala, quamuis plenè probata, non solum in criminalibus, plenam non facit probationem, vt latè, & solidè probat Mascard. *de probat. lib.*2. *concl.*753. *n.* 1. sed in criminalibus, nec semiplenam inducit probationem, *gl. in c. veniens*, *il* 1. & ibi Abb. Bald. Butr. Dec. Fely. & Imol. *de testibus*, Mascard. *concl.* 754. *n.* 1. concordantes inducens, Far. *q.* 47. *nu.*59. qui etiam plures concordantes citat inter quos Bero. & Blanch de communi testantur.

Fama mala plenè probata in criminali, non inducit semiplenã.

22. Ex hac Regula patet famam malam cõtineri sub præsenti primo titulo de inditijs leuibus, sub quo, vt probaui *supra in rubrica huius* tituli, immediatè ante hanc quæstionem, *n* 1. militant omnia inditia, quæ ad semiplenam non peruenįunt probationem.

23. AMPLIATVR 1. Regula 2. seu potius ex ea infertur; Famam malam, iunctam cum teste vnico de visu, non facere in criminalibus plenam probationem, *gl in c. veniens*, vbi F. lyn. *de testibus*, Bar. Dec. Nouel. Oldrad. & Mascar. *de probat. lib.* 2 *concl.* 757. *num.* 3. Ang. Cyn. Dyn. & Farin. plures alios inducens, *n.* 8. & Clar. *§. fin. q.*63. *vers. vlt.* vbi de communi; & ait, idem dicendum esse de quacunque alia semiplena probatione, quæ iuncta cum mala fama, non plenè probat, citans dictam gl. Marsil. & Dec. qui testatur de communi. Quid verò dicendum sit, dum cum teste vnico, & mala fama coniunguntur alia inditia, vide Farin. *q.*47. *n.*82. *& seq.*

Vnde cum teste legitimo nõ plenè probat.

24. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt (quamuis secundum *gl. in l. cum probatio, ff. de probat.* quam sequitur Clar. *q.*20. *post princ. & vers. ad torturam*, minus quam semiplena sufficiat ad torturam) fama mala in genere sola non faciat inditium ad torturam, sed iunctis alijs, Alex. Bar. Bert. Bod. Brun. Menoc. & Farin. *q.*47. *n.* 205. puta si cum mala fama in genere, esset iuncta aliqua leuis suspicio delictum attingens, Clar. *q.* 21. *vers. fama sola, ante fin.* Dices; quid operatur mala fama in genere? Respondeo quod facit contra Reum præsumptionem tantum de delicto, de quo inquiritur, secundum Aret. Alex. Bar. Bal. Felyn. Marsil. Salyc. & Mascar. *de probat lib.* 2. *concl.* 831. *n.* 10. vbi hos, & alios refert, Gandin. Menoch. & Far. *n.*199. Et nec vsque huc pertingit, nisi mala fama sit in eodem genere delicti, de quo Reus inquiritur, ita Mascar. cum relatis ab eo, *vbi supra*, Bianch. qui de communi, Cason. qui ait, quod ita dicunt omnes, & Clar. *q.* 21. *parum post princ.* Bal. Boss. Imol. & plures alij citati à Farin. *n.*204. Sed nec in his terminis fama mala in genere, facit inditium ad torturam, iuxta tradita à DD. citatis *in principio huius Ampliationis*, qui in casu nostro loquuntur.

Et sola in genere non facit inditium ad torturam.

Quid operetur.

25. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt nec etiam mala fama in specie inditium ad torturã faciat, Blanc.

Nec in specie facit inditium

Foll. Duennas, & plures alij, quos refert, & sequitur Clar. *qu.* 21. *in princ.* inter quos Ias. & Marsil. testantur de communi, ita etiam Bar. Bal. Felyn. & Mascar. *vbi sup. n.* 5. cumulans plurimos alios concordantes, Bertaz. Menoc. & Far. *q.* 47. *n.* 4. vbi citat ad saturitatem DD. inter quos multi testantur de communi, & ipsemet *n.* 6. testis est de communiori, magis in praxi seruata, veriori, & rationabiliori.

ad torturam.

Sed cōtra. Quamuis non desint DD. relati à Farin. *num.* 5. tenentes malam famam in specie inditium ad torturam facere.

26. LIMITATVR 1. Ampliatio 3. Vt licet de se, sola mala fama in specie, non faciat inditium ad torturam, iuncta tamen cum alijs indiijs, vt cum inimicitia, vel fuga Rei, seu minis, vel cum fama mala inquisiti in genere, sufficiens faciat inditium ad torturam, Aug. ad Ang. Farin. & plures alij citati ab eodem Farin. *q.* 47. *num.* 17. *vsq; ad n.* 24.

Iuncta cū indi tijs sufficit ad torturā

27. LIMITATVR 2. Ampliatio 3. In delictis admodum difficilis probationis, in quibus mala fama in specie inditium facere ad torturam, dixerūt Clar. & Menoch. *de præsump. lib.* 1 *q.* 89. *n.* 34. Ferrans Gargiar. R min & Farin. *q.* 47 *n* 11. dummodo, subdit, *n.* 12. hæc fama sit legitimè probata, & orta ab aliqua verisimili cōiectura

Sicut etiam in delictis admodū diffi cilis probationis.

28. LIMITATVR 3. Ampliatio 3. Vt fama in specie vehemens, faciat inditium ad torturam, Boss. Foller. Felyn. Mascar. Menoch. & Far. qui plures etiam alios citans, *q.* 47. *num.* 28. ait, omnes DD. hoc vno ore fateri: Quando verò hæc fama dicatur vehemens, remittitur arbitrio Iudicis, secundum Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 754. *n.* 7. vbi alios refert, Boss. Menoch. & Farin. plurimos citans *n.* 29. Iudex autem arbitrium suum regulabit, vt non iudicet vehementem esse talem famam, nisi vltra alias conditiones, ortum etiam habeat ex probatis causis, seu coniecturis verisimilibus grauibus, & vrgentibus, Blanch. Carer. Ciryll. Felyn. Foller. & Farin. *num.* 33. Sed animaduerte, quod hæc 3. limitatio coincidit cum proposita limitatione 1. fama enim hic explicata, non est simplex, sed adminiculata dictis causis, seu coniecturis, vt not. etiam Far. *n.* 35.

Nec nō fama in specie vehemens.

29. REGVLA 3. fit. Bona fama, etiam non probata, in dubio præsumitur, non mala, sicut quis præsumitur bonus, & bonæ conditionis, *cap. dudum, & c. fin. de præsumpt.* Menoch. de præsumpt. *lib.* 5. *præsumptione* 1. *n.* 1. *& seq.* vbi late Regulam iuribus, & DD. comprobat, tanquam veram, & magis communem, Aym. Marsil. & Far. concordantes etiam alios citans, *q.* 47. *n.* 277. qui *n.* 278. *& seq.* probat, hoc præsertim procedere, concurrentibus bona patria, educatione, parētibus, nobilitate &c. illius de cuius fama agitur.

Bona fama præsumitur.

30. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt bona fama alicuius probata in genere, tollat malam eiusdem famam particularem in genere, & omnem præsumptionem ex probatione malæ huius famæ redundantem, Anch. Aym. Bal. Gard. Alex. Curt. Curn.

Probatio bonæ famæ in genere tollit probationem malæ famæ in genere.

Corn. Gozad. Marf. & Mafcar. *de probat. lib. 1. concl.* 234. *n.* 4. Hect. Aemil. qui concordantes adducit, Bertaz. Iaf. & Farin. alios citans, *q.* 47. *n.* 181. qui *n.* 183. teftatur de communi, & veriori, quicquid aliqui DD. *ibidem citati*, dicant; Quia cum probatione bonæ famæ, quæ iuxta propofitam Regulam 3. a iure præfumitur; congruit etiam præfumptio naturalis, Mafcar *ibidem, n.* 5. & Farin. ad faturitatem citans, *n.* 182. Et multo magis bona fama probata in fpecie, tollit probationem malæ famæ in genere, Burf. qui de communi, Natta, & Far. *n.* 184.

An magis credatur deponētibus de bona fama licet in minori numero.

31. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt propterea magis credatur teftibus deponētibus de bona fama, licet deponentes de mala fint in maiori numero, Abb. Alex. Anch. Bal. Card. Alex. Corn. Fel. Innoc. & Mafcard. hos, & alios, citans, *vbi sup. concl.* 135. *nu.* 1. Quamuis aliqui ab eodem *relati n.* 3. contradicant.

Optima fama nō præfumitur.

32. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt licet præfumatur fama bona, optima tamen non præfumatur fama, Alciat. qui de magis communi, Mafcar. Menoch. Farin. & alij *q.* 47. *n.* 282.

Nec bona in dānum tertij.

33. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt in præiudicium tertij, nec bona fama præfumatur, Abb. Bar. Dec. Fely. Roman. & Mafc. plures etiam alios citans, *lib. 2. de præsumpt. concl.* 1005. *n.* 60.

Vbi ius bonam famam requirit, probanda eft.

34. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt fama bona non præfumatur, fed probanda fit, vbi lex, vel ftatutum eam requirit, Aym. Gabr. Menoch. & Farin. *q.* 47. *n.* 294.

In eo qui fuit malæ famæ bona nō præfumitur.

35. LIMITATVR 4. Regula 3. Vt fama bona non præfumatur in eo, qui alias fuit malæ famæ, Mafc. Menoch & Farin. alios citans, *q.* 47. *n.* 298.

Bona fama præfumpta nō eximit à tortura inditiatum ad eam.

36. LIMITATVR 5. Regula 3. Vt licet bona fama in genere præfumatur, non tamen per hoc operetur, vt indiciatus ad torturam, ab hac eximatur, talem enim effe abfolutè torquendum dixerunt, Clar. *§. fin. q.* 60. *verf. frequens*, vbi teftatur femper fic fe vidiffe feruari, Alex. Curt. Cæpol. Be. taz. Piot. qui de cōmuni teftatur, Burfat. Far. & alij ab eo relati, *n.* 187. & facit, quæ tradit *in seq.* fubdens *n.* 192. hanc opinionem effe rationabiliorem, & magis feruatam; Quamuis fecundum magis communem, & canonizatam per torrentem confulentium pro Reis, in propofito cafu Reus non effet torquendus, & ita tenentes, cumulat Far. *n.* 186. Non recedas à limitatione, fed eam fublimita, vt Reus quidem torqueatur, fed leuius, ita Cafon. & Farin. qui teftatur de vera, & obferuata *num.* 192. & faciunt ea, quæ Far. ait *n.* 193. 194. & 197. Immò vlterius operatur bona fama, nempe, vt Reus confeffus, qui toto tempore vitæ fuæ aliud non commifit delictum, mitius puniatur, Alex. Bertaz. Tiraq. & Far. *n.* 185.

Sed contra.

Bona fama facit, vt Reus mitius puniatur.

37. De materia huius quæftionis latè Clar. & Mafcar. *locis sup. citatis*, & Far. *q.* 47.

An

An de socijs criminis possit interrogari Reus Confessus; Qui nominando socios, a i & quale inditium faciat. Et remissiuè quale inditium faciat testis vnicus inhabilis, &c.?

Quæstio 65.

Reus confessus nō est de socijs interrogãdus.

1 REGVLA 1. sit. Reus confessus non potest regulariter de criminis socijs interrogari, *l. fin. C. de accusat. &c. 1. de confessis*, & est communis sentẽtia omnium secundum Io de Amic. & Clar. *§. fin. q 21. vers. dictum socij*; ita senserunt Alex. Anchar. Hippol Marsil. Bal. qui reddit hanc rationem; quia confessus de se crimen est infamis, facinorosus, vilis, & suspectus; & Mascar. plures etiam alios concordantes inducens de probat. *lib. 3. concl. 1311. seu 1318. num. 1.* Boss. Gomez. qui de communi, Ludou. Peguer. (reddens rationem) quia lege naturali, & Diuina tenetur quis sui amici secretum celare; Et ideo ait, Iudex interrogans de socijs in casu, in quo de iure non potest, peccat; & Far. alios etiam DD. cumulans, *q. 43. n. 3.*

Iudex interrogans peccat.

2. Accipe ampliationes, seu potius exemplificationes in pluribus delictis specialibus, in quibus Regula proposita verificatur.

Quid in fure?

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt fur nõ possit interrogari de socijs criminis, Carer. Foller. Gram. Marsil. Mascar. Menoch. Rolan. Salyc. & Farin. *nu. 43.* Quicquid contra dicant, Bar. Clar. Chartar. & alij, a Farin. relati *nu. 44.* Quos non sequeris, nisi in fure famoso, vel in furto talis qualitatis, vt non potuerit per vnum solum committi, seu in latronibus, qui in vijs publicis viatores spoliant, & non solent esse soli, vt declarat Farin. *n. 43. & 45.* Qui *num. 106.* reprobat quandam distinctionem, quam afferunt aliqui ex Bar. de criminibus commissis in alterius iniuriam.

In Simoniaco.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt Simoniacus, dum criminaliter agitur, de socijs criminis non sit interrogandus, Farin. plures DD. citans *n. 53.*

In falsario scripturæ.

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt falsarius instrumenti, vel alterius scripturæ de soc js criminis interrogari non possit, Dec. Fulgos. & Mascar. *de probat. lib. 3. concl. 1311. seu 1318. nu. 5.* Bertaz. Menoch. Natta, Rolan. Socin. & alij relati a Farin. *q. 43. nu. 47. & 48.* Qui *n. 49.* cum Bertaz. hoc ex stimat verum, dum apparet, quod falsarius falsum commisit ex se ipso, propter particularẽ inimicitiam, seu similem causam; tunc enim non potest interrogari de mandatoribus, seu subornatoribus; secus, quando quis commisit falsum in aliqua scriptura ad se non spectante, sed ad alium; vel quando testis examinatus ad alterius instantiam, falsum deposuit, tunc enim potest interrogari, & etiam torqueri, ad cuius instantiam, preces, & subornationem fecerit; quandō enim quis ex se nullam habet causam delinquendi semper de mandante potest interrogari, *ibidem* Farin. nec non *q. 37. nu. 154. & 155.* citans Bertaz. Boss. Clar. Dec. Foller. & plures alios, testaturque de communi.

6. AMPLIATVR 4. Regula 1.

Quid in homicida? Vt homicida non possit interrogari de socijs criminis, Bar. Boss. Corrad. Gramm. Mascar. Menoch. & Farin. *q.43. nu.50.* Qui *in seq.* hoc verissimum esse ait, dum homicida habet causam occidendi; Secus si nulla appareat causa, quia tunc nō solum potest interrogari de mandante, sed etiam torqueri, iuxta tradita *hic sup. num.5.* Et idem dic, dum adsunt inditia tractatus præcedentis cum alijs, vel dum in homicidio plures constat interfuisse, Alber. Blanc. Ludou. Peguer. & Farin. *n 50. & 107.*

Limitationes remissiue. 7. Pluribus modis limitanda est Regula 1. eiusq; limitationes inuenies *infra q.80. à n.31. vsq; ad n.38.*

8. REGVLA 2. sit. Socius criminis regulariter in criminalibus non facit contra nominatum inditium ad torturam, Ang. & ad eum Aug. qui de cōmuni, de qua etiam Bertaz. & Mascar. & de magis communi Boer. cum his concordant Marsil. Rom. Farin. & plures alij ab eo relati, *q.43. n.4.* vbi reddit rationem, quia, dum quis se facit socium criminis, fatetur se infamem, & fide indignum. Socius criminis non facit inditium ad torturam.

9. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt socius criminis non faciat inditium ad torturam, quamuis esset alias vir bonæ vitæ, famæ, existimationis, & dignitatis etiam sacerdotalis, Abb. Burlat. Bertaz. Boer. Mascar. & Far. *q.43. n.24.* Et si in dicto perseueret vsq; ad mortem, Farin. plurimos citans *n.28.* Et licet ille, contra quem deponit esset malæ famæ, Ang. Corrad. Gandin. & Farin. alios concordantes inducens *n.25.* Intellige hoc vltimum in criminibus non exceptis, in exceptis enim tale dictum cum mala fama nominati inditium vtique ad torturam facit, Ang. Aug. ad eum, Corrad. Monticell. & Farin. *n.26. & 27.* Licet sacerdos alias bonæ famæ. Et consocius famæ malæ. Quid in exceptis.

10. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt non solum socius criminis, qui idem delictum committit, puta fornicator cōtra fornicatam, non faciat indit ū ad torturam, sed nec etiam mediator, puta, leno in ordine ad fornicatores, Campeg. Corrad. Saiy. & Far. *q.43. num.31.* seu mandatarius homicidij, contra mandantem, Nouell. & Clar. *§. fin. q.21. vers. & ex hac*, qui testatur de communi, Bal. Bertaz Boss. Carer. Montic. & Far. alios etiam referens *q.44. n.2.* qui per totam illam q. agit de mandatario. Quid in socio mediatore, vel māndatario

11. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt socius criminis ad torturam inditium non faciat, quamuis, non vt Reus, sed vt testis esset examinatus, Fulgos. Ias. Paris & Mascar. *de probat. lib.3. cōcl.1311. seu 1318. n.8.* Alex. Bertaz. Dec. & Farin. *q.43. n.5.* Vel in socio examinato, vt teste.

12. Ratio est, quia in criminalibus socio criminis non creditur, Mascar. *ibidem* ad saturitatem citans, Gomez qui de communi, Specul. & Far. concordantes inducens *n 8.* Ratio.

13. LIMITATVR hæc ratio; Vt procedat quoad inculpationē, nam quoad exculpationem benè creditur socio criminis, dum ipse est in fortijs curiæ, & ex officio Iudicis, vel ad instantiam Accusatoris, de complicibus examinatur, Mascar. *de probat. lib.3. concl.1130.* An socio criminis testi, ex culpāte credatur?

seu

seu 1135.*n.*15. Aym. Claud. Io. de Amic. & Farin. *q.* 43 *à n.* 11. *vsque ad* 14. vbi & rationes, & plures alios inducit DD. Et quamuis eius dictum non adeo valeat, vt vllo modo tollat plenam probationem in contrarium, iuxta tradita á Farin. *n.* 17. Nihilominus, si Reus tantum ad torturam esset indiciatus, exculpatio socij criminis, faceret, vt non posset torqueri, Farin. cum adductis ab eo *n.* 18. At si socius criminis exculpans, esset extra carceres, & a socijs criminis adduceretur in testem ad eorum defensionem, tunc huic non crederetur; & ita Farin declarat DD. ab eo citatos *nu.* 10. dicentes, socio criminis exculpanti non credi, nempè Bal. Boer. Campeg. Mascar. & alios.

14. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt nec duo, vel plures socij criminis ad torturam inditium faciát, in casibus, in quibus, de iure, de complicibus Reus non potest interrogari, Farin. *q.* 43. *nu.* 41. vbi ait, ita intelligendos esse DD. ab eo diffusè relatos *q.* 43. *n.* 34. *& seq.* dicétes, plures socios criminis non facere inditium ad torturam; In casibus enim, in quibus de iure Reus de socijs interrogari potest, faciunt plures socij criminis inditium ad torturam, Boss. & Par. *n.* 41. etiam quod essent singulares, Clar. Bonacos. Carer. Claud. Pegna, & Farin. *num.* 38.

Plures socij criminis, quod in dictum faciant dum de socijs non potest interrogari.

15. LIMITATVR Regula 2. Vt in criminibus exceptis, dictum socij criminis faciat inditium ad torturam: Quæ autem sint ista crimina excepta, reperies *infra q.* 80. *n.* 34. Probationes verò diffusas, & solidas, quod in exceptis, dictum socij criminis inditium ad torturam faciat, habes apud Farin. *q.* 43. *à nu.* 56. *vsque ad nu.* 124. Et in his ego non immoror, tantummodo hic tangens, hanc limitationem in genere approbari ab Alex. Ang. Bar. Boer. Foller. Farin. & alijs ab eo citatis, *d. nu.* 56. vbi *in sequentibus vsque ad d. nu.* 124. eandem limitationem probat in singulis exceptis delictis.

In exceptis socius criminis facit inditiú ad torturá.

16. SVBLIMITA 1. Limitationem; Vt non procedat in socio criminis patiente plures defectus, puta, si etiam esset aliunde infamis, criminosus, seu aliás inhabilis, Butr. Imol. Ruyn. & Mascar. concordantes citans, *de probat. lib.* 3. *concl.* 1311. *seu* 1318. *n.* 41. Bursat, & Bonacos. qui testantur de communi, Bertaz. Foller. Menoch. & Farinac. alios etiam referens, *q.* 43. *n.* 178. *& sequentibus* in quibus xéplificat in socio criminis inimico, vel periuro.

Nisi patiatur plures defectus.

17. SVBLIMITA 2. Limitationem; Vt socius criminis non faciat in exceptis inditium ad torturam, nisi suum dictum in tortura confirmet, quia infamis redditus est ex confessione delicti, infamis autem non admittitur sine tortura, Marsil. cum citatis ab eo *in pract. n.* 62. *§. diligenter*; Vnde socium criminis non facere, etiam in exceptis inditium ad torturam, nisi in tortura suum dictum confirmet, tenuerunt Alber. Alex. Fulgos. Bertaz. Bianch. Gandin. Marsil. & Mascar. *vbi supr. n.* 38. Bursat. qui de communi, cum Hieron. de Monte, & Farin. de magis communi, *q.* 43. *nu.* 134.

In exceptis cũ tortura inditiat ad torturam.

vbi

vbi citat Boss. Clar. Menoch. & plures alios concordantes. Et hæc tortura ad hoc specialiter est adhibenda, ita vt non sufficiat illa prima tortura, in qua Reus confessus fuerat delictum, sed ista ratificata, iterum (leuis tamen) tortura ad hunc finem adhibeatur, Farin. *nu.* 137. Vlterius nota, quod tortura, ex qua emanauit cõfessio socij criminis, ad hoc vt inditium faciat, debet esse legitimè data, alias secus, Bursat. Carer. Monticel. & Farin. *n.* 193.

Dictum socij criminis in exceptis inditium facit ad torturã concurrẽtibus adminiculis, alias nõ & vsq; ad n. 26 qualia esse debeant adminicula exẽplificatur.

18. SVBLIMITA 3. Limitationem; Vt in criminibus exceptis dictum socij criminis inditium faciat ad torturam, dum etiam concurrũt aliqua alia adminicula, & præsumptiones, Saiy. quem referens Boss. ait, quotidiè hoc practicari, & Clar. *§. fin. q.* 21. *vers. Sed quid in criminibus exceptis*, vb testatur, ita sæpe vidisse seruari, Brun. Mõcad. Decian., qui dicit, quod in hoc omnes conueniunt, & est omnium communis opinio, & Farin. *q.* 43. *n.* 145. *&* 146. Si enim inditium, vel præsumptio non concurrant, nec in exceptis dictum socij criminis ad torturam inditium facit, Mascar. ad saturitatem concordantes citans *vbi sup. n.* 52. Boss. Bertaz. Menoch. Decian. Boer. qui testatur de communi, & Farin. innumeros cumulans *nu.* 147. *vsque* 151. vbi exemplificat in crimine læsæ Maiestatis, & in hæresi.

19. Qualia verò debeant esse dicta inditia cum assertione socij criminis concurrentia, ad hoc vt sufficiant ad torturam, variæ fuerunt DD. opiniones, à Farin. relatæ *q.* 43. *nu.* 156. *vsque* 162. Tu autem dic, quod in exceptis criminibus, (in his enim in omnibus sequentibus casibus loquemur.)

20. Primo dictum socij criminis facit inditium ad torturam concurrente inimicitia capitali nominati cum occiso, Montic. & Farin. *q.* 43. *n.* 168.

21. Secundò concurrente fama speciali contra nominatum, Aym. Blanch. Calcan. Carer. Decian. Gramm. Montic. & Far. *n.* 168.

22. Tertio fuga nominati, Giam. Paris. Menoch. & Mascar. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1311. *seu* 1318. *num.* 53. Bald. Decian. & Farin. *n.* 170.

23. Quartò concurrente conuersatione stricta, & assidua cum nominato, & tali, vt verisimile sit, inter eos delictũ fuisse tractatum, Farin. *n.* 173. vbi alios citans testatur de magis communi.

24. Quintò concurrente allocutione facta ad aures cum nominato, immediatè ante delictum, Monticell. & Farin. *n.* 175. *& seq.*

25. Sextò concurrentibus testibus de auditu, Aym. Decian. Soc. & Farin. *n.* 163.

26. Et nota, quod hæc inditia iuncta dicto socij criminis, tunc in exceptis sufficientia erunt ad torturam, dum tale dictum est adeo verisimile, vt Iudex certo credat, nominantem non mentiri, Alex. Aret. Mars. Rolan. & Mascar. *de probat lib.* 3. *concl.* 1311. *seu* 1318. *n.* 45. Bal. Decian. Menoch Farin. & plures alij ab eo relati *quæst.* 43. *nu.* 177.

27. De

27. De materia huius quæstionis late Clar. Farin. & Mascar. *locis in ea citatis.*

28. Hic esset locus agendi de inditijs resultantibus ex depositione testis vnici, seu singularis, inhabilis, siue patientis aliquas oppositiones in dictis, seu in examine; Sed quia de his omnibus actum est supra, nempe, de teste inhabili in communi, à *q. 39. vsque ad* 42. De testibus inhabilibus in particulari, puta, de teste inimico, familiari, infame, criminoso, periuro, vili, infante, & similibus *à q. 26. vsque ad* 38. De patientibus oppositiones in eorum dictis, vel examinibus, vt quia sint vacillantes, contrarij, falsi, examinati sine iuramento, suggestiuè, non à Iudice causæ, &c. *à q. 45 vsque ad* 56. De teste vnico, *q. 43.* De teste singulari, *q. 44.* Et si volueris videre de teste habili, de eo egi, *q. 57.* Vnde ad iam determinata in citatis locis, lectorem remitto.

Plura ad rem remissiuè ad supra dicta.

An, & quale inditium faciat inimicitia contra Reum inimicum?

Quæstio 66.

Quotuplex sit inimicitia & de eius causis remissiuè.

1 PRAEMITTO 1. quod duplex est inimicitia, grauis, seu capitalis, & leuis, seu non capitalis; Et quænam talis dicatur vide *sup. q. 26. nu. 18. & 19.* Et quia ad ostendendum, quod quis sit inimicus capitalis, sufficit, vt quis probet causas capitalis inimicitiæ, vt visum est *ibidem n. 12.* Has capitalis inimicitiæ causas reperies *sup. q. 27. per totam.*

2. Præmitto 2. Inimicitiam etiam capitalem pertinere ad leuia inditia, contra Reum inimicum, cum vt probabitur proximè, sola non faciat inditium ad torturam.

Inimicitia capitalis ad leuia pertinet inditia.

3. REGVLA sit. Inimicitia sola, etiam capitalis, non facit inditium ad torturam de delicto contra inimicum Reum, nisi concurrente aliquo alio inditio, vel coniectura, seu adminiculo, Gomez, qui de communi, Gramm. qui de magis communi, Bosl. qui ait, ita practicari, & Clar. hos referens, & sequens *q. 21. vers. inimicitia,* Carer. qui ait ita communiter receptum ab omnibus, Marsil. & Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 901. n. 6.* Bar. Iacob. de Beluis. Imol. & Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, quod fama publica præceden. n. 50.* Blanch. Cyril. Menoch. qui de recepta, & seruata opinione, & Farin. qui *q. 49. n. 102.* vltra præcitatos inducit duodecim alios DD. Licet plurimi, & grauissimi DD. relati ab eodem Farin. *nu. 89.* senserint, solam grauem inimicitiam inditium ad torturam facere. Sed non recedas à Regula, quæ sicut communior, ita verior est, teste Farin. *nu. 102. in princ.*

Inimicitia capitalis nō facit in ditiū ad torturā

Sed cōtra.

4. Adminicula autem, quæ cum inimicitia sufficiunt ad torturam sunt, puta; Fama mala in specie delicti, iuxta probata supra *q. 64. nu. 26.* Minæ, secundum Gomez. Menoch. Plot. & Farin. *q. 49. nu. 103.* Consuetudo delinquendi in eodem genere, vt tenent Plot. & Farin. *ibidem*: Licet enim consuetudo hæc per se leue sit inditiū, vt aiunt Bar. & Saly. *in l. fin. C. de quæstion.*

Adminicula, quæ cū inimicitia capitali sufficiūt ad torturā

stion. accedente tamen alterius inditij adminiculo, graue redditur, ad Reum torquendum sufficiens, Bal. Iaf. Bouer. & alij *in Director. par.2. cap.33. vers. tertium est*: Consuetudo verò delinquendi, introducitur per duas vices, secundum Gram. & Baiar. ad Clar. *q.84. vers. sed hic*; Quæ tamen consuetudo aboletur, si à Reo probetur per triennium cum laude vixisse, Bouer. *ibidem* ex Farin.

5. LIMITATVR, seu potius declaratur 1. Regula; Vt inimicitia, vt supra adminiculata, faciat inditium ad torturam, si grauis, & capitalis sit, secus, si leuis, Marsil. Roman. & Mascar. *de probat. lib.2. conclus.901. n.3.* Bursat. & Plot. qui testantur de communi, Ang. Clar, Menochius, & Farin. *q.49. n.101.* vbi alios etiã concordantes refert.

Leuis, nec cũ adminiculis sufficit ad torturam.

6. LIMITATVR 2. Regula, Vt licet sola inimicitia non sufficiat ad torquendum, satis tamen sit ad inquirendum, secundum Plot. & Far. *n.105.*

7. LIMITATVR 3. Regula; Vt quando sumus in casu, in quo certum est, vnum ex assistentibus pluribus, hominem occidisse, sed incertum est, quis ex illis occiderit; ex inimicitiæ sola præsumptione possit inimicus torqueri, Bianch. Carer. Io. Turrius, & Farin. *q.49. n.108.* vbi notat, hoc non habere difficultatem, quia cum concurrat assistentia in rixa in casu proposito, huiusmodi assistentia de se facit inditium. In casu verò, in quo occisus haberet plures inimicos, de quo præsumatur homicidium, vide Farin. *n.114. & seq.*

Quãdoque sola sufficit.

8. LIMITATVR 4. Regula; Vt non procedat in delictis, quæ committuntur ad solum commodum delinquentis, vt in furto, adulterio, &c. in quibus inimicitia, etiam adminiculata, inditium non facit, Bar. Boss. Gabr. & Farin. *q.49. n.120.*

E contra non sufficit adminiculata.

9. LIMITATVR 5. Regula; Vt inimicitia grauis adminiculata, non faciat inditium ad torturam, nisi probetur in specie qualitas, & causa inimicitiæ, Bald. Iaf. & Mascar. *de probat. lib.2. concl.692. n.1.* Corr. Gram. Menoch. & Far. *q.49. n.126.* Intellige, dum pars opponit, alias sufficeret probatio generalis, Iaf. & Masc. *ibidem n.3.*

An, & quomodo probanda sit inimicitia.

10. De materia huius q. latè Farin. *loco supra citato.*

An, & quale faciat inditium Rei inconstantia, vacillatio, variatio; mendacium, titubatio; turbatio, trepidatio, timor, rubor, pallor, seu mala phisonomia? Quæstio 67.

1 PRAEMITTO 1. differre inter se, inconstantiam, vacillationem, & titubationem, a variatione; quia varius dicitur quis, quando primò dicit vnum, deinde dicit contrarium, nullam variationis causam assignans; Vacillans autem, inconstans, seu titubans, dicitur, qui dubitando, & trepidando loquitur, vel cum nimio timore, ita post Bal. Boss. Butr. Dec. & alios declarat Farin. *q.52. n.39.* De his dictum est etiam *sup. q.47. n.1. & 2.*

Varius a vacillante &c. in quo differat.

2. Præmitto 2. quod licet non detur variatio sine mẽdacio, cum,

vt dictum est, varius contrarium dicat suo proprio dicto, vndè, vel in primo, vel in secundo dicto, varius necessario est mendax; datur nihilominus mendacium sine variatione, puta, quando Reus de mendacio conuincitur per testes, & adhuc ipse persistit in suo dicto, iste enim est mendax, sed non varius; vt notat Farin. *q.52.num.*18. Tribus Regulis, q. expedio, his prælibatis.

Datur mēdax nō varius, sed non è contra.

3. REGVLA 1. sit, Rei inconstantia, vacillatio, titubatio, turbatio, trepidatio, tremor, timor, rubor, pallor, & similia, faciunt quidem contra Reum aliqualem præsumptionē, seu leue inditium, non tamen ad torturam sine alijs adminiculis, Carer. & Simanc. qui testatur de communi, Bart. Prot. & Clar. qui etiā testis est de communi, *§. fin. q.21. vers. cæterum*; omnia enim prædicta inditia, sunt fallacia, & debilia, vt ait Nouel. Paris. de Put. & Farin. *q.52. n.47.* Subscribunt huic Regulæ Ang. Blanch. Gram. Lucas de Penna, Marsil. & Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 89. nu. 71. & seq.* Aug. ad Ang. Bal. Boss. Brunus, Brunor. Bonac. & Far. *n.48.*

Inconstantia, timor, & similia, quod inditiū faciat?

4. Dixi sine alijs adminiculis; quia his concurrentibus, faciunt prædicta inditium ad torturam, Bal. Nouel. Paris de Put. Clar. qui de communi, & Far. *q.52. nu.48.* cum omnibus ferè alijs citatis *sup supra*, in comprobationem Regulæ: Puta si cum aliquo ex illis concurreret variatio, secundum Ang. Bart. Caton. Marl. & tot alios, relatos á Far. *n. 40.41.45. & seq.*

Quid cōcurrentib. adminiculis, vt variatione?

5. AMPLIATVR Regula 1. Vt quod in ea dictum est, procedat etiam in inditio resultante ex mala phisonomia, quæ sicut rubor, & pallor, ex vultu dignoscitur, & facit præsumere, quem delinquentē in genere, vt post Bal. not. Farin. *q.52. n.166.* nec non procliuem ad scelera, Bal. Imol. Marl. & Farin. *n.165.* Non tamen facit inditium ad torturam super delictum, de quo quis specialiter inquiritur, nisi concurrente aliquo alio inditio in specie illius delicti, Blanch. Carer. Menoch. & Far. qui testatur de communi *n.166.* Et idem dicit *ibidem* de habentibus mala nomina, quæ vocant, nomina processus (vulgo sopranomi) indicantia delicta.

Item phisonomia, & nomina mala.

6. LIMITATVR Regula 1. Vt non procedat, nisi Notarius de mandato Iudicis scribat in actis vacillationem, turbationem, pallorem, variationem, & similia, quia inditia in processu debent cōstare, alias ad nihilum valent, Bar. Ang. Aug. Brun. Far. qui alios referens, testatur de communi, *q. 52. n.49.*

In actis debent inditia cōstare prædicta, notata de mād to Iudicis.

7 REGVLA 2. sit. Variatio Rei non facit contra ipsum inditium ad torturam, nisi sit adminiculata aliqua coniectura, vel præsumptione, Afflic. Alciat. Andr. de Iser. Bal. Carrer. Gram. qui testis est de communi, loquc Amic. Paris de Put. & Flot. qui etiam testatur de communi, relati a Menoc. *de præsumpt. lib.1. q 89. n 68.* Brunor. Personal. qui ait, crebriori calculo hoc approbasse DD. & Farin. *q.52. n.29.* vbi vltra citatos inducit

Variatio Rei adminiculata facit inditium ad torturam.

cit sex alios DD.

8. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt variatio Rei adminiculata faciat contra eum inditium ad torturam, non solum si emanata fuerit ante torturam, sed etiam si in ipsa tortura emanauerit, Ang. Bonacos. Brunor. Cartar. qui alios etiam refert, Marsil. Nouell. & Farin. *q* 52. *n*. 25.

Siue emanata ante, siue in ipsa tortura

9. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt procedat etiam in variatione post torturam, Mars. & Far. *n*. 27.

Siue post eã

10. Sed nota, fuisse opinionem plurimorum DD. contra 2. propositam Regulam, nempè quod variatio sola sit sufficiens inditium ad torturam, inter quos est Bosi. Marsil. & alij relati à Farin. *q*. 52. *n*. 19. Ang. Rom. Ruyn. & vlterius sex alij DD. relati à Menoch. vbi *sup. n*. 67. *& ibi* ait, Nouell. asserere hanc communem.

Sed contra, quod variatio sola sufficiat.

11. Non recedas a proposita Regula, quæ hodie magis communis est, ait Farin. *q*. 52. *n*. 29. & de communiori est similiter testis Bertaz. *consil*. 272. *nu* 4. qui vlterius *consil*. 60. *num*. 7. concordantes referens, dicit, oppositam opinionem, nec veram, nec communem esse; & meritò, hoc enim inditium variationis remotum est, & consequenter solum non sufficiens ad torturam, vt obseruat Farin. *vbi sup*.

Non recedendum à Regula

12. Quia tamen tot graues, & insignes DD. contra hanc Regulam militãt; obseruo, quod dato, & non concesso, quod hæc opposita opinio esset vera, duobus saltem modis, etiam in via eam tuentium, esset limitanda.

Dato quod opposita sit vera limitãda esset.

13. Primo; Vt variatio sola non faciat inditium ad torturam, nisi respiciat delictum principale, vel circumstantias substantiales ad delictum pertinentes, & inferentes, Bonacos. & Person. qui testatur de communi Bertaz. qui ait, quod in hoc omnes concordant, Blanch. Bosi. Brunor. Cason. Rolan. & alij quos refert, & sequitur Farin. *q*. 52. *n*. 31. vbi in fine addit comprobationes; Et Amplia, vt hoc procedat etiam si variatio esset adminiculata; nisi adminicula essent talia, vt etiam circumscripta variatione, inditium ad torturam facerent, vt deducitur ex Farin. *n*. 12.

14. Secundo, vt sola variatio non noceat, si Reus se corrigat reddendo aliquam probabilem causam variationis, puta obliuionis; præsertim si correctio sequatur incontinenti, Rom. qui de cõmuni, Bertaz & Far. cum alijs *q*. 52. *n*. 34.

15. Regula 3. sit. Mendacium facit quidem magnã præsumptionem, contra Reum mendacem, quod in Bar. *in l. fin. n*. 3. *ff. de quæst*. quem, testibus Rolan. & Far. *q*. 52. *nu*. 2. communiter sequuti sunt DD. Solum tamen mendacium non facit sufficiens inditium ad torturam, secundum, Claud. & Gram. qui testantur de communi, Bertaz. qui ait, quod pro hac plures quam pro opposita, adsunt DD. authoritates, & quod est communior, immo quod contraria opinio, nec vera, nec communis est; Et pro Regula Inducit Farin. *q*. 56. *n*. 6. Andr. de Isern. Afflic. & plures alios.

Mendacium Rei, quod inditium faciat, vsq; ad numerũ 20.

16. Non eo inficias hanc Regulam controuersam esse apud DD. quos pro opposita opinione cumulat

lat Farin. *q.* 52. *n.* 4. inter quos non deerunt testantes de communi. Tu tamen tene firmiter, Regulam, quæ (ait Farin. *n.* 8.) hodie magis communis est, ab omnibus modernis recepta, & verior; mendacium enim est inditium remotum, ergo, secundum magis communem ad torturam non est sufficiens, vt dicunt DD. ad saturitatem citati à Far. *q.* 37. *n.* 43. *& seq.*

17. LIMITATVR Regula 3. seu declaratur; Vt mendacium inditium ad torturam faciat, concurrente aliquo alio adminiculo, vel coniectura, hoc omnes ferè DD. in Regula citati fatentur, sicut etiã alij relati a Farin. *q.* 52. *num.* 6. inter quos sunt, Bertaz. Clar. Masc. & Menoch.

18. SVBLIMITA 1. limitationem; Vt non procedat, dum mendacium non est circa substantialia delicti, Bursat. qui de communi, Bertaz. qui ait, quod in hoc omnes concordant, Bianc. Boss. Farin. & alij ab eo relati, *q.* 52. *n.* 11. *& nu.* 14. Vbi probat pluribus authoritatibus mendacium inditium ad torturam non facere, quando consistit circa id, quod si Reus fuisset confessus, sibi non præiudicasset, & per consequens substantiale non esset: quando enim mendacium non est circa substantialia, secundum magis communem, de qua Farin. *n.* 12. adminicula non operantur; nisi essent talia, vt etiã circumscripto mendacio apta essent ad faciendum inditium ad torturam.

19 SVBLIMITA 2. limitationem; Vt mendacium non faciat inditium ad torturam, quamuis adminiculatum, nisi probetur, vel per confessionem Rei, vel per duos testes, Bertaz. qui de communi, Boss. Claud. & Farin. cum alijs ab eo citatis, *q.* 52. *n.* 13.

20. SVBLIMITA 3. limitationem; Vt mendacium non faciat inditium ad torturã, quando Reus habet pro se aliquod inditium innocentiæ, vt vnum testem, vel quid simile, Nonius, Paris de Put. & Farin. q. 52. *n.* 16. *& seq.* vbi etiam citat Bertaz. qui infert, quod mendacium tollitur, si mendax alias sit bonæ famæ, quæ purgat inditium mendacij, ita vt non faciat ad torturam inditium.

21. De materia huius quæstionis, latè Farin. *q.* 52.

An, & quale inditium faciat fuga Rei? Quæstio 68.

1 PRAEMITTO 1. Indubitatum esse apud DD. fugam contra fugientem Reum inditium, & præsumptionem facere, *iuxta tex. in* §. *igitur ne de latente, Authent. de exhiben. & introducen. Reis*, Bar. & DD. *in l. si quis sit fugitiuus*, §. *sicuti, ff. de ædilit. edict.* Ias. & DD. omnes *in l. admonendi, ff. de iureiur.* & Mascar. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 819. *nu.* 1. *& seq. & n.* 9. vbi adducens concordantes, ait, neminem in hoc reperisse contradicentem; Quale verò sit hoc inditium, controuersum est, *& in sequentibus* hãc dirimam controuersiam. Fuga Rei inditium facit.

2. Præmitto 2. Id quod dicitur de fugiente, dici etiam de latitante, & de euidenter præparante se ad Idẽ dic in latitante, & se ad

fugam ad fugam, vt probat Farin. *q.* 48. paratè, *n.* 8. *&* 9.

Fugā Rei sola, vel cū adminiculo, an faciat inditiū ad torturam vsq; ad nu. 13. 3. REGVLA sit. Fugā sola Rei inditium ad torturam non facit, sed benè iuncta aliquo adminiculo, vel ind tio, puta, fama, inimicitia, & similibus, Soarez, qui de communi, Curt. iun. qui de magis communi, Bertaz. Blanch. Bonacos. Carrer. Lauren. Occa, & Villal. relati à Farin. *q.* 88. *nu.* 5. Fauent huic Regulæ, tenentes, fugam solam non facere semiplenam, vt sunt Rom. qui de communi, Iacob. de Beluis. Saecus, Ias. & Masc. *de probat. lib.* 2. *concl.* 819. *num.* 10. Si enim non facit semiplenam, ergo nec inditium ad torturam, per ea, quæ probat Far. *q.* 36. *nu.* 218. *& seq.* licet in hoc alij contra, *vt hic inf. n.* 5.

4. Hæc Regula, maximè procedit in homine bonæ famæ, contra quem, fugam solam non facere inditium ad torturam; dixerunt, Archid. Brun. Marsil. Rom. & Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 819. *nu.* 22. Carer. qui etiam amplius ait, quod fuga etiam iuncta cum fama delicti, vel alijs inditijs, non facit inditium ad torturam, nisi concurrat leuitas vitæ fugientis; sed quicquid sit de hoc dicto Carer. subscribunt præcitatis, Duen. Viu. & Far. *q.* 48. *n.* 56.

5. Nota non deesse DD. tenentes, fugam solam, semiplenam facere probationem, & sunt plures glossæ, relatæ ab Ang. *de malef. in verbo, Quod fama publica præcedente, n.* 46. *vers. verum*. Ripa, qui testatur de communi, & Clar. *§. fin. q.* 21. *vers. fuga, post princ*, vbi de magis communi. Et consequenter, fuga secundum istos, facit etiā inditium ad torturam, semiplena enim, dubio procul, ad torturam sufficit, iuxta probata per Farin. *q.* 36. *nu.* 218. *& seq.* & in specie hoc tenuerunt Bal. Mascar. & de communi testantur, Boss. Marl. & Clar. qui ab hac communi, in praxi, non putat esse recedendum; A qua tamen ego recedo cum Farin *q.* 48. *nu.* 7. vbi iudicat nostram propositam Regulam veriorem, & rationabiliorem; fuga enim est remotum inditium, remotum verò inditium, secundum communem, de qua Farin. *q.* 37. *n.* 43. *& seq.* sine aliquo adminiculo, ad torturam sufficiens non est. Retenta igitur proposita Regula illam pluribus modis ampliabis, seu declarabis.

6. AMPLIATVR 1. Regula; Vt nullū inditium faciat fuga Rei, quando fuit post formatam inquisitionem, vel porrectam accusationē, licet secus sit, si fuerit prius, dum enim fuit ante, colligitur apertè, quod fuga causata fuit ex propria criminis conscientia, dum verò post, ex timore molestiarum, & vexationum; quæ ex inquisitione, & accusatione proficisci solēt, quas, sæpe, nec innocentes subire volunt; hæc Ampliatio est Ang. Bar. Dec. Felyn. Ias. Io. de Ainic. qui testis est de magis communi, Marsil. Rom. Masc. *de prob. lib.* 2. *concl.* 809. *n.* 13. *& seq.* Blan. qui de commun. Clar. qui de magis communi, Menoch. Bertaz. & aliorū, quos refert, & sequitur Farin. *q.* 48. *n.* 27. Quid in fuga ante, vel post inquisitionē, seu accusationem?

7. AMPLIATVR 2. Regula; Vt

Item in fuga ob timore futuræ inquisitionis vel accusationis.

Vt nullum inditium faciat fuga, etsi fuerit ante inquisitionem, & accusationem, dummodo fuerit ob probabilem timorem alicuius inquisitionis, vel accusationis futuræ, & saltem ad torturam inditium non faciet, Dec. Rom. Carrer. Mascard. Menoch. Farin. & alij *q.* 48. *n.* 28. Siue ex timore, quod repente, & de facto Reus carceretur, secundum Bertaz. Mascar. Menoch. & plures alios, quos sequitur Farin. *num.* 32.

Quid in capitalibus, seu in non capitalibus?

8. LIMITA has duas Ampliationes; Vt procedant in causis capitalibus, vel saltem in his, in quibus imponitur pœna corporis afflictiua, secus in non capitalibus, & in quibus imponitur pœna pecuniaria, in his enim fuga facit inditium, siue sequuta sit ante, siue post inquisitionem, seu accusationem, secundum Bar. Io. de Amic. Masc. & Farin. *q.* 48. *n.* 33.

Quid in habente alias causas discedendi.

9. AMPLIATVR 3. Regula; Vt nullum inditium faciat fuga Rei, quando constat eum habuisse iustas alias causas discedendi, vt timor contrariæ factionis, vel metus Iudicis exili mali nimis sæui, seu solita occasio eundi ad nundinas, si Reus sit mercator, & ipse Reus iuret, quod propter has causas discesserit, ita declarat, & probat Farin. *q.* 48. *n.* 36. *vsque* 47. Et idem dicendum est, dum quis fugit, eundo ad Superiorem, Bal. Duen. & Farin. *n.* 57. Vel si Officialis aufugiat ab officio propter Domini tirannidem, vel alterius potentis in eo loco; Seu propter timorem syndicatorum inimicorum ipsius, volentium ipsum de facto carcerare, vt probat Farin. *n.* 90. *&* 94. Et de materia Officialis fugientis, præsertim tempore Syndicatus, vide eundem, à *n.* 77. *vsque ad finem illius q.* Et Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 831. *per totam.*

Vel dum quis it ad Superiorem.

Vel dum ex causa officialis aufugit ab officio.

Vel dum aufugiens, se postea sponte præsentat.

10. AMPLIATVR 4. Regula; Vt nullum inditium faciat fuga, quando is, qui aufugit, se postea sponte in fortijs curiæ præsentat; per hanc enim præsentationem fugæ purgatur inditium, Bar. quem omnes sequuntur, vt dicunt Io. de Amic. & Clar. *§. fin. q.* 21. *vers. fuga. in fin.* Masc. Menoch. Farin. & plures alij, ab eo relati, *nu.* 48. vbi ait, hanc opinionem ab omnibus receptam esse.

Fuga debet per contestes probari.

11. AMPLIATVR 5. Regula; Vt nihil operetur fuga, nisi per duos testes contestes, vel aliter plene probetur, Archid. Brun. & Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 819. *n.* 20. Cason. Viu. & Far. *q.* 48. *n.* 59.

De fuga Rei de carceribus remissiue.

12. Data opera hic prætermitto agere de fuga Rei è carceribus, quia de hac agendum erit *infra q.* 79. *Regula secunda n.* 20. *& seq.*

De inditio ex imperfecta confessione remissiue.

13. Pro complemento huius articuli 1. de particularibus inditijs leuibus, superesset hic agere de quampluribus confessionibus imperfectis Rei, quæ ad hunc articulum spectant. Sed, vt de omnibus confessionibus perfectis, & imperfectis simul tractatus habeatur, infra dum de Reo confesso agendum erit, de his omnibus confessionibus differam, *q.* 83. 84. *&* 85.

14. De materia huius q. latè Clar. Masc. & Far. *locis hic sup. citat.*

DE PARTICVLARIBVS INDITIIS GRAVIBVS.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quæ sint grauia inditia, & de corū effectibus.

1 POST articulum 1. de particularibus inditijs leuibus, transeo ad 2. de particularibus inditijs grauibus. Grauia verò inditia sunt, quæ frequenter, & facilè contingunt adesse, secundum Bal. Blanch. Carrer. Corrad. Cyn. & Far. *q.36. n.* 55. Et hæc grauia indit a, hos producunt effectus, vt sufficiant, ad trasmittendam Reo absenti inquisitionem, vel si præsens sit, ad examinandum eum super delicto tanquam Reum, & etiam ad eum torquendū, ita communiter DD. teste Corn. quos sequitur Clar. *§. fin. q.20. parum post princ. ibi, grauia sufficiunt*; De his autem specialibus grauibus inditijs, *sequentibus quæstionibus 69. & 70. differam.*

An, & quale inditium faciant minæ? Quæstio *69*.

Minæ delicto secuto indit ū ad torturā faciunt.

1 REGVLA sit. Minæ inditium faciunt ad torturam contra minantem, delicto sequuto in personam, in quam minæ fuerunt illatæ, Abb. Boss. qui ait, omnes criminalistas hoc infallibiliter tenere, Cyn. Ias. & Mascar. hoc referēs, *de probat. lib.2. concl.* 1057. *seu* 1060. *n.* 1. vbi ait, hanc esse omnium scribentium sententiam, Blanc. qui ait, ex minis graue inditium resultare, & subscribunt huic Regulæ Claud. qui testatur de cōmuni, Carrer. Foller. Far. & alios etiam citans concordantes, *q.50. n.* 1. Et tunc minæ maius faciunt inditium, quando, paruo tempore post minas, delictum comminatum sequutum est, Mascard. *loco citato nu.4.* vbi hoc comprobat.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt nedum minæ faciant inditium ad torturam contra minantem, sed etiam, vt cōstito de delicto patrato à minăte præsumatur factum animo deliberato, (& vt dicunt, à caso pensato) Alber. Blāc. Boss. Gandin. Menoch. qui testatur de communi, & Mascard. *vbi supra n.5.* — Cōstito quod minans delictū fecit, an præsumatur animus deliberatus.

3. LIMITATVR hæc Ampliatio; In casu, in quo minæ prolatæ fuissent pro instanti animi dolore, & ira, hæc enim cessare faciunt animum deliberatum; puta in marito minante, deprehēdente adulterum cum sua vxore, Alex. Blanc. Masc. & alij ab eo relati, *loco citato nu.9.*

4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt procedat etiā in iactationibus, quæ inditium etiam ad torturam faciunt contra iactantem, delicto sequuto; Puta si quis dixerit posse talem occidere; dūmodo sint iactationes prolatæ à persona potenti, — Quid in iactationibus?

tenti, & solita delinquere, Blanch. Masc. qui testes sunt de communi, Beluis. Nouel. & Farin. q 50. n. 7.

Seu in minis tacitis. 5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt procedat etiam in minis tacitis, seu per enigma prolatis; puta; faciam tibi dolere caput, &c. Mascard. *vbi sup. n. 16.* & Farin. *nu. 8.*

Quid in solito, vel non solito, minas exequi? 6. LIMITATVR 1. Regula; Vt ad hoc vt minæ faciant inditium ad torturam, debeat probari, quod minans sit solitus exequi minas, talis enim minæ inditium ad torturam facere senserunt Abb. Alex. Ang. Bal. Dec. Fely. & Menoch. *de præsumpt. lib. 1. n. 60. præsumpt.* 89. vbi alios concordantes citat, licet alij apud eum scripserint, minas simpliciter inditium ad torturam facere, sed non per hoc recedendum est à limitatione, vt ait *ibidem* Menoch. cum omnibus ferè citatis ab eo; & his subscribunt Beluis. Marsil. Gomez, Paris. & Catus, relati a Menoch. *n. 61.* qui dicunt, quod minæ factæ ab eo, qui non consueuit eas exequi, non faciunt inditium ad torturam, nisi alia adminicula concurrant; cum his enim adminiculis minæ etiam in hoc secundo casu sufficientes ad torturam redduntur, secundum Brun. Carrer. & Menoch. *nu. 62.*

7. SVBLIMITA limitationem 1. Vt licet minæ prolatæ à solito eas exequi, faciãt inditium ad torturam, sine alio adminiculo, non tamen hoc præstent, nisi præexistat aliqua causa, quare minans, sic minatus sit, puta odium, honor, vtilitas, aut quid simile, aliàs enim cessante causa delicti, cessaret etiam præsumptio delicti, cum sine causa nemo delinquat, Bart. Bertan. Castren. Foller. Mascard. & Farin. alios etiam citans, *q. 50. nu. 31.*

Dũ delictũ ex interuallo est cõmissum 8. LIMITATVR 2. Regula; quando minatum delictum ex interuallo commissum est, tũc enim minas non facere inditium ad torturam, tenuerunt Corrad. & Far. *nu. 15.* Qui *n. 12.* idem dicit cum Casone in minato, habente plures inimicos, nihilominus hoc remittens arbitrio Iudicis *n. 13.* ex Boss. Mascar. & Paris, de Put.

Vel minæ fuerunt ex iracundia, & incõtinenti, nec probatæ p duos testes. 9. LIMITATVR 3. Regula; Vt procedat in minis prolatis sedato animo ex interuallo post receptã iniuriam, si enim ex iracundia, & incontinenti illatæ sint, non faciũt inditium ad torturam, Afflict. Carrer. Mars. Menoch. Plot. & Farin. *q. 50. nu. 27.* Sicut nec etiam, dum non sunt probatæ per duos testes, saltem singulares, Anchar. Fulgos. Gram. & Farin. alios etiam referens *n. 41.* dum modo sint concordantes in qualitate minarum, licet discordantes in loco, & tempore, alias secus, vt ex Fulgos. declarat Foller. apud Farin. *n. 42.*

Minarũ inditiũ, an sit leue? 10. Ex his limitationibus videtur, quod etiam istud inditium minarum, poterat collocari sub articulo præcedenti leuium inditiorũ, cum, vt probatum est, solæ non faciant inditium ad torturam, nisi saltem concurrat adminiculum consuetudinis minantis exequendi minas.

An arbitrio Iudicis remittatur, quando 11. De materia huius q. latè *in locis in ea citatis*, Farin. Nec non Mascard. qui, *de probat. lib. 2. concl. 1057. seu 1060. n. 15.* ex Menoc. Put.

minæ ad torturã inditium faciat? Put. & alijs, concludit remittendum esse arbitrio Iudicis, quando ex minis inditium ad tortura*m* oriatur.

An, & quale inditium oriatur, dum corpus delicti, puta res furata, siue cadauer occisi apud Reum reperitur; Seu dum inuenitur, Reum pacem cum offenso fecisse?

Quæstio 70.

An sit torquẽdus ille penes quẽ res furata reperitur, nisi indicet, a quo eã habuerit.

1 REGVLA 1. sit, Furtum commissum præsumitur ab eo, penes quẽ res furata reperta est, ita vt talis torqueri possit, nisi doceat, à quo rem habuerit, Ang. Bar. Clar. qui cum Mars. testatur de communi, Rolan. & Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 833. nu. 1.* Quia (quicquid sit de iure Ciuili, circa indicationem furis) de iure Canonico, quod præsertim apud Ecclesiasticos seruandum est, in hoc casu, nisi quis velit torqueri, furem indicare tenetur, *c. qui cum fure, & ibi gl, de furtis,* & ita voluerunt antiqui Canonistæ, testibus Alberic. & Ias. & fauent, Abb. & Ang. insigneque relatu hoc existimat Rom. & hos refert, & sequitur Mascard. *vbi sup. n. 11.*

An teneatur probare, à quo rẽ habuerit? 2. AMPLIATVR Regula 1. Vt non sufficiat indicatio furis, sed nominans tenetur plenè probare, rem furatam a nominato ab eo, habuisse, Alex. Aufrer. Blanc. Crauet. Gram. Specul. Vulpel. & Mascar. *nu. 12. & seq.* Alias enim fur facile subterfugeret, supponendo virum ignotum, vel mortuum, vt notat Masc. *n. 15.*

3. LIMITATVR Regula 1. Vt procedat, dum ille, penes quem res furata reperta est, malæ esset vocis, conditionis, & famæ, qui in casu propositæ Regulæ potest torqueri, Ang. qui sic intelligit doctrinã Bar. & subscribunt Clar. Gram. Plot. Rolan. & Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsump. 29. n. 6.* Bal. Blan. Brun. Castren. Ias. Mars. & Mascar. *n. 4.* Secus si prædictus esset persona bonæ vocis, & famæ, grauis, & honesta, & nũquam alias de crimine furti suspecta; tũc enim contra talem ex prædictis non oriretur inditium ad torturam, secundum Aug. ad Ang. Brun. Bertrãd. Rolan. qui testatur de communi, & Clar. *§. fin. q. 21. vers. si res furata,* vbi ait, omnes DD. ita communiter approbare, Bal. Gram. Ias. Marsil. Salyc. & Mascar. qui alios etiam inducit, *vbi sup. n. 5.* In hoc enim casu cessat omnis suspicio, Crauet. Nouel. Tiraq. & Menoc. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 29. n. 4.* Intellige quod cesset omnis suspicio, dummodo indicet, & probet, à quo rem habuerit, iuxta tradita *hic sup. n. 1. & 2.* — Quid in homine bonæ, vel malæ famæ?

4. De hac Regulæ 1. Ampliatione, & limitatione latè Mascar. & Menoch. *locis hic sup. citatis,* & diffusius, & ad saturitatem Farin. *q. 177. per totam,* hunc vide, & non pigebit. De alijs furti indicijs agit Far. *q. 176. à nu. 50. vsque 95.* De coniecturis verò, quibus in furto corpus delicti probatur agam *infr. q. 123. à n. 25. vsq; ad numerum 29.* — Alia de furti indicijs, remissiuè.

5. REGVLA 2. sit. Cadauere occisi reperto in alicuius domo, oritur inditium contra dominum, seu habitatorem domus, ad torturam, — An sit torquẽdus ille, in cuius do-

tro repertum fuit corpus occisi. ram, quod ipse occiderit, Bal. Bar. Cyn. Io. Andr. Saly. Spec. & Ang. *de malef. verbo, quod fama publ. praeced. n. 53.* & ibi Aug. alios adducit cōcordantes, & subscribunt Blanc. Boss. Foller. & Farin. alios etiam referens *q. 52. n. 99.* Quod præsertim procedit, si talis dominus, seu habitator domus fuerit negligens in denuntiādo curiæ tale cadauer, Marf. Menoch. Rom. Farin. & alij *n. 96.* licet alij contra, relati à Farin. *n. 114.*

Quid si in loco contiguo domui repertum sit? 6. AMPLIATVR Regula 2. Vt idem dicendum sit in cadauere reperto in loco admodum contiguo domui, dum dominus, seu habitator domus, malæ est famæ, solitus talia facere, & habet cum occiso inimicitiam, vt benè declarat, & probat Far. *q. 52. n. 120. vsq. 126.*

Quid si ille cuius est domus, probetur absens? 7. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt probata absētia euacuetur hoc inditium totaliter, ita vt non sit locus vllo modo torturæ domini, nec habitatoris domus, *l. optimam, cum ibi notatis* per Bal. & alios, *C. de contrah. empt.* & ita post Brun. & Foller. declarauit Far. *q. 52 n. 118.* qui latè locis citatis, nempe *à num. 104. vsq;* 110. agit de materia huius Regulæ, sicut etiam *à d. n. 120. vsque 126.*

Quid in persona malæ, seu bonæ famæ? 8. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt procedat proculdubio in personis malæ famæ, & consuetis talia committere, Secus si sint bonæ famæ, quia tunc, si delictum potuerit cōmitti ab aliquo alio, quam a domesticis (Quamuis possent isti in hoc casu torqueri, vt testes) non poterunt huiusmodi torqueri tanquam Rei, nisi etiam concurreret alia aliqua præsumptio, ita concludit, & determinat hunc controuersum punctum Farin. postquam retulit pro, & contra tenentes, *q. 52. à n. 104. vsq; ad n. 110.*

9. Præsumptiones autem, quæ sufficerent ad torquendum, si iungerentur cum inditio, de quo in propósita 2. Regula, essent; Puta, si in conspectu Rei, cadauer occisi, sanguinem emitteret, Claud. Nouel. & Farin. *q. 52. n. 156.* Vbi cum Gomez, ait, quod nunquam ex hoc solo inditio emissionis sanguinis poneret quē ad torturam, sed vtiq; iuncto alio inditio; Et idem dic de similibus præsumptionibus. Sed nota, plurimos DD. relatos a Farin. *n. 157.* dicere, hoc inditium emissionis sanguinis, de se solo esse magnum, verisimile, credibile, & proximum, immo Nicol. Florent. & Paris de Put. dicunt, hoc solum inditium emissionis sanguinis, sufficere ad torturam; Sed non recedas ab opinione Gomez, & aliorum supra citatorum. Cōcurrēte aliqua præsūptione, puta quia cadauer in conspectu Rei sanguinē emitteret?

Dū probatur Reum fecisse pacem cum offenso, quod inditiū oriatur? 10 REGVLA 3. sit. Dum inuenitur, Reum pacem, seu transactionem fecisse cum offenso de ipsa offensione, ex hac oritur inditium ad torturam contra Reum, Bal. & cum sequens Boss. *in tit. de pace, n. 23. mihi car. 328.*

11. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt procedat in delictis, in quibus de iure illicitum est transigere, secus in alijs, in quibus licita est transactio, Clar. *§. fin. q 21. vers. pax.* Vb. tamen subdit, quod Mediolani, quando reperitur instrumentum pacis, illud plenè probat delictum, pro quo pax facta fuit. Casus

sus autem, in quibus licita est transactio in delictis, ibidem à Claro remissiuè indicantur, nempe *ad q. 58. vers. successiuè.*

Cautela, vt pax inditium non faciat. 12. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt procedat, quando pax cum pretio facta fuit; secus verò si gratis, Brun. Marf. & Plot. quos refert Baiar. *ad Clar. vbi sup. nu.* 145. Qui *n.* 148. addit cautelas, ad hoc vt pax inditium non faciat; Nempe; 1. vt pax fiat iussu Iudicis; 2. vt fiat gratis; 3. vt Reus expresſè neget crimen, scilicet, dicendo, quod pacem facit, non animo crimen confitendi, sed ad euitanda litis incommoda, ex Brun. Cæpol. & Iaſ.

DE PARTICVLARIBVS INDITIIS GRAVISSIMIS.

ARTICVLVS TERTIVS, & vltimus.

1 EXPLETIS duobus articulis de particularibus inditijs leuibus, & grauibus, tandem deueniendum est ad tertium de grauissimis; Et de his agam *in sequenti q.* 71. Hæc autem sunt, quæ frequentissimè, & facillimè contingunt adesse, secundum Far. *q.* 36. *n.* 56. Et huiusmodi inditia faciunt, non modo plusquam semiplenam probationem, sed quasi plenam secundum Clar. *q.* 20. *sub princ.* vbi Baiar. declarat, & citat DD. tractantes, & declarantes. Et vt tenet Clar. *ibidem*, etiam ad condemnationem sufficiunt, *& vers. ad condemnandum*, idem asseuerat.

Inditia grauissima quę & quā probationem faciāt?

An, & quale inditium faciat deprehensio in actu proximo ad delictum? Quæstio 71.

1 PRAEMITTO dubium non esse, deprehensionem in actu proximo ad delictum, grauissimum facere inditium, ita Clar. *q.* 21. *ver. ad condemnandum.*

Deprehensio in actu proximo inditium grauissimum facit.

2. REGVLA 1. sit. Deprehensio Rei in actu proximo ad delictū facere inditium ad torturam, dubitandum non est. Exemplum, quo omnes ferè DD. vtuntur in proposito, est. Si visus sit vnus exire de aliqua domo, pallidus, stricto gladio sanguinolento, & in eadem domo reperiatur aliquis occisus, contra talem, ex his oritur inditium grauissimum ad torturam, secundum Ang. Bal. Bianc. Brun. Menoch. & plures alios, quos refert, & sequitur Farin. *q.* 52. *n.* 50. vbi ait, quod non solum hoc est cōmuniter receptum, sed etiam ab omnibus approbatum, & nullum Doctorem inuenisse contradicentem; cum tale inditium sit grauissimum, & indubitatum, & propterea

Deprehensio in actu proximo ad delictū, facit inditiū ad torturā, exēplificatur in fugiēte cū gladio sāguinolento euaginato, &c.

rea de tortura nemo dubitat; subscribunt Carrer. Clar. Gand. & Menoch. *lib.* 1. *q.* 89. *n.* 117.

3. AMPLIATVR Regula 1. Vt non solum procedat, quando quis visus est exire de domo, vbi reperitur cadauer, sed etiam, si ex alio loco, puta ex agro, seu ex via publica, nam adhuc potest torqueri is, qui cum gladio euaginato, & sanguinolento fugit ex agro, aut via, vbi occisi cadauer reperitur; generaliter enim loquuntur DD. aliqui, non facientes mentionem de domo, nempe Ang. Bal. Blanc. Gandin. Ioan. And. Suzzar. & Farin. qui ita ponderat, *q.* 52. *nu.* 55. vbi ait, hoc inditium non fundari in loco, vbi mortuus reperitur, sed in tremore, seu pallore, armorum delatione, & sanguine in armis reperto.

4. LIMITATVR Regula 1. Vt procedat dummodo tale inditium probetur per duos testes, si enim probaretur per vnum non sufficeret ad torturam, Ang. in terminis, in *l.* 2. *n.* 1. *C. de q.* & Farin. *nu.* 63. Vbi etiam ait, quod licet hoc inditium non sit remotum, sed proximum, vt aduertit etiam Menoch. non tamen dicitur immediatum, quo casu vnus testis sufficeret; Vnde duo testes requiruntur, alias depositio non valeret, præsertim ad torturam.

Sed inditium per duos debet probari.

5. Aliud exemplum solet etiam afferri pro declaratione propositæ Regulæ, nempe; Si nudus cum nuda in eodem lecto deprehendatur, ad torturam, de fornicatione, dubio procul, hoc sufficeret, secundum Io. And. Specul. Sylu. & Bouer. *in Direct. par.* 2. *c.* 32. *vers. grauissima.*

Aliud exēplū de nudo cum nuda in lecto.

6. REGVLA 2. sit. Deprehensio Rei in actu proximo ad delictum, facit inditium secundum alios etiam ad condemnationem, ita iuxta exemplum propositum *hic supra in* 1. *Regula*, *n.* 2. senserunt Blanc. qui de communi, Ang. Gram. Suzzar. Paris de Put. Mascar. Menoch. & plures alij, quos refert, & sequitur Far. *q.* 52. *n.* 51. vbi etiam de communi, *& num.* 53. de magis communi, & veriori; Et multo magis procederet Regula, si cum hoc inditio aliqua alia concurrerent, Blanc. Brun. & Farin. *n.* 59. At Ang. Brun. Blanc. & Boer. tenent, ex inditio solo, de quo in hac Regula ad condemnationem deueniri non posse; sed a Regula non recedas, declarata, vt mox dicam.

An deprehēsio in actu proximo faciat inditium ad condemnationē, cum declarationibus?

7. LIMITATVR 1. Regula 2. *ex traditis hic sup. n.* 4. quæ enim ibi dicta sunt, magis conueniunt hic.

8. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt iuxta exemplum, de quo in Regula 1. ad hoc, vt possit deueniri ad condemnationem, domus, de qua egreditur is, qui habet gladium sanguinolentum, non habeat, nisi vnum ostium, & vnum aditum, aliàs secus, sic loquuntur Bonacos. Clar. Gandin. Io. And. Nouel. Paris de Put. Suzzar. & Farin. *q.* 52. *n.* 64.

9. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt cōdemnatio ex hoc inditio non debeat esse in pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria, Iudicis arbitrio, Castr. & Tiraq. qui alios etiam innumeros DD. cumulat, *de pæn. cau.* 27. Carer. qui de commu-

Iudex arbitrabitur in pœna extraordinaria.

Vt

ni, Boss. qui etiam de communi, & de praxi, Alex. Bal. Boer. & alij relati à Mascar. *lib.3. de probat. concl.* 1221. *seu* 1228. *n.* 58. Aug. Claud. Marsil. & Farin. *q.*52. *n.*65. Iudex enim multum tẽperare debet suam sententiam, quando condemnat ex præsumptionibus, secũdum Cagn. Gram. Marsil. & Far. *n.*66. vbi de communi testatur. Vide *inf. q.*74.

Vel torquebit inditiatum.

10. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt licet possit, non tamen teneatur Iudex ex hoc inditio condemnare, eius enim arbitrio remittitur in hoc casu, vt deueniat, ad condemnationem, vel ad torturam, secundum Clar. *§. fin. q.*21. *vers. si aliquis.* vbi ait, semper ita in praxi vidisse seruari, & subscribunt huic limitationi Bonacos. & Far. *n.* 68. & dicetur *inf. q.*104. *n.* 36.

11. De materia huius q. copiosè, vt solet, Farin. *locis supra citatis*; Et Guaz. *defens.* 30. *c.* 41.

12. Vsque huc tractatus Quintus de inditijs: In quo; quia posset desiderari resolutio quæstionis; An inditia coniungantur ad faciẽdam plenam probationem; Videat lector *infra q.*75. Ibi enim agetur, an præsumptiones ad plenam faciendam probationem coniungantur, & quod dicetur de præsumptionibus, ad inditia applicetur.

Inditia an coniũgantur remissiuè?


Finis Tractatus Quinti, de Inditijs.



DE

DE PRÆSVMPTIONIBVS.

TRACTATVS SEXTVS.



Præsũptio quid?

ABSOLVTO tractatu inditiorũ, sequitur iste de præsumptionibus; Præsumptio, autem stricto modo sumpta, est cognitio veritatis rei, ex circumstantijs resultans, secundum Alex. & alios, quos refert, & sequitur Farin. *q.36. n 69.* Vel secundum Specul. quem sequitur Farin. *n.82.* est argumentum ad credendum vnum factum, surgens ex probatione alterius; Et secundum Mantic. & Far. *n.* 160. præsumptio, & coniectura sunt sinonima, & vnũ, & idem sunt. De coniectura agit latè Farin. *à n.152. vsque ad n.171.* Præsumptio vero, & inditium, inter se differunt, si stricto modo sumantur, & se habent tanquam excedentia, & excessa, vt vidimus *sup. q.61. n.17.* largè verò si sumantur, confunduntur inter se, cum probatione, adminiculo, argumento, & similibus iuxta tradita *d. q.61. n.21.* Et consequenter omnia, de quibus egi in toto tractatu 5. de inditijs, largo modo præsumptione sumpta, ad eam pertinent; Sicut etiam ea, quæ recensentur in hoc tractatu 6. largo modo sumpto inditio, ad eum attinent. Tractatus tamen distinguendos iure censui, vt de his, quæ, propriè loquendo, inditia dicũtur, *in superiori quinto tractatu* de alijs verò, quæ strictè loquendo præsumptiones sunt dicendæ, in *hoc tractatu 6.* agerem, regulariter.

Differunt præsũptio, & inditiũ.

Quotuplex sit præsumptio? Quæstio 72.

2 VARIAS scriptores præsumptionis attulerunt diuisiones, sed ex ferè omnium Iuristarum sententia, teste Menoch. *de præsump. lib.1. q.2. n.11.* & præsertim Bal.; rectius præsumptio, ita diuidi potest. Præsumptio, vna est iuris, & de iure; altera iuris tantum; tertia hominis; Et huic diuisioni subscribunt inter alios Mant. Nouel. Petra, & Farin. *q.36. n.85. qui in sequentibus* singula diuisionis membra explicat. Quotuplex sit præsũptio?

3. Præsumptio iuris, & de iure est dispositio legis, aliquid præsumentis, & super præsumpto, tanquam sibi comperto, statuentis, Alciat. *in tract. de præsumpt. par. 2. n. 3.* vbi ait, ita probari *in cap. is qui fidem, de sponsal.* Hæc præsumptio, dicitur iuris, quia a iure, seu a lege introducta est; dicitur etiam de iure, quia super tali præsumptione lex inducit firmum ius, & statuit super præsumpto, tanquam sibi comperto ita, declarant Alciat, Bal. Fely. & Menoch. *de præsumpt. lib.1. q.3. nu. 17. & 18.* Gandin. Nouell. & Farin. *q.36. n.102.* vbi inducit DD. Præsũptio iuris, & de iure quid?

in

in proposito exemplificantes; nec non Mascar. *de probat. lib. 3. concl. 1222. seu 1229. n. 1.* vbi citat plurima iura, in quibus inueniuntur exempla huius præsumptionis iuris, & de iure.

Præsũptio iuris. 4. Præsumptio autem iuris tantum, est dispositio legis aliquid præsumentis, sed vlterius non procedentis, & nihil super præsumpto statuentis, Gandin. Mascar. & Far. *n. 88.* vbi inuenies citata iura, in quibus proponuntur exempla huius iuris tantum præsumptionis.

Præsũptio hominis. 5. Præsumptio verò hominis, illa propriè dicitur, quæ á iure expressa non est, sed Iudicis arbitrio committitur, vt inspiciat, quod sibi videtur, & in nullo iure expressè reperitur cõfirmata, Bal. Bero. Castren. Fely. Menoch. & Farin. *q. 36. n. 97.* licet à lege, & eius ratione non discrepet, secundum Bal. Menoch. & Far. *n. 99.*

Exẽplificatur in singulis tribus præsũptionibus prædictis. 6. Declaro vlterius, exemplificando; Semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali; Hæc dicitur iuris præsumptio, ius enim sic præsumit, *in c. semel malus, de reg. iur. in 6.* Sed circumscripta alia lege, cum hæc vlterius non procedat, & super præsumpto nihil statuat, hæc diceretur præsumptio iuris tantum. At ponamus, quod quis in iudicio falsum iurauerit, & iste iterum in testem inducatur, iste semel malus, & periurus, ex vi *d. cap.* semper præsumetur periurus; Et vlterius *in c. ex parte,* vbi gl. & Abb. *de testibus,* statuitur, quod talis à testimonio repellatur; vnde ex vi huius statuti super præsumpto, ista diecetur, iuris, & de iure, cum hoc caput 2. firmum ius inducat, & statuat. Si verò vltra prædicta, Iudex aliquid in iure non expressum, rationabiliter, & a lege non discrepans, præsumpserit; Puta quod periurus sine dolo, vel cum dolo periurauerit, hæc vltima dicetur præsumptio hominis; Sicut etiam quælibet alia in iure non expressa.

7. De materia huius q. diffusè Mascard. Menoch. & Farin. *locis sup. citatis.*

An præsumptiones in iudicio debeant allegari, vt prosint, vel obsint; Et non allegatæ, an Iudex possit, & debeat supplere? Quæstio 73.

1 QVIA à diuersis DD. diuersimodè declarantur isti termini; Præsumptiones iuris, & de iure; iuris tantum; seu hominis; Ideo præmitto, quod dum, *in hac q. & sequentibus,* hos terminos ponam, intelligẽdi erunt iuxta declarationes horum terminorum, de quibus *in antecedenti q. 72. per totam,* ad quam semper recursus haberi, ad hunc effectum, poterit. In hac q. quomodo supradictæ tres pręsũptiones intelligãtur?

2. REGVLA 1. fit. Non est necesse, quod quis præsumptiones iuris, & de iure alleget, ad hoc vt prosint, vel obsint, ita Bal. Butr. & Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 48. n. 1.* Vbi reddit rationem, quia lex hanc præsumptionem pro veritate habet, quam Iudex sine aliqua allegatione, tenetur scire, & sequi. Nõ est necesse allegare in iudicio præsũptiones iuris, & de iure.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat etiã in præsumptione iuris tantũ, quæ nec necesse est, Quid in præsũptione iuris tãtum?

vt

vt allegetur; Ita tenuerunt Ang. & Comensis, quos refert, & sequitur Bellon. *lib. 2. supp. iuris, cap. 6.* Dec. *in l. cum quid, ff. si cer. petat. n. 26.* vbi Curt. iun. *nu. 21.* Intellige hanc Ampliationem, dûmodo saltem factum, vnde talis præsumptio resultat, ex actis probatorijs colligatur; hoc enim requiritur, & sufficit, secundum Bal. Fely. & Purpur. quos refert, & sequitur Menoch. *vbi sup. n. 33.* vel saltem non dissentit. Hæc Ampliatio procedit præsertim in causis summarijs, & in his quæ sine figura iudicij tractantur, vt apud Regulares; ita Alciat. Dec. & Purpur. *in l. cum quid, ff. si cer. pet.* & subscribit Menoch. *n. 34.* Maximè quando præsumptio oritur ex facto aduersarij, Abb. Bart. & plures alij, quos citat, & sequitur Menoch. *n. 35. & seq.* Alias si factum ad minus, vnde talis præsumptio oritur, non colligeretur ex probatorijs actis, dum agitur de facto proprio allegãtis, præsumptio, si debeat prodesse, vel obesse, debet omnino allegari, vt in viginti tribus exẽplis, authoritatibus DD. comprobat Menoc. *d. q. 48. à n. 2. vsq; ad n. 26.*

Iudex in his supplere potest. 4. AMPLIATVR 2. Regula 1. & etiam Ampliatio 1. Vt dum præsumptio ab Actore, vel Reo non allegatur, possit Iudex supplere, Abb. Dec. & Menoch. *ibidem q. 52. nu. 1. vbi nu. 2.* inducit rationem, & alios concordantes.

Iudex deducto facto, tenetur supplere. 5. AMPLIATVR 3. Regula 1. & Ampliatio 2. Vt quando pars deducit in iudicium factum, ex quo iuris præsumptio resultat, Iudex supplere teneatur allegationem ipsam præsumptionis, Anton. Burgos. & Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 48. n. 4. & 7.*

6. REGVLA 2. sit. Præsumptio hominis tantum, allegari omnino debet, vt prosit, vel obsit, Fely. & Menoch. *n. 44.* hæc enim præsumptio Iudici omnino incognita est, vnde coram eo allegari debet, vt eam sequi valeat, Menoch. *nu. 45.* Præsumptio hominis allegãda est.

7. AMPLIATVR Regula 2. Vt non solum allegari, sed etiam hæc præsumptio hominis, saltem per duos testes, probari debeat, Menoch. *ibidem* alios citans *q. 51. n. 1. & seq.* Et per duos testes probanda.

8. LIMITATVR Regula 2. Vt non sit necessaria expressa allegatio, sed sufficiat tacita, Alex, Dec. Rom. & Purpur. *in l. cum quid, ff. si certum pet.* vbi communiter omnes; Bal. qui ait sufficere allegare, & probare factu, ex quo præsumptio colligi potest, & Menoch. *q. 9. nu. 1.* vbi ex *d. l. cum quid*, adducit hanc rationem; Taciti enim, & express̃i, eadem est virtus. Tacita allegatio sufficit.

9. De materia huius q. latè Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 48. cum sequentibus.*

An ex Præsumptionibus condemnari quis possit, & qua pœna.

Quæstio 74.

1 HIC, data opera, prætermitto agere, quomodo præsumptiones legitimè sint probandæ, quia quicquid *sup. q. 62.* dictum est; quomodo inditia legitimè probentur, dicendum est proportionatè de præsumptionibus; Sicut etiam plurima alia, quæ re- Quomodo præsumptiones legitimè probentur, remissiuè.

 missi-

mitiue insinuantur *q.63. n.1.* Nec non ea, quæ dicta, sunt de inditijs particularibus ab eadem *q.63. vsq; ad q.72.*

Ex præsũptionibus legitimè probatis iuris, & de iure, vel iuris tantum deueniri poteſt ad condemnationẽ.

2. REGVLA 1. sit. Ex præsumptionibus iuris, & de iure, vel etiã iuris tantum, legitimè probatis, Iudex deuenirè poteſt ad condemnationem, Gomez qui de com̃ muni, Bal. Bar. Salyc. & Mascar. *lib. 3. de probat. concl.* 1227. *n.* 41. 42. & 50. & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 92. n. 1.* Ratio eſt, quia, vt *ibidem* ponderat Menoch. in hoc casu de veritate dicitur constare, cum præsumptiones à legè approbatæ, dicantur liquidiſſimæ; Vnde præsumptio, non solum iuris, & de iure, sed etiam iuris tantum facit probationem veram, & propriam, Aret. Abb. Bal. Dec. Tiraq. & plures alij, quos refert, & sequitur Menoch. *ibidem q.36. n.3.* immo facit probationem euidentem, secundum Iaſ. Didac. & Menoch. *n.8.*

In pænam ordinariã ex præsũptionibus iuris, & de iure.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt pœna ordinaria puniri posſit is, quem, præsumptione iũris, & de iure, cõſtat deliquiſſe, Bal. Gandin. Iaſ. Marſil. Menoch. qui etiam plures alios refert, *q.97. n.1.* immò in hoc casu, tenetur Iudex cõdemnare pœna ordinaria, quamuis esset capitaliſſima, vt aiunt Boſſ. Clar. Gomez. & Mascar. *de probat. lib.3. concl.1228. n.59.*

Quid in præsũptione iuris, tãtum?

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt etiam pœna ordinaria imponenda sit, dum delictum præsumptiuè probatum eſt præsumptione iuris tantum, ita Abb. Bal. Dec. Fely. cum pluribus concordantibus quos sequitur Menoch. *n.7. ibidem*; Sed quod pœna extraordinaria imponatur, vel ad torturam deueniatur, vide sup. *q.71. nn.9. & 10.*

5. LIMITATVR hæc 2. Ampliatio; Vt non procedat, dum eſt imponenda pœna ordinaria mortis; Sed in Eccleſiaſticis, secundum qualitatem facti, imponenda eſt pœna priuationis officij, & beneficij, seu depositionis; In sæcularibus verò aliæ pœnæ non capitales erunt infligendæ, prout delictum poſtulabit, Abb. Fely. Marſ. & Mascard. *de probat. lib.3. concl. 1128. n.64.*

Ex præsũptionibus hominis non ordinaria, sed mitior pœna eſt imponẽda

6. REGVLA 2. sit. Ex præsumptione hominis tantum, pœna ordinaria delicti non eſt infligenda, sed mitior Iudicis arbitrio, ita indiſtinctè loquitur Gard. Alex. *in c. afferte, in fi. de præsumpt.* citans Innoc. & subſcribunt Bal. Sarmien. & Menoch. *lib. 1. de præsumpt. q. 97. n.16.*

Licet violentis.

7. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt quando de delicto conſtat præsumptione tãtum hominis, quamuis violenta, non debeat pœna ordinaria imponi, Abb. Bal. Butr. Caſtren. Gramm. Fely. Innoc. & plures alij, quos sequitur Menoch. *num.23.*

Sed cõtra.

8. Sed nota, quod in casu huius Ampliationis, non desunt DD. tenẽtes, pœnam ordinariam imponendam eſſe; Et è contra alij volentes, nullam eſſe pœnam iniungendam; quos omnes refert, & reprobat Menoch. *n.19. vsque ad n. 22.* Et ideo non recedas ab Ampliatione, quæ teſte eodem Menoch. *n.24.* magis recepta eſt, &

ipſe

ipsemet pluribus iuribus eā comprobat.

Quāuis ex pluribus violentis. 9. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt non imponatur pœna ordinaria, quamuis de delicto constaret per plures præsumptiones hominis tantum, licet violentas, hæ enim præsumptiones nō sunt coniungēdæ ad plenam probationem constituēdam, ad hoc, vt fiat damnatio in pœna ordinaria, ita Gandin. & Menoch. *n.*18.

Quid in violentissimis? 10. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt nec ex vehementissimis præsumptionibus hominis tantum ad pœnam corporalem sit deueniendum, sed ad mitiorem, Boss. Castren. Gandin. Innoc. Menoch & Mascard. *lib.*3. *de probat. num.*73. Quæ nō sunt vnquā indubitatæ. Præsumptiones enim hominis, cū non sint approbatæ a lege, non sunt omnino indubitatæ, sed aliquam solicitam dubitationē semper recipiunt; præsumptiua hæc enim probatio, dubia dicitur, Bero. & Masc. *n.*74. Qui *n.*75. *& sequentibus* hanc Ampliationem limitat in criminibus Assassinij, Symoniæ, & læsæ Maiestatis.

11. De materia huius q. latè Mascard. nec non Menoch. *locis sup. citatis.*

An præsumptiones coniungantur ad plenam probationem faciendam?
Quæstio 75.

Præsūptiones plures coniunguntur ad plenā probationē. 1 REGVLA sit. Præsumptiones plures ad faciendam plenam probationem coniūguntur, Ang. Bal. Crauet. Corn. Dec. Rom. Socin. & Mascar. qui alios etiam citat concordantes, *de probat. lib.*3. *concl.*1230. *num.*1. *&* 2. Hæc Regula multo magis procedit, quādo agitur de actu, qui clam fieri solet, & secreto, & est difficilis probationis, Bar. Io. And. & Masc. *n.*13. *&* 14.

* Comparatio literarum in criminalibus, non plenè probant, latè Mascard. *de probat. lib.*2. *concl.* 740. *n.*10. *& seq.* quod nullam habet difficultatē, teste Far. *in fragm. Crim.* littera. C. *n.*446. citans Dec. Viu. & alios. Nec facit inditium ad torturam, Mascar. *lib.*1. *concl.* 230. *nu.*37, Aym Purpur. & Far. *n.*447. Nisi contra hominem malæ famæ, Mascar. Viu. Aym. Purpur. Vulpell. qui requirit malam famam, vel vt aliqua alia concurrant, & Far. *nu.*448. Et vt facilius fieri possit comparatio, potest Iudex cogere partem ad scribēdum. Far. *n.*449. post Bal. Abb. Mascar. & tot alios, contra Bart. Literæ in criminalibus, nō bene probāt.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt non modo in ciuilibus, verum etiā in criminalibus præsumptiones coniungātur ad plenam fidem faciendam, & ad Reum damnandum, Mascar. *vbi supra n.*28. *per l. si qui adulterij, C. de adulter.* citans Abb. Bal. & Card. Etiā in criminalibus & ad condēnationem. Neq; huic Ampliationi obstat authoritas Alex. Bar. Dec. & aliorum dicentium, non cōiungi in criminalibus præsumptiones ad faciendam plenam probationem; Quia respondetur non coniungi ad infligendam pœnam sanguinis, vel ita vt pœna ordinaria inūgatur, sed bene ad pœnam mitiorem pecuniariā extraordinariam imponendam; Ita conciliant in hoc puncto difficul- Respōdetur obiectioni.

tatis Bursat. & Mascar. *nu.*30. nec non Clar. *§. fin. q.*63. *vers. tu scis.*

Etiam vnus testis cũ vna præsũptione coniũgitur ad plenã probationem. 3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt vnus testis coniungatur cum præsumptione ad plenam faciendam probationem, Anchar. Bal. Bar. Castren. Rom. Socin. & Mascard. hos, & alios inducens *nu.*8. & 9. Abb. Crau. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.*86.

Declaratur. 4. LIMITATVR hæc Ampliatio; Vt non procedat, nisi dum testis, vnam semiplenam, & alteram semiplenam præsumptiones constituunt, Abb. Ias. & Mascar. *n.*11. Et in criminalibus declara, *vt hic sup. n.*2. iuxta tradita etiam à Menoch. cum citatis ab eo *vbi sup. q.*98.

Quomodo præsũptiones cũ fama cõiungantur ad plenè prõbandũ? 5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt præsumptiones coniungantur cum fama ad plenè probandum, secũdum Cæphal. Dec. Fulg. Marsil. & Mascar. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1230. *n.*22. *qui in sequentibus* limitat, prout præcedens limitata est Ampliatio. Et vlterius hæc Ampliatio limitanda est, vt non procedat in criminalibus, dum agitur ad pœnam sanguinis, secundum Alex. Butr. Dec. Felyn. Imol. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *qu.*42. *nu.*9. Sed benè dum agitur ad pœnam pecuniariam, Dec. Hostien. Io. Andr. & Menoch. *ibidem n.*10.

6. At cum in criminalibus testis vnus omni exceptione maior, cum fama, plenè nõ probet secundum Abb. Bar. Dec. cum alijs, quos sequitur, & ad saturitatem citat Far. *q.*47. *n.*80. Crot. qui de communi, & Clar. *§. fin. q* 63. *vers. hic*, vbi etiam ait generaliter, quod fama iuncta cum qualibet semiplena, nõ facit in criminalibus plenam probationem iuxta *gl in c. veniens, il* 1. *vers. illorum, de testibus* quam communiter Dec. ait, esse receptam; Concludendũ videtur, præsumptiones cum fama in criminalibus plenam nõ facere probationem, dum præsumptiones sunt tales, quod non transcendunt semiplenæ probationis limites, ad quos pertingit, sed non transcendit, vnicus testis, quantumcunque legalis.

7. LIMITATVR 1. Regula, & eius Ampliationes; Vt procedat, dum præsumptiones, testis, seu fama tendunt ad eundem finem, secus, si ad diuersum, tunc enim ad plenam faciendam probationem non iungerentur, Abb. Bart. Butr. Dec. Marf. & Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1230. *n.*32. Nõ procedunt supradicta dũ singula nõ tenduntad vnum finem.

8. LIMITATVR 2. Regula. Vt non procedat, nisi vnaqueque præsumptio fuerit probata legitimè, idest per duos testes, Abb. Alex. Bal. Bar. Dec. Fely. Ias. Marf. & Mascard. *n.*36. Et nisi singulę præsũptiones sint legitimè probatæ.

9. SVBLIMITA hanc limitationem; Vt procedat in præsumptione remota, quæ, vt coniugi possit duobus testibus probanda est; nam ad probandã proximam, vnus sufficit testis, Ioseph. Ludou. & Masc. *n.*41. Alciat. qui hoc ait esse canonizatum, tam in scholis, quam in iudicijs, Abb. Clar. Marsil. & Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 894. *n.* 5. Proxima præsũptio vno teste, probatur.

10. De materia huius q latè Mascar. *in cit. concl* 1230. & Menoc. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 40. & 41.

An

An præsumptiones iuris, & de iure, probationem in contrarium admittant? Quæstio 76.

Præsũptio iuris tantũ, probationem in contrariũ admittit, sicut etiã hominis præsũptio.

1 PRAEMITTO; procul dubio; præsumptionem iuris tantũ probationem in contrarium admittere, ita Bar. Iaſ. Specul. & hos referens, Maſcar. *de probat. lib. 3. concluſ.* 1228. *n.* 87. Quod magis indubitatum eſt in præſumptione hominis tantum, idem Maſc. *concl.* 1227. *n.* 15. Et quod vtraque præſumptio hæc admittat probationem in contrarium, & probatione tollatur, tenuit Menoc. *de præſump. lib.* 1. *q.* 31. *n.* 2. *&* 3. vbi citat Abb. Bellam. Cæpol. & Craue. Et Dec. ait, nullum Doctorem inueniſſe ab hac ſententia diſſentientẽ. Obſerua tamen, in his caſibus, requiri probationes validiores, *l.* 1. *in princ.* & ibi Bar. *n.* 1. *ff. quod met. cau.* Alex. Curt. iun. & Menoch. *ibid. n.* 8. qui *n.* 9. inducit Alex. Iaſ. & Specul tenentes, ad probandum contra iuris præſumptionem tres teſtes requiri. Et ideo de his duabus præſumptionibus, hominis, & iuris tantum non inſtituitur hic q. ſed de præſumptione iuris, & de iure, de qua.

Sed requirũtur probationes validiores.

Præsũptio iuris, & de iure probationẽ in contrariũ non admittit.

2. REGVLA ſit. Præſumptio iuris, & de iure, probationem in contrarium non admittit, vt eſt tex. expreſſus *in l. à Diuo Pio, §. ſi pignora,* & ibi gl. *ff. de re iudic* Præpoſ. *in c. is qui fidem, n.* 8. *de ſponſal.* & ibi, teſte Menoc. *de præſump. lib.* 1. *q.* 60. *n.* 2. ita affirmant Interpretes omnes, vbi concordantes inducit, Alciat. Cæpol. Curt. iun. Iaſ. Rom. & Salyc.

Niſi cõfeſſionẽ iudicialem eius pro quo præſumitur.

3. LIMITATVR 1. Regula; Vt præſumptio iuris, & de iure admittat probationem in contrarium ex confeſſione iudicialiter facta, in his, quæ à poteſtate confitentis dependent, Abb. Alciat, Alex. Corn. Crauet. Socin. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 61. *nu.* 5. Ratio eſt, quia etſi præſumptio iuris, & de iure à lege pro veritate habeatur, non tamen propriè eſt ipſa veritas, cum præſumptio verſetur circa id, quod eſt dubium, Alciat. Bal. & Menoc. *nu.* 7. Confeſſio autem illius, pro quo eſt præſumptio, veritatem ipſam detegit; Et ideò dicunt legiſtæ, quod nulla eſt melior, & efficacior probatio, quam proprij oris confeſſio, *l. vlt. C. de non num. pecun.* & ponderat *vbi ſupra* Menoc. Quid autem dicendum ſit de confeſſione extraiudiciali, vide Menoc. *ibidem n.* 12. *& ſeq.*

Quid in confeſſione extraiudiciali?

Etiam tacita.

4. AMPLIATVR hæc limitatio; Vt procedat etiam in confeſſione ficta a lege præſumpta, in iudicio facta, vt in contumacibus, Alex. Alciat. Aret. Bal. Bar. Fely. & Menoch. *n.* 9.

Quid in probatione quinq; teſtiũ, vel &c.

5. LIMITATVR 2. Regula; Vt teſtimonium quinque teſtium admittatur contra præſumptionem iuris, & de iure, Abb. Bar. Bero. Dec. Felyn. & Menoch. *q.* 63. *nu.* 1. licet contra Bal. & quidam alij relati *ibidem n.* 2. Immò etiam duorum, vel trium teſtimonium, multum legalium, honeſtorum, & proborũ, in hoc caſu admittitur, quando concurrit alia coniectura, Butr. Crauet. Dec. & Menoch. *q.* 64. *nu.* 2. iuncta comprobatione, de qua *n.* 1. Quamuis etiam in hoc non con-

consentiat Bal.

Vel in probatione p indirectum. 6. LIMITATVR 3. Regula; Vt probatio per indirectum admittatur contra præsumptionem iuris, & de iure, Abb. Alex. Bar. Boll. Butr. Felyn. Rom. & alij, quos refert, & sequitur Menoch. *q. 65. n. 1.* Ratio est, quia cum lex requirat certas qualitates ad hanc præsumptionem constituendam, semper admittũtur probationes, quod non simus in tali casu, vel quod non concurrat aliqua ex requisitis qualitatibus, Bar. *in l. 1. §. & parui, n. 2. ff. quod vi, aut clam.*

Exemplificatur. 7. Plurima exempla pro declaratione huius limitationis insinuat *ibidem* Menoc. *à n. 3. vsq. in fine q.* Et præsertim *n. 7.* exemplificat in inimico exeunte de domo occisi, gladio districto, cruentoque, contra quem est præsumptio violenta, quæ iuris, & de iure dici potest (secundum Menoch) quod sit homicida, Bal. Bart. Boer. Gram. *& ibidem* sequitur Menoch. & tamen contra hanc præsumptionem admittitur probatio per indirectum, nempè probatio, occisum, fuisse mentecaptum, & sæpe sibi manus intulisse, vel quod occisus, cum prætenso inimico fuerat reconciliatus, & eum alias potuisset occidere, si ei placuisset.

Vel in probatione ex notorio p manẽtis facti 8. LIMITATVR 4. Regula; Vt probatio ex notorio facti permanentis, contra præsumptionem iuris, & de iure admittatur, Alciat. Rom., & Menoc. *q. 67. n. 2.*

9. De materia huius q. diffusè Menoch. *de præsumpt. lib. 1. à q. 60. vsque ad 76.*

Quænam præsumptio, aliam præsumptionem tollat? Quæstio 77.

1 REGVLA sit. Præsumptio validior, debiliorem perimit, & tollit, vt clarè probat tex. & ibi gl. *in l. Diuus, ff. de in integrum restitut.* & ita tenuerunt Ang. Alciat. Gram. Marsil. Salyc. & plures alij, quos refert, & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 30.* vbi ait, Hanc Regulam esse sine controuersia, & subscribit Mascar. *de probat. lib. 3. concl. 1231. nu. 11. & sequentibus.* Præsũptio validior tollit debilioɾẽ; exẽplificatur multipliciter vsq; ad numerũ 4

2. Hinc infertur 1. quod cum specialis præsumptio iuris sit validior præsumptione hominis, illa hanc tollit, Curt. iun. quem sequitur Menoch. *q. 29. n. 1.*

3. Infertur 2. quod, quando agitur de duabus præsumptionibus iuris, vel hominis data paritate in reliquis inter se, illa oppositam tollet, vt validior, quæ actum valere, & consistere facit; Quæ a substantia prouenit, tollit eam, quæ à solemnitate; Quæ benignior, tollit minus benignam; Quæ iuri cõmuni inheret, tollit eam, quæ iuri speciali; Quæ naturalis, eam superat, quæ est accidentalis; Quæ magis verisimilis, tollit eam, quæ minus est verisimilis; Quæ est negatiua, præualet affirmatiuæ; Quæ à facto, tollit eam, quæ sumitur à non facto; Quæ fauet animæ, & absurda euitat, aufert eam, quæ talem non esse dignoscitur. Omnia ista tenet, & probat Menoch. *q. 29. vbi supra; & de arbitr. Iudicum lib. 2. casu 472.* His adde; Specialem

præ-

præsumptionem, tollere generalem, Menoch. *d. q* 29. *nu*. 7. & Mascard. *vbi supra*, *n*. 6. *& seq*. vbi inducit in comprobationem plurimos DD. Et eam, quæ est pro Reo, præualere ei, quæ est pro Actore, Menoch. *ibidem*, *n*. 11. & Mascar. *loco citato*, *num* 9. *&* 10. inducens Gig. Gram. Cæphal. & Rom. & consequenter delicti exclusiuam, tollere delicti inclusiuam, Mascar. *ibidem*, *nu*. 30. cum Abb. Felyn. & pluribus alijs.

4. Infertur 3. Vt non solum præsumptio iuris, & de iure, sed etiam iuris tantum, tollat præsumptionem hominis, Bald. Dec. & Masc. *vbi sup*. *n*. 39.

5. De materia huius q. latè Menoc. & Masc. *locis supra cit*.

6. Et hæc sufficiant pro tractatu hoc sexto de Præsumptionibus; Qui plura copiosissimè voluerit videre, adeat Menoc. *de præsumptionibus*, *de quibus sex non mediocres composuit libros*.

Finis Tractatus Sexti de Præsumptionibus.



DE

DE REI CITATIONE

Vsque ad eius defensiones EXCLVSIVE.

TRACTATVS SEPTIMVS.



XPLETIS tractatibus de Testibus, de Inditijs, nec non de Præsumptionibus, pro conplemento Capitis 2. primæ partis huius operis; De his, quæ spectant ad ordinatè processum prosequendum; remanet iste Tractatus Septimus, cum duobus sequentibus; qui spectant præcipuè ad Reum; Quique, iuxta *c. forus, de verb. signif.* dicitur ille, qui de aliquo crimine accusatus, vel inquisitus, causam in iudicio dicere cõpellitur; Et qui cum, dubio procul, citandus sit, ab eius citatione, initium est sumendum, cum ante quam quis citetur, seu vocetur, non dicatur eius nomen positum in numero Reorum.

Reus quis dicatur?

Quãdo nomen alicuius dicatur positũ in nu. Reorũ.

2. Pro pleniore intelligentia, quando nomen alicuius possit dici positum in Reorum numero, animaduertendum; Quod si prætensus Reus sit præsens, quando lis contestatur, scilicet, dum Iudex interrogat, & prætensus Reus respondet; Tunc nomen eius dicitur poni in numero Reorum: Et in hoc nulla videtur esse difficultas, vt ait Clar. *§. fin. q. 14. vers. sed hic*, vbi dicit, quod hæc fuit opinio Petri, quam consuetudo approbare videtur, secundum Bald. & de magis communi, test.s est Villal. Si autem Reus est absens, & ex parte sua propositæ fuerunt exceptiones dilatorie, e. g. Quod Iudex non sit competens, & Accusator inhabilis. Si Iudex has reijciat exceptiones, vel declaret, quod his non obstantibus, ad vlteriora procedatur; Tunc, & non ante, nomen imputati dicitur positum inter Reos. Si verò etiam in absentia, ex parte imputati propositæ fuerunt exceptiones concernentes merita causę, & imputatus est contumax, statim in primo termino contumaciæ, dicitur eius nomen receptum inter Reos, hæc est distinctio Bart. quam dicit Alex. esse communem, Ang. *de malef.* testastatur de praxi, & hos refert, & sequitur Clar. *vbi sup.*

De Rei Citatione, Quæstio 78.

Citatio legitima Rei necessaria est. 1 REGVLA sit. Citatio Rei necessaria omnino est; Si enim Reus non citetur, vel citatio esset nulla, vel minus legitimè facta, processus, & sententia, & omnia, quæ sequerentur; essent ipso iure nulla, Clar. *§. fin. q. 31. in princ.* per gl. *in l. si accusatoribus, C. de accusat.* qui ait esse communem, teste Rolan. & ita asseruit Boss. alios inducẽs, *in titulo, de Citationibus, n.* 13.

Nõ est citãdus Reus nisi præcedat probatio. 2. Caueat verò Iudex, ne quemquam tanquam Reum citari permittat, nisi delictum sit per grauia inditia probatum, ita vt contra Reum sit plusquam simplex præsumptio, licet, fortè, minus quam semiplena probatio, & ita, ait Clar. *q. 20. parum. post princ.* tenere omnes communiter DD. teste Corneo. De quibus vide tradenda *infra, q. 95.*

An Princeps, vel statutum possint tollere citationem. 3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt Princeps, de potestate ordinaria, non possit procedere contra aliquem non citatum, Clar. *ver. adde*, vbi ex Corset. & Socin. testatur de communi. Immò in criminalibus, nec potest Princeps hoc præstare de plenitudine potestatis, Socin. qui ait, quod omnes hoc fatentur, quem refert, & sequitur Clar. *vers. adde*, vbi ait, quod semper ita vidit in praxi obseruari. Ratio est, quia cum citatio sit iuris naturalis, non propter se, sed propter defensionem requiritur, vnde, nec à statuto, neque à Principe tolli potest, Baiar. ad Clar. *q. 31. n.* 8. ex Bal. & Vantio; Intellige, vt citatio 1. sit de iure naturali, aliæ verò de iure positiuo, secundum Afflic. *dec* 283. & DD. *in c. ex parte, il* 2 *de off. Deleg.*

Nullitter, & peccaminosè sine citatione Iudex condemnat. 4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt si Iudex aliquem condemnaret, non prius citatum, seu vocatum, non solum nulla esset condemnatio, sed etiam Iudex peccaret mortaliter, secundum Arret. *in pract. crim. c. 1. de Reis*, & Bouer. *in direct. fori iudic. par. 2. c. 34.*

D. non necessario citationũ. 5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt præuia vna tantum citatione, non possit Reus in criminalibus condemnari, Clar. *§. fin. q. 31. vers. quaro modo, per l. absentem, ff. de pœnis*. Et quia, vt *ibidem* ait Clar. in forma, & multiplicitate citationũ, consuetudo seruanda est, & statuta loci, vbi iudicium agitur; Ideo licet de iure communi debeat Reus vltra citationem 1. etiam citari ad allegandum, deinde peremptoriè ad sententiam, secundum Clar. *ibidem*; Apud nos est consuetudo longissima approbata in citationibus Reorum, & in omnibus alijs, vt Generales, Prouinciales, vel eorum Delegati, non seruent formã iuridicam citationum, sed eosdem absentes per simplices epistolas, vel in eodem Conuentu existentes, per quemlibet fratrem internuncium, nulla illis intimata causa in processu contra illos contenta, ad se euocare soleant, teste Bouer. *vbi supra*: Et loco citationis, solet vt supra primo vocari Reus; Constituto verò eius expleto, loco secundæ citationis vocatur Reus si absens sit, si verò in iudicio adsit, offertur, & datur ei Consiliarius intra Congregationem nostram; vlterius capitulorum copia ex dictis

Praxis apud nos in citationibus, & in modo earum.

testium extracta, & inditia in processu apparentia, cum debito temporis interuallo ad defensiones faciendas Reo dantur; Et tandem loco tertiæ citationis peremptoriæ; vocatur, seu si præsens sit Reus, in facie ipsius, coram Iudice, & testibus, ab Actuario, legitur, & publicatur sententia, seu decretum pro, vel contra Reum; Et ita nunc solet apud nos practicari; Immò vt sententia in facie Rei publicetur, dum est præsens, est praxis obseruata in toto mundo, secundum Ang. quem refert Clar. *q. 31. vers. sed hinc*, vbi, in comprobationem, citat Boss. Barba. & Bianch.

6. AMPLIATVR 4. Regula; Vt citatio sit necessaria etiam ante sententiam declaratoriam, quod quis inciderit in excommunicationem, vel in aliquam pœnam ipso facto impositam, gl. *in Clement. præsenti, in ver. constiterit, de censibus*, quam sequuntur omnes, vt aiunt Socin. Ripa; & Clar. *d. q. 31. vers. Item adde*.

Necessaria est citatio ante declaratoriam sententiam.

7. Nota, quod Reus potest, dum est contumax, citari sub pœna carcerationis, banni, vel similis, iuxta grauitatem negotij, secundum Baiar. ad Clar. *q. 31. n. 26.* ex Farin. *q. 18. n. 59.* Et hodie, de consuetudine, indistinctè, mulctæ Iudicis arbitrio imponuntur, secundum Baiar. *ibidem n. 33.* ex Ias. Cagn. Rolan. Menoch. & Boss. Vnde potest Iudex mulctam comminatam remittere, Baiar. *n. 32.* cum Barb. & Cagn. Etiam in totum, *ibidem* Baiar. ex Alciato, & Bertaz.

Reus contumax sub aliquapœna citari potest.

8. Plura de materia citationum, & quomodo fiant Romæ, Farin. *q. 11. nu. 38. cum multis sequentibus*. Et latè Guaz. *in tract. ad defensam per totam 10. defensionem*.

De captura, & carceratione Rei?
Quæstio 79.

1. CVM post Rei citationem, seu vocationem, immò aliquando etiam antea, dum fuga timetur, soleat ad capturam, quæ à DD. etiam citatio realis dicitur, & ad carcerationem deueniri Reorum; de his post citationem Rei verbalem, hic agendum est.

2. Præmitto 1. quod triplex est genus carceris; primum est ad custodiam; cum nempe Iudex, ideo in carcerem trudit, quia tantum prætendit captum custodire, ne aufugiat, vel ne cum alijs alloquatur; Alterum genus carceris est ad torturam, cum scilicet Iudex tradit aliquem in carcerem ad eum affligendum, iunctis alijs pœnalitatibus, vt veritatē fateatur; Tandem tertium genus carceris est in pœnam, cum videlicet in alicuius criminis pænam à Iudice per sententiam Reus in carcerem destinatur; Diaz. *in prac. crim. canon. c. 126.* hæc tria genera carceris declarat; Et ad publicum pertinent carcerem, qui in se licitus est: Et nota, quod longa, & diuturna carceratio, ex quocunq; ex tribus prædictis capitibus fit, pœnæ diminutionem, delicto debitæ, inducit, dum Reus culpa, & facto Iudicis in carcere detinetur, *l. omnes C. de pœn.* Franc. Cabal. & Guaz. *defens. 2. c. 2. n. 22.* qui, *n. 18.* plures con-

Triplex est carceris genus.

Longa carceratio, an diminutionē pœnæ delicti inducat?

cordantes inducit, absolutè tenentes, diuturnam carcerationem minuere pœnam, & hi sunt Alber. Angel. &c. Reperitur etiam carcer priuatus, & illicitus, de quo *infra, in Regula sexta, n. 35. & seq.*

De carcere priuato, & illicito, remissiuè.

Carcer ad custodiá sit humanus.

3. Præmitto 2. quod quādo Reo carcer ad custodiam datur, debet esse vtiq; tutus, & fortis, sed humanus, & ciuilis, iuxta præscriptum *in nostris Constitutionibus, cap.* 10. Ita vt, qui in ipsum includitur, benignè tractetur, nullaq; pœna afficiatur; Carceres verò inhumani, & nimis tetri, non modo apud ecclesiasticos, sed etiam apud sæculares reprobantur; & Iudices in talibus carceribus Reos detrudentes, vt mali, vituperantur à Boss. *in tit. de carcere, n. 2. & 3.* Intelligendum quis detinetur in carcere ad custodiam, dum enim datur in pœnam, iustis de causis, potest esse obscurus, tetrus, & subterraneus, saltem de consuetudine, Far. *q. 27. nu.* 104. Quando autem carcer est ad custodiam, debet in actis explicari, carcerem non esse datum ad torturam, vel pœnam, sed ad custodiam, vt sic ex eo carceratus, iuris infamiam non contrahat, quæ vadit in consequentiam ad carcerem in pœnam inflictum, præsertim apud nos; vt not. Bouer. *in 2. par. dnect. c. 34.*

Quid in carcere in pœná.

Quādo carcer datur ad custodiá expliceetur.

4. Præmitto 3. Iudicem Regularem animaduertere debere, ne leuiter, & pro omni crimine faciat fratrem in carcerem trudi, tum quia eius præiudicium est irreparabile, vt notat Bal. quem sequitur Fely. *in c. cum super, de re iudic.* tum etiam ne ipse Iudex, iniuste carcerando peccet mortaliter, ad restitutionem famæ teneatur, Nauar. *in rubr. de iudic. n. 83.* & vlterius etiam, Deo, & hominibus rationem reddere debeat, & de Iudicis statu, ad Rei statum in Syndicatu transire cogatur; pro quibus vide *hic infra, n. 8.*

Caueat Iudex à carcerationе pro leui causa, seu iniusta.

5. REGVLA 1. sit. Ad iustam capturam, & carcerationem Rei ad custodiá, inditia ad hoc ex processu resultantia esse debent, Clar. *§. fin. q. 28. vers. secundum est*, Far. *q. 27 n. 113. & sequentibus*; & his stantibus, secundum eosdem, & communem, captura legitima dicitur.

Inditia in processu requiruntur ad carcerationē ad custodiá.

6. AMPLIATVR 1. Regula; Vt inspecta qualitate personæ, & delicti, existimetur sufficiens aliqualis iuridica informatio ad capturam, Blāc. & Boss. qui de commun, Ang. & Clar. *q. 28. scias*, vbi testatur de veriori.

In spectá personæ qualitate.

7. LIMITATVR Ampliatio 1. Vt procedat in laico prætertim, vili, cui ex carcere infamia non inuritur; Secus autem est in Clerico, cui carceratio etiam ad custodiam, in dedecus redundare solet; Et propterea pro aliquali informatione, Clericus personaliter detineri non potest, sed ante eius capturam, Iudici constare debet de corpore delicti, aliás Iudex incideret in excommunicationem secūdum communem DD. de qua testatur Corn. quē refert Clar. *vers. quæro nunquid*, & subscribit Farin. *q. 27. n. 74.* & ante dixit Io. Andr. *in cap. si Clericus de sent. excomm. in 6.* vbi idem asseruit de quacunque iniusta Clerici carceratione, & se-

Quid in Clerico?

quitur Corn. & Clar. *vbi sup.* cum communi; Præterea requiritur, quod Clericus sit fugitiuus, ita cõmuniter DD. teste Corn. & Clar. *ibidem*, nec non Farin. *n.* 76. alios inducens.

Sen in Regulari. 8. Hæc limitatio multo magis procedit in Religiosis, in quibus quælibet captura quandam infamiam redolere solet, præsertim dum sũt viri aliquo titulo insignes, qui sine grauissima causa, nec ad custodiam debent mancipari, vnde dum monasterium, vel cella ad custodiam satis est, à carcere formali, vt fama integra seruetur, abstinendum erit, vt notat Bouer. *in Direct. par. 2. c. 34.* Et licet; quæ sint delicta, pro quibus Religiosus potest carcerari, arbitrio Iudicis relinquatur; Regulariter, dum pro delicto pœna corporalis imponẽda est, ex hac parte potest Reus carcerari, Clar. *q. 28. in princ.*

Statim relaxãdus est Reus dũ apparet innocens. 9. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt nõ solùm sine inditijs quis carcerari non debeat, sed vbicunque etiam pendẽte processu, appareat Reum non esse culpabilem delicti, de quo imputatur, sit relaxandus, *l. 1. de exhibit. Reor.* Clar. alios citans *q. 46. vers. pariter*, vbi subdit, hanc relaxationem operari, vt Reus ex eadem causa iterum carcerari non possit, nisi nouis superuenientibus inditijs, & Boss. testatur de obseruantia.

Qui legitimæ resistit capturæ, puniẽdus, præsertim vi armata. 10. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt positis sufficientibus inditijs, adeo legitima sit captura, vt ille, qui se eximit de manibus habentium mandatum de capiendo, sit puniendus, sicut ille, qui fugit de carceribus, mitius tamen, cum non violet publicos carceres, dummodo faciat sine violentia; Sed si defenderet se cum armis, puniendus esset, sicut illi, qui resistunt capturæ, Clar. *q. 29. vers. quæro etiam*, & Far. *q. 32. n. 26. 27 & 28.*

An resistẽtes armis percuti possint. 11. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt si quis resistat vi armata, nec possit aliter capi, habentes hoc in mandatis à Iudice, possint eundem grauiter etiam percutere, Blanc. qui ait, de hoc neminem dubitare, Clar. hunc, & alios referens, *q. 29. in princ.* vbi cum Amad. admonet capientes, vt quantum fieri potest, caueant à percussionibus, alias si deinde apparebit quòd Reum potuissent sine percussionibus capere, non euaderent pœnam saltem extraordinariam, Clar. *ibidem*; Et hanc materiam diffusè habes apud Farin. *q. 32. vsque ad 53.* vbi meritò coarctat nimis capiẽtes, vt cum moderamine inculpatæ tutelæ, & non aliter percutiant; Et noster Bouer. *vbi sup. erga fin.* monet nostros Religiosos, vt caueant in captura Reorum quoscunque tumultus, nec Satellitum more in capiẽdum irruant, sed omnia moderatè, & religiosè fiant.

Potest Ecclesiasticus vti ad capturam brachio seculari. 12. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt, positis sufficientibus inditijs, Ecclesiasticus possit capi, & carcerari, non solùm à suo Superiore, sed etiam à Laico, ex mandato Superioris Ecclesiastici, Angel. quẽ citat, & sequitur Boss. *in tit. de captura, n. 37. per c. vt fama, de sententia excom.* ita vt quando Clericus non permitteret se capi, vel duci, possit etiam à laico verberari;

ri, Boss. cum gl. ab eo citata.

Quãdo Iudex sęcularis sine Ecclesiastici licentia possit capere Clericum.

13. Immò, vt obuietur delicto per Clericum committẽdo, potest etiam sine licentia Ecclesiastici, à Iudice sæculari Ecclesiasticus capi, Abb. *in c. cum ab homine, de iudic.* Diaz. *in prac. crim. Canon. cap.* 123. vbi Lopez. *in addit.* cum alijs per eum allegatis, & Nauar. qui de communi *in rubr. de iudic. nu.* 92. Et idem dicendum est in Clerico inuento in flagranti crimine, qui, quum Iudex Ecclesiasticus non est præsens, potest à Iudice sæculari capi facere, dummodo statim ad suum Iudicem remittatur, DD. *in d. c. vt famæ*, Diaz. *vbi sup.* cum allegatis *ibi* per Lopez; Qui ampliat hoc ad quemcumque priuatum, inducens Bar. & Clar. qui *q.* 28. *vers. si verò*, testatur de communi.

Si Reus dum ad carcerẽ ducitur appellet, tamẽ carceratur.

14. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt adeo legitima sit captura cũ indicijs, vt si Reus videns se ad carcerem duci, appellet, vt se eximat; licèt de iure appellatione pendente nihil sit innouandum, tamen saltem de consuetudine, seruatur, vt carceretur; Nec per hoc dicitur Iudex aliquid innouare, sed potius ius publicum, & suum tueri, ne Reus fuga pœnam delicti euadat, alias enim iudicia eluderẽtur, Clar. *q.* 46. *vers. sed quid*; Et non modo si Reus a decreto carcerationis ad custodiam appellet, carceri tradatur, sed etiam si appellet ab ipsa carceratione, vel a sententia, quod in carcere ad pœnam detineatur, nihilominus etiam pendẽte appellatione in carcere detinendus est, & sic sit quæ iam successiua executio sententiæ contra appellãtem,

Idẽ dicitur de appellãte a decreto carcerationis, vel à carcere, qui detinetur in totum.

Bal. Lancel. Maran & Baiar. ad Clar. *q.* 46. *n.* 6. Iterum plura, de hac Ampliatione, dicentur, *infra q.* 148. *n.* 9. *vsque* 13.

in carcere.

Pœna eximentis captum.

15. AMPLIATVR 7. Regula 1. Vt adeo legitima sit debita captura, quod eximens detentum de manu habentium mandatum de capiendo, de iure, pœna capitali sit puniendus, Clar. *q.* 29. *vers. eximens*, & *q.* 68 *vers. eximens*, *per l. cuiuscumque, ff. ad leg. Iul. Maiest.* & Plac. testatur de communi; Et dato, quod exemptus esset captus pro maleficio, & de eo condemnatus, vel confessus, eximens teneretur lege Iulia Maiest. ex Bar. Boss. *tit. de captura*, *n.* 16. Alex. Cagn. Carrer. Maran. & alijs, quos sequitur Farin. *q.* 32. *nu.* 2. Et hæc præsertim sine difficultate transeunt in statu Ecclesiastico, propter Bullam Xisti V. in qua comprehenduntur quicunque eximentes captos pro criminibus in ea expressis, vt sũt crimina læsæ Maiestatis, homicida, latrocinia, & alia nefaria crimina, Farin. *ibidem* ita declarans *n.* 5. & 6. *in fin.* referens compendium dictæ Bullæ.

Quid in indebitè capto.

16. LIMITATVR hæc Ampliatio; Vt non procedat, dũ Reus indebitè erat captus, Iaf. qui de communi, quem refert Boss. & Clar. *vers. sed quid*, impune, enim in hoc casu quis eximitur, Boss. *tit. de captura*, *n.* 5. *per l.* 1. *§. Offilius, cum duabus ll. sequentibus, ff. ne quis eum qui*; Dummodo notoriè de iniustitia constet, secundum Alex. Dec. Rom. & Baiar. ad Clar. *ibidem nu.* 12. Decian. & Farin. *q.* 32. *nu.* 78.

17. LIMITATVR 1. Regula 1. In

Infirmus nõ est carcerandus. 1. In grauato infirmitate, qui licet legitimè inditiatus, non debet in carcerem trudi, sed debito modo assecurari, adhibitis custodibus, Gram. & Far. q. 27. n. 87.

Captura ex informatione extraiudiciali in casu concedetur. 18. LIMITATVR è contra 2. Regula 1. Vt licet, secundum vnanimem DD. opinionem, captura, ex sola informatione extraiudiciali non concedatur, hoc tamen fallat tribus concurrentibus; primò, vt delictum, de quo agitur, sit enorme; secundò, vt Reus de fuga sit suspectus, dum informationes iuridicè sumerentur; tertiò, quod inditia statim sint legitimè in scriptis redigenda, Gauens. qui testatur de praxi, Saly. Clar. & Far. q. 27. n. 131.

An, & in quibus captura possit in Ecclesia exequi. 19. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt nõ detur adeo legitima captura, quæ regulariter in Ecclesia exequi possit, Clar. q. 30. in princ. qui cum Maran. testatur de communi, & est tex. in c. inter alia, de immun. Eccles. Et iste Canon renouatur à Conc. Trid. sess. 15. cap. 20. Excipe ab hac limitatione latrones, qui vias publicas paratis insidijs obsident, vt homines occidãt, vel agros nocte vastent, sicut & alios homicidas ex insidijs, Igneus, qui testatur de communi omnium Canonistarum, Clar. ibidem vers. quæro nunquid; Item excipe delinquentes in Ecclesia, Clar. vers. item quæro, per c. fin. de immun. Eccles. & testatur de communi. Item excipe Clericos, qui de consuetudine non gaudent dicta immunitate, Didac. Remig. & Clar. vers. vlterius. Sed nota cum Abb. & Farin. q. 28. n. 7. quod vbi talis consuetudo non adest, seruandum est ius commune, secundum quod, etiam Clerici, dicta immunitate gaudẽt, vt ibidem Farin. rationibus, & auctoritatibus probat; Qui tamen n. 8. subdit cum Abb. & Giga, absolutè Clericos dicta immunitate non gaudere in delictis dignis degradatione, & traditione curiæ sæculari. De tota materia huius limitationis latè agit Far. q. 29.

20. REGVLA 2. sit. Iustè carceratus, licitè è carcere aufugere non potest, Clar. q. 21. vers. 3. autem, & ita generaliter plurimi tenent DD. relati à Couar. lib. 1. variar. resol. c. 2. n. 10. & sum. Angel. ver. fugere, nu. 1. Et talem fugientem mortaliter peccare, dixerunt Bar. Fely. & Boss. tit. de carcere n. 4. & isti pariter generaliter loquuntur. — An iustè carceratus, possit sine culpa è carcere fugere.

21. Sed è contra non desunt plurimi alij DD. simpliciter, indistinctè, generaliter tradentes, Reum è carcere licitè aufugere posse, vt Caiet. Henric. Maior. Sot. Syluest. quos refert Azor. par. 3. lib. 13. c. 24. Vbi tamen distinguendo, primam opinionem procedere ipse censet in carcerato ad pœnam, secũdam autem in carcerato ad custodiam. Plura in proposito huius Regulæ tradit Dia. pa. 3. tract. Miscel. 5. resol. 102. vbi docet iustè ad mortem damnatum, carcerem effringere posse, & fugere, citans Io. de la Crux, & Villalob. & testans de communi: Licet in hoc contradicant Couar. Henr. de Gand. Maior, & Syluest. Et addit Villalob. cum Syluio, contra Couar. Caiet. Sot. & alios, idem licere

re damnato ad carcerem perpetuum: Subdens, *ibidem* Dia. probabiliter cum Bonacc. idem dicendum esse de damnato ad carcerem temporaneum, maximè si sit valdè grauis, & subscribit Tanner. *Eodem loco*, agit Dia. de fugiente è carcere, vim aliquam ministris inferente; Item de ministrantibus instrumēta ad carcerem frangendum, seu de consulentibus fugam. Animaduertat hic Religiosus ad iustam custodiam detentus, quod cauere debet a fuga, ne in apostasiam incidat, Rodriq. *in quæst. Regul. to. 2. q. 23. ar. 6.*

Quid in Regulari?

An effractor carceris habeatur pro cōfesso?

22. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt adeo illicita sit fuga a carceribus, vt aufugiens; in pœnam fugæ habeatur pro Confesso, & conuicto de eo crimine, de quo est imputatus, Boer. Rip. & Clar. *q. 21. vers. 3. autem, per tex. in l. in eos, ff. de custod. Reor.* Bar. & Ias. quos sequitur Boss. *in tit. de capturis n. 5. per l. ad comentariensem, C. de custod. Reor.* & ita etiam sentiunt DD. quos ad saturitatem citat Far. *q. 30. n. 7.* inter quos Gram. testatur de communi, & Viu. de magis communi.

23. At contra hanc Ampliationem tenet Far. qui relatis in proposito Ampliationis propositæ octo Doctorum benè fundatis opinionibus, *q. 30. à n. 2. vsq; ad n. 21.* Iura Doctorum auctoritates, & conuincentes rationes inducit, cōtra sustinentes, effractorem carceris haberi pro confesso, & pœna confessi puniendum esse, nempè *à n. 8. vsque ad 12.* vbi ostendit in proposito, pœnam arbitrariam esse debere; Et hanc opinionem Bertaz. relatus à Far. *nu. 10.* dixit magis communem, & in praxi seruata: Et huic opinioni, ego adhærens, eius solidam veritatem, *ex sequenti proxima 3. Regula, nu. 26.* & eius probatione, demonstrabo.

Custos carceris aufugiente carcerato, an sit puniendus?

24. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt non modo si ex dolo, sed etiam si ex nimia negligentia custodis, carceratus pro causa criminali aufugerit, regulariter custos carceris eadem pœna puniendus erit, qua plectendus erat carceratus, ita benè probat *l. ad commentariensem, & ibi* hoc not. Bar. Bal. *n. 3.* Alber. in fine l. Saly. *in Summario, C. de custod. Reor.* & per illum tex. ita tenuerunt Ang. Aret. Boer. Boss. Corr. Cyrill. Gom. Gram. Menoch. & plures alij, quos sequitur Far. *q. 31. n. 2. & 4.* vbi testatur de communi: Etiam pœna mortis, dum tali pœna fugiens plectendus erat, Boer. Menoch. & Far. *n. 6.* At si culpa leui custodis fuga secuta fuerit, tunc, pro modo culpæ, Iudicis arbitrio custos punietur, secundum Alber. Boss. Par. de Put. Salyc. & Far. *n. 4. & 125.* In antecedenti verò casu, tunc Ampliatio procedit, cum re vera fugiens delictum commisit, *d. l. ad commentariensem,* vbi Bal.

Quomodo custos probet suā diligentiam.

25. Et nota, quod in casibus fugæ custos tenetur probare suam diligentiam, aliàs negligens præsumitur, Bar. Catald. Paris, & Baiar. *ad Clar. q. 67. n. 30.* Alex. Bal. & Farin. cum alijs ab eo citatis, *q. 31. n. 19. & 20.* Quæ tamen diligentia ostenditur per probationē, quod in tali officio in præteritum semper fuit diligens, Franc. Becc-

cius,

cius, & Farin. *n.* 21. *&* 22. Et dum custos probat, se adhibuisse solitam diligentiam, carceratos detinendo in loco, in quo similes detineri, solent, non tenetur de fuga, Ang. Aret. Boer. Cæpol. Cyril. & Farin. plures inducens, *n.* 131. Sed si in loco non solito eos detinuisset, pœna extraordinaria plectendus esset, Bal. Masc. Menoch. & Farin. *n.* 132. *&* 133. De tota materia ad custodem carceris pertinente, diffusè agit Farin. *q.* 31. *per totam*.

Reus carceratus effractor carceris punitur.

26. REGULA 3. sit. Reus carceris effractor, arbitraria pœna puniendus est, siuè aufugerit, siuè non; Sed mitius puniendus erit, si non aufugerit, quàm si aufugisset: Hæc Regula est Far. *q.* 30. *nu* 34. eamque in ambabus eius partibus probanda erit.

Quid si aufugerit?

27. Pars 1. Regulæ; nempè quod Reus effractor carceris, si aufugerit, arbitraria pœna sit puniendus, probatur *per l.* 1. *ff. de effractor.* in illo verbo (eruperunt) & in illo alio (euaserint) in quibus textus clarè loquitur in casu fugæ, iam sequutæ; Similiter in illis verbis, (capite puniendum, &c.) in quibus apertè pœna capitis imponitur, & concordat, *l. milites agrum, §. eius fugam, ff. de re milit.* Et in his, iuribus fundati, carcerum effractoribus pœnam capitis esse infligendam, dixerunt Abb. Anchar. & Anan. *in c. à nobis, de apost.* Ang. Bar. Carer. Mascar. & Menoch. qui alios inducit, nec non Far. vltra præfatos, septem alios concordantes inducens, *q.* 30. *n.* 2. quos sequitur, *nu.* 22. Quomodo autem hæc capitis pœna possit dici arbitraria, dicam *infra, hic proximè, n.* 28. 29. *&* 31.

Pœna capitis multipliciter interpretatur.

28. De qua autem pœna capitis intelligantur præcitata iura, est controuersum apud DD. nam Boss. Fely. Marsil. Viui. qui testatur de vera, & communi opinione, & plures alij relati à Farin. *q.* 32. *nu.* 3. sentiunt prædictam pœnam esse mortis naturalis. At alij DD. è contra sustinent non esse pœnam mortis naturalis, sed aliã mitiorem, ita Burs. Duen. & Marsil. quos refert Farin. *n.* 4. dicens, horum opinionem fundari in hac ratione; Quia quando lex facit mentionem de pœna capitis, nihil vltra addendo, non intelligitur de pœna mortis naturalis, sed de alia mitiori, nempe de morte ciuili, vt de deportatione, relegatione, seu perpetuo exilio, ita Abb. Gostred. Hostiens. & Io. Andr. *in cap. quanto, de iureiur.* Ang. Foller. Ias. Menoch. & de communi testantur Chart. Clar. Dec. Felyn. Marsil. & Farin. hos, & alios ad saturitatem citans, *q.* 19. *n.* 3. vbi etiam ait, quod hæc opinio est multo æquior, & communior, communiterque practicata; Et consequenter, ita censet intelligenda esse præcitata iura idem Farin. *q.* 30. *n.* 4. qui *n.* 22. credit ab hac opinione non esse recedendum in iudicando, & consulendo.

Effractor post fugam captus extraordinariè punitur

29. Subdit Farin. *q.* 30. *num.* 22. numquam se vidisse morti traditos effractores carcerũ, licet post fugã ad manus curiæ deuenerint; sed quod extra ordinem, mitiori pœna, quam mortis, Iudices tales

mul-

mulctarunt, iuxta facti, & personarum qualitatẽ; Et sic illam pœnam capitis mitiorem (de qua *in l. 1. ff. de effractor.*) solent Iudices, vt plurimum, commutare in arbitrariam, ad *l. hodie*, vbi Bar. & DD. *ff. de pœnis*; ad quod comprobandum faciunt iura, & Doctorum authoritates relatæ à Farin. *q.* 17. *n.* 7. *& seq.* nec non, *q.* 30. *n.* 8. 9. *&* 10.

Vel grauius torquetur.

10. Vel etiam aliquando Iudices solent effractores carcerum, pro delicto principali, pro quo detinebantur acriori torturæ subijcere, prout practicatur Mediolani, & Neapoli, Far. *q.* 30. *nu.* 12. Et hæc praxis placuit Carrer. Clar. Dec. Ias. Rolan. qui testatur de communi, & Far. *q.* 30. *n.* 85. Vbi probat, quod ex fuga, etiam tantum attentata, vltra pœnã arbitrariam, torqueri potest Reus tamquam suspectus de crimine, pro quo detinebatur, cum Rolan. qui de communi, Couar. Dec. Ias. & alijs, *ibidem*, ab eodem Farin. citatis. Dummodo carcer esset iustus, secus si iniustus, secundum Menoch. Rolan. & Farin. *q.* 30. *nu.* 86. Et Reus non discesserit animo reuertendi, & reuersus fuerit; sed si animo non reuertendi discesserit, etiam stante reuersione, fuga faceret inditiũ ad torturam, secundum Far. cum citatis ab eo *q.* 30. *n.* 87. & 88.

Quid dũ effractor non potuit, vel noluit, aufugere?

30. Ad secundam propositæ tertiæ Regulæ partem deueniendo, nempè; quando Reus carceratus nondum aufugit, sed, vel effracto carcere volens aufugere, vel in ipsa fuga, vel nondum perfecta fractura, fuit præuentus, & sic non potuit; vel etiam noluit aufugere; Et isti sunt termini proprij *l. in eos, ff. de custod. Reor.* vt declarat Alberic. quem sequitur Bertaz. *consil. crim.* 35. *nu.* 15. *lib.* 1. vbi testatur hunc esse magis communem intellectum illius tex. & his subscribunt Ang. Boer. Boss. & alij relati à Farin. *q.* 30. *n.* 20 Probo, inquam Reum, in his casibus, pœna arbitraria puniẽdum, mitiore quidem, quam si aufugisset; Ita enim sentit Far. *q.* 30. *n.* 34. modo grauiore, modo leuiore, non habito respectu ad delictum, pro quo effractor detinetur, sed ad fracturæ, & conspirantium (dum conspiratio interfuit) qualitatem, ita Alberi. Boer. Bursat. Cuman. Duen. Gram. Viui. & expresè tradit Foller. & alij relati à Far. *n.* 8. qui hos sequitur, *n* 25. & mouetur hac ratione; quia *tex. in dicta l. in eos*, dicit simpliciter, huiusmodi effractores puniendos esse, non exprimendo, qua pœna; & propterea censetur pœna remissa arbitrio Iudicis, iuxta *l.* 1. *§. expilatores*, *vbi* Alberic. Bar. & alij, *ff. de effract.* quicquid DD. contrarium communiter sentiant, circa intellectum *dicta l. in eos*, vt ex Bursat. notat Farin. *n.* 9.

31. Quæ nam vero sit pœna arbitraria in isto casu; Farin. *q.* 30. *n.* 26. censet, Reum in pœnam, in publico torquendum esse, vel alia simili pœna afficiendum; vel torturæ acriori super delicto principali subijciendum; Et ab hac resolutione in iudicando, & consulendo non esse recedendum; & faciunt in comprobationem tradita per eundem Farin. *n.* 85.

32. Ex prædictis igitur patet, quod Reus effractor carceris, fuga tamen non sequuta, pœna arbitraria puniri potest, prout expressè sentiunt Bertaz. Boer. Ciril. & Far. *q.30.n.30.* Sed pœna mitiori, quam si fuga sequuta fuisset; affectus .n. non punitur eadem pœna, non sequuto effectu, qua puniretur effectu sequuto, vt plenè probat Menoch. *de arbitr. quæst. lib.2. casu 360. n.9.* Et hoc procedit etiam in Reo in fuga deprehenso, qui mitius puniendus esset; quia ex generali consuetudine, in delictis, affectus, ad quemcumque actum proximum, productus, nunquam punitur (effectu non sequuto) ordinaria pœna, vt attestantur Afflict. & Bertrand. & de communi testis est Marsil. & hos referens Clar. *q. 92. vers. scias tamen*, credit in non atrocissimis semper hoc seruādum esse; & subscribunt Gram. Menoch. & Farin. *num.33.*

Carceris effractor in tutiorem, & acriorē carcerē truditur. 33. Vnum hic animaduerto, quod Reus carceris effractor, licet non aufugerit, non modo puniendus est, iuxta hic supra tradita; Sed etiam ad præcauendam fugam in futuro, detrudendus erit in tutiores, & acriores carceres, ita Alberic. Boer. qui plura in comprobationem adducit, Boss. Viui. & Far. *q.30.n.84.* Vbi ait; quod hodie carcerum custodes, dum vident aliqua inditia attētatæ fugæ, non expectata fractura carcerum, statim carceratos, quos suspectos credūt, in acriores, & tutiores carceres detrudunt, & aliquando etiam cum manicis ferreis, & compedibus; & bene, ait Farin. tales enim sunt custodiendi, eorumque audacia reprimenda.

34. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt procedat, quamuis fractor carceris innocens esset de delicto, pro quo detinebatur, adhuc enim puniendus esset, vt expressè mandatur, *in l. in eos* (ibi, quamuis innocens, ex eo crimine inueniatur) *ff. de custod. reorum*; Et pœna, prout in Regula 3. proposita, erit arbitraria; vt in specie declarant, Alber. Duen. Gomez, & Farin. *q.30. n.36.* vbi ait hanc Ampliationem esse de mente omnium DD. ab eo citatorum *n.8. & seq.* Et eadem pœna, qua nocens, nam isto cásu imponitur pœna, non ad mensuram delicti, pro quo Reus detinebatur, sed ratione fracturæ, & fugæ, quæ æque vrget nocentem, & innocentem, secundum Bertaz & Farin. *n.38.* & fauent per hunc tradita, *n.25.* Effractor etiā innocens punitur.

35. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt Reus effractor aufugiēs, præmissa citatione, possit condemnari, tanquam contumax in absentia, etiám de delicto pro quo detinebatur; Non quidem quia habeatur pro confesso, sed quia ex tali fractura, & fuga resultat inditium notabile sufficiens ad torquendum, secundum Carrer. Dec. Rolan. qui de communi testatur, Ias. & Farin. *q.30.n.85.* Vnde hoc inditium, iunctis alijs, pro quibus legitime deuentum fuerat ad iustam carcerationem, dubium non est, quod sit sufficiens ad condemnandum fugitiuum, vt declarat Far. *n.43.* & tenent Afflict. Clar. Plot. idem Farin. *q.11. nu.16. vbi vers. prima tamen,* Etiam citatus ab. sens, in cōtumacia condēnatur.

meu, ait, ita in toto statu Ecclesiastico seruandum esse, iuxta *Constit. Pij V. anno eius 6. idibus Septembris*, in qua hæc clara verba habentur: Si tamen legitimis præcedentibus inditijs ad inquirendum promulgatæ fuerint; Et, virtute huius Bullæ, ita etiam sensit Chart. à Farin. *d.n.16.* relatus.

Idem dicitur in fugiente cum fractura ab alio loco dato pro carcere.

36. AMPLIATVR 3. Regula 3. Vt etiam procedat in aufugiente a palatio, seu camera, loco carceris per Iudicem assignata, dum Reus aufugit cũ fractura muri, vel portæ, secus si sine fractura, ita distinguendo dixerunt Boer. Dueo. Foller. Viui. Mascar. & Farin. *q.30.nu.50.* vbi ait, quòd hæc distinctio videtur communiter recepta.

Etiam in causa ciuili.

37. AMPLIATVR 4. Regula 3. Vt licet cum habeat in Reo effractore carceris detento pro causa ciuili, secundum Boss. Coment. & Far. *n.81.*

Item in fractore vinculorum.

38. AMPLIATVR 5. Regula 3. In effractore vinculorum aufugiente per apertum ostium, vel fenestram, ita Aug. ad Ang. Bertaz. Boer. Corrad. Mascard. Menoc. & Farin. *q.30.n.82.* vbi testatur de communi, & non vidisse huic Ampliationi contradicentem.

Seu in trascendẽte muros.

39. AMPLIATVR 6. Regula 3. Vt similiter procedat in Reo, qui sine fractione aufugit transcẽdendo muros carceris, Aug. ad Ang. Boer. & Farin. *n.83.* vbi cum Bertaz. & Claud. idem asseuerat de proijciẽte se extra carceris muros; Et idem dic in eo, qui custodi vim intulit, vel eum læsit, Farin. *n.203.*

Etiam in Clerico, & de iure Canonico.

40. AMPLIATVR 7. Regula 3. Vt procedat tam in laico, quam in Clerico, tã de iure Ciuili, quam de iure Canonico, Fabius a Monteleone, & Farin. *q.30.n.119.*

Itẽ eximens, fautores, &c.

41. AMPLIATVR 8. Regula 3. Vt, de iure, etiam eximens carceratum à carcere puniatur, nec non fautores, instigatores, & consultores, vt declarat Farin. à *n.92. vsque ad* 118.

Quid dicendum attenta Bulla Syxti V.

42. Notandum hic, quod in statu Ecclesiast co habetur *Bulla Syxti V. edita contra Bannitos, &c.* In qua læsæ Maiestatis pœna, & rebellionis imponitur omnibus, qui carcerem, aut aliam custodiam quamcumque fregerint, siue tentauerint, siue ad hoc homines, vel arma ministrauerint, ac etiam auxilium, consilium, vel fauorem quoquomodo præstantibus, vt not. Baiar. ad Clar. *q.68.n.15.* & Farin. *q.30. n.106.* vbi ait; hanc dispositionẽ considera, & serua. At Laertius Cherubinus, super hanc Bullam, notat eam in obseruantia esse Romæ, non autem extra Vrbem in statu Ecclesiastico; Et ego met, à pluribus causidicis, accepi, ita prorsus esse hodie, prout dixi ex Cherubino; quamuis forte tempore Farin. Bulla illa in statu Ecclesiastico in obseruantia esset.

Iniustè carceratus impunè carcerem frãgit, & fugit.

43. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt iniustè carceratus impunè possit carceres frangere, & fugere, Didac. Rolan. qui testantur de cõmuni, & Clar. *§ fin. q.21. vers. tertio autem*, Bart. *in l. vis eius, C. de probat.* Ripa, & alij DD. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* Bertaz. Mascard. Menoch. & Farin. *q.30. nu. 120.* Nec iste in foro conscientiæ peccabit, secundum Couar. D. Thom.

Thom. & Farin. *num.* 121.

Quis dicatur iniuste carceratus? 44. Quando autem quis dicatur iniustè carceratus, declarat Farin. *q.* 27. *per totam, & q.* 30. *à nu.* 134. *vsque* 142. vbi exemplificat, & probat; In detento de mandato Iudicis, non habentis iurisdictionem; In capto Iuris ordine non seruato; Sine inditijs; Non constito de corpore delicti; Vel ratione loci; vt quia Reus detineatur in aliquo subterraneo loco; In cippis, & ferris, in quibus intra paucos dies sit moriturus.

Quid in fugiente animo reuertédi? 45. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt Reus, qui è carceribus fugit animo reuertendi, & reuersus est, non sit, iuxta 3. propositam Regulam, puniendus, vt fractor carceris, secundum Alex. Bal. & de communi testantur Boer. & Clar. & hos sequitur plures concordantes inducens Farin. *q.* 30. *n.* 148. Sed tamen mitius, arbitrio Iudicis, erit puniédus, ita Boer. Masc. Menoc. & Far. *n.* 151. Animus verò reuertendi debet Reus probare per testes, qui ab eo, dum discederet sic audierunt, si cito reuersus sit, alias præsumitur fugisse animo non reuertendi, Bar. Mascar. Viui. & Farin. *n.* 156. Et causam recessus alleget, Boer. & Far. *n.* 157. *& seq.* alios citans.

Ex negligétia custodis. 46. LIMITATVR 3. Regula 3. In aufugiente à carcere ex negligentia custodis, qui non punitur capitaliter, sed mitius, arbitrio Iudicis *l.* 1. *ff. de effractor.* & per illum tex. Alex. Ang. Clar. & Far. qui de communi *q.* 30. *n.* 159. Et idem dicendum est in aufugiente, quia inuenit ostium apertum, Alex. Bar. Clar. Foll. Mascar. Menoch. & est communis, secundum Farin. *nu.* 160. Dummodo fugiens probet, quod inuenit ostium apertum, Farin. *n.* 161. Vel quod licentiam habuit à custode, Farin. *n.* 176.

Vel quia reperijt portam apertam

47. LIMITATVR 4. Regula 3. In fugiéte ex iusta causa; puta quia male tractatur, vel rationabiliter timet Iudicis seuitiam, vel nequitiam; & ideo ad Superiorem confugit, Boer. Hostien. Mascar. Paris. de Put. & Farin. *n.* 171. *& seq.* Vel ad Superiorem ex iusta causa fugit.

48. LIMITATVR 5. Regula 3. In aufugiente de carcere, etiã cum fractura ex necessitate, vt propter timorem ignis, aquæ, pestis, vel similis, talis enim non est puniendus, Boer. Mascar. Viui. & Farin. alios inducens, *q.* 30. *n.* 185. Vel ex necessitate.

49 LIMITATVR 6. Regula 3. In eo, qui fuit particeps conspirationis, sed eam reuelauit, qui frui debet impunitate, Alberic. Boer. Foller. Farin. & alij *n.* 193. Vel reuelans conspirationem.

50. LIMITATVR 7. Regula 3. Vt si fugiens ex carceribus, statim reuertatur, etiam citatus, tollat omne inditium, Plot. & Baiar. ad Clar. *q.* 21. *n.* 94. Sed *n.* 96. ait, secundum Bar. fugam in criminalibus regulariter inditium facere. Tenebitur tamen talis ad aliquam pœnam pro exitu è carceribus, secundum Boer. Vulpell. & Baiar. *ibidem nu.* 104. non erit nihilominus, vt fractor, seu fugitiuus puniédus, Boer. qui testatur de communi, & Clar. q. 21. *vers. tertio autem.* Vel statim reuertens.

51. LIMITATVR 8. Regula 3. cum suis Ampliationibus, & limitationibus; Vt procedant de iure communi; Sed vbi est in obseruantia Bulla Syxti V. seruetur, de

quo

quo vide *hic sup. num.* 42.

52. De materia huius Regulæ 3. eiusque Ampliationum, & limitationum, latè Far. *q.* 30.

An carcer sit species torturæ.

53. REGVLA 4. fit. Carcer de se non est species torturæ, & ideo Reus in carcere detentus, si confiteatur, eius confessio metu tormentorum extorta non dicitur, Bal. quem sequitur Carer. *in pract. fol.* 66. *n.* 6. Alex. *cons.* 19. *n.* 7. *lib.* 7. & Clar. *§. fin. q.* 64. *vers. sed an fortè*: Sed nota, hanc Regulam controuersam esse apud DD. vnde carcerem absolutè torturam esse, tenuerunt Anchar. *cons.* 24. Marsil. *cons.* 18. nec non Al x. sibi contrarius, *cons.* 46. *vol.* 2. Par. de Put. *in tract. de syndic. §. quia sæpe*, & Masc. *de probat. concl.* 353. *nu.* 17. & 18. & *concl.* 1390. *n.* 7. qui alios citat.

54. Retenta tamen Regula (prædictis non obstantibus) limitatur; Vt saltem carcer torturæ species dicatur, quando carceratus, vinculis, famæ, & frigore in carcere afficeretur, secundum Bar. Beccium, Bertran. Brun. Natt. & Baiar. *ad Clar. in dicto vers. sed an fortè, n.* 97.

Carcer in pœnã datur.

55. REGVLA 5. fit. Carcer de iure Canonico, etiam in pœnam datur, Bar. Fely. & Boss. *in tit. de carcere, n.* 2.

Et est pœna grauissima.

56. AMPLIATVR Regula 5. Vt carcer dicatur pœna grauissima, & miserrima, Tiraq. *in tract. de pœnis temperan. caus.* 41 *n.* 2. quæ morti æquiparatur, secundum Bal. quem sequitur Boss. *in tit. de carcere, nu.* 1. Et propterea dato quod aliquis per modum custodiæ fuerit carceratus; si postea per sententiam erit aliqua pœna afficiendus, clementius erit puniendus, & custodia in parte saltem pœnæ erit computanda, vt tenet, & probat Tiraq. *vbi sup. n.* 1. & 3.

Carcerẽ priuatũ exercẽs punitur.

57. REGVLA 6. fit. Carcer priuatus illicitus est, & eum exercens pœna capitis punitur, *l.* 1. *C. de priuat. carcer.* vbi Bal. & communiter omnes; Immò tanquam læsæ Maiestatis Reus vltimo supplicio puniendus est, Gig. Paris de Put. Io. de Anan. Menoc. Decian. & Far. *q.* 27. *n.* 9. quod multo magis procedit in eo, qui non modo carcerat, sed etiam torquet, Bar. Decian. & Farin. *n.* 18.

Magis si torqueat

Ampliatur in sequẽtibus in diuersis detentionibus.

58. AMPLIATVR 1. Regula 6. In detinente minus quam per 20. horas, qui dicta pœna plectendus est, Clar. *q.* 68. *vers priuatum*, vbi ex Cauensi ait, quod ita concludunt omnes DD.

59. AMPLIATVR 2. Regula 6. In detinente in loco sub custodia fideiussorum, qui incurrit eandem pœnam, exercentis carcerem priuatũ, Cassan. & Baiar. ad Clar. *q.* 68. *n.* 87. & Far. *q.* 27. *n.* 11.

60. AMPLIATVR 3. Regula 6. Vt idem dicendum sit de retinente in vinculis, vel in quacunque alia detentione, vt in Ciuitate cum custodia hominum, Plot. & Baiar. *n.* 90. Decian. & alij, quos sequitur Farin. *vbi sup.*

Iudex nõ puniens punitur.

61. AMPLIATVR 4. Regula 6. Vt Iudices negligentes in puniendo culpabiles in crimine priuati carceris, incidant, & ipsi in pœnam, de qua in Regula, *l. vnica, C. de priuat. carcer.* vbi gl. Bar. Bald. & communiter omnes, teste Far. *n.* 16. vbi plurimos citat.

62. AM-

Detinēs Clericū excōmunicatur.

62. AMPLIATVR 5. Regula 6. Vt vltra prædictam pœnam, retinens Clericum non ligatum, sed inclusum, incidat in excommunicationem, *cap. nuper*, *§. nos igitur*, *& ibi gl. de sent. excom*. Immo includens Clericum inuitum in aliquo loco, licet eius corpus non tangat, in excommunicationem incidit, secundum Bar. Bal. Castr. Felyn. Iás. Decian. Menoch. & Farin. *q. 27. n. 9*.

Limitatur in sequ. in aliquibus iustis retentionibus.

63. LIMITATVR 1. Regula 6. Vt quis per 20. horas retinere possit Clericum turpiter agentem cum vxore, filia, sorore, vel similibus, Socin. & Baiar. ad Clar. *q. 68. num.* 104.

64. LIMITATVR 2. Regula 6. In eo, qui capit alium ex quacumque iusta causa, talis enim potest eundem retinere, spatio 20. horarum, & postea ipsum Iudici præsentare, secundum omnes DD. testibus Cauen. & Clar. *q. 68. vers. priuatum*, & sequitur Farin. *q. 27. n. 22*. Vbi declarat, hoc verum, cum detinens animum habuerit à principio præsentandi eundem suo Iudici, aliás etiam ex momentanea carceratione in pœnam incideret.

65. LIMITATVR 3. Regula 6. In patre, & domino, qui in domo propria licitè ad correctionem in carcere ponūt filium, vel seruum, Cassan. Saly. & Baiar. *n. 88*. etiam si filius esset Clericus, Rayn. & Baiar. *n. 97*. Bal. Bertaz. & Farin. alios etiam inducens *n. 25*. Et idem dicendum est in Abb. carcerante suum Monachum ad correctionem, Bar. Boer. Gig. Saly. & Farinac. *num.* 28.

In praxi quæ sit pœna priuati carceris?

66. LIMITATVR 4. Regula 6. Vt in praxi Reus priuati carceris non afficiatur vltimo supplicio, sed mitius puniatur, secundum Clar. *vbi sup.* & sequitur Bert. Bonacos. & Farin. *q. 27. n. 35*. vbi ait obseruātiam communem temperasse rigorem *d. l. 1*. & quod ab hac obseruantia, quæ maximam continet æquitatem, non est recedendum in iudicando, & subscribit Baiar. *n. 105*.

De retinente sine dolo.

67. LIMITATVR 5. Regula 6. In retinente carceratum in priuatis ædibus, non ex causa iurisdictionis vsurpandæ, sed sine dolo, & ex aliqua alia causa; vt ad dignoscendum, an carceratus sit explorator inimicorum; Et idem dic in tenente meretricem clausam, causa libidinis; sine dolo enim, priuati carceris delictum non committitur, Bert. Decian. Rolan. & Far. *q. 27. n. 31*. Vbi ait, quod isto casu creditur iuramēto capientis, quod scil cet carcerauerit ex illa causa, dummodo non detinuerit vltra 20. horas, ex Bertaz. & Claud.

68. Quando propriè incurratur pœna priuati carceris, agunt Carau. & Ghirlan. relati à Baiar. ad Clar. *q. 68. n. 89*. & de hac materia priuati carceris latè agit Far. *q. 27. n. 8. cum multis sequentibus*.

69. De tota materia capturæ, & carceris, vltra Clar. & Boss. *locis hic supra citatis*, latissimè tractat Farin. *à q. 27. vsque ad 35 inclusiuè*.

De

De Rei interrogatione, & de suggestiuis interrogatorijs.
Quæstio 80.

1 CVM ad hoc Reus citetur verbaliter, vel facto per capturam, & carceri mancipetur, & in iudicio compareat, & in eo constitutus, interrogetur, vt not. Chart. *in prac. interrog. Reorum lib. 1. c. 1. in princ.* Postquam vidimus de citatione, captura, & carceratione Rei; de eiusdem interrogatione in hac q. est agendum: In qua, prænotatis aliquibus, prænotādis; Quia id quod summè in proposito cauendum est, suggestio est; De hac, Regulam cum suis declarationibus, de suggestiuis interrogatorijs subnectam; & ad prædicta, omnia, quæ de interrogatione Rei scitu magis digna, & necessaria sunt redigam.

Reusquā primum examinādus, præsertim carceratus.

2. Prænotatur igitur 1. quod quam primum Reus interrogandus, & examinandus est, vt noxius puniatur, & innocens absoluatur, præsertim si Reus in carcere sit detentus, ne diutius custodia maceretur, vt admonēt Mille. & Chart. *in pract. inter. Reorum lib. 1. cap. 1. nu. 6. per l. 1. & l. fin. C. de custod. Reorum.* Clar. *§. fin. q. 45. vers. scias autem.*

Cū iuramento corporali.

3. Prænotatur 2. quod antequam Reus interrogetur, iuramentum ei deferendum est de veritate dicenda, secundum Bart. *in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furtis*, quem sequuntur omnes DD. teste Aug. ad Ang. *de malef. in ver. Comparuerunt, & confitentur totum, post n. 13. & in l. 1. C. de iuram. calum.* vbi etiam Bal. qui dicunt, ità seruari in praxi per totam Italiam, D. Thom. 2. 2. *q. 6. art. 1. & 2.* Plura ad hoc cumulat Chart. *ibidem lib. 3 cap. 3. n. 12. & sequentibus; vbi n. 18. ait*, laicos iurare tacta quauis scriptura, licet non sacra, secundum generalem consuetudinem, quam valere, ait Abb. & Fely. Clerici vero iurant tacto pectore, secundum Paul. Castren. Sylu. & alios *ibidem* citatos à Chartar. Et Notarius in principio constituti expresse scribere debet; Prout Reus iurauit tact. &c. Lanfranc. Veral. & Chart. *ibidem n. 20.*

Rei de facili fatentes quomodo interrogandi?

4. Prænotatur 3. Reos esse in duplici differentia, quidam enim manifestè tales sunt, & de facili delictum fatentur, & cum his, seruatis seruandis, veniendum est citò ad interrogatoria circa ea, quæ substantialiter probanda sunt; Alij verò sunt, qui delictum nolunt fateri, sed potius cautelosis, & falsis responsionibus conantur abscondere, & non nisi inuiti fatentur; Et cum his arte, & acumine interrogantis opus est, ad extorquendam ab inuitis veritatem, & longius repetita interrogatione, hi examinandi sunt; Solent enim tales respondere, & fateri ea, quæ causæ nocere non arbitrantur; & deinde ex pluribus, quæ confessi sunt, eo perducuntur, non rarò, vt quod dicere nolunt, ex præmissis, negare non possint, Ita docet Chart. *in pract. inter. Reorum lib. 1. cap. 3. n. 8. & sequentibus.* Hæc cautela præsertim seruanda est in grauibus, in quibus Rei in pluribus constitutis,

Item, qui conātur abscondere?

De pluribus multiplicandis constitutis, & interrogatorijs.

dum

dum pertinaces sunt, & multiplicatis interrogationibus etiam circa eosdem articulos, eademque inditia, sunt aggrediendi; vt varij deprehendantur, Chart. *ibidem lib. 3. cap. 1. n. 14. & sequent.*

Reus incipiens fateri nõ interrũpatur.

5. Prænotatur 4. Quod quando Reus cæpit confiteri delictum, nouis interrogationibus à Iudice interrumpi non debet, ne à veritate dicenda remoueatur, Chart. *ibidem lib. 2. n. 73. cap. 1.* Et in hoc casu Iudex non dimittat examen, sed continuet quantum poterit, saltem quoad vsque omnia substantialia Reus fateatur. Interruptio enim, experientia teste sæpè fuit in causa, vt Reus veritatem, quam cæperat aperire, postea fateri nolit, Chart. *ibidem cap. 2. n. 20.* His præmissis.

Cõfessio Rei, & reliqua inde sequuta ex suggestione sunt nulla.

6. REGVLA sit. Suggestio, tam in tortura, quam ante, & extra eam, à iure Iudicibus prohibita est; & confessio Rei per suggestionem extorta non sufficit ad condemnandum; Immò omnia inde sequuta ipso iure nulla sunt, *l. 1. §. qui ad quæstionem*, & ibi Bar. & Marsil. *ff. de quæstion.* Ang. Boss. Carrer. Chart. & Farin. qui hos & alios refert, *q. 83. n. 84.*

Ampliatur in testibus.

7. AMPLIATVR Regula; Vt procedat non solum in Rei, sed etiam in examine, & interrogatione testium, Farin. *nu. 86.* qui, quomodo in tortura, sine suggestione, sint examinandi, habetur *infra, q. 102. n. 2. vsque ad 6.*

Plures modi, quibus interrogatoria sugge-

8. Hic opere pretium erit pro dilucidatione Regulæ propositæ, plures insinuare modos, quibus interrogatoria suggestiuè, & consequenter illegitimè, & contra iuris ordinem fiunt, vt ea Iudex omnino euitare curet; Et hoc præstabo quatuor sequentibus declarationibus, cum suis Ampliationibus, & respectiuè limitationibus; quæ licet principaliter intelligendæ sint in ordine ad Reum; tamen vt plurimum procedêt etiam in interrogatione testium.

stiue fiũt declaratur vsq; in fine q.

Suggestiue interrogatur Reus nõ præcedẽtibus inditijs.

9. Declaratur igitur 1. Regula; Vt interrogatoria sint iniusta, & suggestiua, dum Reus non præcedentibus inditijs interrogatur, quia in hoc casu indebitè sumitur à domo Rei initium probationum, contra *l. de minore, §. tormenta, ff. de q.* quem tex. ad hoc citat Boss. & post eum Chart. *in pract. inter. Reorum lib. 1. cap. 2. n. 5. & 6.*

Semiplena sufficit.

10. Inditia verò sufficientia ad Reum interrogandum sunt, dubio procul illa, quæ pertingunt saltem ad semiplenam probationem, vt est depositio vnius testis oculati de delicto, omni exceptione maioris; vel inditia ei æquipollentia, & in hoc cõcordãt vnanimiter Iuristæ, Theologi, & Summistæ omnes, & præsertim Clar. *q. 20. parum post principium*, D. Tho. *2. 2. q. 69. ar 2. in corp.* & ibi Caiet. & Nauar. *in rub. de iudic. n. 56. & 58.* & in Manual. *c. 25. n. 36.*

An requiratur semiplena? est controuersum. Prima opiniq.

11. Sed sicut sine controuersia est, semiplenam sufficere, ita, an ad hoc semiplena requiratur, valde controuersum est; Et vtiq; legistæ semiplenam non requiri, sustinere videntur, sed sufficere inditia, vel saltem præsumptiones, vel etiam suspitiones, secundum Boss. *in tit. de exam. Reorum n. 6.* quem refert,

nec

nec dissentit Chart. *in praxi inter. Reorum lib.1.c.2.n.5.* Clar. verò, *vbi sup.* expressè ait; Grauia indicia sufficere ad examinandum imputatum super delicto tanquam Reum, & hoc se credere, propriè in hac materia appellari posse indicium, quod scilicet, sit plusquam simplex præsumptio, & minus quam semiplena probatio.

12. Cum Claro multo magis cõsentiunt, asserentes, non modò ad simpliciter Reum interrogandum, sed etiam ad ipsum torquendum, sufficere inditia, seu suspiciones, quæ semiplenam probationẽ non inducunt, ita originaliter gl. *in l. cum probatio, ff. de probat.* quam ibi sequuti sunt Bal. & Saly. & cum his tenuerunt Alber. Alex. Ang. Aym. Blan. Boss. Castr. Corn. qui testatur de communi, Corrad. Gom. Mascar. & quam plures alij, quos refert Far. *q.36.n.218.* Sed in hoc de tortura ipse eos non sequitur, vt videre est, *n.224. & seq.*

13. Ex Theologis autẽ huic opinioni fauere videntur, D. Tho. & Caiet. *vbi sup.* dum tenent, quod dum proceditur per denunciationem, vel accusationem, fama sufficiat ad interrogandum Reum; Et tamen (quicquid dicant aliqui) fama in criminalibus semiplenè non probat, secundùm Dec. Bertran. Saly. & Clar. *q.21. vers. fama sola*; Bal. Bero. Butr. Abb. Fel. Imol. Et de communi testantur Bianc. Bonacos. Crass. Duen. & hos sequitur Far. *q.47.nu.59.* vbi plures alios citans, inducit in comprobationem *decision. Rotæ Romanæ coram Robusterio, decis.82.num.2. par.1. diuers.*

14. At Summistæ, & Theologi quam plures tenẽt, ad hoc vt Reus legitimè interrogari possit, requiri semiplenam probationem, nempè vnum testem de visu, omni exceptione maiorem, vel æquipollentia inditia, ita inter alios, Sot. *de iust. & iur. lib.5.q.7.ar.1.erga fin.* Clau. Reg. *lib.12.c.16.nu.5.* ibi, Requiruntur, & sufficiunt semiplena probatio, vel expressa, & manifesta inditia, & Nauar. in Man. *c.25.n.36. nec non in Rubr. de indic. n. 56. vers. Nonum est*, vbi ait; Iudex non debet interrogare Reum iuramento delato, antequam habeat plenam, vel saltem semiplenam notitiam de culpa; *& ibidem in sequentibus*, mordicus sustinet, & probat hanc opinionem; Quamuis etiam ipse cum D. Tho. condescendat, *n.58.* famam sufficere ad interrogandum Reum. Secunda opinio.

15. Tutior, & benignior est opinio tenẽtium requiri semiplenam; Et præsertim nota, quod ex sola fama periculosum videtur Reum constituere, quia vix vnquam fama sufficienter, & plenè, sicut requiritur, probatur, & saltem, ferè semper, controuersum erit, an plenè probata fuerit, propter plurima requisita ad eam plenè probandam, & propter DD. discordantes opiniones in hac materia, de quibus Farin. *q.47.à n.153. vsq; ad n.264.* Et ideo sine semiplena, meo iudicio, abst nẽdum est a Reo constituendo, vt cautius agatur. Hæc tutior. Quid de fama?

16. Animaduertendum hic, quod ad testes sine suggestione interrogandos, non requiruntur prædicta in- An indicia dicta requirantur in te-

stib. examinãdis, vel alia. inditia, necessaria ad Reum interrogandum; Testes enim in inquisitione generalissima sine præcedentibus inditijs, vel infamia interrogari possunt, vt probaui *sup. q.* 11. *n.* 4. Et idem dicendum est, in inquisitione generali, iuxta tradita *ibid. nu.* 8. vsq; in fin. q. Et dato quod in his generalibus inquisitionibus criminosus detegatur, poterunt testes interrogari in inquisitione speciali, de quo vide, *ibidem, n.* 5. *&* 9. In inquisitione verò speciali, sufficit, & requiritur, vt fama, vel quid æquipollens in actis constet, vt deinde sine suggestione testes possint super negotio interrogari, prout diffusè declaraui *sup. q.* 13. At dum per viam denunciationis proceditur, præsupposita legitima denunciatione, hæc sufficiens est, vt sine suggestione testes examinari in causa possint, & de hoc egi *sup. q.* 20. Et idem prorsus dicendum est, porrecta iam accusatióne cum debitis requisitis, de quibus *hic sup. q.* 24.

Mendacia inducunt suggestionẽ. 17. AMPLIATVR 1. declaratio 1. Vt licet in actis cõtra Reum semiplena sit de delicto probatio, non possit sine suggestione induci ad delictum fatendum mendacijs, quæ semper sunt illicita, & suggestiua, Affl. Clar. Pegn. Scacc. Chart. & Far. *q.* 81. *nu.* 311. & est communis; & hæc Ampliatio sine dubio procedit in interrogatione testium etiam.

Item fictiones deceptoriæ. 18. AMPLIATVR 2. declaratio 1. Vt quamuis in actis sint inditia, tamen suggestiua sit interrogatio cum cautelis, cauillationibus, & fictionibus deceptorijs, *l. cum hi*, *§. si cum his*, vbi gl. *ff. de transact.* Clar. *q.* 55. *vers. circa primum*, Castren. *in l. edita, n.* 9. *C. de eden.* vbi ait, quod quamuis istæ cautelæ in foro fori admittantur, in foro tamen poli damnant Iudicum animas, & hunc referũt Pegn. Chart. Scac. & Farin. *q.* 81. *n.* 305. Et Iudices his deceptionibus vtentes vituperandi sunt, & detestandi, secundum Pegn. & Chart. *in pract. inter. Reorum, lib* 2. *c.* 1. *n* 18. *&* 19. & subscribunt Scac. & Far. *n.* 313.

19. Non per hoc damnãtur honestæ, ac licitæ cautelæ, vt dicunt proximè citati DD. præsertim Far. & Char. *ibidem*; Quæ autem tales sint, Scacc. arbitrio Iudicis remittit; Sed semper in actis inscriptis redigendæ sunt, Farin. *q.* 81. *n.* 314. Moniti sint tamen Iudices, vt taliter vtantur licitis, & honestis cautelis, & tantum elongẽtur ab interrogatorijs deceptorijs, vt potius, quantum fieri potest, Reos (prout tenentur) clarè, & apertè interrogent, singulis interrogationibus singulas, & non plures res proponendo, sicut Iudices instruit Direct. Inquisit. Pegn. & Chart. *n.* 13. Et recto tramite procedant ad finem veritatis indagandæ, non autem ad Reum inuoluendum, & inducendũ ad confitendum delictum, iuxta doctrinam Clar. *q.* 45. *vers. debet.* Et hæc tota Ampliatio seruãda est etiam in interrogatione testium. Licitæ sunt honestæ cautelæ. Clara tamen, & simplicia sint inter rogatoria, & non ad inuoluendũ Reũ.

20. AMPLIATVR 3. declaratio 1. Vt licet inditia sufficientia sint in actis contra Reum; Interrogatio nihilominus ei facta cum promissione impunitatis, illicita, sug- Interrogatio cũ promissione impunitatis est

suggestiua, nec sufficit ad condemnationem confessio, hac spe emanata.

suggestiua, & dolosa sit; Et ideo confessio tali spe emanata, ad condemnationem minimè sufficit, ita Dec. Foller. Imol. Scac. & Farin. *q.81.n.276.* vbi alios etiam DD. ad saturitatem adducit, inter quos Bertaz. & Menoch. testantur de communi, & Cagn. de communi, veriori, æquiori, & sibi magis placente opinione, & idem Farin. *nu.* 280. ait, hanc opinionem á bonis Iudicibus magis seruatam, veriorem, & magis communiter receptam, & ab ea in iudicãdo, & consulendo non recedendum.

21. Monent Iudices Farin. *ibidem*, Clar. Dyn. & Chart. *in pract. inter. Reorum c.1. lib.2.n.23.* vt caueãt a talibus promissionibus; quia multi sub spe impunitatis falsa dicunt, & de se, & de alijs, & credentes confitendo liberos fore, non curant mentiri; Et addunt Clar. & Char. *n.24.* negari non posse, his promissionibus illaqueari Reum fraude, & mendacio, quod cuilibet bono viro, præsertim verò Iudici, & addam ego, Viro Religioso) qui amantissimus veritatis esse debet, videtur summopere repugnare.

Præsertim non ratificata, vel reuocata.

22. Prædicta doctrina, Ampliationis 3. quod huiusmodi confessio non sufficiat ad condemnandum Reum, tunc maximè verissima est, cum non fuerit ratificata, cum expressa indicatione, quod nulla habebitur ratio promissionis impunitatis, secundum Bertaz. Boss & alios, quos refert Farin. *q.81.nu.* 289. *iuncto n.287.* & secundũ eosdem tanto minus ad condemnãndum sufficeret, si fuerit reuocata;

Quid si fuit ratificata?

At si spontaneè, extra torturam emanata fuerit dicta confessio, & vt proximè dictum fuit, ratificata fuerit, etiam ad condemnandum sufficeret, secundum præcitatos DD. & Farin. *vbi supra*, & etiam *n.290.* cum Giga.

An Iudex impunitatẽ promittens seruare teneatur?

23. In consequentiam ad supradicta, notandum, quod licet Iudex ex se, vt dixi, non possit gratiam, & impunitatem delicti promittere, promissam tamen seruare tenetur, abstinendo se à condemnatione, turpè enim est fidem frangere, Cuchal. Dec. Placa, & Farin. *q.81.n.277.* Qui *n.280.* tenet, nec in foro conscientiæ, nec in foro fori posse Iudicem Reum confessum, spe, & promissione impunitatis condemnare, & testatur, de veriori, & communiori, a qua in iudicando, ait, non esse recedẽdum; Consentit Couar. *var. resol. lib.1. c.2.n.16. in fi.* cum hac tamen moderatione, nempè; Quod, dum Iudex promittit impunitatem, quam promittere non potest, seruare teneatur, nisi delictum alias per rectos iuris tramites constaret, quia tunc promissio seruanda non esset. Contra verò, quod Iudex non teneatur seruare promissionem impunitatis, sed Reum, ea non obstante, condemnare absolutè possit, tenuerunt Anch. Fely Imol. & inclinare videtur Clar. qui ait, quod imputet sibi Reus, qui tali promissioni credidit, Boss. qui dicit, quod in foro contentioso, certum est talem promissionem per Iudicem promittentem seruãdam non esse, & de communi testatur Placa; Hos refert Far. *q.81.n.278. & 279.*

& 279. sed non sequitur n. 280. nec tu sequaris.

In casu concedẽdæ impunitatis, consulatur Princeps.

24. Nõ prætermittam, quod notabiliter in proposito scribit Ambrosin. *de modo forman. process. inform. lib. 2. c. 2. n. 20.* nempè, quod occurrente casu, quod plures alicuius delicti complices sint, dum crimen est graue, & difficulter veritas haberi potest, consulendus est Princeps, & de eius mandato, confitenti Iudex impunitatem polliceatur; Et ita (ait Ambrosin.) se vidisse fieri à magnis viris; Et verè optimum est eius consilium; impunitas enim à Principe promissa, vel a Iudice à Principe auctoritatem habente, omnino seruanda est, nec Reus cum promissione talis impunitatis confessus damnari potest, vt probat, & benè a contrarijs defendit *Boss. in tit. de confess. per tortur. n. 9.* vbi subdit hanc promissionem impunitatis, ad solum Principem pertinere, immò ad Principem Supremum, *per l. relati, ff.* de pœn. sequitur Clar. & Farin. *q. 83. n. 281.*

Suggestio est dũ confessus de vno delicto interrogatur de alijs sine inditijs.

25. AMPLIATVR 4. declaratio 1. Vt interrogatio dicatur suggestiua, quamuis Reus de delicto inditiatus esset non modo semiplenè, sed etiam plenè conuictus esset, & confessus, dum interrogatur de alijs delictis, de quibus in actis non est inditiatus; Hæc doctrina de iure vera est, secundùm omnes DD. vt ait Cason. & post ipsum Clar. *q. 64. vers. successiuè*, & Far. ait, non habere hanc doctrinam in puncto iuris contradicentem, *q. 37. n. 169.* vbi citat bene in proposito dicentem Diaz, & Menoch. & est *tex. in l. 1. in princ. ff. de quæstion.*

De consuetudine est controuersum.

26. De consuetudine verò, grauis est controuersia apud DD. plurimi enim apud Farin. *q. 37. n. 163. & 164.* affirmant, de consuetudine totius Italiæ non solum in furto, sed etiam in alijs delictis, qui vnum delictum confessus fuerit, posse absq; alijs inditijs interrogari, & torqueri de alijs delictis eiusdem speciei, puta, qui confessus est vnũ furtum, potest de alijs furtis interrogari. Refert ad hoc plures DD. Clar. *q. 64. vers. successiuè*; Vbi tamen concludit nunquam se vidisse seruari hanc consuetudinem, nisi in aliquibus exceptis; Et Far. *n.* 170. cum Scacc. Hercula. Rol. & Rim. credit non esse credendum dictis DD. de consuetudine totius Italiæ testantibus, cum fortè in tota Italia non fint versati; Et dato quod crederetur, esset videndum, an talis consuetudo sit rationabilis, & valida; cum irrationabilem, & inualidã eam teneant, Brun. Conrad. Mari. & alij relati a Far. *n.* 165.

Distinctio pro resolutione.

27. Sed omissis prolixis controuersijs, puto adhærendum esse doctrinæ, Bruni, *de inditijs, secunda par. q. 5. n. 66.* sic distinguentis. Aut constat in actis, quod Reus est homo malæ famæ, & diffamatus, quod alia commiserit delicta; puta quod sit insignis latro, ac viarum grassator, vel alias magnus facinorosus; & tunc poterit Reus interrogari etiam de alijs delictis, de quibus in actis non est aliter inditiatus; Et in his casibus, dicta consuetudo, vt laudabilis seruari posset; Aut contra Reum nulla vrget diffamatio, & seruandum erit ius

com-

commune, subscribunt huic distinctioni Bertaz. Carrer. Cason. Conrad. Diaz, Gram. Marsl. Masc. Menoch. & Montic. quos refert Far. *q. 37 n. 167.* & hos sequitur, & testatur de praxi, *nu. 171.* Et eadem ratio militat in testium interrogatione, qui deponentes de alicuius delicto, de alijs interrogandi non sunt, nisi *vt hic sup. proximè*.

In statu Ecclesiastico sublata est controuersia.

28. Et vtique in statu Ecclesiastico in hoc puncto videtur sublata omnis controuersia, attenta *Pauli III. Constitutione* 58. *vers. ijdem Iudices in par.* 1. *Bullarij*, in hæc verba; Iudices captum pro vno crimine, super alijs, de quibus inditia aliqua non habent, nullo modo interrogare præsumant, sed tam in his, quam in alijs occurentibus, iuris communis dispositionem, seruare teneantur. Igitur per hanc Bullam in totum assertæ prædictæ consuetudini derogatur; prout aduertunt Chart. *in pract. inter Reorum lib. 4. c. 1. n. 95.* & Farin. *q. 37. n. 172* Vbi notat hanc Bullam non esse intelligẽdam in ordine ad Latrones, Bannitos, Assassinos, & alios diffamatos delinquentes, cum hi semper interrogentur ex inditijs, nempe ex publica diffamatione, quæ inditium contra tales facit; Et talibus inditijs, tacitè Bulla videtur contentari, cum etiam de alijs delictis interrogari possint tales sine alijs inditijs ex iuris communis dispositione, quam d. Bulla vult seruari.

29. Videre poteris in proposito, Sot. *de rat. teg. mem. 2. q. 6. art. 2.* Et subscribit Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 523. n. 1. 2. & 4.*

An sit suggestio, dum de socijs sine inditijs interrogatur? vsq; ad n. 38.

30. AMPLIATVR 5. declaratio 1. Vt illicita, & suggestiua sit interrogatio Rei, dum, non existentibus inditijs, interrogatur de consocijs, *c. 1. de confess.* ibi; Cum secundùm vtriusq; iuris statuta, de se confessi super aliorum conscientijs interrogari non debeant: Et in comprobatione, post alia iura concordantia, inducit Farin. *q. 43. n. 3.* Ang. Boss. Chart. Clar. Corr. Gomez. qui de communi, Masc. Menoch. Montic. & quam plures alios DD. Vt confitens adulterasse cum vna, non potest sine inditijs interrogari, an etiam cum alia, Far. *nu. 100.* Nota sequentes limitationes, & præsertim 6. quæ videtur destructiua Ampliationis huius 5.

31. LIMITATVR 1. Ampliatio 5. In fure famoso, secundum Gomez, vel in furto talis qualitatis, vt per Reum solum non potuerit cõmitti, secundùm Gram. Bertaz. Montic. Piguer. & Farin. *q. 43. n 45.* Non me latet plurimos DD. hanc limitationem extendere ad omnem furem, quos refert Farin. *n. 44.* & plures alios relatos, *n. 43.* adeo restringere, vt absolutè velint furem de socijs interrogari non posse; Tu tene limitationem, vt iacet.

32. LIMITATVR 2. Ampliatio 5. In crimine falsi, dum quis falsitatem commisit in scriptura, vel in alia re ad se non spectante, sed ad alterũ, quod multo magis procederet, dum e. g. testis examinatus fuit ad alterius instantiam, & falsum deposuit; interrogari enim potest sine alijs inditijs, & torqueri,

ri, ad cuius preces, vel subornationem falsum commiserit, Paris. Menoch. & Farin. q.43. n.49.

33. LIMITATVR 3. Ampliatio 5. In homicida, qui nullam habuit causam occidēdi, potest enim interrogari de mandante, Farin. q.43. n.51. qui hoc diffusè probat ex Ang. Bal. Bertaz. Boss. Clar. Dec. Foller. & tot alijs q.37. num. 154. & 155. vbi testatur de communi, de semper seruata praxi, & quod contradictorem non inuenerit. Quamuis regulariter homicida non sit interrogandus de socijs, secundum Boss. Corr. Gram. Masc. Menoch. & Farin. q.43. n.50.

34. LIMITATVR 4. Ampliatio 5. In criminibus exceptis, in quibus sine inditijs potest Reus de complicibus interrogari, secūdum Ang. Bar. Boer. Clar. Foller. Paris. & Far. plures alios inducentem, q.43. n.56. Qui cum Piguer. n.57. declarat, excepta in proposito crimina esse, quæ Reipublicæ pestifera sunt, multitudinem, & bonum publicum nimis lædūt, vt sunt hæresis, crimen læsæ Maiestatis, falsæ monetæ, latrocinij, assassinij, sacrilegij, maleficij & c. vt latè, & solidè probat Farin. q.43. à n.58. vsque ad 67. Vlterius idem Farin. declarat n.85. non esse in proposito crimen exceptum adulterium, vnde Reus criminis adulterij, non potest sine inditijs interrogari de lenonibus; & idem determinat de crimine innominabili, n.100. Quæ in proposito excepta sint crimina, distinctè dictum est, vbi sup. a Farin. nempe à n.58. vsque ad n.67.

35. LIMITATVR 5. Ampliatio 5. Vt generaliter Reus confessus crimen possit de socijs interrogari, dum crimen de sui natura cum pluribus con mitti solet, secundum Ang. Boss. Carrer. Chartar. Corrad. Deciān. Salyc. & plures alios, quos refert, & sequitur Farin. q.43 n.107. & 109. inter quos Bonacos. & Gomez, testantur de communi; De quo idem vide Farin. n.74. Sed è contra, etiam generaliter, in nullis delictis, quamuis difficilis probationis, debet Reus interrogari de socijs, nisi cum delictum de sui natura committitur cum pluribus, Farin. n.73. & 74. vbi ait, quod hæc est pura veritas, a qua Iudex in iudicando recedere non debet.

36. LIMITATVR 6. Ampliatio 5. & videtur hæc limitatio eiusdem Ampliationis destructiua; Vt (quicquid sit de iure) de generali consuetudine, Reus de se confessus crimen, vel plenè conuictus, possit sine alijs inditijs interrogari de socijs, complicibus, mandatoribus, & fautoribus, Gram. Char. Cabal. Person. Villagut, & Guaz. qui alios etiam refert, defens. 30. cap.9. n.2. Et quod de consuetudine interrogetur Reus in omni casu de socijs, testantur Gandin. Iacob. de Beluis. & Blanc. tract. de inditijs n.374. Vulpel. & Mascar. de probat. concl. 1311. vol.3. qui ait, quod ita seruatur de generali consuetudine Italiæ, & Baiar. qui hoc refert ad Clar. q.21. vers. retenta, dicit, ita se vidisse obseruari in quocunque delicto, & hoc idem nouissimè asserit Cason. tract. de tormen. cap.16. n.6. & Giacharius Quid de cōsuetudine?

ad

ad Clar. vbi sup. obseruat, hoc esse notandum.

37. At Clar. *in d. vers. retenta*, dicit, Mediolani hanc non seruari consuetudinem, sed ius commune, nisi in aliquibus exceptis; Subdens, quod vbi talis non viget consuetudo in specie, laudabile esset iuri communi adhærere.

Etiã stante cõsuetudine nõ interrogatur de socio in specie, nisi, &c.

38. Caueant verò Iudices, etiam vbi consuetudo prædicta viget, vel aliàs in casibus permissis, ne in specie de aliqua persona particulari interrogent, nec aliquem nominent, vt monent Chart. & Ambros. *de modo form. proces. infor. lib. 6. cap. 4. n. 10.* Nisi contra certam personam adsit specialis præsumptio, seu inditium ad inquirendum specialiter, aliàs esset suggestio, & Iudex sic interrogans, alios indebitè vexando, animam suam perderet, processusq; esset ipso iure nullus, Clar. *q. 21. vers. retenta*, & ad eum Baiar. *n. 28.* citans Castren. & Foller. Prædictam interrogationem esse suggestiuam asserendum est cum Boss. Chart. Cyn. Foller. Mascar. Monticel. Saly. & Pluribus alijs, quos citat, & sequitur Farin. *q. 43. n. 132.* inter quos Carrer. & Gomez, testantur de communi. Et nota, quod d. specialis præsumptio debet esse legitima, Saly. quem sequuntur alij DD. & præsertim Farin. *nu. 133.* vbi ex Ang. subdit, quod inditia in hoc casu debent esse nimis manifesta, & *ibidem* testatur, ita vidisse seruari à Iudicibus iustis, & bonæ conscientiæ.

39. Quæ dicta sunt *hic sup. d. nu. 31.* etiam in testibus procedunt, vt visum est *sup. q. 56.*

In genere interrogetur ad cauẽdam suggestionẽ

40. Declaratur 2. Regula; Vt suggestiuè dicatur Iudex interrogare, dum in specie de delicto interrogat, cum Iudex in genere interrogare debeat; An commiserit delictum, vel melius, quis crimen commiserit, non autem in specie de modo, & causa, aliàs confessio hoc modo extorta per torturam, vel præcedentibus minis de torquendo, diceretur per suggestionem extorta, Pegna, & plures alij, quos sequitur Chart. *in praxi inter. Reorum lib. 2. cap. 1. num. 54. & 55.* Ang. Bar. Brun. Hippol. Saly. & Boss. *de exam. Reorum n. 12.* Et præsertim damnantur tanquam suggestiua interrogatoria, exprimentia circũstantias, vt an percusserit pugione, in pectore, &c. à Chart. *n. 67. & 68.* vbi ait, ita interrogandum esse; An commiserit, in qua parte corporis, in quo loco, & die, ex qua causa, quomodo, & quibus armis, citans Cason. Foller. & Pegn. Et tota hæc suggestio cauenda est etiam in interrogatione testium, *per tex. in l. 1. §. qui quæstionem, ff. de quæstion.* vbi gl. & Alber. & subscribunt Bart. Brun. Cason. Cyril. Gomez. & Farin. *q. 79. n. 78. & 80.*

Non exprimãtur circunstantiæ.

Quid manifestis existentibus indicijs?

41. LIMITATVR declaratio 2. Vt in specie Reus possit interrogari de delicto, dum de eodem delicto in actis in specie inditia manifesta contra Reum sunt, secundum Ang. Bar. Brun. Hippol. Saly. & Boss. d. *n. 12.* & ita etiam Chart. *n. 64.* Idem dic in teste secundum Bar. Brun. Cason. Scacc. & Farin. *n. 79.* Indicia autem tunc di-

dicuntur manifesta in proposito, dum Reus interrogatur extra torturam, cum inditia sunt vrgentiora illis, quæ requiruntur ad interrogandum Reum in genere, de quibus dixi *in hac q. n. 10. vsq. ad 15.* Dum verò in tortura; cum talia sunt, quod Iudex certo sciat Reum commisisse delictum, nempe cum ex actis resultat plusquam semiplena, Scacc. & Far. *d. n. 97. q. 83.*

Sed de consilio. 42. Moneatur tamen Iudex; Vt quamuis in actis sint dicta manifesta inditia, tamen antequam Reum in specie de delicto interroget, prius interroget in genere, & super generalibus, & deinde paulatim ad qualitates, & circumstantias, ac deinum ad ipsum delictum in specie deueniat; & talis interrogandi modus, in praxi seruatur, secundùm Chart. Pegn. Scacc. & Farin. *q. 83. n. 97.* Et præterea animaduertat Iudex, quod licet, quando Reus, vel testis, torquetur contra certam personam, possit in specie de illa persona interrogari, non tamen potest interrogari nominatim de modo, & circumstantijs delicti, Puta, Non ne percussit sic, vel sic, esset enim hæc illicita suggestio, sed tantum poterit interrogari generaliter, quando, quomodo, & in qua parte corporis percusserit, secundùm Bart. Cason. Cyril. & Far. *q. 79. n. 80.*

In tortura præsertim non exprimantur circũstantiæ.

43. AMPLIATVR declaratio 2. Vt consequenter illicita sit suggestio, dum Reo leguntur testium depositiones, cum in illis specificetur delictum, & circumstantiæ eius, & fortè lectio falsa, & praua legeretur, Far. *q. 83. n. 90.* Chart. *in praxi inter. Reor. lib. 2. cap. 1. nu. 65. & 66.* citans Hostien.; immo idem dicendum est de sola lectione tituli causæ, secundum Chart. & Hostien. *in Sum. tit. de testibus, n. 6. vers. super quibus*, vbi fatuos Iudices appellat sic legentes; Et licet Hostien. loquatur in teste, tamen vt ait Chart. *ibidem*, dicendum est idem eadem ratione in Reo. Similiter suggestio est, legere Reo, vel testibus, nomina testium secũdùm Far. *d. n. 90.*

Suggestio est lectio depositionum testium.

Vel tituli causæ.

Seu nomina testium.

44. Intellige hanc Ampliationem, cum moderamine limitationis *hic sup. n. 41.* Totamque doctrinam huius declarationis moderabis; vt sæpè contingat, necesse esse Iudicem, etiam ad minima, & particularia tandem descendere, non ad suggerendum, sed dum Reus negat veritatẽ in actis probatam, ad eum conuincendum, vt crimen suum detectum agnoscat, & vt si quid oblitus sit recordetur; quæ prudentiæ interrogantis committuntur, ita Pegn. Folicr. & Chart. *n. 68.* Et ad hos effectus non modo paulatim nominantur testes, titulus causæ, depositiones eorum leguntur Reo, sed aliquando, etiam confrontãtur testes cum ipso Reo ad faciem, Chart. *ibidem lib. 3. c. 3. n. 28. & c. 1. n. 82. & 83.* vbi citat Direct. Inquisit. Pegn. Clar. & Io. Roi. nec non *l. si postulauerit, §. q. ff. ad leg. Iul. de adul.* Et de his infra agendum erit *in praxi 4. n. 68. & 69.* Et præsertim de confrontatione agetur *in eadem praxi 4. n. 70. vsque ad n. 81.* vbi etiam tractabitur de confrõtatione in tortura.

Declaratur hæc Ampliatio, & tota declaratio, quomodo possit deueniri ad particularia, ad nominationẽ testium, tituli causæ, lectionẽ depositionũ, & confrontationem.

45. Declaratur 3. Regula; Vt quan-

Interrogatio de his, quæ sunt iuris suggestiua est, Exemplificatur.

quantumcunque in Actis inditia sint, tamen interrogatio de his, quæ iuris sunt, Reo facta, suggestiua dicatur, Reus enim, sicut etiā testis, interrogādi sunt de his, quæ facti sunt: Puta, an Reus percusserit, an aliquid, & quid defuncto dederit, an defunctus susceperit? &c. Non autem fiant interrogationes de his, quæ iuris sunt, de quibus nec interrogatus respondere tenetur: Puta, An occiderit, an venenauerit? hæc enim nec a Reo, neque a teste, cum iuris sint, sed à Iudice iudicanda sunt, Signorel. & Clar. *q. 45. vers. debet autem*, Cason. Alex. & Chart. *in pract. inter. Reorum lib. 2 c. 2. n. 29.* Similiter interrogare Iudex debet, an fecerit, vel non? Et caueat ab interrogando, an fuerit culpabilis? quod pariter iuris est, & ad Iudicis, non Rei, nec testis iudicium spectat, Alex. Bar. Bald. Socin. & Chart. *vbi sup.*

46. AMPLIATVR declaratio 3. consequenter; Vt cum Reus confessus fuerit, se vulnerasse, interrogari minimè debeat, an occiderit, vel an ex illo vulnere talis mortuus fuerit? hæc enim iuris sunt, & iustas Reo defensiones auferunt, ita Boss. *tit. de confessis, n. 8c.* Signorel. & Clar. *vbi sup.* qui aiunt, hoc plusquam diabolicum esse.

Suggestio aperta vitanda.

47. Declaratur 4. Regula; Vt cum duplex sit suggestio in interrogatione Reorum, & testium; vtraq; vitanda sit. Vna est suggestio aperta, & dicitur ea, quæ apertè patet in interrogatione, de qua actum est in præcedentibus declarationibus, & de ea exemplificat Guaz. *defens. 19. c. 12. n. 1.* vbi concordantes citat.

48. Altera suggestio est palliata, quando de ea non apparet ex Iudicis interrogatione; Et fit duobus modis; primo quando in actis non apparet, qua de re interrogatus Reus, vel testis fuerit; puta; quia in actis tantùm scriptum sit; Ad opportunas interrogationes, &c. vel ad aliam interrogationem, &c. qui modus dicitur leno suggestionis, Guaz. *defens. 12 c. 12. n. 1.* citans Chart. & Ambrosin. qui ait, rarò hoc modo interrogādi vtendum esse, & tunc tantùm, quando Reus, vel testis interrogatur, vt suppleat responsioni iam datæ, vel vt illam declaret, & quantò rarius, tantò melius, cum ab eo aliqui, eorū imperitias, malitias, suggestiones, & iniquitates tegant, & subscribit Chart. *in pract. inter. Reorum, lib. 3. c. 3. n. 22. & 27.* nec non Scacc. & Guaz. *vbi sup. n. 4.*

Nec non palliata; quæ duplex est.

49. Altero modo suggestio palliatè fit, quando extenso iam interrogatorio in actis, Iudex præuenit interrogatum in responsione, indicando ei viam respondendi, & est valdè periculosum; Et ideo ab vtroque modo palliatè suggerendi est abstinendum, cum prohibitum sit, Ambrosin. Chart. Far. & Guaz. cum alijs *d. n. 1.*

50. AMPLIANTVR 1. generaliter dicta in hac q. Vt non possit, prout supra suggestiuè interrogare Iudex, qui habet potestatem procedendi ex abrupto, &c. cum talis modus procedendi ex abrupto, &c. remoueat tantùm solemnia ordinis iudiciarij, inter quæ

Suggestio est etiā Iudici Regulari prohibita.

non includitur suggestio, Bursat. Chart, & Guaz. *ibidem n.2.*

Etiã extra examen. 51. AMPLIANTVR prædicta 2. Vt suggestio prohibita fiat etiã à Iudicibus extra examen; puta, dum ponunt plures testes, vel testem, cum Reo in eodem carcere, vt vnus suggerat alteri qualitates, & circumstantias facti, vel delicti; Seu etiam dum, vt supra de mandato Iudicis ponitur aliquis alius in secretis ad prædictos effectus. Et dato quod postea Reus, vel testis, cui fuit suggestum, sit tortus, & dolore oppressus, deponat iuxta suggestionem ei factam, talis depositio non subsistit, secundùm Addentes ad Farin. *cons. 83. litera A.* vbi latè, quos sequitur Guaz. *vbi sup. n. 3.*

52. Plura, & diffusè de materia huius totius q. Far. & Chart. *locis hic supra relatis.*

De Rei responsione, Quæstio 81.

1 VISVM est in præcedẽti q. de Rei interrogatione; in præsenti de eiusdem responsione, meritò videndum est.

Præcisa ve bare. sponsionum Rei scribẽda. 2. Præmitto 1. Rei responsiones, & eius præcisa verba, à Notario, seu Actuario, prout prolata fuerunt, scribenda esse, ita decreuit *Paul. III. in suo motu proprio in fauorem pauperum, vers. Idem Iudices;* Vnde si Reus dictare nesciat, pro huius decreti obseruantia, debet Iudex statim dictare eiusdem Rej verba, sicut ex eius ore exierunt, ita Chart. *in pract. interr. Reorum lib. 3. c. 2. n. 9.* Vbi ait, ita Iudices Deum timentes obseruare, iudicatq; minimè tutam praxim eorum, qui prius facti narrationem, quamuis longissimam audiunt, & postea, non secundum verba, sed secũdum sensum dictant: Apud Regulares verò, cũ ex priuilegio Bonif. VIII. procedatur, apicibus postpositis, & sola facti veritate inspecta, *vt ostensum est supra q. 8.* dummodo verissimus sensus retineatur, fortè, in his (quæ apices videntur) non erit mordicus, & rigidè insistendum. Quid apud Regulares?

3. Præmitto 2. Quod dum Reus præsens in iudicio interrogatur super delicto, & ipse Iudici respondet, tunc fit litis contestatio, etiam absque eo, quod pars aduersa sit præsens, quamuis procedatur ad instantiam partis, vt ait Clar. *q. 45. vers. & inprimis*, & attestatur Bar. quem refert Aret. *cons. 58. num. 7.* Nam in criminalibus, etiam absente Accusatore, ex officio Iudex procedere potest, & interrogare, secundùm Bal. qui testatur de praxi, & Clar. *vbi sup.* Quando lis contestetur?

4. REGVLA 1. sit. Reus iuridicè, & legitimè interrogatus à suo Iudice respondere tenetur, ita Card. Alex. qui testatur de communi, Aret. & Clar. *q. 45. vers. sed pone;* Subscribit Chart. *vbi supra, n. 1.* Bal. Castren. Conrad. Saly. & Rodriq. *q. 19. art. 2.* Nec non veritatem fateri adstringitur etiam in causa capitali, D. Thom. *2. 2. q. 69. art. 1.* Aragon. Azor. Caiet. Ledes. Miran. Nauar. Turrian. Valent. Vegha, cum quindecim alijs DD. quos cum præcitatis, refert Diana *in 2. par. tr. 15. resol. 27.* vbi reddit hanc rationem: Quia cum Iudex legitimè interroget, verè Su- Reus legitimè interrogatus tenetur veritatem fateri.

pe-

perior est, & iustè præcipit, iuramentumque defert, & consequenter Reus eidem obedire tenetur, & ne sit periurus, veritatem fateri; Et testatur hanc probabilem esse opinionem, & olim communem in schola D. Th. Quantum vera sit hæc Regula, *vide hic infra n.* 22. *vsque ad* 26.

Quando legitimè interrogetur Reus.

5. Iuridicè verò, & legitimè proculdubio, secundum omnes, interrogatur Reus, cum contra eum in actis probatio semiplena inuenitur, vt ostensum est *sup. q.* 80. *n.* 10. *&* 14. Immò secundùm DD. graues, aliquid minus, *ibid. n.* 12. *&* 13.

Dilatio Reo ad respondēdū danda non est.

6. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt Reus in criminalibus legitimè interrogatus, sine dilatione respōdere teneatur, & si petat dilationem ad respondendum, ei danda non sit, ita Bal. & de communi testatur Aug. ad Ang. & ita de consuetudine seruari, ait Clar. *q.* 45. *vers. sed hic quæro*, vbi refert Castr. & Salyc. testantes de praxi. Subscribūt huic doctrinæ Cord. Scap. & Chart. *in praxi inter. Reorum lib.* 3. *c.* 2. *n* 21.

Quomodo cogēdus sit Reus recusans respondere.

7. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt si Reus, vt supra interrogatus, recuset respondere, de Iudicis mādatò recusatione in actis redacta, Reus ad respondendum compelli possit; Et in leuibus quidem, tribus monitionibus ei a Iudice factis sub præcisa mulcta, non respondendo, ea pœna eum Iudex mulctabit, Chart. *n.* 1. *vers. & si fortè, per l. de ætate, §. qui tacuit, & seq. ff. de interrog. actio.* vbi Bar. In atrocioribus verò sceleribus, tormentis Reus respōdere cogendus erit, Bertran. Foller, Locat. & Chart. *vbi sup.* Vide infra *n.* 12.

Negans veritatē peccat.

8. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt licet in foro fori, Reus legitimè interrogatus, si falsum dicat, non puniatur; in foro poli habebit Deum vltorem de peccato mortali periurij; Alex. cui, teste Beroo, nemo contradicit, & tenuit Clar. alios referens concordantes *q.* 45. *vers. quid ergo*; Vbi subdit, quod si Reus conuincatur de aliquo mendacio in substantialibus, tale mendacium, erit contra eum sufficiens inditium ad torturam, & consentiunt Paris de Put. & Boss. quos refert Clar. *q.* 21. *vers. mendacium*, vbi tamen concludit, quod ipse sine alio adminiculo, ex solo mendacio non poneret Reum ad torturam: Vide *sup. q.* 67. *n.* 15. *& seq.* Præterea apud Regulares, qui casus reseruatos, iuxta *decretum Clem. VIII.* acceptarunt, prout nos, omnes acceptauimus, Reus, (sicut etiam testis) legitimè interrogatus in iudicio, periurans; incidit in quintum casum reseruatum *in prædicto decreto* registratum.

Et Regularis incidit in casum reseruatū.

Dū Reus negat veritatem, quæ in actis constat, quomodo se gerat Iudex?

* Animaduertat Iudex, quod, quando Reus aliquid respondet, quod ex actis apparet, verum non esse, non semper expedit statim illum monere ad veritatem dicendam, & vt se à mēdacio abstineat, sed aliquando melius erit, eum interrogare longius repetita interrogatione super eo, de quo de mendacio potest Reum conuincere; Et quandoq; etiam expediet ad alia transire, dum videt Reum ad negādūm paratum, & deinde in alijs examinibus, vel in eodem, prius

alijs interpositis interrogatorijs ad rem interrogare, vt non ita facilè percipiens, quo interrogationes tendant, securus confiteatur aliquid, ex quo etiam illud quod negabat consequenter concedat; Ita docet Chart. *lib.3.cap.2.n.59. in praxi interr. Reorum.*

An qui indebite suum delictum negauit, teneatur se retractare ante sententiam?

9. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt Reus legitimè interrogatus, qui veritatem negauit, qua manifestata condemnaretur, in conscientia teneatur se retractare ante pronunciationem sententiæ, secúdùm Angel. *Clau. Reg. & Malder. quos citat Dian.* qui hanc opinionem probabilem existimat, *p.2. tr. 15. res. 26.* subscribût Ampliationi Bann. Nauar. Salon. & Sot. quos citat, sed non sequitur Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 3. c. 7. n. 8.* Ratio est, quia illa iniusta negatione Reus causam iniustam tuetur.

Ad quid teneatur Rei confessarius?

10. Sed, *ibidem* Dia. oppositum probabilius iudicat, cum Philiar. quem, *vbi supra*, citat, & sequitur Sanch. & tenent Bonacc. & Azor. *locis* à Dia. *citatis*; non enim cogitur Reus ad se prodendum; immò subdit Dia. contra Azor. nec in hoc casu confessarium teneri ad monẽdum Reum, vt sit animo parato ad veritatem confitendam, si iterum interrogaretur, sed satis esse, ait cum Sanch. vt in genere moneat Reum, vt proponat in posterum cauere omnia mortalia, hoc enim generale propositum sufficiens est. Et hæc doctrina multo magis procedit post latam sententiam, tunc enim iudicium est finitum, & Iudex iam officio suo functus fuit, & desijt in illa causa esse Iudex, vt ponderant S. Anton. *in 3. p. tit. 9. c. 16. §. 8. post princ.* Sylu. *in vers. iudicium in fi.* & cum Sanch. tenet Dia. *vbi sup.* & est *tex. in l. Iudex, ff. de re iudic.* Et consequenter Reus Iudici respondere amplius non tenetur, Nauar. *in man. c. 25. n. 38.* Rodr. *to. 2. q. 18. art. 9.* Regin. Pitign. Villal. Segura, & Sanch. quos sequitur Dia. *p. 3. tr. 5. resol. 103.* Vbi refert Ledes. Salon. Vegh. Bann. Medin. & Cord. contrarium tenentes Tu tene cũ Dia. & alijs, sed in casu notabilis damni alicuius, aliter, ob defensionem litis iniustæ, sufficiet satisfacere, secundum Dia.

Quid post latam sententiam?

Clara, affirmatiua, vel negatiua sit responsio?

11. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt dum Reus, (vel testis) legitimè interrogatur, simpliciter, & clarè teneatur respõdere affirmatiuè, vel negatiuè, Chart. *in praxi interr. Reorum lib. 3. c. 2. n. 12. & 23.* Et si Reus respondeat non recordari de his, de quibus verisimiliter recordatur torquetur; & testis in hoc casu, de falso punitur, Chart. *vbi supra*, & tenuerunt DD. & præsertim Ias. *in l. præscriptione, C. si contra ius, vel vtil. publ.* Bal. Barb. & Boss. *tit. de respon. à Reo facien. n. 4.* Et prædicta tortura datur Reo, non ad eruendam veritatem de delicto, nam ad hunc effectum requirerentur inditia præcedentia, ad torturam sufficientia, vt cum communi ait Clar. *§. fin. q. 64. vers. dixi etiam, & Char. vbi sup. n. 4.* Sed tortura in hoc casu datur ad extorquendam præcisam respõsionem, affirmatiuam, vel negatiuam, Carrer. Paris de Put. Bal. Boss. Brun. Clar. Cason. & Chart. *vbi sup. Et*

Si dicat non recordari.

ibi-

ibidem subdit, quod loco torturæ in præsenti casu Iudex mulctam indicere potest ad habendam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam. Et idem omnino dicendum est, quandocunq; Reus obscure respondet secundum Foller. Mille. & ibidem Chart.

Vel obscure respõdeat.

12. Non desunt, qui volunt, Reũ recusantem respondere, damnandum esse tanquam cõfessum, Reus enim iussus respondere, recusans absq; rationabili causa, contumax est, & pro confesso habetur, vel pro negante, prout suum respicit incommodum, secundum Foller. Mille. & Chart. *ibid. n.* 8. sed hoc procedit in ciuilibus, non in criminalibus, vt dicunt Soc. Bertran. & Chart. *vbi sup. n.* 9. In criminalibus enim taciturnitas, inditium tãtum facit ad torturam, secundum Carrer. & Chart. *ibidem.*

Taciturnitas Rei quid operetur in ciuili, & in criminali.

13. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt quod in præcedenti Ampliatione dictum est, procedat, non solum, dum Reus interrogatur super facto principali, sed etiam si interrogetur super circumstantijs, & qualitatibus substãtialibus delicti, modo sint tales, de quibus Reus verisimiliter recordetur; puta, dum Reus de facto proprio interrogatur, de modo, tempore, & de rebus, de quibus alij solent communiter recordari, arbitrio Iudicis, Clar. *q* 45. *vers. sed* pone, qui ait, hoc in praxi seruandum, ita etiam Boss. Capic. & Chart. *in praxi inter. Reorum lib.* 3. *c.* 2. *n.* 17. & 18. quicquid dicat Foller. contra sentiens.

Responsio clara sit, vel nõ debet esse etiã super circumstantijs substantialibus.

14. AMPLIATVR 7. Regula

Vt si Reus, vel testis interrogetur, an noctis tempore quid viderit, nõ sit bona responsio, dum simpliciter dicit (Vidi) nulla addita ratione, noctu enim non videmus, nisi luna luceat, vel lumen sit accensum; Et ideo interrogatus, respondeat; Vidi de nocte, luna, vel alio lumine lucente, Boss. *tit. de respon. à Reo facien. n.* 15. alias respondens sine addita ratione, suspectus redderetur, gl. & ibi Bal. & DD. *in l. si cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. causa*, & Boss. *ibidem*, vbi declarat, quando nec hoc sufficiat. Puta si testis diceret, quod luna lucente vidit, quod homo esset pallidus, vel rubicundus, vel quod haberet vestes talis, vel talis coloris, esset testis valde suspectus, secundum Boss. ibidem.

Depones vidisse de nocte, addat quo lumine.

15. Et vniuersaliter in conformitate ad suprascriptas *Ampliationes* 5. 6. & 7. Iudex curare debet, vt nulla arte verborum, a Reo veritas obscuretur, secundum Boss. Direct. Inquisit. & Chart. *vbi sup. n.* 24. *per l.* 2. *C. de eden. &c. iudicantem*, 30. *q.* 5. Et idem Iudex quando videt Reum cauillosum, versutum, & astutũ, admodum prudenter, & sagaciter agere debet, ne euadat, sed deprehendatur, & conuincatur. Et ad sui instructionem, & ad dignoscendas fictiones Reorum, poterit Iudex perlegere in Direct. Inquisit; decem modos, quibus Reus, præsertim hæreticus, solet sua delicta palliare, per æquiuocationem, tergiuersationem, fictam corporis debilitatem, fatuitatem, &c.

Curet Iudex, vt Reus erlatus clarè deponat, &c. & de prehendatur.

16. AMPLIATVR 8. Regula 1.

Vt.

Arbitrio Iudicis remittitur an admittenda sit responsio relatiua?

1. Vt si Reus iam examinatus, iterum examinetur, respondeat relatiuè, nempè se dicere prout aliàs dixit; licet, si Iudex voluerit, hanc admittere possit responsionem, tamen in eius arbitrio sit, non admittere; quo casu Reus singillatim iterum respondere debet, secundùm Bar. Fely. Menoc. qui alios etiam allegat, Natta, qui testatur de praxi. Soc. & hos referens Chart. *in praxi inter. Reorum lib. 3. c. 2. n. 83.* Vbi ait, citatos DD. loqui de testibus, sed idem dicẽdum esse de Reo, & subscribunt Boss. & Vulpel. de Reo omnia intelligentes, vt notat Chart. *n.* 84. Et præsertim relatiuam responsionem rationabiliter non admittit Iudex, dum vult videre, quo vultu, qua trepidatione Reus respondeat; & tunc maximè, cum Reum suspectum habet, quo casu non solum potest, sed debet, relatiuam responsionem non admittere, secũdùm Bal. Marsil. Method. & Chart. *n.* 85.

Vel an petenti Reo eius examen sit ei legendum.

17. Duo hic notatu digna non prætermittam; Primum, quod, si, in casu Ampliationis, rationabiliter Reus petat sibi legi responsiones sui iam facti examinis, antequã respondeat, iuxta consilium, quod dat Reo Boss. *tit. de respons. à Reo facien. n. 3.* Iudex tenetur ei condescendere, secundùm Boer. Foller. & Marsil. qui loquuntur de testibus, sed idem procedit in Reo, vt not. Chart. *n.* 86. Dixi (rationabiliter.) Vnde Menoch. monet Iudicem, vt videat, an rationabiliter prædicta petantur, nam si verisimile non est iusta ex causa peti, debet Iudex Reum repellere; Puta, quando factum non esset adeo perplexum, vel tam de antiquo, vel dum de recenti esset examinatus, ita vt ex integro posset iterum recensere, quod iam dixerat; Et licet Menoch. loquatur de teste, multo magis hoc procedit in Reo, qui de facto proprio interrogatur, & satis est instructus, qui propterea videtur malitiosè, & dolo hoc petere, secundùm Chart. *d. n. 86.* vbi Menoc. citat. Vnde poterit cogi Reus, vt sine relatione, præcisè respondeat; & tunc præcipuè, dum Iudex credit, & protestatur Reum habere suspectum, iuxta consilium Alex. & Chart. *n* 87.

Denegata lectione, Reus, protestetur, &c.

18. Secundum notandũ est; quod alterum consilium Reo in proposito datur, nempe, vt cum protestatione respondeat, videlicet; Dico, vt nunc mihi videtur, quod si constiterit, me iã aliter dixisse, meam hanc responsionem, & depositionem ad primam refero, cum tunc melius horum memor essem; ita Boer. Boss. Marsil. & Menoch. qui loquuntur de teste, sed in Reo hoc etiam procedit, secundùm Chart. *n.* 86. At ex causa potest Iudex hãc protestationem reijcere, vt aiunt Menoc. Method. & Chart. *nu.* 89. *& seq.* Et causa potest ponderari iuxta tradita *hic, n.* 17.

Innocẽs audacter respondeat, & statim.

Signa nocentiæ.

19. AMPLIATVR 9. Regula 1. Vt, saltem de consilio, Reus innocens audacter respondere debeat, nec timorem ostendere, ne in suspicionem incidat, Boss. *in tit. de resp. à Reo facien. n. 9. per l. de minore, §. plurimum, ff. de quæst.* vbi Bar. & subscr bũt Foller. & Chart. *nu.* 73. Item respondeat statim, & sim-

simpliciter, signum enim est innocentiæ, sicut signum nocentiæ est, dum Reus recurrit ad sophismata, & duplicitates, Chart. *in praxi interr. Reorum, lib. 3. c. 2. n. 72.* Sicut etiam nocentiæ signa sunt in Reo, variatio, trepidatio, vel pallor vultus, ex his enim & similibus inditium contra Reum sumitur, secundùm Ang. Brun. Foller. Marsil. Mille. & Chart. *n. 74. & 85.*

Quomodo prædicta signa in actis debeãt adnotari.

20. Prædicta omnia, & similia scribi debent per Notarium in actis, præsente ipso Reo, audiente, & intelligente; dum examinatur, ne postea cõtradicere valeat, Dec. Felyn. Inn. & alij, *in c. quoniam contra, de probat.* Method. alios citans, & Chart. *n. 76.* Vel saltem omnia debent notari sine magno temporis interuallo, & antequam ad alia diuertatur, aliàs Iudici non crederetur, secundùm Hostien. Innoc. Anton. de Canar. & Chart. *n. 77.* Et de mandato Iudicis, aliàs non probarent, Ang. Bal. Innoc. & Chart. *n. 78. & 79.* Et hæc scribet Notarius Iudice mandante licet ipse non viderit, Anton. de Canar. Inn. & Chart. *n. 80.* Quo casu scribet, quod Iudex ita dixit, & mãdauit, non autem, quod ita sit, secundum Bal. Boss. Fely. Foller. & Chart. *n. 81.* Efficacior tamen scriptura esset, si Notarius diceret etiã se vidisse, secundum Method. & præcitatos DD. propterea dicat hoc, dum & ipse vidit.

An confessus mitius puniatur?

21. Vnum præterea consilium Reo datur, vt dum ipse videt, suum delictum omnino probandum, non expectet, vt conuincatur, sed sponte illud fateatur, quia cum confesso mitius agitur, quam cum conuicto, secundum Abb. *in c. at si Clerici, de iudic.* Bar. *in l. 1. §. cum quis latrones, ff de q.* Intellige, quando confessus, sponte venit ad iudicium, & confitetur, non autem timore probationum, & ita loqui, & intelligẽdos esse DD. ait Boss. hoc consilium præbens *in tit. de respon. à Reo facien. n. 16.* & declarauit gl. *in c. de hoc, de Simon.*

Reus iuridicè interrogatus ad mortẽ vitandã potest æquiuocare, dum est spes euadendi.

22. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt licet sit certum, Reum iuridicè interrogari cum semiplena, vel æquipollentibus inditijs, tamen dum spes est euadendi, in causa capitali, ad mortem vitandam, Reus non tenetur verum delictum fateri, non obstante iuramento, & Iudicis præcepto, sed æquiuocando negare potest, ita tenent Diaz. Filliuc. Ioseph. à Santa Maria, Less. Malder. Regin. Salzed. Spatar. Valerus, Villal. & Dia. *in 2. p. tr. 15. resol. 27. vbi in principio*, ait, hanc opin. probabilem, tutam, & tandem probabilissimam. Huic opinioni plurimi *citati hic sup. in Regula 1. n. 3.* subscribunt, cum oppositam probabiliorem dicant, ergo hanc probabilem tenent; Quam nouissimè solidè docet Sancius *in Select. dec. 43. n. 29. & seq.* quem sequitur Portel. *in dub. regul. tit. corr処. fratrum, verb. Reus n. 43.* Peirin. *de Relig. subdit. to. 1. q. 1. c. 16. §. 1.* Petr. Nau. *lib. 2. de restit. c. 4. dnu. 142.* & Bonacc. in *Decal. disp. 10. q. 3. punct. 2. n. 7.*

Rationes limitationis.

23. Rationes, superaddo authoritatibus; Prima ratio est; Quia à naturâ inditum est hominibus, vt se defendant; & hinc leges conce-

dunt,

dunt, vt inuasorem cum moderaminæ inculpatæ tutelæ possit quis occidere, & ad mortem euitandam in extrema famis necessitate, aliena subripere. Secunda ratio, quia nemo cogi potest ad testificandum contra parentes sanguine coniunctos, *l.4.ff.de testibus*; Sed nemo alicui est magis sanguine coniunctus, quam sibi ipsi, ergo. Tertia ratio, lex humana non obligat cum periculo mortis, nisi magnitudo negotij aliud exigat, ergo non obligabit præceptum humanum, nam, cæteris paribus, vtriusq; eadem est ratio. Et præceptum Iudicis de dicenda veritate, cum in hoc casu sit iustum, potest censeri datum ad Reum terrendum, & inducendum ad detegendam veritatem, non autem ad obligandum ipsum in conscientia, Less. Regin. Dia. & alij, *vbi sup.*

Quid in grauissimis alijs pœnis? 24. AMPLIATVR 1. limitatio; Vt procedat non solum in causa capitali, sed etiam quando agitur de pœna triremium, mutilationis membrorum, vel confiscationis omnium bonorum, aut de alio aliquo graui dedecore, secundum Less. Malder. Nau. & alios, quos sequitur Dia. *d. res.27.* Intellige limitationem, & hanc Ampliationem, vbi delictum non est plenè probatum, nam data plena probatione, spes non est euadendi, & Reus fateri tenetur veritatem, secundum Dia. *ibid.* supradictã 1. lim. & hanc eius Ampl. probabilem asserunt, Filliuc. Fagund. & alij, quos refert. & seq. Card. Lugo, *de iust. tom. 2. disp. 4. sect. 1. n. 4.* Item Baldi, Pelliz. Lez. & alij, cum Dia. *p. 10. tr. 13. sess. 13.*

25. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt quamuis in iudicio esset contra Reum plena probatio, quandocumque factum externum contra legem, excusatur a peccato, propter aliquam circumstantiam, possit Reus factum negare, intelligendo de crimine criminoso; vt si quis occidit hominem putatum feram, vel ad sui defensionem, vel quodcũq; aliud opus fecit ex ignorantia inuincibili, vel dum rem suam, vel sibi debitam, per iustam compensationem, clam abstulit, vel quid simile, ita Portel. *in add. ad dub. regul. ver. iuramentum, num. 16.* Bann. Azor. & Dia. *in 3. p. tr. 5. res. 66.* Itē æquiuocare potest, dum verè factũ excusatur à peccato.

26. Vel etiam Reus potest respondere in his casibus. Non feci; Puta (Non occidi, sed si feci, id ad defensionem meam feci): & hæc qualificata responsio de iure admittenda est, Aret. & Chart. *in praxi inter. Reorum lib. 3. c. 2. n. 62. & 63.* & Boss. *tit. de confessis n. 30.* qui, vt ita respondeat Reus, eidem præbet consilium, *in tit. de respons. à Reo faciendis, n. 2.* Posset similiter Reus respondere; Feci, sed ad mei defensionem; At non est adeo tuta hæc responsio, quæ habetur pro cõfessione, & pro parte potest acceptari, & pro parte reijci, secundum Bar. communiter approbatum, vt plures testantur, quos recenset Clar. *q. 55. vers. potest.* vbi ait, quod ita de consuetudine seruatur, Abb. Boss. & Chart. *nu. 66.* qui testantur de communi, Tiraq. qui *in trac. de pœnis, causa 27. nu. 7.* plures inducit, & testatur de com- Vel qualificare responder, & quomodo? Incipiēdo ab affirmatiua.

Sed melius a negatiua.

muni, Carr. Gramm. & Menoch. *locis citatis* à Chart. *ibidem*; Melius ergo est, vt Reus incipiat à negatiua, vt supra, talis enim responsio habetur pro mera negatiua, gl. & DD. *in l. si quidē, C. de except.* Ang. Ias. Marsil. Boss. Clar. & Chart. *n. 64*. Qua stante responsione, Iudex non potest instare, vt Reus simpliciter respondeat, sed solum debet curare, vt extorqueat, an verè ad sui fecerit defensionem, cum vt dixi hæc responsio de iure sit admittenda, secundùm Aret. *Boss.* & Chart. *n.63*.

Reus non legitime interrogatus, nō tenetur fateri veritatem, nec respōdere, nec iurare.

27. REGVLA 2. sit. Reus non tenetur fateri veritatem, si à Iudice non iuridicè, & legitimè interrogetur, ita Henriq. *quodlib. 1. q. 34.* Sylu. *ver. Confessio delicti q. 1.* Petr. Nauar. *lib. 2. cap. 4. n. 136.* & colligitur *ex c. qualiter, & quando, & c. inquisitionis, de accus.* Immò Reus in hoc casu non tenetur respondere, nec iurare, & dato quod iuret, potest artificio verborum eludere, & æquiuocare, secundùm Less. *de iust. & iur. lib. 2. c. 3. dub. 3 n. 8.* & Tolet. *in sum. lib. 5. c. 58. nu. 2.* Tunc

Quando Iudex nō legitime interroget?

verò Iudex legitimè non interrogat, quando non seruat ordinem à lege præscriptum de Reo interrogandō, sed aliquo modo suggestiuè interrogat, *iuxta tradita sup. q. 80. à n. 8. vsque in finem q.*

Idem dic de teste.

28. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt procedat etiam in teste, qui, si non legitimè interrogetur, respōdere non tenetur, &c. ita D. Tho. ab omnibus communiter receptus 2. 2. *q. 70. ar. 1.*

29. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt procedat, quamuis Iudex sub pœna excommunicationis præciperet, qui malè faceret, & grauissimè peccaret, sic præcipiendo, & Reos contra iuris ordinem cogendo respondere, Bar. *in l. fin. ff. de quæst.* D. Tho. 2. 2. *q. 69. ar. 2.* vbi Caiet. Nauar. *in man. c. 25. n. 36.* Less. *de iust. & iu. lib. 2. dub. 3. n. 9.* & est communis.

Licet Iudex sub excōmunicatione præciperet.

30. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt Reus non teneatur respondere, cum dubitat, an Iudex eum legitimè interroget, Bann. Henriq. Less. Salas, Sanch. Sot. & alij ab his citati, & hanc opinionem probabiliorem existimat Dia. *par. 3 tr. 5. resol. 106.* vbi idem resoluit de teste; excipiendo tantum delicta, quæ sunt in perniciem publicam; Et hinc infert, quod quando Superior inquirit generaliter super aliquo delicto notorio, cuius author ignoratur, subditus dubitans, an inditia sint contra illum, quem ipse scit commisisse delictum, non tenetur prodere delinquentem occultum, & potest respondere se nescire, quis commiserit. Nota, contra hanc Ampliationem tenere Sancium, quo ad Reum, & Pitign. quoad testem, & horum opinionē probabilem existimat Dia. *vbi sup.* Vide *hic sup. q 59. n. 4 vsq. ad n. 9.*

An Reus dubitās si Iudex legitimè interroget teneatur respondere?

31. AMPLIATVR 4. Regula 2. consequenter ad præcedentem Ampliationem; Vt Reus non teneatur Iudici respondere, nisi testium depositiones ei notificentur, quia cum non constet ei, quod legitimè interrogetur, potest de hoc rationabiliter dubitare, ita Aldrete, Cord. Nauarra, Nauarrus, Salzed. Sot. Tolet. quos refert, & se-

Vel dum Reo non innotescunt testium depositiones.

quitur Dia. 3. *par. tr.* 5. *resol.* 91. vbi concludit, quòd inditiorum, & semiplenæ probationis copia, Reo tradenda est, ad hoc vt respondere teneatur; Sed postea subdit; Sibi cum Salzedo placere, (& ait, vtinã Iudices seruarent) vt non dentur copiæ, sed tantum, vt Iudex Notario præcipiat, quod testium depositiones absq; eorum nominibus coram Reo legat.

32. Ratio huius Ampliationis est, quia, qui bonam suam famam, & honorem, vitamque iure possidet, nullo adstringitur iure, illa dimittere, quoadusq; sibi innotescat alienum ius; in casu autem nostro Reus iure ista possidet, ergo donec iuridicè ei notum sit ius, quo Iudex potest illum interrogare, non tenetur seipsum prodere, veritatem fatendo; Et consequenter, Reus qui pro se habet hanc solidam rationem, & tot grauissimos DD. tuta conscientia, in casu Ampliationis, potest veritatem occultare, & negare, iusta æquiuocatione; Puta non feci, &c. Intelligendo intra se (taliter, quod tenear confiteri)

33. Huius Ampliationis doctrina satis communis est Theologorum, & Summistarum, qui etiam sustinent Iudicem teneri notificare, vt sup. & præsertim praxis Papien. *in forma inquisitionis in ver. fama publica, nu.* 3. ait; De iure dandam esse copiam inditiorum petitã ante examen, & oppositum facientes Iudices, malè, & pessimè facere in animarum suarum maximum detrimentum, & consentiunt Nauar. & Salon. quos *in praxi interr. Reorum lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 12. Chart. refert, sed non sequitur, vt statim dicam.

34. Animaduertendum, controuersam esse Ampliationis 4. doctrinam, in qua Legistæ Criminalistæ sentiunt Iudicem non teneri tradere copiam inditiorum Reo ante constitutum, ita Chart. *vbi supra*, qui testando de consuetudine, subdit, ita quotidie practicari, vt dicit etiam Foller. & hanc opinionem sectantur Cagn. Corrad. & Neuiza. qui testis est de obseruantia, & respondet rationibus in contrarium, diffusè tractans hunc punctum; Et stante hac generali consuetudine, aiunt Chart. *ibidem*, & Clar. citans Iodoc. *q.* 45. *vers. sed quid*, quod malè faceret Iudex, qui aliter obseruaret in prax; Et cum his sentit Franc. Marci *decis.* 692. *n.* 4. *p.* 1. immò tantum abest, vt Iudex teneatur iubere, vt Reo legatur depositio testium, vt potius talis lectio sit illicita suggestio secundùm Farin. *q.* 83. *nu.* 90. & Chart. *ibidem lib.* 2. *c.* 1. *n.* 65. *&* 66. citans Hostien. *in tit. de testibus*, vbi fatuos Iudices appellat, sic facientes; & licet loquatur de testibus, eadem ratione idem de Reo dicendum est, ait, *ibidem*, Chart.

Controuersus est hic punctus.

35. Probatur hæc opinio Legistarum ex prædicta generali consuetudine, & obseruantia communi; Nam sicuti, quod apud omnes gentes receptum est, dicitur esse ius gentium, & vim habet iuris naturalis, eo quod lumen naturale videatur omnibus dictare illud, sic quod ita communiter obseruatur, etiam á Iudicibus timoratis, non est credendum iniustè fieri, sed potius

tius ritè, & rationabiliter practicari. Et huius praxis ea præsertim ratiq potest adduci; Quia cum Rei, multoties, sint nimis parati ad negandam veritatem, non rarò sint versuti, vt eandem veritatem astutè conētur occultare, & isti, vt probatum est *supra q.* 77. *n.*4. arte, & acumine interrogationū sint trahendi ad veritatem fatendam, & quasi vi ab eis sit extorquenda; Si darentur huiusmodi Reis ante examen, seu constitutum copiæ inditiorum, taliter inde instruerentur, vt præclusa esset via Iudici ad veritatem dicto modo indagandam, ad videndum, an Rei velint mentiri, variare, titubare, &c.

Resolutio. 36. Ex deductis patet, etiam hāc Legistarum opinionē, nimis probabilem esse, & solidis rationibus authoritatibusque grauissimorum DD. fundatā; Vnde videtur quod in præsenti cōtrouersia detur bellum ex vtraque parte iustum? Et quod Iudex iustè præcipiat in terminis propositarū tertiæ, & quartæ Ampliationis iuxta opinionem Legistarum, Et è contra Reus, citra mendacium, veritatem occultet, iuxta opinionem Theologorum, & Summistarum; nec Reus facit contra præceptum, vel iuramentum, quod semper intelligitur de veritate, quam Reus (seu testis) aperire tenetur; Vterque, enim, opinionem probabilem sequendo, iure vtitur suo.

Ampliatur tertia, & quarta Ampliatio, vt procedat etiam inter Regulares. 37. AMPLIATVR proposita 3. & 4. Ampliatio; Vt procedat etiam inter Regulares, secundum Dia. *p* 3 *tr.*5. *resol.*91. Nauar. *in Sum. c.*25. *n.*35. & 36. Sanch. *in Sum. lib.*3. *c.* 7. *n.*11. *in fi. & cap.*6. *n.* 26. Rodr. *in ordine iudic. c.*10. *n.* 3. Bonac. *in decal. disp.*10. *n.*3. *pun.* 2. *n.*4. *vers. mihi probabiliter.*

Obiectioni satis fit. 38. Neque obstat, quod subditus Regularis, dum ei suus præcipit Superior, in dubio, an teneatur? debeat obedire, cum possessio certa Superioritatis stet pro Superiore, & ambiguitas ratione dubij, sit pro subdito, & consequenter ambiguitas certitudini cedere debeat, vt tenet Lorca 2. 2. *sec.* 3. *disp.*53. *n.*8. & 9. & alij; Nam respondetur hoc bene procedere in simplici obedientia extraiudiciali, de qua verificatur obiectio; Secus autem est in obedientia iudiciali, in qua Superior, etiam Regularis, vt Iudex, non est in possessione Superioritatis, Reum subditum interrogādi, nisi iuris ordine seruato interroget; Quod non facit, dum Reus non est certioratus, & potest dubitare, an legitimè interrogetur, cū è contra ipse Reus sit in certissima possessione suæ libertatis, vt tradit Lorca, vbi supra.

39. Nota Dian. *in* 4. *par. tr.*8. *resol.*130. moderate suam *hic sup.* traditam doctrinam, *ex resol.*91. Dum ait Reum teneri respōdere, & veritatem fateri, dum aliqualiter sibi constant processus, & acta, Iudicemq; iustè, & legitimè interrogare; Hæc enim aliqualis manifestatio potest præstari Reo ante constitutum, aperiendo in genere suæ causæ statum, nimirum oretenus illi indicando; quod delictum ex deductis in processu taliter cōstat, quod ipse iuridicè, & legitimè interrogatur; & huic sententiæ sub- Quid si Reo in genere manifestentur acta?

Oo 2 scri-

scribit Bouer. in Direct. par. 2. c. 35. vers. Reo; & hoc apud nos in praxi passim seruari vidi.

Cõsilium Reo datur, vt patenter nõ resista, sed æquiuocet.

40. Vnum hic non prætermittam; Nempè, quod cauere debet Reus in proposito casu a resistendo Iudici patenter. Cum enim in eodem casu pro se Iudex habeat adeo probabilem opinionem, ad respondendum ipsum cogere posset, absque eo, quod sibi inditia ex actis redundantia manifestet, & propterea vtiq; in foro fori, Reus manifestè resistens, succumberet: Vnde cautius faciet (cum in conscientia sit tutus,) respondendo, sed iure suo vtendo nempè æquiuocando, & negando. Vide inf. q. 85. n. 14. & 15.

41. De Materia huius quæst. agit Clar. §. fin. q. 45. nec non Boss. in tit. de respons. à Reo facien. & diffusè Char. in praxi interr. Reorum lib. 3. cap. 2.

De confrontatione Rei cum testibus, Quæstio 82.

1 QVONIAM non raro pro complemento examinis Rei deueniri solet ad confrontationem eius cum testibus; Ideo post quæstiones de Rei interrogatione, & responsione, hæc de confrontatione subordinatur, quæ sequentibus Regulis erit absoluenda.

Confrontatio Rei cum testibus arbitraria est.

2. REGVLA 1. sit. Confrontatio Rei cum testibus de iure non est necessaria, nec de substantia processus, sed vtilis, cum ex ipsa veritas magis elucescat, Clar. Ambros. Chartar. Scacc. & Guaz. defen. 20. c. 19. n. 1. & Reus per eam acrius vrgeatur, Far. q. 72. n. 139. Est tamen in arbitrio Iudicis talis confrontatio, Farin. n. eodem, & Guaz. n. 10. vbi testatur ita obseruari Romæ.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt adeo sit arbitraria Iudici dicta confrontatio, vt quamuis Reus instet pro cõfrontatione, Iudex non cogatur eam facere, nec debeat condescendere petitioni, nisi expediens iudicauerit, cum iura, & DD. moneant Iudices, vt in aliquibus casibus á confrontatione abstineant, Farin. qui testatur de praxi, & Guaz. n. 10. & 11. & de dictis casibus, vide hic infra, in limitatione 2.

Quamuis eam Reus petat.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt è cõtra Iudex cogere testes possit, vt cum Reo confrontentur, Baiar. Chart. Scac. & Guaz. n. 8. sicut enim testes cogi possunt ad testificandum, ita etiam ad confrontandum, Scac. & Guaz. ibidem.

Et cogere potest Iudex testes, vt cõfrontentur.

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt posito aliquo impedimento cõfrontationis, sit in arbitrio Iudicis legere Reo depositiones testium, Caual. Scac. & Guaz. n. 9. & decretum in proposito faciendum ponit Scac. ibidem.

Potest etiam legere Reo testificationes.

6. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt sit etiam in arbitrio Iudicis, quando testes sunt inter se contrarij, eos confrontare, Clar. & latè Caualc. quæ tamen confrontatio fieri non solet, nisi contrarietas sit in negotio principali, vel in circũstantijs substantialibus, Scac. & Guaz. defens. 20. cap. 19. n. 5. & 6. vbi ait Farin. tenere, fieri posse in qua;

An testes confrontetur inter se?

quacunq; contrarietate; sed ipse in hoc non eum sequitur.

Vix, & quomodo veda sit cõfrõtatio. 7. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt cum omnis confrontatio sit periculosa, Guaz n. 2. ad eam deueniire non debeat Iudex, nec vti arbitrio in parte affirmatiuam, nisi antequam Reus ponatur ad largam, ne testes loquantur cum Reo, & ne iste instruatur, & de hac praxi testatur Guaz. n. 12. quamuis huiusmodi praxis, auferens Reo defensiones, ei non placeat. Et videtur inclinare, n. 13. cum Scac. qui diffusè tangit punctum, quod non debeat fieri ante litem contestatam; In qua contestatione, dat Guaz. n. 14. Iudici hanc cautelam, vt inter plurimos nominet Iudex testem confrontandũ, interrogando Reũ, an hos cognoscat, & an hos habeat pro veridicis, & amicis, vt affirmando, facilius in cõfrontatione inducatur ad fatendum, & citat Scac. & Foller. subdens cautelam Reo, vt non approbet nominatos, sed dicat se habere illos pro talibus, quales sunt.

Præsertim dum testes sũt Rei subditi, &c. 8. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt caueat Iudex a confrontatione testium, dum sunt Rei vasalli, famuli, domestici, vel similes, ne ob timorem, vel reuerentiam nõ confirment, debilitent, pallient, vel destruant testificata, Caualc. latè, & Guaz. n. 3. tutius est enim hoc, vt monet Chartar. & ita obseruant cauti Iudices, vt aiunt Ambrosin. Scac. & Guaz. *ibidem*.

Necessaria in casu cõfrõtatio. 9. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt confrontatio non sit arbitraria, sed necessaria; dum testis dicit non nouisse ex nomine, sed cognoscere de visu Reum, & per signa, quæ describi debent diligenter in actis, & deinde ad confrontationem, seu potius ad recognitionem deueniendum est, Clar. Foller. Scac. Caual. Chartar. Marsil. Mille. & Guaz. n. 7. vbi notat hoc fieri debere non in forma confrontationis, sed recognitionis, cum Mille. &c.

10. REGVLA 2. fit. In confrontatione ea omnia seruari debent, quæ in primo examine requiruntur, Clar. Farin. Honded. & Guaz. *defen. 20. c. 20. n. 7.* Vnde testes debent iurare parte præsente, facta inter eos mutua recognitione, Ambrosin. Boer. Chartar. Baiar. latè Caualc. & Guaz. n. 5. Bursat. & Farin. q. 72. Et etiam torqueri, Guaz. n. 7. quod magis est dicendum in socio criminis, qui torqueri debet in facie Rei nominati, vt ratificet, Ambrosin. Cabal. Boss. Scacc. & Guaz. d. n. 7. Seruanda in cõfrontatione.

11. Item seruandum est in recognitione, & cõfrontatione, vt fiat inter plures, non enim Reus solus testi est exhibendus, quia esset species suggestionis, a iure reprobatæ, Scac. alios allegans, *in trac. de iudic. lib. 1. c. 86. n. 81.* qui *n. 59. &* 67. ait, quod de stylo adhibetur numerus duorum, vel trium vna cum Reo, huic similium, quantum fieri potest, facie, statura, & vestibus, & consentiũt Clar. Caualc. Chartar. Scac. Guaz. *c. 20. n. 1. & 2.* Et dato quod testis in confrontatione dicat non Reum, sed alium delictum, de quo agitur perpetrasse, exculparetur Reus, & probaretur hinc eius innocentia Guaz. n. 3. & Item in confrontatione, & recognitione.

præ-

prædicti apponendi cum Reo, non debent esse noti testibus, Scac. *dicto n. 67. circa fin.* & Guaz. *n. 2. in fi.*

Alia seruanda. 12. Vlterius seruari debet, vt cum plures testes cum Reo confrontandi sint, non omnes simul confrontentur, sed singuli, & separatim, Chartar. Ambrosin. Scac. Pegn. & Guaz. *n. 4.* quia, ait, testes debent deponere, ita vt vnus nesciat depositionem alterius; Et singuli testes in confrontatione debẽt referre depositionem primam saltem in substantia, vel audiente Reo, cuiuslibet testis examen legatur, Farin. alios inducens, *q. 80. n. 92. & seq.* Chartar. Foller. & Guaz. *nu. 8.* deinde depositione lecta, interrogetur testis, an ita deposuerit, & pro veritate dixerit, atque ita ratificet in facie Rei, Ambrosin. Chartar. & Guaz. *ibidem,* vbi monet, vt ante dictam lectionem, præcedat relatio testis in substantia, & testatur ita seruari ab omnibus Iudicibus Deum timentibus, ad euitandam occasionem suggestionis.

An recognitio, & confrontatio tollat defectum citationis, inducat publicationem processus, & testes possit Reus repetere? 13. REGVLA 3. sit. Recognitio, & cõfrõtatio tollit defectum citationis, immò plus operatur, quam si Reus fuisset citatus, Afflict. & Farin. *q. 72. n. 139.* Baiar. alios inducens, & Guaz. *defens. 20. cap. 21. n. 1.*

Item per confrontationem inducitur publicatio processus, Bar. & Baiar. *q. 49. n. 9.* Quod intelligit Guaz. *n. 7.* procedere in ea parte, in qua facta fuit confrontatio, non in toto processu.

14. An verò confrontatio faciat, vt Reus non possit testes repetere, est controuersum, vt apud Guaz. *n. 2. vsque ad 6. inclusiuè.*

An, & quando confessio iudicialis ad Reum condemnandum sufficiat?

Quæstio 83.

1 CVM in iudicio, ad hoc Reus interrogetur, vt quantum fas est, ex eius ore patrati delicti confessio habeatur, postquam vidimus de Rei iudiciali interrogatione, & responsione, de eiusdẽ iudiciali confessione videndum est.

2. REGVLA sit. Confessio iudicialis, & spontanea Rei, ad ipsum condemnandum sufficit; Vnde dici solet; In confessum, Iudicis partes non sunt, nisi in condemnando, ita Clar. *§. fin. q. 65. vers. 1.* vbi inducit testantes de communi Gand. Suz. Imol. Carrer. & Mille. Huic Regulæ subscribunt Abb. Ang. Bar. Bal. Boss. Dec. & Farin. *q. 81. n. 3.* vbi alios ad saturitatem citat cõcordantes, inter quos Conrad. & Gomez testantur de communi, & ibi Farin. ait. hanc Regulàm contradictorem non habere. Ratio Regulæ est, quia confessione, nulla maior reperitur probatio, nec alia probatione opus est, vbi confessio habetur, quæ facit rem manifestam, & notoriam, habetque vim rei iudicatæ, secundùm Abb. Bar. Bal. cum innumeris, quos sequitur Farin. *n. 4.* Rei confessio spõtanea in iudicio sufficit ad condemnationẽ.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt confessio sufficiat ad condemnandum, etiam si processus alias esset nullus, Innoc. originaliter, *in c. qualiter, & quando, il 2. n. 7. de accusat.* & de communi testantur Alex. Quamuis processus esset nullus.

Fol-

Foller. Gomez, Ias. Marſ. & Clar. *q. 55. verſ. item poſſet*, vbi ait, hanc communem opinionem canonizatam eſſe in iudicijs, & in ſcholis, eamque in iudicando intrepidè ſequendam; & de communi teſtis eſt etiam Farin. *nu.* 5. Confeſſio enim tollit omnem ineptitudinem proceſſus, ſecundùm Bar. Innoc. & Boſſ. *tit. de confeſſis, n.* 40. Intellige hanc Ampliationem, vt Iudex poſſit, ſed non cogatur damnare ex confeſſione emanata ex proceſſu nullo, ita Ang. Dec. & Boſſ. *d. n* 40.

Non tamē tenetur Iudex condemnare.

4. Ex hac Ampliatione infertur 1. quod ſtante dicta confeſſione, non attenditur defectus, & nullitas ordinis iudiciarij; Puta; ſi Inquiſitio formata eſſet, non præcedente fama; *cap.* 1. *de accuſ. in* 6. vbi Archid. & Gemin. ita originaliter Innoc. *in c. qualiter, & quando, il* 2. *de accuſ.* vbi Butr. Io. Andr. Io. Anan. qui ait, quod ita cōmuniter dicunt DD. & Feiy. qui ait, quod in hoc omnes ſcribētes cōſentiunt; Hanc ſententiam tenuerunt etiam Abb. Aret. Ang. Bal. Chart. Foller. Maſcar. & Farin. *q.* 81. *n.* 66. vbi vltra citatos inducit 28. alios DD. concordātes; licet Maran. Marſ. Rom. & pauci alij relati à Farin. *q.* 81. *n.* 67. contradicant.

Vt ex defectu ordinis iudiciarij.

5. Infertur 2. Vt dicta confeſſio validet proceſſus nullitatem ex ineptitudine inquiſitionis, ſeu accuſationis, Aret. Bero. & Dec. *in cap. at ſi Clerici, de iudic.* Bar. Feiy. & Farin. *n.* 68. vbi ait, quod hoc eſt de mente omnium citatorum, *hic ſupra, n.* 4. Quamuis etiam in hoc Maran. Marſ. & quidam alij diſſentiant.

Ex ineptitudine inquiſitionis, vel accuſationis.

6. Infertur 3. Vt dicta confeſſio ſufficiat ad condemnandum, etiam quod emanauerit non præcedentibus inditijs, ex ea enim validatur proceſſus nullus ex defectu, quia inditia non præceſſerunt, gl. & communiter omnes DD. *in cap.* 1. *de accuſat. in* 6. Ang. Paris de Put. Foller. Maſcar. Anchar. & de communi teſtantur Beluiſ. & Mille. & ita ſeruari in praxi, ait Farin. *q.* 81. *n.* 13. inducens vltra præcitatos ſeptem alios DD. Non deſunt oppoſitum tenētes, vt ſunt Sarmien. ex D. Tho. & Sot. & faciunt relata à Farin. *q.* 81. *n.* 14. & 15.

Non præcedentib. inditijs.

7. Infertur 4. Vt dicta confeſſio validet nullitatem capturæ factæ ſine inditijs, Alex. & Boſſ. *tit. de confeſ. n* 76. nec non Farin. *q.* 81. *n.* 71. (licet alij contra). Item nullitatem proceſſus in ſubſtantialibus, Franc. & Far. *n.* 73. Itē dicta confeſſio operatur, vt confeſſus poſſit condemnari perempta inſtantia, ſecundùm Ang. Anan. Bal. Bertaz. Dec. Foller. & Farin. *n.* 74. vbi inducēs etiam alios teſtatur de communi. Item ſine litis conteſtatione Bar. Bero. Innoc. Mant. & Farin. *n.* 76.

Ex captura facta ſine inditijs, ex nullitate in ſubſtantialibus perēpta inſtātia, & ſine litis conteſtatione.

8. LIMITATVR 1. propoſita 1. Ampliatio; Vt dicta confeſſio non validet nullitatem procedentem ex defectu iuriſdictionis, ita Clar. *q.* 55. *ver. præterea, & ver. item poſſet*, citans Gomeſ. qui teſtatur de communi omnium DD. *Vide hic inf. n.* 28. *& ſequ.*

Non validatur defectus iuriſdictionis.

9. LIMITATVR 2. eadem Ampliatio; Vt non procedat in confeſſione facta coram Delegato; confeſſio enim facta coram Ordinario

Confeſſio cora Delegato nō validat proceſſū nullum.

nario

nario validat processum nullum, non autem facta coram Delegato, Ang. Marsil. Baiar. ad Clar. *q.*55. *n.*26.

An sine processu prędictus confessus possit cō demnari?

10. AMPLIATVR 2. Regula; Vt confessus spontaneæ iudicialiter possit condemnari, etiam sine præcedente processu vllo modo, secundùm Abb. Anan. Anchar. Bal. Brũn. Butr. & Farin. qui sex alios concordãtes DD. citat. *q.*81. *n.*75. vbi testatur de communi; licet contra teneat Ang. cuius sententiam Farin. ibidem dicit veram, quoad pœnam ordinariam, hanc verò Ampliationem, quoad extraordinariam, & faciunt dicta per eundem, *n.*91.

An cōfessio in vno iudicio noceat in alio?

11. AMPLIATVR 3. Regula; Vt confessio criminis in vno iudicio, præiudicet etiam in alio, Abb. qui testatur de communiori, & veriori opinione, Anchar. Bellam. Imol. Mant. Zabar. & Farin. *q.*81. *nu.*93. Et hoc quamuis confessio fuerit facta in iudicio nullo, Diaz. Purpurar. & Far. *n.*101. Et idem dicendum est in confessione facta à teste, secundùm Diaz. Fulgos. Purpur. Bar. Butr. Grat. Ias. Surd. & Far. *n.*102. vbi dicit hanc opin. æquiorem; licet alij contra.

Quid si facta sit in nullo iudicio?

Declara.

12. LIMITA hanc Ampliationem; Vt procedat in confessione inter easdem personas, secus inter diuersas; In confessione vera, & expressa, secus in ficta, & tacita, Farin. *q.*81. *n.* 103. *vsque* 106. vbi citat Fely. & plures alios graues DD. concordantes.

Quid in confessione qualificata, incipiente ab affirmatiua?

13. AMPLIATVR 4. Regula; In confessione qualificata incipiẽte ab affirmatiua in criminalibus, & in his, quæ habent contra se præsumptionem, vt in homicidio, iniuria, & similibus, in quibus talis confessio pro parte acceptari potest, & sufficit ad condemnandum, Bart. quem communiter sequuntur DD. teste Farin. *q.*81. *nu.*6. & præsertim Bertaz. Ias. & Vulpell. qui testantur de magis communi, & practicata opinione, Abb. Alex. Ang. Boss. Clar. Dec. Fely. Foller. Masc. & Far. *nu.*110. vbi cumulat 26. alios DD. concordantes; Et quãuis hæc Ampliatio habeat plurimos cõtradictores, vt apud Far. *n.*112. Tamen cum sine dubio sit magis cõmunis, & in iudicijs practicata, teste Farin. *n.*113. firmiter tenenda est; Et non modo, quando confessio qualificata, est sub duplici structura verborum; Puta; Occidi; sed ad mei defensionem; Sed etiam dum est prolata sub vna tantum structura verborum; Puta; Occidi, me defendendo, saltem quoad pœnam extraordinariam, Farin. qui pro, & contra DD. adducit, & tandem sic meritò concludit, *n.*113. *vsque* 116.

14. Quod autem stante dicta confessione qualificata, incipiente ab affirmatiua, possit deueniri ad pœnam, non ordinariam, sed extraordinariam, tenuerunt Abb. & Fely. *in c. auditis, de præscript.* Dec. Ias. cum alijs, quos ad saturitatem citat, & sequitur Far. *q* 81. *n.* 157. inter quos Clar. testatur de cõmuni, & seruata opinione, & Bertaz. cum Burs. testes sunt de magis cõmuni (licet aliqui contra.) Quid autem dicendum sit, dum qualitas non adijcitur statim, sed ex interuallo,

uallo, vide Far. d. n. 118. vsque 126.

15. LIMITA 1. Ampliationem 4. Vt procedat, ficut dictum est in responsione incipiente ab affirmatiua, secus si à negatiua; Puta. Non occidi, sed si feci, fuit ad mei defensionem, tunc enim confitens habetur pro negante, nec confessio potest diuidi, vt probaui supra q. 78. n. 26. & tenuit Farin. q. 81. n. 142. ex Bal. Boss. Clar. & alijs; Et subdit n. 143. quod Reus pro negante etiā habetur, nec potest diuidi confessio, dum Reus incipit a conditione; e.g. si occidi, feci ad mei defensionem, secundùm Bald. Cyrili. & Iaf. & hos sequens Farin. ait, hoc esse de mente omnium DD. allegatorum ab eo, d. n. 142. nempe Ang. Bero. Clar. Fely Bon. & aliorum.

Quid si à negatiua incipiat?

16. At quod Iudex non debeat admittere istam conditionatam responsionem, & quod nisi præcisè affirmatiuè, vel negatiuè respōdeat, possit Reus torqueri, tenet Casen. in tr. de tormen. c. 18. rubr. de cōfess. spontan. n. 19. & solidè probauit Farin. q. 37. n. 176. ex Bal. Foller. &c.

Sed contra.

17. LIMITA 2. Ampliationem 4. In confessione affirmatiua qualificata, adiecta clausula; Non aliter, &c. quæ non potest diuidi; sic enim confitens habetur pro negāte, nisi responsio acceptetur, prout prolata est, & propterea ex ea cōdemnari non potest, secundùm Bal. qui testificatur de quotidiana praxi, post gl. in l. si quidem, C. de except. Boss. tit. de confessis, nu. 26. vbi citat Anan. Dec. & Socin. Et subscribit Vulpel. qui alios referēs concordantes testis est de communiter recepta opinione, & Farin. q. 81. n. 148. vbi ait ab hac non discedendum, cum sit æquior, & magis communis opinio; licet aliquos habeat contradictores.

Quid in affirmatiua qualificata cum clausula non aliter?

18. LIMITA 3. Ampliationem 4. In his, quæ de sui natura non sunt prohibita, in quibus confessio qualificata affirmatiua non potest pro parte tantùm acceptari, Bert. Boss. Ferret. Foller. Hond. Claud. Mille. Gabr. qui exemplificat in confitente expendisse monetam falsam, quam cred. bat bonam, & Far. q. 81. n. 149 quem ad rem loquentē vide etiam n. 168 vsq; 171.

Seu in his, quæ de se non sunt prohibita.

19. AMPLIATVR 5. Regula; Vt confessio iudic alis spontanea non indigeat ratificatione, dummodo non fuerit expressè reuocata, Bart. & Castren. in l. vnica, C. de confessis, Clar. q. 65. vers. sed quæro, vbi plures adducit testantes de communi, & præsertim Brun. qui ait, quod hæc est cōmunis, & quasi omnium opinio, quam etiam tenuerunt Abb. Ang. Bal. qui dicit, ita de consuetudine obseruandum, Boss. Chart. Foller. & Far. q. 81. n. 8. vbi ad saturitatem citat DD. inter quos tredecim testantes de communi; & subdit n. 10. hanc veriorem, communiorem, & practicatam; Quicquid dicant Bologn. Marsil. Suzzar. & quidam alij relati a Farin. n. 11.

Spontanea confessio in iudicio non reuocata, non indiget ratificatione.

20. AMPLIATVR 6. Regula; Vt iudicialis spontanea confessio noceat confitenti, etiam quod is fuerit absolutus per sententiam, quæ in iudicatum transierit, Abb. Anton. de Butr. Alciat. qui de communi, Aret. Bero. qui ait, hoc ab omni-

An dicta confessio noceat ab soluto?

omnibus ferè approbari, Iaſ. Inn. & Farin. *q.* 4. *n.* 43. vbi relatis ſeptē DD. concordantibus, ait, quod licet præfati DD. loquantur in ciuilibus, idem dicendum eſt in criminalibus, prout optimis rationibus demonſtrat Foll. *in praxi crim. par.* 1. *tertiæ par. principalis verſ. Et ſi confiteantur, n.* 40. *& ſeq.*

21. Neq; obſtat communis DD. ſententia dicētium; Confeſsionem non nocere confitenti, quādo alias contra illam fuit ſententiatum, quam opinionem ſequuntur præſertim Abb. Bald. Felyn. Innoc. & alij relati a Farin. *q.* 4. *n.* 43. quia reſpondetur cum Foller. loco citato, & præcipuè *n.* 44. quod communis DD. intelligitur, prout ipſi loquuntur, quando confeſsio emānauit ante ſententiam, in qua poſtea contra cōfeſsionem fuit pronunciatum; noſtra autem ampliatio in confeſsione emanata poſt ſententiam.

Cōfeſſio Iudici per literas facta probat.

22. AMPLIATVR 7. Regula; Vt confeſsio Rei abſentis facta per eius literas, Iudici ab eo tranſmiſſas, ipſi Reo præiudicet, quia probat, ſecundùm Bal. & Baiar. ad Clar. *q.* 55. *n.* 7.

Cōfeſsio falſa non nocet.

23. LIMITATVR 1. Regula; Vt procedat in confeſsione vera, nam ſi conſtaret falſam eſſe confeſsionem, confitenti non præiudicaret, Alber. Bald. Bertaz. Carer. Conrad. Maſcar. Montic. & Far. *q.* 81. *n.* 21. vbi citat ſeptem alios concordantes DD. Et hinc eſt, quod confeſsio Rei dicentis, ſe occidiſſe N. qui viuus reperitur, tanquam falſa, non nocet confitenti, gl. *in l. vnica*; *C. de confeſſis*, vbi notant omnes DD. per tex. expreſſum, *in l. inde Neratius*, *§. fin. & l. ſeq. ff. ad leg.* Aquill. Marſ. Mille. Menoch. Monticell. & Farin. qui alios etiam citans, ait, *n.* 24. hanc doctrinam veriſsimam, communem, & nullam prorſus habere difficultatem: In dubio nihilominus confeſsio præſumitur vera, & non falſa, ſecundùm Bald. Bertaz. Brun. Farin. & alios *n.* 23.

Siuè de falſitate conſtet ante, ſiuè poſt ſententiam.

24. AMPLIATVR 1. limitatio 1. Vt procedat, ſiuè de innocentia Rei conſtet Iudici ante, ſiuè poſt ſententiam, in vtroque enim caſu abſoluendus eſt Reus, detectus innocens, qui falſum confeſſus fuit delictum, Aret. *in c. ex tenore*, *& ibi* alij DD. de teſtibus, Boſſ. *tit. de confeſſ. n.* 70. vbi ait, quod dum per teſtes conſtat de innocentia, magis attenditur veritas, quam confeſsio, & abſoluendus eſt confeſſus, Bert. *conſ.* 95. *lib.* 1. vbi dicit, quod quādo conſtat de innocentia Rei, omnes admittunt Reum abſoluēdum eſſe, non obſtantibus ſexcentis confeſsionibus, Bal. Maſcar. & Farin. alios inducens, *q.* 81. *n.* 25. Sed nota, quod, dum de innocentia Rei conſtat Iudici non ante, ſed poſt ſententiam, cum ipſe Iudex iam functus fuerit officio ſuo, ad hoc vt poſsit liberare Reum confeſſum, & condemnatum, pro liberatione cōſulendus eſſet Princeps, vt eſt tex. ad literam, *in l.* 1. *§. ſi quis vltro*, *ff. de quæſt.* vbi gl. & communiter omnes DD.

Sed poſt ſententiā conſulatur Princeps.

In parte falſa confeſsio tota præſumitur falſa.

25. AMPLIATVR 2. limitatio 1. Vt in totum præſumatur falſa confeſsio, quæ in parte falſa reperitur, Alciat. Dec. Soc. & Far. *n.* 22.

26. AM-

Inuerisimilis non sufficit ad condemnandum. 26. AMPLIATVR 3. limitatio 1. Vt confessio inuerisimilis, cui resistunt inditia innocentiæ, non sufficiat ad condemnandum, immò nihil operetur, Bal. Bertaz. Brun. Dec. Decian. Foller. Mascar. Menoch. Tiraquel. Far. & alij quamplures ab eo relati, *q.* 81. *n.* 28. vbi testatur de communi; Quod multo magis dicendum est de confessione impossibili, quæ nihil operatur secundùm Bertaz. Decian. Foller. Marsil. Menoch. Montic. & Farin. alios inducens *n.* 29. Minus impossibilis

Mitius agitur cū sponte cōfesso. 27. LIMITATVR 2. Regula; Vt licet confessio iudicialis sufficiat ad condemnandum, mitius tamen semper agendum sit cum sponte confesso, quam cum conuicto, Abb. *in c. at si Clerici, de iudic.* vbi Aret. Fely. & Bero. qui testatur de communi, & veriori opinione; His subscribit solidè Tiraq. Foll. Boss. & de communi testantur Bertaz. & Simanc. quos sequitur Farin. *q.* 81. *n.* 172.

Confessio coram incompetente non sufficit ad condemnandum. 28. LIMITATVR 3. Regula; Vt non procedat in confessione facta coram Iudice incompetente, hæc enim non sufficit ad condemnandum, cum confessio non validet nullitatem processus ex defectu iurisdictionis, vt probatum est *sup. in hac q. n.* 8. & tenent Aret. & Alex. quos refert Clar. *q.* 55. *vers. præterea*, & est *tex. in c. at si Clerici, & ibi* Abb. Bal. Dec. Felyn. & communiter omnes *de iud.* Ang. Bar. Boss. Chart. & Farin. plures alios inducens, *q.* 81. *n.* 188. *vbi in sequentibus* ampliat hanc limitationem.

29. SVBLIMITATVR hæc limitatio; Vt licet in criminalibus confessio facta coram Iudice incompetente non sufficiat ad condemnandum, immo sit nulla, non tamen ipso iure nulla sit, valet enim vt extraiudicialis, ita Aret. & Dec. qui testantur de communi, & Boss. *tit. de confess. in fin. n.* 55. & 56. & consentit Farin. *q.* 81. *n.* 205. Et consequenter sufficit ad torquendum, Ias. & Bos. *ibidem n.* 54. Alex. qui testatur de communi, Ang. Castren. Dec. & Rom. *in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. iud.* Clar. *q.* 21. vbi plurimos refert testantes de communi, & idem præstat Farin. *n.* 206. ad saturitatem concordantes DD. referens. Et ampliatur hæc doctrina, vt etiam procedat, quando iurisdictio Iudicis, coram quo facta fuit confessio, non est prorogabilis, puta in confessione Clerici coram Laico, vel è contra, Dec. qui ait, hanc esse communem, & veriorem opinionem, *in c. at si Clerici*, vbi Aret. Bal. Imol. Inn. & alij *de iudic.* & tenuit Clar. *q.* 21. *vers. hanc tamen*, vbi reprobata contraria, testatur de magis cōmuni, & concordantes adducit, & pariter Farin. testis est de communi, & citat concordantes per multos, inter quos non pauci testantur de communi, *n.* 207. licet grauissimi quamplurimi DD. in hoc vltimo non consentiant, quos refert Farin. *nu.* 208. Vbi in sequentibus subdit quasdam huius doctrinæ declarationes, quas prætermitto, cū parum faciant ad nostrū institutū. Non tamen est ipso iure nulla. Et sufficit ad torturam. Quid dū iurisdictio non est prorogabilis?

An, & quomodo debeat constare de corpore delicti? 30. LIMITATVR 4. Regula; Vt confessio spontanea iudicialis non sufficiat ad condemnandum, nisi constet de corpore delicti, vt pro-

probaui supra *q.12. nu.3. in princ. Vbi n. 12.* declaratur, quid dicendum sit in delictis nulla vestigia post se relinquentibus, Et *n.5.* insinuatur, quid iuris in delictis post se vestigia relinquentibus, nempè vt debeat constare non solum de corpore delicti, sed etiam de illius circumstantijs, & qualitatibus; prout tradiderunt Bertaz. Bursat. Foller. Marsil. & Farin. alios concordantes referens, *q.81. n.30.* Et hinc est, quod confessio generica confitenti non nocet, vt e. g. occidi hominem, seu fui latro stratarum; debet enim esse specifica, vt Occidi N. tali loco, & tempore &c. & latrocinia, talia, & talia perpetraui, cum talibus qualitatibus &c. secundùm Boss. Paridem, Rom. & Far. *n.31.* Et pro ampliori declaratione huius limitationis; Vide totam *q.12 hic supra.*

Cõfessio debet esse specifica.

31. LIMITATVR 5. Regula; Vt non habeat locum in confessione dubia, incerta, tacita, vel implicita, cum ad hoc, vt confesio ad condemnandum sufficiat, clara, certa, lucida, expressa, & explicita esse debeat, alias quoad condemnationẽ nihil operatur, Bertaz. pluribus in locis, & præsertim *lib. 2. cons.471. n. 10. & seq.* vbi testatur de communi, Dec. Felyn. *in c. at si Clerici, de iudic.* Butr. Boss. Foller. Masc. & Far. concordantes alios inducens, *q.81. n.32.* vnde dum Reus, e. g. Confitetur N. socium criminis; & sic tacitè facit se criminosum, hæc tacita cõfesio non sufficit ad confitentem condẽnandum, secundùm Dec. & Felyn. *vbi supra*, & subscribit Farin. alios inducens *n.33.* Qui *n.35.* ait confessionem dubiam, & incertam interpretandam esse in bonam partem, in fauorem confitentis, & secundùm illius intentionem, citans Bal. Bertaz. Dec. Foller. & quamplurimos alios, & de communi testatur.

Cõfessio dubia, tacita, & implicita non sufficit.

An dubia in bonam partẽ sit inte pretanda?

32. SVBLIMITATVR hoc vltimum de interpretatione; Vt non procedat in his, quæ de se mala sunt, & prohibita, in quibus confessio in malam partem interpretari debet, ita Abb. Anan. Anchar. Aret. Butr. Felyn. qui ait, in his, quæ de se mala sunt, vel prima facie mala apparent, non admitti interpretationem in meliorem partem, Zabar. *in c. cum dilecti, de accusat.* vbi teste Far. *q.81. n.38.* cõmuniter omnes DD. inducens Gabr. & Socin. dicentes, quod confessio, quæ potest importare bonum, & malum, dum sumus in prohibitis, interpretatur contra confitentem, nisi confitens probet excusationes. Et vniuersaliter in homine malæ famæ interpretatio fit in malam partem, secundùm Felyn. Hostien. & Farin. *n. 37.* de malo enim homine nõ potest præsumi nisi malum, *c. Osius, de elect.*

In prohibitis?

In homine malæ famæ?

33. LIMITATVR 6. Regula; Vt non procedat in cõfessione delicti confessi, non confessa causa, non enim talis confessio sufficit ad cõdemnandum, Blanc. qui propterea ait, quod Iudex interrogare debet Reum, qui delictum confessus est, cur illud fecerit, Bellam. Cason. Corrad. Marsil. Mascard. Montic. & Far. *q.81. n.4.* vbi alios inducens testatur de communi.

In confessione delicti, non confessa causa?

34. LI-

Quid in confessio ne incidē ter facta? vsque ad n. 39.

34. LIMITATVR 7. Regula; Vt confessio incidenter facta de crimine, ad quod non agebatur, non sufficiat ad condemnandum, gl. *in c. at si Clerici*, vbi Abb. Dec. Felyn. & Mantic. *de iudic.* Bart. Bertaz Butr. Ang. Mascar. qui testis est de communi, Tiraquel. & Farin. alios etiam citans *q. 81. n. 219.* Et hinc sequitur, quod confessio criminis per viam exceptionis obiecti, tanquam incidenter facta, non sufficiat ad condemnandum; secundùm Butr. Saly. & Farin. *n. 221.* Quod procedit etiam in teste sic fatente, Foller. Mascar. Tiraq. & plures alij, quos sequitur Farin. *n. 223.* Nisi testis fassus fuisset se falsum deposuisse, quia hæc confessio sufficeret ad cōdemnandum, gl. *in c. 1. & ibi*, Abb. Butr. Hostien. & Mant. *de except.* Bart. & Farin. qui alios etiam inducit *n. 233.* Et vniuersaliter testis confitens proprium delictum, licet ordinaria pœna non poss.t puniri, vtique pœna extraordinaria poterit ex hac confessione damnari, secundùm præcitatos DD. *in dicto cap. 1.* & Farin. alios inducens *nu. 266.* qui *n. 263.* testatur de magis communi; referens alios contra tenentes, *n. 267.*

35. SVBLIMITATVR 1. limitatio 7. Vt confessio incidenter emanata sufficiat ad condemnandum, quando tela iudicij fuit ordita saltem generaliter contra confitentem; Vt e.g. In casu inquisitionis in cap te, & in membris, in qua confitens, etiam vt testis, si sit de numero membrorum, puniri potest, Abb. Butr. Hostien. Specul. Zabar. & Farin. *q. 81. n. 237.* vbi alios etiā inducit DD. Quod multo magis procederet, cum testis interrogaretur, vt principalis quoad se, & testis quoad alios, tunc enim etiam contra eum tela orditur, & ex confessione condemnari posset, Butr. & Farin. *n. 249.*

36. SVBLIMITATVR 2. limitatio 7. quando condemnatio venit de manu Principis, tunc enim confessio incidenter facta sufficit ad condemnandum, secundùm gl. *in c. cum super, de elect.* vbi Abb. Bald. Beliam. Hostien. Imol. & Zabar. Huic opinioni subscribunt etiam Boss. Dec. Fely. & Far. *q. 81. n. 248.*

37. SVBLIMITATVR 3. limitatio 7. quando crimen confessum in iudicio criminali, tāgit causam, de qua principaliter agitur, vel est illi connexum; tunc enim confessio incidenter facta, sufficit ad condemnationem Bar. quem citat, & sequitur Boss. *in tit. de confessis, n. 42. per c. 1. de except.* Aret. qui testatur de communi, Abb. qui dicit, quod in hoc omnes consentiunt, & Clar. *q. 55. vers. posset etiam, & est tex. in c. in fine, de excep.* vbi gl. But. Fel. Host. Innoc. & Mant. qui testatur de communi, Bal. Butr. & Far. ad saturitatem alios etiam citans, *q. 81. n. 251.* (quicquid dicat Dec.) e. g. Si testis, vel Accusator confiteatur se participem criminis, de quo principaliter agitur; talis confessio sufficiet ad condēnationem; ita Bal. Bero. But. & Far. *n. 253.* Qui *vsq; ad n. 259.* exemplificat in alijs casibus. Et est adeo vera hæc sublimitatio, vt quando confessio

est

est de crimine tangente causam, de qua agitur, vel connexo, imponi possit pœna delicti ordinaria, secundùm Clar. *vbi sup.* qui ait, quod in hoc omnes consentiunt, Abb. Butr. Fely. qui asserit, quod omnes ita tenent; Imol. & Zabar. *in c. 1. de excep.* nec non Far. concordantes inducens *n. 260.* Et hoc sine nouo processu, secundùm Afflict. *dec. 176.* Bero. Felyn. Lucam de Pen. & Baiar. *ad Clar. q. 19. ver. fin.* Prædicta declarat Far. *n. 263.* procedere in Ordinario, nam Delegatus, vt etiam tenet Zabar. punit tãtum extraordinariè.

38. SVBLIMITATVR 4. limitatio 7. Vt licet confessio incidenter facta non sufficiat ad condemnandum in eodem iudicio criminali, si huiusmodi confessio fuerit reproducta in alio iudicio, pariter criminali, noua tela formata, ad condemnandum sufficiet, Abb. qui testatur de veriori, & communiori opinione, *in c. per inquisitionem*, vbi Butr. & Zabar. *de elect.* Bal. Bar. Boss. qui testatur de communi, & seruata opinione; Masc. Rom. & Far. cumulans concordantes, *q. 81. n. 272.* Non desunt tamen plures grauissimi DD. tenentes in hoc casu confessionem non sufficere ad condemnandum, sed tantum ad torquendum, quos refert Farin. *n. 273. & 274.*

39. SVBLIMITATVR 5. limitatio 7. Vt licet confessio incidenter emanata non sufficiat ad condemnandum in pœnã ordinariam, sufficiens tamen sit ad pœnam extraordinariam infligendam, secundùm Abb. Host. en. Imol. Innoc. Io. And. & Mant. *in c. 1. de excep.* Ang. Butr. Zabar. Bellam. Cyn. Rom. Saly. Mille. & Far. *q. 81. n. 266.* vbi testatur de communi, *& n. 268.* de magis communi. Licet contra citentur Aret. Dec. Fely. Imol. etiam Rom. & Boss. qui testatur de magis communi, & hos refert Far. *n. 267.* Sed, vt idem not. *n. 268.* hæc secunda opinio procedit in confessione emanata in iudicio ciuili, & parte non instante, prima autem in criminali, & parte, vel fisco instante.

40. LIMITATVR 8. Regula; In confessione emanata spe impunitatis promisse à Iudice, quæ non sufficit ad condemnandum regulariter, prout probaui *sup. q. 80. n. 20. vsque ad 23* vbi etiam declaraui quando sufficiat; hic nõ repeto. Seu emanata spe impunitatis.

41. LIMITATVR 9. Regula; In confessione erronea, quæ, quãuis spontanea, reuocata, non nocet confitenti, Aret. Alex. Fely. & hos c tans, Boss. *tit. de confessis n. 60.* vbi de communi, de qua testatur etiam Clar. *q. 55.* Abb. Ang. Bal. Innoc. Dec. qui similiter testis est de communi, & Far. *q. 81. num. 315.* vbi concordantes alios inducens, ait, hanc communem, & verissimam; Dummodo talis confessio allegetur, et probetur erronea, aliàs enim in dubio præsumeretur vera, & nõ erronea, prout tenent etiam Ang. Aret. Bal. Boss. qui testatur de communi, & seruata opinione, Chart. Foller. & Masc. qui similiter testis est de communi, & Farin. alios plures citans *n. 337.* Bene verum est, quod sufficit probatio erroris per coniecturas, & inditia, ad hoc, vt Vel erronea.

error

error dicatur plenè probatus, secundùm Far. *n.*341. qui *n.* 339. inducit Bald. Brun. Foller. Marf. & Paridem de Put. cum alijs asserentibus, errorem probari per coniecturas, & inditia. Intellige, vt error probetur per testes, non per torturam confessi, qui si reuocet confessionem, non est torquendus tanquam varius, habita enim confessione, aliud quaerendum non est, Boss. & Clar. *qu.* 55. *vers. fin.* Claud. & Farin. *n.*342. Et vlterius nota, quod quando confessio deliberata respicit factum proprium Rei, error in specie probandus est, & etiam causa erroris, idest, quare confitens motus fuerit ad sic confitendum, Arct. & Personal. testantes de cõmuni, Abb. Franc. Mont. Paris. Saly. & Farin. alios concordantes inducens, & testificans de communi, *nu.* 344. (quicquid dicat Ang.) Et id, quod dici solet; Probato, rem aliter se habere, errorem probari; intelligitur in confessione facti alieni, vel extraiudicialis, secundùm Far. *n.*344. loquens per verbum, forsitan. At in facto proprio, probari debet error, & erroris causa, & talis error, qui nõ cadat in latam culpam, Aret. Bal. Bart. Paris, & Far. *n.* 347. Nisi in cõfessione relatiua ad scripturam, quae non nocet confitenti quando in scriptura apparet contrarium eius, quod quis cõfitetur, tunc enim satis dicitur probatus error, absque alia extrinseca probatione, Bertaz. & Far. *n.* 351.

Cõfessio potest declarari. 42. AMPLIATVR 1. limitatio 9. Vt multo magis confessio possit (etiam ex interuallo) declarari, excusari, & interpretari per confitentem, *c. dilecti*, & ibi But. *de accus.* Berta. Corrad. Foll. Paris, & Far. alios citans, *q.* 81. *n.*317.

Etiam iurata. 43. AMPLIATVR 2. limitatio 9. Vt procedat etiam in confessione iurata, sub quacunq; forma iuramenti, Abb. Anan. Anch. Aret. Fel. Hostien. Inn. Io. And. Zabar. & alij *in c. cum dilecti, de accus.* & de communi testatur Far. *q.* 81. *n.* 318. *&* 319. quicquid aliqui relati *n.*320. contra dixerint. Et procedit Ampliatio, quamuis confessio esset acceptata a Fisco, vel a Iudice nomine Fisci, secundùm Aret. Hostiod. & Boss. *tit. de confes. nu.* 61. Claud. Mille. Montic. qui alios referunt, & Far. *n.*321. qui *n.* 323. dicit hanc veriorem, & magis practicatam opinionem, & alios oppositum tenentes, intelligendos esse in ciuilibus, & docto de errore.

Quid in repetita, & ratificata [illegible] 44. Quid sit dicendum in confessione repetita, & ratificata, vide Far. *q.* 81. *n.*324. *cum duob. seq.* vbi ait, quod, secundum magis communem, etiam in hoc casu procedat limitatio 9. licet hic punctus sit non parum controuersus, & saltem difficilius talis confessio reuocetur.

Erronea reuocatur, etiam post sententiam. 45. AMPLIATVR 3. limitatio 9. Vt confessio tanquam erronea possit reuocari in criminalib. post sententiam, & etiam in causa appellationis, secundùm Conr. Foll. Mont. & Farin. quamplures alios inducens, *q.* 81. *n.*327. *& seq.*

Licet facta praecedentibus inditijs. 46 AMPLIATVR 4. limitatio 9. Vt confessio possit reuocari sub praetextu erroris, quamuis praecesserint inditia ante confessionem, ita

ita Ang. qui testatur de praxi, & ad eum Aug. Corr. Foller. Saly. & Farin. *q.* 81. *n.* 330. qui *n.* 335. ait, quod quamuis præcederent mille inditia, & coniecturæ spontaneam confessionem, non credit, quod possit confitenti denegari probatio erroris suæ confessionis, & testatur de obseruantia, de veriori, & magis communi opinione; licet Mascar. Carer & alij relati a Farin. *n.* 331. teneant, confessionem non posse reuocari, præcedentibus inditijs claris, & indubitatis. Sed non recedas ab hac Ampliatione; etiam in casu, in quo videretur caluminosa reuocatio, cum Farin. *n.* 334. *&* 335.

47. LIMITATVR 10. Regula; In confitente, qui incontinenti reuocat confessionem suam, reuocatio enim talis admittitur, & hæc confessio reuocata, etiam non docto de errore, non sufficit ad condemnationē, secundùm Abb. Alex. Boss. Carer. Foller. Ias. & Far. hos, & sex alios concordantes citans *q.* 81. *nu.* 348. Reuocatio autem incontinenti dicitur facta, dum non est redacta in scriptis, vt tenent Foller. & Alex. At secundùm Marian. dicitur incontinenti reuocata, si reuocetur postquam fuerit scripta, dummodò sine dilatione; Abb. verò ait, quod incontinenti dicitur facta reuocatio, quamuis sit scripta confessio, sed antequam Reus exeat à Iudicis cōspectu; Vel melius (vt hæc omnia notat Far. *d. n.* 348.) id remittitur Iudicis arbitrio, qui iudicabit ex quantitate temporis, & quantitate facti confessi, intricati, vel non.

Cōfessio reuocata incontinenti nō sufficit ad condemnandum.

Incontinēti, quæ dicatur reuocatio.

48. LIMITATVR 11. Regula; Vt minoris confessio emanata sine Tutoris, aut Curatoris authoritate non valeat in criminalibus nec ad condemnandum sufficiat, Gomez, qui alijs relatis, testatur de communi, Vrsell. qui de magis communi; minor enim non habet legitimam personam standi in iudicio, Bal. Foller. Menoch. & Far. *q.* 81. *n.* 352. vbi hos, & alios DD. hanc limitationem sequentes ad saturitatem citat; Et hæc limitatio procedit etiam in confessione adulti, & maioris 14. annorum, sed minoris 25. ita Bald. Marian. Odd. & Far. *n.* 356. Quamuis confessio fuerit iurata secundùm Ang. Bal. Decian. Foller. & Far. alios etiam citans, *n.* 359.

Quid in confessione minoris, sine Tutoris, vel Curatoris authoritate emanata? vsque ad n. 50.

49. SVBLIMITATVR 1. limitatio 11. Vt sufficiat Curatoris authoritatem interuenire in iuramēto dato minori, antequam examinetur, licet non interueniat in examine, & in confessione, Afflic. Corne. Saly. & Farin. *q.* 81. *n.* 365. vbi alios inducēs testatur de communi. Vel vt loco Curatoris Iudex det legitimum Procuratorem, &c. secundùm Marsil. Foller. & Farin. *n.* 367.

50. SVBLIMITATVR 2. limitatio 11. Vt quicquid sit de iure, in praxi communiter non seruetur, Boss. Chart. Clar. cum tot alijs testantibus de hac praxi, relatis a Farin. *n.* 370. nisi in infante, aut impubere, de quo vide Clar. *q.* 50. *in princ. q.* 55. *vers. vlterius, & q.* 60. *in princ.* & Farin. *vbi supra.*

51. An verò minori propter cōfessionem sit concedenda restitutio

An detur restitutio in integrum minore? tio in integrum, vide Farin. *q.* 81. *n.*374. *vsq.*390. & Clar. *dicta q.*60. *in princ.* Vbi præsertim ait, quod maior 14. annis, licet minor 25. si verè dolo deliquerit, non restituitur, nec excusatur, sed debet ex cõfessione mitius puniri, & refert Doctores testantes de communi, & etiam de magis communi.

Quid in confessio ne coram Notario tantũ, vel etiam Iudice non sedente pro tribunali? 52. LIMITATVR 12. Regula; Vt confessio facta coram Notario, absente Iudice, & sine huius mãdato, non sufficiat ad condemnandum, Ang. & Bal. *in l.* 1. *C. de confess.* Ias. Boss. Mascar. & Farin. alios etiam referens, *q.* 81. *nu.* 45. *vsq;* 49. Et idem dicendum est de confessione facta coram Iudice, sed non in forma iudicij, nec pro tribunali sedente, sed tanquam priuato, Foller. qui testatur de communi, Rom. & Clar. *§. fin. q* 21. *vers. sed hic cadit*, Ang. Bal. Boss. Foller. Mascar. qui etiam de communi, & Farin. alios cumulans, *n.* 50. At quia sessio pro tribunali apud Regulares ad apices pertinet, apud eos non est necessaria, vt probaui *sup. q.*6. *n.*6. Et ideo apud Regulares satis est, vt, confessio sufficiens ad condemnandum, sit emanata coram Iudice, dum Reus præsente Actuario interrogatur; Et ita vniuersaliter apud nos practicatur.

Vel emanata calore iracundiæ repẽtine, &c. 53. LIMITATVR 13. Regula; Vt confessio calore iracũdiæ, properè, repentinè, vel ex abrupto emanata, dummodo hæc probentur, & sit reuocata, etiam ex interuallo, non sufficiat ad condemnationem, Abb. Dec. & Farin. alios etiam inducens, *q.* 81. *n.*56. *& seq.*

Seu à Procuratore facta. 54. LIMITATVR 14. Regula; Vt non procedat in confessione Procuratoris, seu Aduocati, qui non habent speciale mandatum ad sic confitendum; Nisi principalis habuisset notitiam huius confessionis, & non contradixisset, ita Far. plures Doctores cit. tans, *q.* 81. *n.*60. & de communi testatur *n.*61.

Vel in his quæ iuris sunt. 55. LIMITATVR 15. Regula in confessione iuris; Vt si quis confiteatur N. decessisse à vulnere ab eo dato; Si enim constaret decessisse à malo regimine, prædicta confessio confitenti non noceret, ita Aret. Bertaz. Foller. Mascar. & Farin. hos, & alios inducens *q.* 81. *n.*63.

56. De materia huius quæstionis latè Boss. *tit. de confess.* Clar. *q.* 55. *&* 65. & latissimè Far. *q.* 81 *per totã*

An, & quantum probet confessio Rei extraiudicialis? Quæstio 84.

1 POST quæstionem de confessione iudiciali, consequenter in præsenti de confessione extraiudiciali agendum est.

Confessio extraiudicialis non sufficit ad cõdemnandum. 2. REGVLA 1. sit. Confessio extraiudicialis delicti, plenè non probat contra Reum confitẽtem, & ideo ad condemnandum sufficiens non est, ita Ang. & Bir. *in l. si confessus, ff. de custod. Reorum*, Menoch. & Farin. plurimos concordantes inducens, *q.*82. *n.*1. Abb. *in c. de hoc*, vbi gl. Anan. & Felyn. *de Simon.* & est communis opin. de qua testatur Alberic. Paris de Put. & Clar. qui ita sentit, *in §. fin. q.* 55. *in princ.*

3. LIMITATVR 1. Regula 1.

Quid concurrentibus, inditijs? Vt ex confessione extraiudiciali delicti possit sequi condemnatio, concurrentibus alijs inditijs, coniecturis, & verisimilitudinibus, secundùm gl. & Bar. *in l. ictus fustium, ff. de his, qui notan. infam.* Aret. Bertaz. Boss. Brun. Carer. Fely. Marf. Mascar. qui alios refert, & similiter. Farin. q. 82. *n.* 2. Prædictis subscribit Baiar. *ad Clar. q.* 55. *n.* 2. vbi cum Capic. Marsil. & Tiraq. tenet confessionem in terminis huius limitationis, etiam in criminalibus plenè probare.

4. Non desunt tamen in hac limitatione DD. difficultatem proponentes, an scilicet talis confessio plenè probet, sufficiatque ad condemnandum, vt videre est apud Farin. *q.* 82. *n.* 3. Et ideo Boss. quem sequitur Farin. *n.* 4. pro concordia ait, quod limitatio procedit, quoad pœnam extraordinariam, & mitiorem pecuniariam, opinio verò oppositum innuentium, quoad pœnam ordinariam, & corporalem.

5. LIMITATVR 2. Regula 1. Parte præsente, & acceptante. In confessione extraiudiciali delicti, parte præsente, & acceptante, quam plenè probare, & ad cõdemnandum sufficere senserunt, Abb. Mantic. & Bero. qui testatur de veriori, & communiori opinione, & in hanc sententiam videntur inclinare non pauci DD. relati à Farin. *q.* 82. *n.* 5. 7. 9. *&* 10.

6. Sed quia hæc limitatio est admodum controuersa, diuersimodeque à varijs DD. declaratur; Tu tene, quod confessio extraiudicialis, etiam facta parte præsente, & acceptante non probet crimen, dum criminaliter agitur, quoad condemnationem, sed tantum quoad torturam, ita Aret. *in c. at si Clerici, de indic.* vbi relatis, & reprobatis contrarijs, dicit hanc opinionem veriorem, & ibi etiam Fely. & Imol. concordant Blanc. Clar. qui ait, quod quicquid sit de iure, in praxi semper vidit, ita seruari, Gomez, Mascar. qui alijs relatis testatur de communi, & Farin. plures alios referens, *q.* 82. *nu.* 6. *&* 12.

7. LIMITATVR 3. Regula 1. Geminata. Vt confessio extraiudicialis delicti geminata plenè probet, prout tenent Bar. Bertaz. Castr. Fely. Foller. Iaf. Rom. & quamplures alij apud Farin. *q.* 82. *n.* 13. Qui tamen *n.* 14. ait; Quicquid dicant DD. ego nunquam ex confessione extraiudiciali, etiam geminata, in criminali condemnarem aliquem, sed torquerem; Subdens, quod propterea de hac limitatione dubitauit Mascar. & ante eum Diaz, qui eamdem limitationem non tutam credit.

8. LIMITATVR 4. Regula 1. Ad conscientiæ exonerationẽ, in mortis articulo. In confessione extraiudiciali delicti; facta ad conscientiæ exonerationem, quæ præsertim facta in articulo mortis, si specificata sit, valet de iure Canonico, saltẽ in vim legati, dummodo iurata sit parte præsente, seu Notario pro parte absente stipulante, & acceptante, ita Fely. qui de communi, Masc. Diaz, qui ait, talem confessionem operari, e. g. restitutionem vsurarum, sed non punitionem criminis, & fauet, Bruno a Sole, citans Aym. Bal. & alios, & his subscribit Far. *q.* 82. *n.* 15.

9. LI-

Facta in publico, vel corā sacerdote, & testibus. 9. LIMITATVR 5. Regula 1. In confessione extraiudiciali delicti facta in publico, & coram multitudine personarum, quæ videtur transire in notorium, & ideo ad condemnandum sufficiet, secundùm Fely. Foller. Gabr. qui loquitur de confessione facta coram toto populo, & Mascar. qui alios refert; immo Carer. Diaz, & Fely. tenēt, quod idem dicendum sit, dum confessio fuit facta coram Syndico repræsentante populum, & subscribit Farin. *q.* 82. *n.* 16. Idem est dicendum in confessione à Reo facta coram Sacerdote, & testibus, talis enim Reus diceretur publicus confitens criminis ita confessi, secundùm Abb. & Fely. & de communi testantur Socin. & Viui. & hos refert, & sequitur Baiar. *ad Clar. q.* 55. *n.* 3.

In ciuili. 10. LIMITATVR 6. Regula 1. quando de crimine ageretur ciuiliter, tunc enim confessio extraiudicialis plenè probaret, secundùm Aret. Bal. Masc. & Far. *q.* 82. *n.* 12. Dummodo talis confessio fuerit emanata parte præsente, vt volunt Abb. Fely. Imol. Saly. & Baiar. *ad Clar. q.* 21. *n.* 128.

Cum iuramento. 11. LIMITATVR 7. Regula 1. In confessione extraiudiciali delicti iurata; quam plenè probare dixit Foller. *in pract. crim. in ver. & si confiteantur par.* 2. *n.* 31. citans Ang. & Bald. Sed hi dùo DD. in locis à Foller. relatis loquuntur, dum agitur ciuiliter, vt notat Farin *q.* 82. *n.* 19. vbi ait, quod dum agitur criminaliter, verius est, quod non plenè probet, cum talis confessio non fuerit facta coram Iudice, nec in tribunali.

12. LIMITATVR 8. Regula 1. quando agitur de probando delicto, quod in animo consistit, quod bene probatur per confessionem extraiudicialem, ita Ang. & Foller. quos sequitur Farin. *q.* 82. *n.* 20. Vbi exemplificat in citato fugiente; si enim probetur eius confessio extraiudicialis, quod animo latitandi aufugerit, talis confessio sufficit ad eum de fuga condemnandum, *l. fulcinius, §. quid si latitare, ff. quibus ex causis in possess.* Et idem dic in eo, qui ictum sclopeti emisit animo nocendi, &c. In delicto, quod in animo consistit.

13. LIMITATVR 9. Regula 1. quando confessio extraiudicialis continet in se delictum; e.g. Quando Clericus gloriatur de aliquo crimine, hæc enim confessio, præsertim, dum tendit ad infamiam alterius, sufficit ad condemnandum eum pœna extraordinaria, *c. quam sit graue, de excessibus Prælat.* & ita scripserunt Abb. Bero. Butr. & Fely. *in c. at si Clerici, de iudic.* Gomez, qui ab his relatis testatur de communi, Bertaz. Foller. Mascar. Menoch. & Farin. alios etiam plurimos concordantes inducens, *q.* 82. *n.* 22. Non tamen sufficiet ad pœnam ordinariam delicti confessi extraiudicialiter, secundum Anan. Bellam. & Far. *ibidem vers. sublimita, & etiam in fine illius numeri.* Dum confessio cōtinet in se delictum.

14. REGVLA 2. fit. Confessio extraiudicialis delicti, regulariter sufficit ad torquendum, ita Abb. Aret. Bero. Dec. Fely. Mant. & Zabar. *in c. at si Clerici, de iudic.* Bar. quem citat, & sequitur Boss. *in tit. de confessis n.* 57. Ang. Bal. Imol. qui Cōfessio extraiudicialis sufficit ad torquēdum.

de communi testatur, sicut etiam Bertaz. ita similiter Mascar. quos, & quadraginta alios DD. concordantes cumulat, & sequitur Farin. *q.82.nu.23.* Et hanc Regulam ab omnibus approbatam, & semper vidisse practicatam, ait Clar. *§. fin. q.21. vers. confessio.* vbi alios refert.

Licet minoris. 15. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt procedat etiam in confessione extraiudiciali minoris, si verisimilis sit, quamuis emanata sine authoritate Curatoris, secūdùm Bal. Carrer. Foller. Mascar. Menoch. & plures alios, quos refert, & sequitur Farin. *q.82.n.24.*

Quamuis reuocata. 16. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt confessio extra iudicialis, etiam reuocata, faciat inditium, Boss. *tit. de confessis, n.56.* vbi ait, quod Ias. oppositum afferens, pessimè dicit, & quod eius opinio ridicula est; huic Ampliationi subscribit, Boer. Clar. & hos referens Far. *q.82.n.28.* hac vnanimi ratione; quia confessus extraiudicialiter, dum perseuerat in confessione in iudicio, non est opus tortura, sed condemnatione, ergo tortura infertur tantum in casu reuocationis confessionis; aliàs enim addit Clar. si sola reuocatio hoc operaretur, nunquam esset locus communissimæ opinioni, de qua in proposita Regula 2. propter hoc enim deuenitur ad torturam, quia reuocatur cōfessio. Huic Ampliationi adherent Blanc. Gomez. Peguer. Mascar. qui alijs relatis, testatur de communi, & Farin. *vbi supra*, dicens; Hæc opinio (ni fallor) est verior.

17. Non reticēdum est hic, quod pro opposita opinione, nempe, quod confessio extraiudicialis reuocata non faciat inditium ad torturam, nō desunt defensores quamplurimi grauissimi DD. vt Bertaz. Fely. Foller. Ias. Menoch. Ripa, & quindecim alij DD. relati à Farin. *q.82. n.27.* Ex quibus quidam loquuntur de reuocatione absolutè; alij de reuocatione facta re integra, scilicet antequam fuerit acceptata à Iudice, vel ab aduersario; alij tandem de reuocatione facta incontinenti, & non acceptata; Vnde licèt videatur verior proposita Ampliatio 2. non videtur sustinenda sine formidine veritatis oppositæ, patrocinatæ á tot, tantisq; DD. Sed contra.

18. AMPLIATVR 3. Regula 2. In confessione extraiudiciali facta sine expressione causæ, quæ facit inditium ad torturam, fauere videtur Alberic. dicens, quod in crimin alibus actionibus non est necessaria expressio causæ, & testatur de communi, tenent hanc Ampliationem Tindar. & Mascar. alios referens, & testans de communi; & suffragatur doctrina Abb. & Butr. dicentium, confessionem tūc dici factam cum causa, quando in ea specificatur certum delictum, & certa persona, vnde videtur, quod isti DD. non requirant aliam delicti causam; & hos refert Farin. *q.82. n.28.* An expressio causæ sit necessaria?

19. LIMITA Ampliationem 3. Vt non procedat, nisi saltem aliter expressio causæ constet in iudicio, alias enim confessio redderetur inuerisimilis, ita Blanc. & Foller. hācque esse puram veritatem, ait Far. *q.82. n.32.* Et cum hac limitatione

ne interpretari poteſt doctrina Abb. Anchar. Butr. Innoc. & aliorum relatorum à Far. n. 31. dicentium, confeſsionem extraiudicialem (ſine cauſa) non facere inditium ad torturam; Nempe (Sine cauſa) expreſſa à confitente, vel aliter conſtante in actis; cum ſufficiat, vt aliquo modo de cauſa in iudicio appareat; ita Farin. *vbi proximè*.

Quid in confeſſione extraiudiciali informi? 20. LIMITATVR 1. Regula 2. In confeſsione extraiudiciali informe, ſimplici, incerta, & generali, vt quia quis fateretur commiſiſſe homicidium, non expreſſa perſona occiſa, talis enim confeſsio nō ſufficit ad torquendum, ita Bal. Foller. Maſcar. Menoch. Paris de Put. & alij, relati à Farin. q. 82. n. 29. At ſi in confeſsione extraiudiciali contineatur delictum certum, & certa perſona; vt ſi confitens dixiſſet; occidi Titium; licèt non enarrauerit locum, tempus, & alias circumſtantias, ad torquendum talis extraiudicialis confeſsio ſatis eſſet, vt cenſet Farin. n. 30. dicens hanc ſe credere veriorem, & inducens fauentes huic ſententiæ Alberic. Boſſ. Butr. Gomez. Iacob. de Aren. Piguer. & Tind. Sed horum opinio non de facili in praxi ſequēda videtur, cum plurimi DD. grauiſsimi à Farin. relati n. 29. contradicant, innuentes quod ad hoc vt dicta confeſsio ſufficiat ad torturam, debeat in ea exprimi locus, & tempus.

Inuerisimili. 21. LIMITATVR 2. Regula 2. In confeſsione extraiudiciali inuerisimili, & non probabili, quæ non ſufficit ad torquendum, ſecundùm Bertaz. Blanc. Brun. Iaſ. Maſcar. Menoch. & Farin. alios etiam inducens, q. 82. n. 33. qui n. 35. teſtatur de magis communi.

Calore iracundiæ vel per laſciuiam. 22. LIMITATVR 3. Regula 2. In confeſsione extraiudiciali calore iracundiæ, ioco, vel per laſciuiam emanata, quæ non facit inditium ad torturam, ita Bertaz. Foller. Menoch. & Farin. q. 82. n. 36. & 37. quæ tamen per confitentem ſunt probanda, ſecundùm Bero. & Far. n. 36.

Per metū 23. LIMITATVR 4. Regula 2. In confeſsione extraiudiciali extorta per metum, per minas, vel per ſuaſiones aduerſarij, vel veri delinquentis, vt ſe ab inditijs contra ipſum exiſtentibus exoneret; quæ non facit inditium ad torturam, vt aiunt Foller. & Farin. q. 82. n. 38.

In Eccleſiaſticis. 24. LIMITATVR 5. Regula 2. In Clericis, & Religioſis, qui non videntur torquendi ex confeſsione extraiudiciali, niſi cum ea concurrat infamatio, vel aliqua alia inditia, de quibus vide Farin. q. 82. nu. 39. *cum duobus ſequen. & q. 41. n. 78. & ſequentibus*.

Dum ciuiliter agitur, vel dum confeſſio eſt coram incompetēte. 25. LIMITATVR 6. Regula 2. Vt confeſsio extraiudicialis, ſicut etiam confeſsio facta coram Iudice incompetēte, dum ciuiliter agitur non faciat inditium ad torturam, Abb. Aret. Fely. & Mant. *in c. at ſi Clerici, de iudic. & eſt tex. in c. olim, de reſcript.* & ibi Abb. Butr. Fely. & alij & ſubſcribunt Foller. & Farin. q. 82. n. 42. vbi ait, quod licèt talis cōfeſsio non minus probet, quam in criminalibus, & verè faciat inditium, non tamen ad tor-

turam

turam, cum quando ciuiliter agitur ad torturam non deueniatur.

Incidenter emanata.

26. LIMITATVR 7. Regula 2. In confessione extraiudiciali ad alium effectum, & finem, & sic incidenter emanata, quæ inditium ad torturam non facit, secundùm Carer. fauent Foller. & Farin. *q.* 81. *n.* 228. licèt Alex. contra teneat.

Non probata per testes

27. LIMITATVR 8. Regula 2. Vt confessio extraiudicialis debeat esse probata concludēter per duos testes, aliàs non faceret inditium ad torturam, Bero. (qui reddit rationem, quia inditium remotum debet probari per duos testes) Alberic. Alex. Bar. Bertaz. Cason. Foller. Mascar. Menoch. Paris, Viui. & Farin. qui de communi, *q.* 82. *n.* 44. Nec sufficiunt duo singulares, sed debent esse contestes, secundùm Bursat. Carrer. Foller. Viui. & Farin. *q.* 82. *n.* 45. *& q.* 64. *n.* 45. vbi citat Bero. Marsil. & alios; Et huiusmodi contestes, necesse est, vt idonei, & legales sint, vt aiunt Bero. & Farin. *q.* 82. *n.* 46. Et etiam rogati, ita vt non sufficiat, quod fortuito audierint, secundùm gl. *in cap. de his, 3. q. 9.* per quam gl. hoc esse mirabile dictum ad elidendum inditium ex confessione extraiudiciali, dixit Bero. in *c. at si Clerici, n.* 136. *de iudic.* & ab hac opinione non videtur ipse recedere; Et Farin. *q.* 82. *n.* 47. ait, huic doctrinæ contradictorem non reperisse, quamuis apud Iudices non reperiatur in praxi.

28. De materia huius q. latè Farin. *q.* 82.

De tacitis quibusdam Rei confessionibus, & quam probationem illa contra ipsum faciant.

Quæstio. 85.

1 IN *proximis duabus præcedentibus quæstionibus*, de Rei expressis actum est confessionibus *in hac* de tacitis est agendum.

De consuetudine contumax habetur pro confesso, & condemnatur.

2. REGVLA 1. sit. Ex generali consuetudine totius Italiæ (quicquid sit de iure) proculdubio proceditur contra Reum absentem, & ex cōtumacia habetur pro confesso, bannitur, & damnatur, etiam ad mortem, vt attestantur Alberic. Gandi. Vitalin. & alij omnes Criminalistæ, & est opinio communissima, ita Clar. *§. fin. qu.* 44. *vers. licet*; vbi ait, idem ferè obseruari in Gallia, & in Hispania; de quibus obseruantijs testes sunt DD. relat. *ibidem* à Clar. Et in conformitate ad has obseruantias, *in Constitutionibus Marchiæ*, vigentibus in toto statu Ecclesiæ, *lib.* 10. *cap.* 4. Statuitur; quod Reus contumax pro confesso habeatur. Plures alios testantes de communi, & de generali cousuetudine in fauorem huius Regulæ, refert pariter, & sequitur Chart. & istis adhæret Farin. *q.* 11. *n.* 3. qui Chart. inducit.

Quid de iure Canonico, & Ciuili?

3. Dixi in Regula, quicquid sit de iure; Quia de iure Canonico, non potest Reus absens pro delicto cōdemnari, lite non contestata, Abb. qui testatur de communi, & Clar. *q.* 44. *§. fin. vers.* 1. Similiter nec de iure Ciuili absens pro delicto damnari potest, est communis opinio, de qua testantur Bald. Boss. Gomez,

mez, & Clar. *ibidem*; Vbi limitat, vt hoc procedat, quando pro crimine venit imponenda pœna corporis afflictiua, si verò pœna esset relegationis, vel mitior, de iure communi, posset absens condemnari, seruatis, seruandis, & inducit Bal. & Saly. testantes de communi. In proposito Baiar. *ad Clar. vbi sup. n. 2.* affert aliquas fallentias, & dicit vidēdum esse Marian. Socin. *in c. qualiter, & quandò n. 927. cum seq. de accus.* vbi diffusè tractat, quid sit dicendum de iure Ciuili, & Canonico.

Ratio cō-suetudinis. 4. Nec alicui mirum videatur, ex consuetudine, contumacem banniri, & ad mortem damnari, cum ficta confessio ex contumacia resultans inducat legitimam, concludentem, & liquidissimam delicti probationem, secundùm Ang. Bar. Bertaz. Bonacos. Foller. & alios citatos à Far. ita sentiente, *q. 11. n. 97.* licèt enim hæc sit ficta confessio, veræ nihilominus æquiparatur, saltem quoad effectum, paria enim sunt verè, & ore proprio in iudicio quem confessum esse, & legitimè pro confesso haberi, ita Aret. Bal. Chart. Foll. Marsil. & Far. *n. 97.*

Quæ seruatur etiā in foro Ecclesiastico. 5. AMPLIATVR Regula 1. Vt ea sit in obseruantia non solùm in foro sæculari, sed etiam in Ecclesiastico, in quò contumax citatus non comparens excommunicatur, ita Foller. quem citat, & sequitur Clar. *q. 44. vers. licet*: & dum excommunicatus ita perseuerat per annum, habetur pro confesso, & conuicto de crimine, de quo imputatur, Ric. & Clar. *ibidem* testificans de communi.

Contumax absens non condemnatur sine debitis citationibus, & post bannum. 6. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt non sit deueniendum ad sententiam contra absentem contumacem, nisi iuxta consuetudinem loci, processus, & citationes præmittantur, ita Clar. *vers. item quæro, in fin.* Et præsertim in prolatione sententiæ contumax citari debet, secundùm consuetudinem status Ecclesiastici, de qua testis est Farin. *q. 11. n. 44. vers. nec prætermittendum*; quicquid alij aliter sentiant; Et vlterius non est condemnandus absens cōtumax, nisi prius ponatur in banno, alias condemnatio esset nulla, vt pluribus demonstrat esse verissimum, tum de iure communi, tum vigore Constit. Marchiæ, Chart. *de execut. sent. c. 1. n. 426. & seq.* & subscribit Far. *n. 45.*

Nec non post declarationem, &c. 7. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt Reus contumax pro confesso non habeatur ipso iure, & ideo super hoc sententia ferenda est, secundùm gl. Abb. & Marian. *in c. 2. de confess. in 6.* Castren. Chart. Mart. Tiraq. plures concordantes inducens, & Farin. *q. 11. nu. 102. vers. licet*; Saltem sententia declaratoria, quæ etiam requireretur, quāuis, ipso facto, Reus pro confesso haberetur, Bar. Chart. Io. And. & plures alij, quos sequitur Farin. *ibidem, vers. & in omnem*, vbi cum Gabr. testatur de cōmuni.

Constito de corpore delicti, & de cōtumacia in actis, cum debitis indiciis. 8. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt non deueniatur ad sententiam contumacis, nisi prius constet de corpore delicti in actis, & etiam de contumacia, secundū Bal. Marsil. & Droghum ad Clar. *in §. fin. q. 44.*

q.44.n.67. Et nisi, similiter in actis adsint sufficientia inditia ad transmittendam Reo inquisitionem, ad hoc vt tanquam contumax, sine alijs probationibus condemnari possit, ita (quicquid sit de iure) vniuersaliter practicatur, & de hac praxi testatur Guido de Suz. & in hoc, secundùm Clar. *q. 44. vers. quæro nunquid*, non videtur aliquo modo hæsitandum; Præsertim stante *Bulla Pij V. sub datum Romæ, idibus Septembris* 1571. In qua (vt refert Farin. *q.11.n.97.*) declaratur, probationes sufficientes ad absentem condemnandum, esse legitima inditia ad inquirendum; hæc sunt verba Bullæ (*Si tamen, legitimis præcedentibus inditijs ad inquirendum, promulgatæ fuerint.*) Et vigore huius Bullæ, cuius verba clara sunt, hoc etiam apertè scripsit Chart. & iterum Farin. *q.11.n.16. vers. prima tamen, & vers. aduerte secundo.*

Quid si Iudici cõstet de Rei innocentia?

9. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt non possit damnari contumax, vbi Iudici constat de eius innocentia, & multo minus contra ipsum sententia exequi possit, sed hunc Iudex liberum, & absolutum dimittere debet, consulto tamen Principe, & non aliàs, *per tex. in l. 1. §. si quis vltro*, vbi præsertim Marsil. *ff. de quæstion.* Carer. Foller. Boss. alios referens, & hoc nullam habere difficultatem, ait Farin. *q.11.n.2.*

An contumax admittatur ad docendũ de sua innocentia?

10. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt si Reus condemnatus in contumacia compareat, & exhibeat se probaturum contrariũ eius, quod in sententia contra eum lata continetur, admittendus sit ab eodem Iudice, qui sententiam tulit, ita dixerunt Alex. Ang. Castren. Dec. Ias. & Saly. *in l.2. per illum tex. C. qui testam. face. poss.* Corn. qui testatur de communi, Bal. Chart. & Farin. ad saturitatem concordantes cumulans, *q.11.n.6.* qui *vsque ad n.* 11. inclusiuè adducit in comprobationem sex validas, & bene probatas rationes, *& in sequentibus* inducit multa ad oppositum, eaque dilucidè soluit, postquam, pro hac limitatione *n. 12. vers. quid dicendum*, testatus fuit de veriori, & cõmuniori.

11. SVBLIMITA 5. limitationem, quando statutum aliter mandaret, quo casu Iudex non posset admittere contumacem ad docendum de sua innocentia per contrarias probationes, secundùm Bal. Foller. Menoch. & alios citatos à Chart. & Tiraq. quos refert, & sequitur Farin. *q.11.n.* 14. Sicut statuitur, vt hoc seruetur, nisi habeatur specialis gratia à Signatura Papæ, *in citata Bulla Pij V.* & in alia *Pij IV. 12. Kal. Iunij, anno eius 6.* de quibus Farin. *n.14.*

Quid si cõtumax ante sententiam compareat?

12. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt absens, & contumax, pro confesso habitus, & declaratus, si ante sententiam diffinitiuam condemnationis compareat, cẽseatur purgata mora, cuncta euanescant, omniaque præcedentia acta in vim simplicis citationis resoluantur, & Reus audiatur, ita Ang. de Malef. Bonacos. Boss. Clar. Natta, & Farin. *q.11.n.3. vers. præmitto 4.*

13. De materia omnium, quæ vsque huc de hac tractaui q. latè

Chart.

Chart. *de execut. sent. c.* 1. Clar. *§. fin. q.* 44. & Farin. *q.* 11.

Reus legitimè interrogatus, nolês respondere, vel respondens obscurè, recusans iurare, vel se defendere, potest damnari ex tacita confessione.

14. REGVLA 2. sit. Reus iuridicè interrogatus, nolens sine iusta causa respondere, habetur pro cõfesso, vel negante, prout suum respicit incommodum, secundùm Foller. Mille. & Chart. *in praxi inter. Reorum lib.* 3. *c.* 2. *n.* 8. ratio est, quia est contumax, vt notat Spec. *tit. de contumac. §.* 1. *in princ.* & est *tex. in l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. act.* immò secundùm eundem Specul. *n.* 1. etiam ille est contumax, qui obscurè respondet, argumento *c. fi. de iuram. calum.* Et idem dicit de eo, qui iurare, vel se defendere non vult; Et quia contumax habetur pro confesso, & vt talis, est damnandus, iuxta tradita in hac *q. n.* 2. & not. Megal. *in praxi crim. Canon. c.* 7. *n.* 26. In omnibus istis casibus poterit Reus damnari ex tacita confessione.

In ciuilibus verũ, at in criminalibus torquetur.

15. LIMITA omnia adnotata in Regula 2. Vt procedant in ciuilibus, non in criminalibus secundùm Bertran. So in. & Chart. *vbi sup. n.* 9. In criminalibus enim taciturnitas inditium tantum facit ad torturam; vt tenent, Carrer. & Chart. *ibidem*.

An petẽs veniã coram Iudice videatur fateri delictum?

16. REGVLA 3. sit. Reus petens delicti veniam iudicialiter, & solemniter coram Iudice, videtur fateri delictum; Secus si veniam peteret coram Iudice priuatim, & extraiudicialiter; Hanc doctrinam esse de mente DD. dixit Gigas, & subscribit Clar. *§. fi. q.* 49 *in fi.* cum quibus concordant, Anan. Mascard. Roman. & Baiar. *ad Clar. ibidem n.* 68. Item Guaz. *defen.* 32. *c.* 15. *n.* 2. Sed Farin. *q.* 5. *n.* 25. *vers. si verò*, tunc existimat verum iudicialiter, & solemniter coram Iudice veniam petentem videri delictũ fateri, quando supplicatio, & petitio veniæ est in causa, de iure non transigibili, citans Abb. Butr. Cardin. Hostien. & Io. And. cum alijs; Exemplificat *n.* 13. in crimine læsæ Maiestatis, in hæresi, in raptu virginum, & in similibus criminibus non transigibilibus.

Vel prođ eius gratiam.

17. Quod dictum est in Regula 3. de Reo petente veniam, idem putant dicẽdum Gram. & Neuiz. quos refert, Baiar. *ad Clar. dicto n.* 68. in producente gratiam, talis enim secundùm eosdem censetur delictum fateri.

Seu submittẽs se gratiæ misericordiæ?

18. Sed quid dicendum, de Reo submittente se gratiæ, & misericordiæ curiæ, & Iudicis? Proposita doctrina supra proximè Gram. & Neuiz. videtur fauere, quod huiusmodi Reus delictum fateri censeatur cum obtenta gratia a Reo, si ipsemet eam producat,) secundum eos) delictum fateri existimetur. At verius censeo, quod Reus se gratiæ submittens, & misericordiæ curiæ, & Iudicis, per hoc delictum non fateatur, saltem vt possit condemnari, vt tenuerunt Ang. & alij DD. *in l. fin. ff. de prætor. stipul. per tex. in c. veniens, & in c. sane, de renunc.* necnon Alex. Guido Papæ, Io. Andr. de Nigr. Menoch. & Bai. *ad Clar. q.* 49. *n.* 68. Addens cum citatis ab eo DD. quod propterea, si Iudex nolit isto casu gratiam facere, & misericordiam, debet Reum in pristinum statum restituere, quia illa submissio intelligitur fa-

ctа sub conditione; Si fiat gratia, arbitrio boni viri, & quod aliàs nõ noceat; fauent Franc. Marci, & Guiotius post *dictum n.68.* Dum dicunt; Quod qui gratiæ Principis se submittit, non videtur iuri suo renunciare. Vide in Indice, ver. Compositio.

An habeatur pro confesso Reus carcerē irangens, vel aufugiēs, remissiue? 19. Superesset hic agere; An aufugiens è carceribus Reus sine fractura, vel cum fractura, vel carceres frangens, & non aufugiens, habeatur pro confesso; sed de hoc actum est *sup. q.79. n.22. & 23.*

De Reo conuicto, Quæstio 86.

1 POSTQVAM egimus de Reo confesso; cum frequenter eueniat, vt Reus neget delicta commissa; & de illis conuincatur; opere pretium erit, hic de Reo conuicto pertractare.

Tripliciter dicitur Reus cõuictus. 2. Præmitto Reum tribus modis dici conuictũ; 1. testibus; 2. inditijs indubitatis; 3. instrumentis, vt est *tex.* bene probās, *in l. sciant cũcti*, & ibi Bald. & Salyc. *in summario C. de probat.* & not. Farin. *q.84. in princ.*

Duobus cõtestib. Reus conuincitur, & damnatur. 3. REGVLA 1. sit; Reus non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus sufficienter conuictus dicitur, & condemnationi est obnoxius per duos testes contestes, ita Archid. Clar. Dec. Mascar. Viui. & Farin. alios etiam citans, *q.63. n.233.* concordant Bal. Castrens. Saly. & Baiar. *ad Clar. q.66. nu. 3.* Duo enim testes in quacunq; causa sufficiunt ad perfectam inducendā probationem, *c. in omni negotio, de testibus.* Bertaz. Butr. Mascar. & Far. cum alijs ab eo relatis *n.232.* Qui autem dicantur contestes dixi supra *q.57. n.6.* Vtuntur DD. etiā his terminis, semiplenè conuictus, vt Clar. *q.62. post princ.* sed de tali conuicto hic nõn loquor.

4. AMPLIATVR Regula 1. Vt per duos contestes conuictus, non aliter condemnari possit, ac si esset confessus, *l. qui sententia*, & ibi *DD. C. de Custod. Reor. c. at si Clerici*, vbi Bero. Dec. & communiter omnes, *de iudic.* Quod adeo verum est, vt conuictus, sicut confessus pœna ordinaria puniri possit, *d. c. at si Clerici, vers. si verò, & ibi* Abb. Aret. Butr. Bero. Dec. Mant. & Zabar. Concordant Boss. Clar. qui testantur de communi, Chart. Conrad. & Farin. *q.81. n.2.* vbi alios DD. & iura inducit. Ac si esset cõfessus.

5. Declaro hanc Ampliationem; Vt de iure Ciuili, quocunq; modo procedatur, conuicto per duos testes, ordinaria pœna imponatur; At de iure Canonico, dum proceditur per viam accusationis, ordinaria pœna conuicto infligitur; Si verò per viam inquisitionis, non ordinaria, sed mitior, arbitrio Iudicis imponenda pœna est, ita Decian. Marian. Socin. Menoch. & Farin. hos sequens, *q.81. n.2. vers. & nihilominus.* Pœna infligenda conuicto, de iure Ciuili, & de iure Canonico.

6. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt non procedat, quando ageretur de probando aliquid, quod haberet contra se iuris præsumptionem, tunc enim requirerentur, vel contestes tres, vel saltem duo, qui essent viri præstantes, ac omni exceptione maiores, secũdùm Aym. Bar. Dec. Mascar. Menoch. Specul. & Farin. alios etiam inducens Quot testes conuincant dum probans contra se iuris præsũptionem habet?

quæst.

quaest. 63. num. 240.

7. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt non dicatur quis conuictus plenè per duos contestes, nisi isti sint iurati, de visu, seu auditu proprio factum deponentes, idonei, & omni exceptione maiores, *l. vbi numerus, ff. de testibus, c. in omni negotio, eodem tit.* & est communis DD.

Quae requiratur, vt duo cõtestes cõuincant?

8. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt non procedat in vltimis voluntatibus, & in quibusdam alijs casibus, parum ad nos facientibus, relatis a Farin. *vbi supra, vsque in fin. quaestionis.*

Plures requiruntur in voluntatibus vltimis.

9. REGVLA 2. sit. Conuictus dicitur Reus, qui inditijs indubitatis grauatus reperitur, *l. 2. C. quorum appellatio*, ibi (Argumentis conuictus) Bero. Dec. & Mant. *in c. at si Clerici, de iudic.* Vnde ex talibus inditijs potest Reus criminaliter cõdemnari, Alberic. Bald. Bart. & gl. *in l. fin. C. de probat.* Abb. Bott. Boer. Clar. Menoch. qui testatur de communi, & plures alij relati a Farin. *q. 86. n. 55.*

Inditijs indubitatis an cõuincatur Reus, torqueatur, vel condẽnetur?

10. Sed quia per multi grauissimi DD. sustinent, tutius esse, in casu Regulae, Reum torquere, inter quos non pauci testantur de communi, relati à Farin. *q. 63. n. 57.* Concludit idem Doctor. *n. 58.* in Iudicis esse arbitrio, talem Reum, vel torquere, vel condemnare; & hanc, ait, esse veritatem in praxi amplexatam; consentiunt Cap. c. Gram. Ioseph. Ludou. & iterum Far. *n. 64.* Qui hoc dicit procedere in praesumptionibus iuris tantum, ita *n. 66.* vbi alios remissiuè citat; Cum in praesumptionibus iuris, & de iure, non ad torturam, sed ad condemnationem deueniendum sit Farin. *ibidem*. De his actum est *supra, q. 74.* Quando verò praesumptiones coniungantur ad conuincendum, & plenam probationem faciendam, vide *supra, q. 75.* Tractatum verò de inditijs habes *sup. à q. 61. vsque ad q. 71.* Et quia in citatis locis, haec sufficienter tractata sunt, hic superfluum esset repetere.

11. REGVLA 3. sit. Instrumentum celebratum, & rogatũ à Notario ad instantiam, seu de mandato, vel de consensu Rei, delictum probat, Abb. *in c. cum in Ecclesijs, & ibi* Fely. & Zabar. *de maior. & obed.* Io. Anor. Iacob. de Aren. & Farin. cum alijs ab ipso relatis, *q. 84. n. 21.*

Instrumẽtum factũ de cõsensu Rei, delictũ probat.

12. Accipe plurimas declarationes, siue exemplificationes.

Exemplificatur vsque ad nu. 22.

13. Declaratur 1. Regula 3. Vt praesertim delictum probetur per scripturam, seu instrumentum, quando talis scriptura, seu instrumentum est de se crimen, habetq; de se intrinsecum d[e]lictum, Abb. *in dicto c. cum in Ecclesijs*, vbi etiam Anan. Felyn. Imol. & Zabar. *de maior. & obed.* Bart. Mascar. Salyc. qui exemplificat, quando ipsa confectio instrumenti, est delictum; Dummodo, si negetur confectio, probetur; Et etiam exemplificat in delictis, quae contrahendo committuntur, Bal. qui facit conclusionem generalem, quod scriptura, & instrumentum probant delictum, quando illud committitur scribendo, Bero. Salyc. & Farin. qui plura iura, & alios DD. inducit, *q. 84. n. 7.*

14. Declaratur 2. Regula 3. Vt procedat in delicto cõspirationis,

seu coniurationis factæ contra Principem, vel alium, de qua confectum sit instrumentum, vel alia scriptura, ita Abb. Anan. Fely. & Zabar. *in c. cum in Ecclesijs, de maiorit. & obed.* Boss. Cyn. Decian. Mascard. & Farin. *q.* 84. *n.* 11.

15. Declaratur 3. Regula 3. Vt crimen falsi probetur per instrumentũ, ita Fulgos. qui ponit exemplum, in vendente rem duobus separatim, qui falsi tenetur, &c. Bal. qui dicit maleficium probari per instrumentum, quando agitur de falso instrumento, vel de falso testimonio: Similiter, dum delictum committitur scribendo, probatur per instrumentum, seu aliam scripturam, prout est falsa, secundùm Bero. Io. And. Mascar. & Farin. *q.* 84. *n.* 13.

16. Declaratur 4. Regula 3. Vt periurium probetur per instrumẽtum, & scripturam, ita Io. Andr. & Bero. qui ait, quod ad conuincendum aliquem de periurio, scripturæ possunt inuicem coniungi; puta instrumentum, in quo Reus iurauit, & scriptura, in qua iuramento contrauenit, & hos sequitur Farin. *q.* 84. *n.* 15. Hanc declarationem tenuerunt etiam Abb. & Bal. *in c. cum in Ecclesijs, de maiorit. & obed.* vbi Abb. exemplificat in Reo, qui contraria ad positiones respondit, tunc enim probatur periurium ex lectura responsionum; Et cum hoc exemplum spectet ad acta iudicij, & instrumentum fori; Addo generaliter; Quod instrumentum fori, prout est instrumentum confessionis factæ in iudicio, vel instrumentum sententiæ cõdemnatoriæ, plenè probat, cum in hoc Notarius fidem faciat eorũ, quæ sunt in actis, Bal. Fely. Mascar. Saly. & Far. *n.* 23. qui alios etiam citans, ait, hoc non habere difficultatem.

17. Declaratur 5. Regula 3. Vt per scripturam probentur crimina vsurarum, & etiam hæresis, Clar. Mascar. & Farin. *q.* 84. *n.* 12. & 16.

18. Declaratur 6. Regula 3. Vt procedat etiam in scriptura priuata, quæ delictum probat, quando est scripta a delinquente, vel ipso volente, Bar. Gig. & Mascar. qui dicunt, quod per epistolam priuatã probatur delictum, quod committitur promittendo, vel contrahendo; Seù addit, Franc. Marci, quando in ea aliquid illicitum continetur, Fely. & Mascar. qui dicunt, quod scriptura priuata probat contra scribentem receptionem vsurarum, & sequitur omnes præcitatos Farin. *q.* 84. *n.* 19. Item in publico Exactore (& in alijs) in his, quæ ad proprium officium pertinent, eius scriptura probat indebitam exactionem; Alias si non ad propriũ officium pertineret, probaret tantùm, vt extraiudicialis confessio; Vt si quis scribat se fecisse homicidium, ita distingunt Bal. & Farin. *n.* 20. Et hæc distinctio fit loco limitationis totius huius declarationis.

19. Declaratur 7. Regula 3. Vt in omni casu delictum probetur per instrumentum, quando non agitur de præiudicio alicuius, vel de præiudicio leui, Bero. *in c. at si Clerici, de iudic.* Bal. Fely. Imol. Innoc. & Farin. *q.* 84. *n.* 24.

20. De-

20. Declaratur 9. Regula 3. Vt cadaueris visitatio cum vulneribus reperti, probetur per instrumentum Notarij habêtis à Iudice mandatum de cadauere visitando, Felyn. Bal. Marsil. qui alios citat, Mascar. & Farin. *n.*30.

21. Declaratur 9. Regula 3. Vt licet aliquando instrumentum non probet delictum directè, illud tamen probet multoties indirectè, coadiuuando alias probationes; puta quando ageretùr de probando adulterium; & quis produceret instrumentum matrimonij illius mulieris, cum qua prætenderetur adulterium commissum; vel si ad probandum damnum datum in vinea mea; producerem instrumentum emptionis dictæ vineæ, *gl. in l. contra negantem, & ibi* Alberic. Bald. Cyn. & Fulgos. *C. ad leg. Aquil. Bar. & Saly. in l. fin. C. de probat.* Fely. Mascard. & Farin. *q.*84. *n.*33.

Limitatur tripliciter Regula.

22. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt instrumentum, & scriptura delictum non probet, dum pœnam corporalem crimen meretur, secundùm Abb. Fely. & Zabar. *in c. cum in Ecclesijs, de maior. & obed.* Gig. Mascar. & Far. *n* 22.

23. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt non probet instrumentum quandocunq, agitur de pœna imponenda pro delicto, & sic dú agitur criminaliter, ita Mascar. Curt. iun. & Farin. *q* 84. *n.*5. vbi ait, hoc esse de mente omnium in proxima sequenti limitatione citandorum; Sublimitando tamen, *vt hic supra in declarationibus.*

24. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt regulariter instrumentum non probet plenè delictum, sed faciat aliquam præsumptionem, & adminiculum, vt tenent Boic. & Zabar. *in c. cum in Ecclesijs, de maior. & obed.* Gig. & Far. *q.*84. *nu.*35. Bald. qui testatur de communi *in l. fin.* & ibi Bar. & Cyn. qui testatur de verissima opinione, *C. de probat.* Abb. Butr. Fely. & Imol. *in dicto c. in Ecclesijs,* Bero. qui etiam testis est de cōmuni, Dyn. Gand. & Clar. *in §. fin. q.*54. *in princ.* vbi dicit hoc seruari pro Euangelio, Alex. Masc. & Far. ad saturitatem concordantes citans, *n.*1. reddens de hoc rationes, *n.*2. Et hinc est, quod quamuis delictum esset commissum in præsentia Notarij, non probaretur per instrumentum desuper ab ipso confectum, ita Bald. & Cyn. *in l. fin. C. de probat.* Bart. Franc. Io. Andr. & Farin. *n.*3. Sublimita verò hanc limitationem iuxta tradita hic supra in declarationibus 3. Regulæ.

26. De materia huius 3. Regulæ, declarationibus, & limitationibus, agit Farin. diffusè *q.* 84. per totam.

Quando Rei delictum dicatur notorium; Et quo modo in notorio procedendum sit? Quæstio 87.

1 CVM Reus non modo tribus, *in præcedenti q.* explicatis modis, sed vlterius alio modo cōuictus dicatur, nempe per viam notorij, secundùm Boss. *in tit. de conuictis, n.*5. *& in tit. quomodo procedatur in crimine notorio, n.*4 *&* 7. Ideo hic de hoc quarto modo, quo

Reus dici... conuictus per viam notorij.

Reus

Reus conuictus censetur, idest, de notorio agendum est.

Notoriũ iuris. 2. Præmitto, quod hic non agitur de notorio iuris; quod est omne id, quod constat in actis, acta enim faciunt rem notoriam iuris; vt quando aliquid constat in actis ex probatione testium, ex instrumentis, ex confessione Rei, seu ex sententia, de quibus Far. *q.*21. *àn.* 14. *vsque ad* 37. Et ego de singulis, suis locis; hoc enim impropriè est notorium; Sed hic tractatur de notorio facti, quod propriè, & strictè notorium dicitur, secundùm Abb. *in c. dudum, de elect.* Butr. Côrad. & Far. *n.*11. Et circa hoc facti notorium; duæ Regulæ formandæ sunt, responsiuæ ad duo capita in proposito titulo q.

Notoriũ facti.

Delictum notoriũ, quod dicatur? 3. RVGVLA 1. sit. Rei delictum notorium propriè dicitur, quando coram toto populo, vel eius maiori parte gestum est; ita Cyn. quem sequitur Clar. *in §. fin. q.9. in princ.* Foller. Gomez, Menoch. & Far. *q.*21. *n.*41. Taliter, vt nulla possit tergiuersatione celari, aut negari, Archid. Bar. Butr. Socin. & Conrad. *in praxi tit. de notor. crim. n.6.* & 8. Mascard. Mille. & Farin. *n.* 11. qui *n.*47. ait, hanc Regulam esse secundùm doctrinam magis communem.

Diuersimodè declarant notorium Doctores 4. Non desunt tamen circa hanc Regulam 1. plurimi DD. diuersimodè opinantes; Quidam enim dixerunt, ad notorium facti requiri, & sufficere testimonium, & scientiam maioris, alij autem totius viciniæ, Ciuitatis, vel Prouinciæ, secundùm quod factum respicit, viciniam, Ciuitatem, vel Prouinciam, ita Butr. Capra, & Farin. *q.*21. *n.* 45. Alij non respicientes ad quantitatem totius, vel maioris partis populi, tenuerunt factum, seu delictum perpetratum coram decem personis, & de quo decem testes deponant de certa scientia, posse dici notorium, secus si minor sit numerus personarum, hi sunt Conrad. Cyn. Felyn. Foller. Iaf. Menoc. Salyc. & alij relati à Farin. *n.*47. Alij simpliciter asseruerunt, ex multitudine videntium, & testium, induci notorium. Alij contenti fuerunt numero septem; Alij trium testium, ad notorium constituendum; Et horum opiniones recenset Masc. *de probat. lib.2. conclus.*1101. *n.*17. Alij requirunt, ad hoc, vt quid notorium dicatur, non solũ quantitatem adstantium, sed etiam qualitatem loci publici, vbi factum fuit perpetratum, sic Butr. Calderin. & Io. Andr. *in c. vestra, de cohabit. Cler. & mulier.* Archid. Bal. Mille. & Farin. *n.* 55. Vnde secundùm hos DD. gestum in domo non dicitur notorium; consentiunt Foller. & Mascard. relati à Farin. *n.* 56. Vlterius secundùm quamplurimos requiritur qualitas temporis, & ideo aiunt, factum de nocte, non posse transire in notorium, ita Bald. & Specul. *in l. ciues, ad fin. de accusat.* Capra, Foller. & Farin. *n.*57. & 58. Nisi, secundùm Capram, loqueremur de sono câpanæ, vel quid simile, quod etiam de nocte benè potest in notorium transire.

5. Animaduerte hic, quod cum Iudicis arbitrio remittatur, quando

An delictum sit notoriū, Iudicis re mittitur arbitrio.

do quid notorium dicatur, secundùm Abb. Bald. Bart. Menoc. Specul. Farin. & alios, ab eo relatos, *q.* 21. *n.* 48. Propterea stante proposita proximè diuersitate opinionum super numero personarum facientium notorium, & quod a Iure hoc determinatum non sit, Iudicis arbitrio totum remittitur, vt tenuerūt proximè citati DD. post quos ita expressè senserūt Gomez, & Masc. & est opinio communis, teste, Farin. *n.* 48.

De significatione harū vocum notoriū, manifestum, euidens, publicū, &c.

6. Nota in hoc loco obiter; Notorium differre à manifesto, cum manifestum dicatur, quod publicè pluribus patet, non autem omnibus, aut maiori parti secundum Alex. Bart. & Ias. *in l. si verò, §. qui pro rei, ff. qui satisd. cogan.* Abb. & Farin. *n.* 4. At aliquando in iure, hæc vox notorium refertur ad manifestum, euidens, publicum, notum, indubitatum, & liquidum, ita Butr. Conrad. Mille. & Farin. qui alios etiam concordantes inducit, *n.* 5. inter quos Capra ait, quod è contra, manifestum in genere, & largo modo sumptum; aliquando sumitur in iure pro eo, quod est notorium facti permanentis, vt *in c. manifesta* 2. *q.* 1. aliquando pro notorio facti transeuntis, vt *in c. quia suspecti* 3. *q.* 5. Qui plura de manifesto videre voluerit, & in quibus à notorio differat, adeat Masc. *de probat. lib.* 2. *concl.* 1004. *per totam*, vbi optimè materiam hanc pertractat manifesti.

Factū de sui natura malū, notoriū malū est,

7. AMPLIATVR Regula 1. Vt crimen dicatur notorium, quamuis non appareat, qualitates delicti esse notorias, idest, quod nulla excusatio, seu defensio competat aduersus illud; e. g. dum non apparet, homicidiū non esse factum ad defensionem; Vel quod occisus non poterat impunè occidi, & his similia; Dummodo constet de ipso delicto principali, ita Foller. *in praxi crimin. in ver. Item, quod commisit crimen notorium, n.* 25. Vbi de hoc reddens rationem, ait; Attendi enim debet regulariter natura facti; Et sic, si factum de sui natura arguit maleficium, erit maleficium notorium; Sicut è contra, dum factum notorium est de sui natura bonum, erit, & notorium bonum, non attentis circumstantijs extrinsecis, & accidentalibus, an notoriæ, sint; factum namque ponderandum est, non secundùm accidentia, sed secundū naturam, & cursum ipsius, iuxta *l.* 1. *C. ad leg. Cornel. de Sicar.* opinionem Foller. sequūtur Capra, & Farin. *q.* 21. *nu.* 51. Et hinc est, quod si probato delicto notorio, delinquens aliquas circumstantias, seu qualitates excusantes alleget, notorium non offuscatur, sed allegās, ad eas probandas admitti debet, Butr. Mille. & Farin. *n.* 51.

non attētis circūstantijs.

Quid è contra in facto de se bono?

Sed contra.

8. Contra hanc Ampliationem tenuit Clar. *§. fin. q.* 9. *vers. sed aduerte*, nempe non sufficere notorium esse delictum, nisi notoriæ sint etiam qualitates delicti, ita vt nulla defensio, & excusatio competat Reo, alias delictum non dici notorium; & ait, hanc opinionem testibus Colleg. Florent. & Torto, omnium esse conclusionem. Sed secundùm Farin. *d. n.* 51. proposita Ampliatio verior est.

9. RE-

In notorijs ordo iuris non seruatur.

9. REGVLA 2. sit. In notorijs criminibus ordo iuris non seruatur, Bald. Boss. Butr. Clar. Foller. Marsil. Menoch. & Farin. *q.21.n.60.* vbi alios concordantes inducit, & citat plura iura.

Nec aliqua solẽnitas.

10. AMPLIATVR; seù declaratur 1. Regula 2. Vt in notorijs non sit necessarius libellus, nec accusatio, Farin. *q.21.n.62.* vbi ad saturitatem cumulat DD. & testatur de communi. Nec requiritur litis contestatio, iuramentum calumniæ, seu quæuis alia solemnitas respiciens ordinem iuris. Abb. Foller. Menoch. & Farin. alios inducens, & testans de communi *n.65.* Regulariter tamẽ citatio, præsertim ad sententiam, & defensiones necessariæ sunt, vt solidè probat Farin. *à n.66. vsque ad 78.*

Nec probatione indiget.

11. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt delictum facti notorij probatione non indigeat, Bald. Bart. Butr. Mascard. & Farin. plurimos concordantes citans, *q.21.n.79. & seq.*

In continuis, & permanẽtibus, secus in trã seuntibus factis.

12. LIMITATVR 1. Ampliatio 2. Vt procedat in delictis facti continui, & permanentis, quod oculis hominum quotidie cernitur, hoc enim probatione non indiget; Secus in delictis notorijs, facti transeuntis, & momentanei, quod si negetur, debet Iudici, vt Iudici, constare, & procedere Iudex non debet tanquam super notorio, nisi prius notorietate delicti probata, ita Duen. Mascard. Montic. Salyc. & Farin. *q.21.n.88.* vbi exemplificat in homicidio, & alios inducens, testatur de communi. Et huiusmodi probatio debet esse plena, secũdùm Abb. Clar. Cyn. Conrad. Bald. Mascard. & Farin. *nu.95. & seq.* (Quicquid al j dicant,) Et per testes iuratos, parte citata, Bald. Boss. Imol. & Farin. alios citans *n.99.* Qui testes saltem duo esse debent, secundùm Capram, & Saly. qui testantur de communi, Archid. Butr. Foller. & Far. *n.109.* Et hi testes concludentem reddere debent rationem dicti, Abb. Capra, qui testis est de communi, Iason. & Masc. quos cum alijs refert Far. *n.102.*

Seu interpolatis.

13. LIMITATVR 2. Ampliatio 2. Vt in notorio facti interpolati idem dicendum sit, quod de momentaneo, & transeunte notorio delicto, traditum est *hic supra, n.12.* vt tenent Abb. Conrad. Innoc. Mascard. Salyc. & Farin. *qu.21. n.89.*

In notorio extra locum iudicij probationes semper requiruntur, sicut e tiã contra absentem.

14. LIMITATVR 3. Ampliatio 2. Vt indistinctè prædictæ probationes requirantur in notorio extra locum iudicij, etiam in facto permanente, & continuo, ita Salyc. Specul. Vulpel. & Far. *q.21. n.91.* Et similiter contra absentem, semper probatio notorij requiritur, vt aiunt Boss. Capra, & Farin. *n.94.*

Testes nescientes, quid sit notoriũ, de eo deponentes non probant.

15. LIMITATVR 4. Ampliatio 2. Vt prædicti testes examinati super notorio debeant scire, quid sit notorium; & ideo si de hoc interrogati respondeant se ignorare, quid sit notorium, & quando de iure factum dicatur notorium; Vel si scire dixerint, & ex responsionibus appareat, quod reuera nesciunt, minimè probant, secundùm Mascard. & Farin. *q.21. nu.104.*

sicut

sicut *alibi* idem dixi de fama.

16. LIMITATVR 5. Ampliatio. 2. Vt ad hoc, vt testes super notorio probent, non debeant deponere de fama, nec de auditu alieno, sed de visu, vel auditu proprio, nempè, quod fuerunt præsentes, & viderunt populum, vel maiorem partem præsentem facto, de quo agitur; vt si dicant; Scio notorium esse, quod A. occidit B. quia præsens fui, & vidi totum populum, vel maiorem partem videre, ita Archid. Boss. Capra, Conrad. Mascar. & Farin. *q.* 21. *n.* 105. Et vlterius necesse est, vt huiusmodi testes directè deponant de facto, nempe vidisse A. occidisse B. ita defendit Mascar. *in tract. de probat. lib.* 2. *concl.* 1103. *n.* 21. *& seq.* & tenuerunt Dec. Aegid. Fely. Io. Andr. & Farin. *n.* 108. vbi inducit Rot. *decis.* 5. *col.* 1. *de except. in nouis.* Contra hoc vltimum dictum tenent aliqui DD. & horum opinionem Clar. *§. fin. q.* 9. *vers. item quæro,* dicit esse communem, sed multum periculosam, & Farin. *n.* 107. ait, & periculosam, & minus veram, & in iudicando minimè sequendam.

Quomodo de notorio testes deponere debeant?

17. SVBLIMITA limitationem 5. Vt procedat in facto notorio recenti, nam in facto antiquo, vel de longinquo loco, sufficit, quod testes deponant de fama, vel de auditu alieno, *c. veniens, de verb. signif. in* 6. Butr. Capra, Conrad. Foller. Mascard. Mille. & Farin. *q.* 21. *n.* 106.

Quid in facto recenti, vel antiquo?

18. LIMITATVR 6. Ampliatio 2. Vt in illis casibus, in quibus notorium non est probandum, allegandum tamen sit, secundùm Bar. Capram, Crot. qui testatur de communi, Mascar. Menoch. Tiraq. Viui. & Far. *n.* 110.

Notoriũ, saltem allegandũ est.

19. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt in notorijs sufficiat sententia non solemnis, etiam sine scriptis, ita Archid. Capra, Fely. Io. And. Spec. & Farin. qui testatur de communi *q.* 21. *n.* 115. Immò Capra vult, in his sufficere præceptum Iudicis; Et Foller. ait, sufficere intimationem Reo; quod mittitur ad supplicium pro tali causa; vt refert, Farin. *n.* 115. Sed si Reus negaret notoriũ, deberet Iudex ferre sententiam declaratoriam notorij, præsertim in facto non permanente, iuxta doctrinam Abb. Boss. Clari, Foller. & Farin. *n.* 116. qui testatur de æquiori, magis communi opinione, & in praxi recepta.

An in notorio sufficiat sententia sine scriptis, seu Iudicis præceptum, vel intimatio pœnæ Reo.

20. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt in notorijs non detur appellatio, & si Reus appellet, non obstante appellatione possit Iudex ad sententiæ executionem deuenire, *c. cum sit Romana, §. fin.* vbi gl. & alij DD. *de appell.* Ang. Butr. Capra, Clar. qui testatur de communi, Conrad. qui reddit rationem; quia in notorijs iudicijs pronunciatio non est propriè sententia, sed quædam iuris exequutio, Dec. Foller. Innoc. & Farin. concordantes inducens ad saturitatem; *q.* 21. *n.* 117.

In notorio appellatio non datur.

21. LIMITATVR Ampliatio 4. Vt non procedat, quando Iudex ad quem inhibuit, nisi renocet inhibitionem, & iste videtur casus *c. Romana, §. fin autem,* vb gl. & DD.

Quid si Iudex ad quẽ inhibeat?

Ss de

de appell. in 6. & concordant Aufrer. Gomez. Lancell. & Farin. *q. 21. n. 122.* Inhibitio enim siue iusta, siue iniusta timenda est, Rota *decis. 26. aliàs 307. in fin. de appell.* Plures huius Ampliationis limitationes habes apud Farin. *nu. 118. vsq; n. 128.*

Iudex nō recusatur

22. AMPLIATVR 5 Regula 2. Vt in notorijs criminibus non possit Iudex suspectus recusari, *c. proposuit*, & ibi gl. Innoc. Io. Andr. & alij *de appell.* Bero. Gom. cum alijs, quos refert, & sequitur Far. *q. 21. n. 129.*

Declara.

23. LIMITATVR Ampliatio 5. Vt procedat, quando pœna est taxata à lege, secus vbi esset arbitraria, Iudex enim tunc arbitrando posset inferre grauamen, Abb. Archid. Butr. & Bursat. qui vlterius declarat Ampliationem procedere in criminalibus in notorio facti permanentis; secus in notorio facti trāseuntis, prædictis DD. subscribunt Carauit. Lanc. & Far. *q. 21. n. 130. & seq.*

Quid in notorio perpe rato in præsentia Iudicis, & aliorum?

24. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt concurrente præsertim præsentia Iudicis sedentis pro tribunali, & aliorum, qui sufficiant ad notorium, iuxta tradita hic sup. *n. 3. & 4.* delictum adeo dicatur notorium, vt Iudex procedere possit ad punitionem, non modo ordine iuris non seruato, sed etiam sine processu, & probatione, gl. *in c. Deus Omnipotēs*, & ibi communiter omnes, 2. q. 1. Boss. Butr. Capra, Conrad. Foller. Mascar. & plures alij, quos sequitur Far. *q. 21. n. 158.* Tutius tamen erit (ne Iudex in Syndicatu teneatur) vt incontinenti examinet Reum, & si confiteatur statim absq; alia probatione, condemnetur; Si verò neget, testes cōfrontentur ad eius faciem, ita Foller. Paris de Put. Penn. & Farin. *n. 159.* Et vlterius Reus citandus esset, vt videatur, an aliquam habeat defensionem, secundùm Boss. Foller. Gandin. & Farin. *n. 160.*

Quid in reperto in flagrāti?

25. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt procedat etiam in Reo reperto in flagranti crimine, æquiparātur enim hæc duo apud DD. quem esse repertum in flagranti, & in notorio crimine, secundùm gl. *in c. cum ab homine*, & ibi Dec. & alij scribentes, *de iudic.* Clar. Foller. & Mascar. & Far. *q. 21. n. 133. & seq.* Quod procedit tam in grauibus, quam in leuibus delictis, aiunt Ang. Bar. Cagn. Clar. & Far. *n. 136.*

Qui sine mandato carcerari potest, etiā à priuato, & Clericus à sæculari.

26. Et hinc est, quod licèt regulariter nemo sine Iudicis mandato carcerari possit, *l. fin. &* ibi gl. Alberic. Ang. Bal. Bar. Saly. & communiter DD. *C. de exhib. Reis*; Attamen Reus repertus in flagranti, à quolibet priuato, propria authoritate, capi, & carcerari potest, vt ad suum Iudicem ducatur, vt tenet Carauit. Paris de Put. & Clar. *§. fin. q. 28. vers. dictum est*, vbi testatur de praxi, & sequuntur Bal. Bar. Foller. Gomez, & Farin. *q. 21. n. 139. & seq.* Et dato quod Reus repertus in flagranti esset Clericus, nihilominus, à familia Iudicis sæcularis, & etiam à quouis priuato, vt ad Iudicem Ecclesiasticum ducatur, capi, & carcerari potest, secundùm Abb. Ang. Bal. Bar. Foller & alios, quos sequitur Farin. *num.* 141.

141. vbi de communi.

An ei detur defensiones ante torturam, reliqua remissiuè?

27. An autem in casu huius Ampliationis 7. Reo defensiones dandę sint ante torturam, seu ante cōdemnationem, & an talis sit torquendus, tractat Far. *q.21. à n.142. vsq; ad n.152.* Et cum (vt dictum est *hic n.25.*) reperti in flagranti, & in notorio æquiparentur; quæ dicta sunt *hic supra* de notorio, *à n. 9. vsq; ad n.24.* facient ad rem præsentem de reperto in flagranti.

Quando Reus dicatur captus in flagranti?

28. Tantummodo subnectam; In flagranti Reum dici captū, qui in ipso actu delicti depræhensus est, vel antequā veniret ad locum destinatum, vel cum latitaret non admodum longè post delictum, alio actu extraneo in medio non interueniente, Poller. & Far. *q.21. n.156.* Posito igitur quod Reus iuxta hanc declarationem in flagranti sit captus, & quod plenè constet, à Reo commissum esse delictum, hæc Ampliatio 7. Procedit, ita Clar. *q.8. vers. scias tamen*, quem sequitur Far. *n.155.*

29. De materia huius q. latè Boss. *in tit. Quomodo procedatur in crimine notorio*, Far. *q.21.* Et latissimè Capra *in suo Tractatu de Notorio.* Et faciunt pro Regula 2. de qua hic supra, *n.9.* & eius Ampliationibus, quæ dixi supra, *q.8. & 9.* vbi actum est; An apices, & solemnitates iuris in Regularium iudicio criminali dimitti debeant, & substantialia seruanda sint.

Finis Tractatus Septimi, de Rei citatione, &c.



DE REI DEFENSIONIBVS.

TRACTATVS OCTAVVS.



1 NIMIS vasta materia hæc est, de Rei Defensionibus, & vt eam restringam, congruentique ordine pertractem, ad tres Sectiones eandem redigo, iuxta triplices Rei defensiones, de quibus Decian. *in tractat. crim. to. 1. lib. 5. c. 37. n. 1. & 2.* quem sequitur Guaz. *in præfat. tractatus ad defensam, n. 44.* Et in sectione quidem 1. agam de Rei defensionibus, quæ resultant ex nullitate, seu alio defectu processus. In 2. de defensionibus Rei, negantis absolutè sibi obiecta crimina; vel asserentis eadem non esse delicta, seu non punibilia. In 3. verò, quando adducit excusationes.

Diuisio tractatus.

2. Antequam autem ad quæstiones deueniam; Præmitto 1. Quod corrumpens Aduocatum, Procuratorem, vel Consiliarium Rei, ne iste legitimè defendatur, puniendus est tanquam falsarius, secundùm Baiar. Monticel. Vant. & Farin. *q. 4. n. 16.* quos sequitur Guaz. *vbi sup. n. 19.*

Corrumpens Consiliarium Rei, ne iste defendatur, punitur.

3. Præmitto 2. Quod summopere cauere debent dicti Causidici, ne ad defendendos eorum Clientulos, Iudices, nisi probata causa, suspectos allegent; Aliàs enim actione iniuriarum tenerentur, secundùm Ang. Bal. & Baiar. ad Clar. *q. 42. n. 7.* Quamuis hoc in Curia Romana non obseruetur, teste Guaz. *ibidem n. 29.* Et è contra Iudex decenti honore recipiat Causidicos, si enim non debito honore, nec libenter, eosdem audire voluerit, suspectus ex hoc capite allegari poterit, vt post Franch. Marant. & Conrad. dixit Guaz. *n. 33.*

Allegans Iudicem suspectũ non probata causa punitur; Et è contra Iudex est suspectus non libẽter Causidicum audiens.

4. Præmitto 3. Plurima esse priuilegia defensionis Rei, de quibus diffusè Guaz. *in tota defens. 29. vbi præsertim c. 3.* agitur de probationibus, quæ admittuntur fauore defensionis, vt sunt, testes consanguinei, domestici, inhabiles, deponentes de credulitate, testis vnus, &c. Et ibi declaratur, quantum huiusmodi probationes valeant; & vtique de teste vnico, agit Guaz. *n. 12.* & ego *hic sup. q. 40. n. 24.*

Priuilegia defensionis Rei remissiuè.

5. Præmitto 4. tangendo quædam tantum priuilegia, seu effectus defensionis, si namque omnia recensere vellem, nimis longum deberem inserere Tractatum. Primum priuilegium est, quod defensio, de omni iure, Ciuili, Canonico, Gentium, & Naturali permissa sit, Guaz. ad saturitatem citans, *defens. 29. cap. 4. n. 1.* & consequenter defensio tolli non potest a Iudice habente potestatem procedendi sine solemnitate iuris, Far. *q. 39. n. 15.* Guaz. cum alijs *n. 8.* Nec per statutum, nec a Principe, nec ab Imperatore, neque à Papa, latè Farin.

Defensio de omni iure permittitur.

Tolli non potest à Iudice quocũq; Nec per statutum, nec à Papa.

q. 125.

q.125.num.72. Guaz.n.2. Et dato quod Princeps mandaret expressè, quod Reo defensiones non darentur, eius mandatum intelligi deberet de Ciuilibus defensionibus, quæ ab eo tolli possunt, non de naturalibus, Far.q 39.n.143. Guaz. concordantes inducens, d. n.2. vers. & si; & nu. 6. Nisi ex iusta causa, in aliquo casu, vt e.g. dum timetur populi tumultus; At vix talem iustam causam dari, tenent Farin. n. 24. & Guaz.n.7. propter quam naturales defensiones tolli possint.

Nisi ciuilis.

Et ex causa, naturalis, sed vix.

6. Priuilegium 2. defensionis est; Vt ea denegata, inde sequuta, etiam Rei confessio, sit nulla, & Reus sit absoluendus, Farin. n. 84. Ang. Marsil. & Guaz. alios inducens defen.29. c. 4. nu.3. & Iudex in Syndicatu puniendus esset, Farin. n.73. & Guaz. n.4. qui concordantes inducunt.

Denegata defensione, inde secuta sunt nulla.

7. Priuilegium 3. est, in fauorem offendentis ad sui defensionem, qui non dicitur delinquere, prout, cum pluribus alijs in proposito, probat Guaz. defen. 29. c. 4. à n.11. vsq. in fin. De moderamine verò inculpatæ tutelæ, vide eundē c.5. per totum.

Offendēs ad sui defensioné, non delinquit.

DE REI DEFENSIONIBVS

Ex nullitate processus, seu ex alio defectu resultantibus.

SECTIO PRIMA.

De Rei defensione oriente ex nullitate processus, defectu iurisdictionis, Quæstio 88.

Præcipua defensio Rei est quod, in Iudice sit iurisdictionis defectus.

1 REI defensio 1. secundùm Clar. §. fin. q. 50. in princ. oritur ab illis exceptionibus, quæ nullitatem processus concernunt, quarum plurimæ habentur ex superius dictis, & colligentur ex infra dicendis; Et vt bene animaduertit Guaz. defen. 1. c. 1. in prin. ea est Rei præcipua defensio, quod in Iudice iurisdictionis sit defectus, qui maximus vtique est, vti á causa efficiente proueniens, nempè a Iudice, qui dicitur basis, & fundamentum iudicij, Bal. in Rubr. C. Si à competent. Iudic. Et hinc est, quod primà vice, qua Iudex officium ingreditur, authenticas literas eius potestatis subditis publicare debet, qua publicatione attenta, de eius iurisdictione amplius dubitandum non erit, secundùm Gratian. Guid. Pap. Vant. & Guaz. alios concordantes inducens, n.7. Et iuxta huius Episcopi nes præcipuum institutum, hic defectus tangam, quam materia criminali circa iurisdictionem contingere possunt; Nec omnes hos, cum de pluribus actum sit hic

Iudex ad ingressū sui officij patentes ostendat literas.

sup.

sup. d q. 1. vsq. ad q. 6. quos non repetam.

2. REGVLA 1. sit. Processus ex defectu iurisdictionis, omnino nullus est: ab eo enim iudicatum non dicitur, qui ius dicendi non habet, *l. 1. §. hac autem, ff. quod quisq; iuris*, Anchar. Carauit. Decian. & Guaz. *defens. 1. c. 1. n. 1.* & Farin. *cons. 48. n. 4.*

Processus ex defectu iurisdictionis est nullus.

3. AMPLIATVR, seu declaratur 1. Regula 1. Vt processus, ex defectu iurisdictionis in gradu tali sit nullus, vt per partes conualidari non possit, etiam per spontaneam confessionem, Clar. & Chart. testantes de communi, Mascar. concordantes allegans, & Guaz. *defens. 1. c. 7. n. 1.* nec non Farin. plurimos inducens *q. 81. n. 188.*

Validari nō potest per partes, nec per spontaneam confessionem.

4. Declaratur hæc Ampliatio; Vt Iudex in criminalibus, de consensu partium, suam possit prorogare iurisdictionem, sed tantùm quoad præiudicium ipsarum partium, non autem Iudicis, nisi de ipsius consensu, vt probat, & terminat hunc controuersum punctum Guaz. *defens. 1. c. 7. n. 5.*

Prorogatio Iurisdictionis de consensu.

5. AMPLIATVR, seu declaratur 2. Regula 1. Vt nulliter, & sine iurisdictione procedat Iudex, dum, v. g. per citationem, ab alio Iudice legitimè præuentus est, seu præoccupatus, in exercitio iurisdictionis, Guaz. *defens. 1. c. 9. & 10.* vbi diffusè de tota præuentionis materia differit.

Quid in Iudice legitimè ab alio præuento?

6. AMPLIATVR, seu declaratur 3. Regula 1. Vt processus cum inde secutis sit nullus, dum fabricatus est à Iudice in causa propriæ offensionis, vel eorum, qui sunt ex propria familia: Et licèt in causa propriæ familiæ valeat processus, parte non opponente, tamen in causa propriæ offensæ, etiam parte non opponēte, est nullus, Vant. & Guaz. *defens. 1. c. 18. n. 1.* Vbi cum Oldrad. & pluribus alijs, ait, hanc declarationem absolutè procedere, dum iniuria facta est ratione particularis odij, & offensæ; Sed quando iniuria facta esset Iudici contemplatione officij, posset ipse in ea procedere, dum notoria est offensa, facti notorietate, & pœna est certa, & determinata à iure, aliàs secus; & subscribunt Clar. Farin. & alij apud Guaz. *ibidem*.

Vel procedere in causa propriæ offensionis, vel familiarium eius.

7. AMPLIATVR, seu declaratur 4. Regula 1. Vt Iudex suspectus allegatus, cum eius iurisdictio per talem allegationem suspendatur, non debeat in causa se intromittere, Alex. Rom. & Guaz. cum alijs ab eo citatis, *defen. 1. c. 19. n. 37.* nisi suspicio esset notoriè iniusta, *c. cum speciali, de appell.* Garau. & Guaz. *ibid.* Vel allegata esset causa suspicionis (quæ de iure Canonico allegari debet) sed esset inepta, quia per hoc non suspenderetur iurisdictio, Bal. Tusch. & Guaz. *n. 100.* Sicut è contra, si Iudex, ex legitima causa, allegetur suspectus, gesta deinde per eum, sunt ipso iure nulla, Alex. & Dec. qui testantur de communi, Bar. & Guaz. *n. 55.* Sed quomodo hoc sit controuersum, vide Guaz. *defen. 1. c. 20.* Qui, *c. 19. per totum*, tractat, qui nam Iudex suspectus dari possit, & quando. Causæ vero quinquaginta tres ad Iudicem recusandum, afferuntur ab eodem Guaz. *c. 21.* Et de Iudice su-

Seu allegato suspecto.

suspecto, *volumen integrū* Laurent. à Beneuento composuit; Et de hac materia copiosè tractarunt DD. relati a Guaz. præsertim *defen.* 1. *c.*21, *n.*1. De qua, ex professo, actum est *hic supra, q.*6. *per totam*.

8. AMPLIATVR, seu declaratur 5. Regula 1. Vt nulla sit sententia Iudicis, qui dum eam tulit, erat, & per sententiam constabat, eum excommunicatum esse, *c. excommunicatum, §. credentes de hæret. c. aduersus, §. quia nemo.* & ibi gl. *de immun. Eccles.* Guaz. *c.*21. *n.*5. & 17.

Siue per sententiā excōmunicato, dū sentētiā tulit.

9. AMPLIATVR, seu declaratur. 6. Regula 1. Cum, in criminalibus, præcipuè quis sortiatur forum ex tribus capitibus; Ex origine, domicilio, & ex loco commissi delicti, secundùm Clar. *q.* 39. *in prin.* vbi de communi, & Farin. *q.* 7. *n.*1. ita vt exceptis tribus his modis, quis non sortiatur forum, vt puniri possit, neque examinari, Farin. alios citans, *cons.*19. *n.*3. vbi de communi, & Guaz. *defen.*1. *c.* 25. *n.*2. Si Iudex originis, vel domicilij Rei, hunc punire velit, possit Reus opponere, quod Iudex loci delicti præferri debet, secundùm Clar. *q.*38. *vers. Iudex*, Far. *q.*7. *n.* 1. vbi concordantes, Guaz. *c.*25. *n.*2. qui alios inducit, firmantes, causam per alios Iudices esse remittendam ad Iudicem loci delicti eiusdem iurisdictionis, & probant Couar. Dec. an. Anchar. & hos sequitur Guaz. *c.*17. *n.* 17. Et punitus a Iudice loci delicti, ab alijs puniri non potest, Bal. Tusch. & Guaz *c.*25. *n.* 14. Et idem dicendum est, secundùm Tusch. dum

Ex tribus causis in criminalibus quis sortitur forum?

Iudex loci delicti præfertur

non fuit punitus, sed se composuit Reus.

10. REGVLA 2. sit. Iudex sæcularis, & eius familia caret iurisdictione conueniendi, seu capiendi Clericum, *c. cum ab homine, de iudic.* vbi communiter DD. Farin. qui de communi, *q.*8. *n.*15. Bertaz. Boss. & Guaz. *defen.* 1. *c.*2. *n.*1.

Iudex sæcularis caret iurisdictione cōtra Clericum.

11. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt Clericus, vel Religiosus captus à curia sæculari, impunè possit eximi, non obstante *Bulla Six. V. contra eximentes*, Guaz. *n.*2. & 3. vbi plures citat.

Qui ab eo captus potest eximi.

12. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt Iudex sæcularis non habeat iurisdictionem cogendi Clericum ad testificandum, sine licentia sui Superiores, *c. super prudentia. §. potest, in fi.* & ibi gl. 14. *q.*2. Far. *q.*61. *n.*83. Campeg. Mascar. Guaz. & alij *defen.*1. *c.* 2. *n.*7. qui *n.*8. cum Far. & pluribus alijs, ait, debere de dicta licentia constare aliter, quam per assertionem Notarij in examine Clerici; At depositio huiusmodi facta sine licentia non est nulla, immò valet, licet de fide ei diminuatur, Farin. adducens DD. *q.*61. *n.*84. & Guaz. *n.*12. Et quod dictum est de Clerico, dic etiam de Religioso, cum Suar. qui testatur de communi, Fely. Masc. & Guaz. *n.*13. & Far. *n.* 130.

Nec potest cogi ad testificandū sine Superioris licentia.

An sine licentia valeat depositio?

13. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt Clericus, seu Religiosus, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus nulliter conueniatur coram Iudice laico, *Auth. statuimus, C. de Episc. & Cler.* Menoch. & Guaz. *c.*3. *n.*11.

Nulliter coram laico conuenitur.

14. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt processus fabricatus a Iudice laico

Cuius processus non probat.

laico contra Clericum, nihil probet, si exhibeatur coram Iudice Ecclesiastico, est communis opinio, de qua testantur Clar. Farin. Viu. & Guaz. *defen*. 1. *c*. 5. *n*. 1. In tantum vt confessio coram Iudice sæculari non operetur, vt ex ea Clericus possit condemnari, *c. at si Clerici*, vbi Abb. Anan. & Butr. *de iudic*. Farin. *q*. 81. *n*. 193. Villal. qui de communi, & Guaz. *n*. 2.

Nec Ecclesiasticus potest ad eũ recurrere.

15. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt adeo sit longè, Iudicem sæcularem iurisdictionem habere super Ecclesiasticos, vt recursus in causis Ecclesiasticis ad curiam sæcularem, sub excommunicatione latæ sententiæ sit prohibitus, *c. nouerit de Sent. excom*. Farin. *conf*. 26. *nu*. 1. Guaz. *defen*. 1. alios citans *c*. 28. *n*. 1. Quod habet locum, quamuis Iudex Ecclesiasticus, malè procederet, Abb. Bar. & Guaz. concordantes inducens *n*. 9. & Far. *conf*. 68. *n*. 2. Nisi appareat, quod Ecclesiasticus Iudex procedat cum violentia, & de facto, & quod Reus grauatus non habeat facultatem recurrendi ad aliquem Superiorem Ecclesiasticum, Couar. & Guaz. *n*. 10. & Farin. *conf*. 68. *n*. 6.

Ecclesiasticus de fuga suspectus quomodo à laico capi possit.

16. LIMITATVR Regula 2 Vt non procedat, quando Clericus, vel Religiosus esset suspectus de fuga, qui à Iudice laico capi potest ad effectum remittẽdi eum ad proprium Iudicem, Menoch. Villal. qui de communi, & Guaz. *defen*. 1. *c*. 28. *n*. 4. vbi concordantes. Dummodo quam citius remittat, & ad summum, non retineat in suis carceribus, vltra 20. horas, Far. *q*. 8. *nu*. 118. Bal. Ang. Saly. & Guaz. concordantes citans, *n*. 5. Idem dicendum est de reperto in flagrãti, de quo *hic sup*. *q*. 83. *n*. 26. De alijs casibus, in quibus Clericus à Iudice laico capi potest, agit Farin. *q*. 8. *n*. 120.

Contra extractũ ab Ecclesia nulliter; proceditur.

17. REGVLA 3. sit. Inuitus ab ecclesia nemo extrahi debet, & ideo contra sic extractum nulliter Iudex procedit, cum non habet in eo iurisdictionem, & Reum eidem ecclesiæ restituere tenetur, *c. inter alia, de immun. Eccl*. Clar. *q*. 30. *in princ*. Far. *q*. 28. *n*. 1. vbi ad saturitatem citat, Guaz. *defen*. 1. *c*. 2. *n*. 1. qui *cap*. 30. *n*. 2. ait, & probat, extrahentem puniendum esse pœna mortis, vsurpatæ iurisdictionis, & criminis læsæ Maiestatis; nec non incidere in excommunicationem, Guaz. *n*. 4. & Far. *n*. 5.

Ampliationes remissiuè.

18. Ampliationes huius Regulæ vide apud Farin. *à n*. 1. *vsq. ad n*. 49. hic enim breuitatis gratia vnicam tantum Ampliationem subnecto, nempè; Quod hæc immunitas non potest iure violari per quemcunq; Principem sæcularem, neque per Imperatorem, Decian. Ambros. & Guaz. *defen*. 1. *cap*. 30. *n*. 5. immo neque Episcopi possunt extrahere, neque extrahi facere fugientes ab Ecclesia, vt puniantur, Decian. & Guaz. *n* 2. Neque quiuis alius Iudex Ecclesiasticus, Baiar. Rebuf. & Guaz. *n*. 6. Ita vt excepto Summo Pontifice, nemo, propria authoritate, possit concedere facultatem ab Ecclesia extrahendi, Ambros. Decian. Gig. & Guaz. *n*. 1. Et hanc facultatem solet Papa suis Legatis à latere impertiri, nempe, vt, ex causa, licentiam extrahendi, conce-

Solus Papa, & habentes ab eo facultatem dispensant.

cedere valeant.

Imunitas Ecclesiæ est de iure humano.

19. Notandum, quod licèt aliqui DD. relati à Guaz. *defen.* 1. *c.* 20. *n.* 4. voluerint d. immunitatem esse de iure Diuino; tenendum nihilominus est, esse de iure humano positiuo inuentam, secundùm Farin. *q.* 28. *n.* 1. plura citans, & præsertim *Con. Trid. sess.* 25. *c.* 29. vbi iubetur inuiolabilitèr, & generalitèr immunitatem Ecclesiæ seruari, & cum Farin. sentiunt Decian. & Guaz. *n.* 2. Vnde consequentèr potest Papa in ea dispensare; Et à proposita Regula excipiendi sunt casus, in quibus ab Ecclesia extrahi possunt delinquentes, iuxta *Constitutionem Greg. XIV.* quæ incipit, *cum aliàs nonnulli, anno* 1591. relatam *in nostro Compend. Priuil. in vers. Ecclesia Fratrum, post n.* 19. Enumero hic casus *in eadem Constitutione* exceptos, & erunt loco limitationis Regulæ 3.

Enumerātur casus in quibus dicta extratio licet, vsque ad n. 23.

20. LIMITATVR 1. Regula 3. vt immunitas Ecclesiæ non suffragetur laicis ad Ecclesias, locaque Sacra, & Religiosa confugientibus, si fuerint publici latrones, viarum grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, vel in earum cæmeterijs committere non verentur, aut qui proditoriè proximū suum occiderint, aut assassini, vel hæretici, aut læsæ Maiestatis in personam ipsiusmet Principis Rei; Sunt verba Pontificis *in citata Constitut.* De his casibus Guaz. *defen,* 1. *per totam c.* 38. & latè de ijsdem Diana, *p. p. tr.* 1. *per totum,* vbi plura dubia resoluit; Et de hac immunitate, latissimè Far. *q.* 28. Sed tunc non extabat *d. Constit. Greg.* nec non Dia. *p.* 6. *tr.* 1. *res.* 28. At nota, quod in casibus eiusdem Const. iuxta quod expressè in ea statuitur, sæculares Iudices, sine Episcopi licentia, aliquem ab Ecclesia extrahere non possunt, vt not. Dia. plures inducens DD. *in par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 15. *& par.* 6. *tr.* 1. *resol.* 28. *vers. sed hæc.*

Ecclesiastici an gaudeant dicta immunitate.

21. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt Religiosi non gaudeant dicta immunitate, vnde inuiti ab Ecclesia, de eorum Iudicū Regularium mandato extrahi possunt, Peregr. Suar. Fagundez, Syluest. Riccius, & Dia. *par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 25. *vbi in princ.* eosdem citat; & sequitur eorum opinionem, *vers. sed,* propter receptam consuetudinem approbatam a Summis Pontificibus, qui scientes non renuunt: Et quamuis *citata Constitutio Greg.* reuocet ius commune, & consuetudines, vt tenent Doctores, quos ad saturitatem citat Dia. *resol.* 1. intelligenda est, vt reuocet consuetudines præteritas, non autem futuras tolleratas, & approbatas ab eius successoribus. Et hæc consuetudo passim practicatur apud nos; & fauet huic limitationi per multi DD. citati à Dia. *p. p. tr.* 1. *resol.* 24. *in princ.* asserentes, in ordine ad eorum Superiores, Clericos hac immunitate non gaudere. Et generaliter, quod Clerici inuiti ab Ecclesia extrahātur ab eorum Iudicibus Ecclesiasticis, de cōsuetudine, post alios, quos allegat, testatur Clar. §. *fin. q.* 30. *n.* 15.

n. 15. *in fin.* Abb. Ang. de Clauas. Boer. Nauar. Guttier. qui ait, hanc esse communem praxim, & quod nunquam vidit aliter obseruari, Cæual. qui refert alios tenentes hanc opinionem, licet dicat, quod contraria opinio in puncto iuris sit verior, & magis communis, & hos refert, & sequitur Guaz. *defens.* 1. *c.* 38. *n.* 49. An autem, & quomodo ex consuetudine induci possit, vt ista immunitas Ecclesiastica tollatur, tractat Guaz. *c.* 34. *per totum* Non desunt tamen DD. citati à Dia. *d. resol.* 24. *vers. secunda sententia*, tenentes, Clericos d. immunitate gaudere; Et alij idem sentientes de Religiosis, relati à Dia. *resol.* 25. *vers. At hoc*.

Quid in aliorum Ecclesijs? 22. SVBLIMITA limitationem 2. Vt procedat in proprijs Ecclesijs, & Monasterijs, in quibus Religiosi non gaudent immunitate, secus in aliorum; Nam si e. g. apostata vnius Religionis aufugiat, & se recipiat in Ecclesia, vel Monasterio alterius Religionis, ibi vtiq; immunitate gaudebit, Bobadil. Duard. Decian. Rebuf. Farin. & Dian. *resol.* 23.

Seu ducto per Ecclesiã. 23. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt captus a Birroarijs, si ita captus ducatur per Ecclesiam, in ea tutus non sit, Arch. d. Boer. Couar. Gig. qui testatur de veriori opinione, Decian. alios cumulans, & testans de veriori, & in praxi seruata opinione, & hanc rationem adducẽs. Quia Ecclesia talem liberum non recepit, sed captum, & Ecclesia tuetur eum, qui liber ad eam confugit, & Guaz. alios etiam inducens *defens.* 1. *c.* 37. *n.* 43, qui *n.* 44. inducẽs, contra tenentes Ias. Mantic. & Rom. ait, à nostra limitatione non esse recedendum, quam sequitur Farin. *q.* 28. *n.* 69. concordantes allegans, de communi testans, & ad opposita respondens.

24. De materia huius Regulæ 3. & eius declarationum, latissimè Guaz. *defens.* 1. *à cap.* 29. *vsque ad c.* 38. Dia. *locis citatis, & præsertim in par.* 6. *tr.* 1. *per totum*.

De defectibus nullitatis processus, ad defensam Rei, eo quod non constet de corpore delicti, vel quia Reus non fuerit legitimè citatus.

Quæstio 89.

1 REGVLA 1. sit. Dum in actis non constat de corpore delicti, omne quod desuper ædificatur, nullum est, Honded. qui alios allegat, Ruyn. & Guaz. *defens.* 4. *c.* 1. *n.* 5. vnde talis oppositio, est ex potissimis in fauorem Rei. Dum non cõstat de corpore delicti, omnia nulla sũt.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat etiam in Iudicibus (prout sunt Regulares) qui habent facultatem procedendi, nulla seruata solemnitate, Burat. *vol.* 2. *cons.* 201. *n.* 90. vbi alios allegat, & Guaz. *n.* 3. Apud Regulares etiam.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt non sufficiat, si postea constet de corpore delicti, vt post sententiam, cum sententia ex nouis probationibus non conualescat, latè Boer. *decis.* 259. Baiar. *ad Clar. q.* 66. *n.* 9. & Guaz. *defens.* 4. *c.* 1. *n.* 21. Nec valet si constet postea.

4. Quod ante omnia constare debeat de corpore delicti, cum suis Ampliationibus, & Limitationibus Remissiuè reliqua.

nibus sufficienter actum est supra, *q. 11.* vbi ex professo de hac materia.

Reo non citato, processus est nullus

5. REGVLA 2. sit. Dum Reus non est legitimè citatus, processus, & omnia inde sequuta sunt ipso iure nulla, Plot. qui concordantes allegat, Brun. qui etiam alios inducit, & Guaz. *defen.* 10. *n.2.* qui diffusè *in tota hac defen.* de materia tractat, Farin. *consi. 14. n.3.* concordantes cumulans, Boss. Clar. & Roland. *citati hic supra q. 78. n.1.* vbi *in sequentibus* reperies declarationes huius Regulæ; Et quid apud nos seruandum sit, habetur, *n.5.*

Remissiue.

An necessaria sit publicatio processus offensiui, eiusdem datio copiæ Reo, cum termino ad se defendendum, & positio Rei ad largam, ita vt aliter processus sit nullus; & quid dicendum sit de processu defensiuo?

Quæstio 90.

Processus largo modo sumptus, quid cōtineat; Quid stricte remissiue?

1 PRAEMITTO, 1. quod processus, largo modo sumpto eius vocabulo, continet ea omnia, quæ in continuatione causæ deducta fuerunt, seu totam illam congeriem actorum, quæ ventilatur, & producitur in iudicio, subscribendam a Notario, ita declarat Guaz. *defens.22. c.2. n.6.* post Cabalt. & Scacc. Quæ autem veniant nomine processus stricto modo sumpti, vide Guaz. *in d. cap.2. ferè per totum.*

Duplex publicatio processus.

2. Præmitto 2. quod duplex est publicatio processus, vna pronunciatiua, & est illa, quando Iudex dicit; Processum publicamus; altera insinuatiua; quando dicta testium sunt parti insinuata, & lecta, ita Bal. *consi.152. n.1.* quem sequitur Guaz. *defen.22. c.1. n.1.*

Ante publicationem non est processus pandendus.

3. Præmitto 3. quod Iudex ante d. pronūciatiuam publicationem, processum nemini pandere debet; & si ipse, vel Notarius secreta, & merita causæ ante d. pronunciatiuam panderent, inciderent in pœnam falsi, & pœna extraordinaria puniendi essent, Caualc. qui alios citat, & Guaz. *defens.24. c.1. n.12.* immo nec testis potest suam propalare attestationem, Caualc. Decian. & Guaz. *ibidem.*

Processus offensiui copia est decernenda.

4. REGVLA sit. Nec in ciuilibus, nec in criminalibus publicatio processus offensiui necessaria est; Sed tantum in criminalibus oblatio copiæ est necessaria, Caualc. & Guaz. *defens.22. c.1. nu.7. erga fin.* vbi ait, quod hæc est mera veritas; Et hæc oblatio fit, dum Iudex copiam processus decernit, nec ad aliud Iudex tenetur; Caualc. & Guaz. *defens.24. n.2.* non enim tenetur cogere Reum ad copias sumendas, Guaz. *defens.22. c. 1. nu.7.* Et ita interpretandi sunt DD. *ibidem in prin. citati*, asserentes necessitatem publicationis processus; & etiam quod docet Guaz. *defens.28. c.20 in princ.*

Licèt per Inquisitionem procedatur.

5. AMPLIATVR 1. Regula; Vt copia processus, & inditiorum sit danda, seu decernenda, quamuis per viam inquisitionis procedatur, *c. qualiter, & quando, il 2. §. debet, de accusat.* Chart. Cæpol. qui testatur de communi, Baiar. Bertaz. qui de magis communi testis est, & Guaz. *def.24. c.1. n.4.*

6. AMPLIATVR 2. Regula;

 Vt

Quid in notorio delicto? Vt etiam in crimine notorio decernēda sit copia inditiorum Reo, dum proponit aliquam exceptionem, vel defensionem ad excusandum delictum; secus si fateretur nullam excusationem habere, & hanc praxim seruat totus mundus, secundùm Boss. *tit. de denunc. n.6. in fin.* Clar. *§. fin. q. 9. vers. quaero etiam*, & Guaz. *defen.24. c.1. n.4.*

Vel dum Reus est cōuictus? 7. AMPLIATVR 3. Regula; Vt d. copia sit decernenda, etiam Reo cōuicto, Caual. & Guaz. *n.4.*

Quorum copia uada sit? 8. AMPLIATVR 4. Regula; Vt Reo danda sit copia omnium eorum, quae ad ipsum Reum pertinent, etiam si in minimo possint ei nocere, Scac. qui alios allegat, Caepol. Gabr. & Guaz. *defen.24. c.3. n. 1.* vbi cum DD. rationem reddit, quia aliàs auferrentur Reo defensiones, & quia omnis actus iuridicus sit communis vtriq; parti.

Vel non? 9. LIMITATVR 1. Ampliatio 4. Vt dummodo Reo facultas se defendendi non tollatur, copia eorum, quae nocentiam, vel innocentiam absentium laedunt, ei non sit tradenda, Clar. *q.49. vers. sed pone,* Farin. *q.39. n. 157.* Ambr. Baiar. Chart. Foller. & Guaz. *n.9. defen. 24, cap.3.*

Testium nomina, an danda apud nos sint? 10. LIMITATVR 2. Ampliatio 4. Vt apud nos cum d. copia, non sint danda nomina testiū examinatorum, iuxta approbatam DD. sententiam, & nostram consuetudinem, ne odia excitentur, & pax deturbetur; Nisi aliquando petenti Reo in grauissima causa aliter Praelato videatur.

11. Quod autem apud nos, & etiam apud alios Regulares possint, vt in proxima limitatione testium nomina dari, vel denegari, tenent Guttierez. *lib.1. pract. qq. n.4. q.96.* Paz. *t.1. p.1. n. 170.* Miran. *in ord. indic. q.14. ar.7.* citans Hostien. ita etiam Ioseph. de Sancta Maria *in Tribun. Relig. tr.4. c.19.* & Rodriq. *to.2. qq. Regul. q.15.* vbi ait, quòd Iudices praesertim Regulares nomina testium Reis negare possunt: Et horum sententiam, lege lata, Patres de Obseruātia, sequuti sunt *in suis Constitutionibus Vallisoletanis, ann. 1593. tit. de correp. & appell. §. ad pacem*; Nec non Patres Discalceati *in suis Constitutionibus Toletanis, ann. 1583.* Sed, in proposito, notanda sunt verba Directorij Inquisit. *in 3. par. scol. 129.* vbi habetur; Quoniam ordo legitimae defensionis, ob suppressam nominum testium publicationem, quodammodo videtur truncatus, propterea Iudices vitam, & mores testium, & delatorum diligenter debent inuestigare; quae diligentia in omnibus causis debet adhiberi, aliter Reus, cui non dantur nomina testium, sine defensione debita, contra iura, condemnaretur. (Quid apud alios Regulares?)

12. Immò quod, similiter apud non Regulares, nomina testium non examinatorum, Reo minimè sint notificanda, praesertim quando esset suspicio, & periculum subornationis, propter Rei potentiam, tenuerut Paris. *cons. 2. n. 164. lib.4.* vbi firmat, quod ita tenent omnes scribentes, Scac. Scap. & Chart. *de interr. Reorum lib.3. cap.2. n.98.* vbi subdit, quod licèt supradicti DD. loquātur in crimine haeresis, idem obseruandum erit in alijs criminibus (Quid apud non Regulares?)

bus

bus ob potentiam Reorum, secundùm Clar. *q.49. vers. habetque;* Et ideo, vt ex Blanc. ait *ibidem* Clar. & post hos Guaz. *defens.24. c.3.n.7.* praxis inoleuit, vt dentur nomina testium confusa, & separata à dictis testium, ob potentiã Reorum, ne possint scire, quid ab vnoquoque eorum dictum fuerit.

13. Sed nota, quod regularitèr, & de iure communi, apud non Regulares, nomina testium, pro informatione curiæ examinatorum, sunt publicanda, vt Reus contra illorum personas excipiendo, melius possit se defendere, & suam innocentiam demonstrare, *iuxta c. qualiter, & quando il 2. §. debet, de accus.* & ibi hoc notant Aret. Hostien. Fely. Imol. & communiter omnes tenuerunt, Ang. Bar. & alij, quos sequitur Far. *q.29. n.85.* Bal. Vant. Scapp. & alij quos sequitur Guaz. *defens.24. c.3. n.8.* vbi terminat, quod in confirmationem est reformatio *Pauli V. sub rubr. de indic. crim. Vrbis Romæ*, per quam disponitur, vt nomina testium exprimantur, quod etiam prius statuit *Pau. Tertius in Bulla in fauorem omnium pauperum.* Quod intellige, nisi Reus esset potens, & periculum esset, ne testes offenderet, Far. *n.86.* qui subdit *n.87.* se nunquam in praxi vidisse denegationem publicationis nominũ testium, præter quam in crimine hæresis.

Copia inditiorum, an ante torturam sit dãda?

14. AMPLIATVR 5. Regula; Vt copia inditiorum sit Reo danda; etiam ante torturam, P. rsonal. qui alios allegat, Guaz. *defens.24. c.1.n.5.* Farin. *q.38.n.3.* vbi testatur de communi, & ab omnibus approbata opinione, citans Boss. Clar. Menoch. & plures alios, Et hæc datio, & ad minus decretum de copia danda, debet præcedere torturam, quamuis à Reo copia non sit petita, Farin. latè *q.39. n.91.* qui *n.99.* testatur de frequentiori praxi, & obseruantia, Guaz. cum citatis ab eo, *defens.24. c.2.n. 3.* Et hoc procedit, siue persona torturæ subijcienda sit rustica, & idiota, siue sit sagax, & astuta, Farin. *n.97.* Guaz. *c. 2.n.5.* vbi concordantes; Iudex enim tuta conscientia ad torturam Rei deuenire non potest, nisi prius eundem audiat in suis defensionibus, Ambrosin. Bertaz. qui testatur de magis cõmuni, & practicata opinione, & Guaz. *d.n 5. erga fin.* Et hæc Ampliatio maximè procedit in Romana Curia, attenta *nona Constitutione Paul. V. in rubr. de iudic. crim. Vrbis Romæ*, in qua statuitur, vt copia processus, etiam non petentibus, decernatur, & tradatur, vt not. Guaz. *defens.24. c.2.n.6.* Non desunt tamen plurimi DD. qui, *ante d. Constitutionem*, scripserunt, asserentes, Iudicem, ante torturam, non teneri tradere, nec decernere copiam processus Reo, nisi petatur, ita Boss. Clar. qui de communi, Chart. & alij relati à Guaz. *defens.24. cap.2.n.1.* Sed ad tollendam omnem cauillationem, Reus, vel eius Defensor d. copiam petat, vt monet Guaz. *n.6.* qui *n.9.* addit cum Alex. quod si Iudex deuenerit ad torturam, non data d. copia, dum non fuit petita, posset excusari, ne teneatur in Syndicatu, & subscribunt Baiar. *ad Clar. q.49.*

q.49. n.15. & citati à Farin. q.39. n.91.

Reo dandus est terminus ad se defendendum.

15. AMPLIATVR 6. Regula; Vt cum dicta copia, debeat Iudex dare Reo terminum competētem ad inditia purganda, Clar. §. fin. q.48. in fine principij, vbi ait, quod secundùm communem praxim, eodem contextu, solent Iudices publicare processum offensiuum, eius copiam Reo decernere, & terminum dare ad suas faciendas defensiones; Hanc Ampliationem tenet Conrad. qui ex Ang. & Bart. ita per totum mundum practicari ait, Foller. qui dicit, quod de necessitate Iudex dare debet Reo terminum ad se defendendum, Carer. Marsil. & plures alij, ex quibus Farin. q.39. n.3. concludit, propositam Ampliationem esse communiter à DD. receptam, & vsu approbatam.

Etiam spontè cōfessus.

16. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 6. Vt dictus terminus dandus sit etiam Reo spontè confesso, Clar. & Farin. qui de commun. testantur, & Guaz. ad saturitatem citans, defens. 31. n.1. Immo subdit, & solidè probat, d. terminum etiam dari debere, simul conuicto, & confesso, quamuis eum non petat, licet in contumacia esset condemnādus, aliàs sententia erit nulla. An autem, & quando possit Reus termino, & alijs suis defensionibus renunciare, vide Farin. q.39. à n.52. vsque 67.

Quot dilationes cōcedantur?

17. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 6. Vt quamuis multiplicatio dilationum, sicut not. Clar. §. fin. q.48. vers. quæro quot, videatur Iudici arbitraria, ex Innoc. cuius opinionem cōmuniter teneri per Canonistas, ait Alex. Soleant tamen Iudices de facili concedere vsque ad tertiam, & quartam dilationem Reo petenti, dum non discernitur in eo animus calumniandi, & protelandi iudicium, puta, dum in prioribus dilationibus, nullo existente impedimento, nihil probauit; sed hæc suspicio calumniæ cessare solet, dum Reus in carcere detinetur, Far. q.39. n.5. & 6.

Dilatio post defensiuum processū.

18. SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 6. Vt, post processum defensiuum, debeat Iudex Reo concedere terminum ad allegandum in iure, & disputandum super causa ipsius, Nec non palam audire, & disputare cum eius defensoribus, Guaz. ita asserit, & solidè probat defens. 28 c 20. n.4. & 5.

Non innouandū pendente termino.

19. SVBAMPLIATVR 4. Ampliatio 6. Vt termino, seu dilatione pendente Reo data ad se defendendum, nihil sit innouandum, Franc. Paris, & Farin. q.39. nu. 8. Caualc. qui ait, hoc procedere etiam in Iudice habente brachium Regium, Grat. & Guaz. defens. 24. cap.4. n.1. vbi n.2. tenet cum Boer. Bal. Gabr. Grat. Franc. & Ias. talem innouationem ipso iure, etiam parte non opponente, esse nullam.

In quo dies termini non cōputatur.

Et nota, quod regulariter dies termini non computatur in termino, Tiraq. Vant. & Guaz. n 9, Et quod terminus vni datus, alteri etiam parti communis est Baiar. Carau. Maran. & Guaz. n.10.

Terminus communis est partibus.

Limitatur.

20. LIMITATVR subampliatio 4. Vt non procedat, quando Iudex sibi in dilatione reseruauit potestatem ad vlteriora procedendi,

di, Lancell. & Guaz. *defens.24.c.4.n.3.* Vel etiam quando pars, cui fuit data dilatio, pro expeditione causæ instaret, Grat. & Guaz.*n.5.* Seu quando adesset suspicio tumultus in populo ob dilationẽ datam, Farin. Marsil. & Guaz. *nu.7.* vbi ait, quod de periculo tumultus, deberet constare in actis.

21. AMPLIATVR 7. Regula; Vt completo processu informatiuo, Reus, quamcitius ponendus sit ad largam, nempè in publicis carceribus, vel alibi in carcere, iuxta personæ, & causæ qualitatem, arbitrio Iudicis, vt ibi suas possit facere defensiones, *l. vnius, §. cogniturum, ff. de q.* & ita practicatur, & obseruari debet ab omnibus Iudicibus, secundùm Ambrosin. Chart. Foller. Marsil. & Guaz. *defens.23. c.1.n.3.* ita vt Reus possit loqui cum Procuratoribus, Aduocatis, & alijs sine assistente aliquo, vt probat Guaz. *capi. nu.3.* respondens contrarijs, & inducens, *in fi. numeri, Constitutionem Paul. V. sub rub. de iudic. crim. Vrb. Rom.* vbi statuitur, concedi facultatem carceratis alloquendi cum Aduocatis, & Procuratoribus, etiam remotis arbitris; Nisi qualitas causæ aliter suadeat; prout hortatur Guaz. *n.4.* in publicis latronibus, assassinis, & similibus diffamatis.

Post informatiuũ Reus ponẽdus ad largã.

22. LIMITATVR 1. Regula; Vt d. copiam processus denegare possit Iudex, donec fuerit completa informatio, cum prius intentio curiæ sit fundanda, quam Reus sit audiendus in suis defensionibus, & exceptionibus, Baiar. Chart. Foller. & Guaz. *n.3.* immo non modò possit, sed debeat secundùm Chart. Ambros. & Guaz. *ibidem*.

Completo informatiuo copia datur.

23. Sed nota, quod dum Reus est in carceribus, debeat accelerari d. informatio, & eius examen differi non debet, immo statim examini subijciendus est, *l. 1. de custod. Reorum*, idest celeriter, vt ibi declarant DD. quos sequitur Guaz. *defens.23. cap.1. n.2.* Et in statu Ecclesiastico est *Constit. Paul. III. in fauorem omnium pauperum carceratorum*, obseruanda etiam à Regularibus, in qua disponitur, ne Iudices captum, pro quauis causa, & crimine, in secretis carceribus vltra triduũ, antequam examinetur, retineant; *quam Constit.* confirmauit *Pius IV.* addens, nisi naturæ causarum aliud suadeant, vt refert Guaz. *n.2.* qui *n.3.* citat Chart. dicentem, quod licet *d. Constitutiones* loquantur de Iudicibus Vrbis Romæ, tamen seruari debent in toto statu Ecclesiastico, in quo, quam citius, Reus ponendus est ad largam, vt possit se defendere, & ita seruari, debereque obseruari, ab omnibus Iudicibus, monet Marsil. & sequitur Ambros. Chart. Foller. & Guaz. *ibidem, & n.4. in fin.* & not. Far. *q.39. n.13.*

Dũ Reus est in carcere, debet accelerari processus.

24. LIMITATVR 3. Regula; Vt licet oblatio copiæ processus offensiui, sit de substantia iudicij, vt probatum est; non tamen huiusmodi oblatio est de substantia processus defensiui, cum acta semper sint nota Iudici, & Fisco, Caua. c. & Guaz. *defens.28. cap.20. num.1.* Clar. *q 61. in princ.*; Vbi subdit, quod dum adest Accusator, solet etiam publicari defensiuus, vt videat Accusator, an aliquid in contra-

An sit publicãdus processus defensiuus.

trarium velit deducere, & probare. Sed si completo defensiuo, ex parte Rei petatur in actis copia defensiui, Iudex teneretur eam dare, Conrad. Foller. Menoch. & Guaz. *d. n. 1. vers. Sed Aduocatus*. Et dato, quod Iudex renueret condescendere petitioni huiusmodi, & vellet ad vlteriora procedere; diceretur interloqui, non esse locum publicationi, *cap. ex parte il 2. de appell.* & posset appellari; at si appellatio non interponatur, sententia, & omnia alia inde sequuta, & per Iudicem facta valerent, Menoc. & Guaz. *n. 2.*

25. Latè de tota materia huius q. Guaz. *locis sup. citatis*.

An, & quando processus sit nullus, vel aliam oppositionem, ratione examinis, patiatur?

Quæstio 91.

1 DE propositis in titulo huius q. ex quibus Reus potest multipliciter se defendere; actum est *hic supra in toto titulo 3. De oppositionibus contra examen testium, nempè à q. 51. vsque ad 56.* Et sicut hæc conferunt ad defensam Rei; ita non minus proderunt omnia alia, quæ pertractaui *his sup. in toto Tract. quarto, à q. 26. vsque ad 60.* Vbi egi adèo sufficientèr de oppositionibus contra personas, dicta, & examen testium, vt hic nihil supersit addendum. De processu nullo ratione examinis, remissiuè.

DE REI DEFENSIONIBVS,

Absolutè negantis sibi obiectum crimen; Vel negantis, esse delictum id, de quo imputatur; Seu esse de iure punibile.

SECTIO SECVNDA.

An Actore, vel Fisco non probante, Reus delictum negans, sit absoluendus? Quæstio 92.

1 REGVLA sit. Actore, vel Fisco non probante, & Reo negante, absoluẽdus est Reus, Ias. qui testatur de communi, quem refert, & sequitur Clar. *q. 62. nu. 1.* Curt. sen. Decian. Mascar. Rolan. Surd. & alij, sequuti à Guaz. *defens. 29. c. 1. n. 6.* Reus enim aliquid probare nõ tenetur, sed satis est, quod delictum neget, Decian. Mascard. Paris, & Guaz. *ibidem*. Actore non probante, absoluitur Reus negans.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt procedat etiam in casu, in quo Reus in se onus probandi assumpserit suam innocentiam, & defecerit, latè Mascar. Mars & Guaz. *n. 6. vers. immo*; vbi plures concordantes; Præsertim, dum Reus in pro- Licèt onus probandi assũpserit.

probationibus vsus fuit solitis clausulis (Citra onus &c. Nō se adstringens, &c.) Osasc. & Guaz. *ibidem*.

In parib. probationibus Reus absoluendus est.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt data paritate probationum Rei, & Fisci, negante Reo, istius probatio præualere debeat, *l. si Præses, ff. de pæn.* Decian. Rimin. Surd. & latè Mascar. quos sequitur Guaz. *n. 2.* immo, quamuis probationes fisci in aliquo probationes excederent Rei, iste deberet absolui, Masc. & Guaz. *ibidem*. Reperiuntur enim præsumptiones, quæ licèt valeant ad absoluendum, ad condemnandū tamen minimè sunt satis, vt not. Bouer. *in Direct. p. 2. c. 32. vers. hæc tamen, & est tex. in l. merito, ff. pro socio*.

Sufficiunt Rei offuscantes probationes.

4. AMPLIATVR 3. Regula; Vt procedat, etiam si fiscus iam probauerit suam intentionem, dummodo enim hanc Reus offuscet, absoluendus esset, cum indecens sit, in re dubia, sententiam ferre certam, ne veritas offendatur, Bar. Boss. qui testatur de communi, Gram. qui ait, quod hanc opinionem sequitur totus mundus, Surd. & Guaz. alios etiam inducēs, *defen. 29. c. 1. nu. 1.* Et non modo probationes, sed etiam præsumptiones, inditia, seu coniecturæ in fauorem Rei, sufficiunt ad confundendum inditia, præsumptiones, & coniecturas Fisci, seu Accusatoris, Guaz. diffusè probans, & inducens alios, *defens. 29. c. 2. per totum, præsertim n. 3. & 4.* Et si fuerit potentior, & validior præsumptio pro Reo, vel essent plures, proculdubio pręsumptiones minus validas, & pauciores elideret, Guaz. *n. 5. & 7.* inducens plures concordantes: Si verò essent pares, adhùc probationes Rei præualere deberent, Rimin. & Guaz. qui hoc probat, *n. 6.* Nota tamen, quod probatio plena, & clara, non confunditur, nisi contraria paritèr sit clara, & plena, & ideo non sufficit, quod contraria probatio reddat eam dubiā, Abb. Cremin. Io. Andr. Bar. Dec. qui alios citat, & hos sequitur Tusch. *in litera T. concl. 798. n. 27.* Probatio enim potentior, minus potentem vincit, Bar. Socin. & Tusch. *ibidem*: licèt contra, quod Reo sufficiat reddere dubiam agētis intentionem, & probationem, teneant Crauet. & Bal. relati à Tusc. *nu. 28.* in dubio enim pro Reo, DD. *ibidē* relati; Declarat Tusch. quod quando probatio actoris non est plena, neq; clara, tunc probatio Rei, quamuis minor confundit actoris probationem, & Reus absolui debet, cum offuscatio sufficiat in hoc casu, Bal. Ias. Rom. & Tusch. *n. 29.* Qui *n. 30.* cum Bellam. qui testatur de communi, ait, quod si actor plenè probauit intentionē suam, & Reus semiplenè, non confunditur actoris probatio.

5. AMPLIATVR 4. Regula; Vt Reus non sit torquendus, sed absoluendus licèt contra eum inditia ad torturam extarent, quando aliquid deducitur in eius fauorem, cum inditia talia tollantur per quodlibet resultans in fauorem Rei, Alex. Boer. Boss. & Guaz. alios inducens *n. 4.* Vt nec torqueatur.

6. LIMITATVR Regula; Vt licèt Reus dicatur præsumptiuè docuisse de sua innocentia actore Quomodo in casu Regulæ Reus

Vu non

absoluendus? non probante, vt not. Cæsal. Mascar. Ruyn. & Guaz. *defens. 29. c. 1. nu.* 8. non est tamen talis ista præsumptio, vt Reus sit diffinitiuè absoluendus, vt innocens secundùm Farin. *in fragmen. crim. litera A. n.* 27. & Guaz. *vbi sup.* Sed vt notat Boss. *tit. de sententijs nu.* 72. citans Ias. & alios, quandocunque clarè non apparet de innocentia rei, vidit obseruari, vt Reus diffinitiuè non absoluatur (Sed rebus sic stantibus, prout stant); Et hoc casu, si deinde superueniant noua inditia, de nouo contra reum procedetur, ita ait Clar. *q. 62. vers. forma*, practicari Mediolani, in Hispania, & in Gallia.

Exceptio, quod licitè fecerit Reus id, de quo imputatur. Quæstio 93.

Reus absoluitur probans aliquo loco licitum id, de quo imputatur. 1 REGVLA sit. Probata hac exceptione per Reum, quod licitè fecerit id, de quo imputatur, absoluendus est; immo licèt punctualiter non probet, licitè fieri posse id, de quo imputatur, sufficit probare illud aliquo loco, & tempore, seu ex aliqua causa licitè fieri potuisse ad euitandam condemnationem, Alex. & Ias. qui testantur de communi, Dec. qui ait, quod hanc doctrinam totus mundus sequitur, Bar. & plures alij, quos sequitur Clar. *§. fin. q.* 56. Vbi reddit rationem, quia vbicunque aliquid est prohibitum, & punibile, certo, & limitato loco, vel tempore, oportet, quod Accusator præcisè probet Reum illud fecisse in illo tempore, vel loco prohibito, aliàs præsumitur factum loco, & tempore licito, ita etiam Boss. Paris, & de cōmuni testatur Aug. ad Ang. *apud eundem* Clar. qui exēplificat in reo excipiente occisum fuisse bannitum, furem, vel adulterum, in furto, vel adulterio deprehensum, cum tales ius permittat occidi; Item in patre corripiēte filium, de quo etiam Far. *q.* 15. *n.* 134. *& seq.*

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt sit semper facienda interpretatio in benigniorem partem, & in exclusionem delicti, Bursat. Gram. Rimin. & Guaz. *defens. 29. c. 2. n.* 4. Et ex hac Ampliatione sequuntur plures illationes, & quælibet erit noua Ampliatio, & sunt sequentes. Interpretatio fit, quæ delictum excludat.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt in facto illicito, & punibili, dum potest adaptari maior, vel minor pœna, interpretetur, quod reus fecerit illud, pro quo minor pœna, imponitur, Bert. Decian. Far. & Guaz. alios etiam inducens *nu.* 10. *vers. primaque.* Vel minuens delictum.

4. AMPLIATVR 3. Regula; Vt si quis contra aliquem, aliquid facere, vel dicere minatus fuerit, intelligi debeat facere, vel dicere per viam iuris, & non de facto, Alex. Boss. Carer. & Guaz. *defens. 29. c. 2. n.* 10. vbi ex Alex. & Dec. idem, ait, esse dicendum in verbis minatorijs generalibus, vt de vindicta iuridica intelligi debeāt; Vnde cum Decian. Menoch. & pluribus alijs concludit, quod verba illius, qui dixit, velle facere vindictam, intelligenda sint de vindicta licita, mediante iustitia, & *ibidem* exemplificat in similibus, vbi Quid in minis?

cum

cum Eugen. ait, hoc maximè procedere, quando proferens verba esset spectatæ fidei; licèt è contra si minans esset malæ vitæ, & famæ, propter similia verba posset torqueri, sed non condemnari, latè Hieron. Hispan. & Guaz. *ibidem*. Si verò verba haberent maiorem formam delicti, & essent plures præsumptiones ad malum, tunc interpretanda essent in malam partem, Decian. & Guaz. *ibidem*; Et multo magis idem dicendum esset, dum aptè verba in bonam partem non possent interpretari, Imol. & Guaz. *ibidem*.

Lex prohibens benignè interpretanda.

5. AMPLIATVR 4. Regula; Vt *Pij, & Sixti V. Cōstitutiones*, prohibentes couersationem cum bannitis, non comprehendant conuersationem extra statutum Ecclesiasticum, si illa conuersatio non fuerit ad malum finem, Bertaz. Honded. Salyc. & Guaz. *cap.2. nu* 22. *defens.29*. Vbi cum Bursat. & Marco Antonin. Macerat. concludit; Idem dicendum esse in illis, qui similiter in statu Ecclesiastico alloquuntur bannitis; nam Bulla intelligitur de illis, qui bannitos recipiunt, & cælant. Et generaliter ex associatione, & loquutione, vel facto non resultante aliquod damnum, & dum Respublica, & Fiscus non læditur, etiam si fuerit factum contra prohibitionem legis, statuti, vel Iudicis, contrafaciens non punitur, Foller. Rimin. & Guaz. *n*. 23. quia vt bannitorum intret pœna, requiritur, vt factum sit ad malum finem, & dolosè, dictus Maceraten. Honded. & Guaz. *ibidem*.

Exceptio, quod factum, de quo Reus imputatur non sit punibile; Et de compositione. Quæstio 94.

1 REGVLA 1. sit. Dum factum, de quo Reus imputatur non est punibile, neq; de iure communi neque de iure municipali, neque de consuetudine, Reus criminaliter minimè erit vexandus, aliàs processus, desuper fabricatus, erit nullus, Paris, Rimin. & alij, quos sequitur Guaz. *defen.2. c. 1. n.1*. Vbi ex Nouell. ait, omnes firmare, quod vbi non potest imponi pœna, ibi cessat delictum, accusatio, & inquisitio; Et ideo cū Cabal. dicit, quod nec in contumacia potest sequi aliqua condemnatio in hoc casu; Subdens ex Bertaz. qui latè hoc tractat, quod ista exceptio est impeditiua litis ingressus, cum ex hoc capite corruat inquisitio cum omnibus inde sequutis; Et exemplificat *ibidem, in fine*, Guaz. in occidente, vel vulnerante ad sui defensam; Et idem potest dici in simplici fornicatione apud sæculares laicos, cum hæc regulariter apud eos non sit punibilis.

Nullus est processus de re non punibili.

2. AMPLIATVR 1. Regula; 1. Vt Reus non sit vexandus pro delicto, quod alias fuit punibile, si per lapsum temporis fuerit præscriptum, & consequenter sublata eius pœna, Farin. *q.1. n.68*. vbi concordātes allegat, & testatur de cōmuni, Clar. *§. fin. q.51. nu.1*. alios inducēs, Boer. Viu. & Guaz. *defen.2. c.2. n.1*. Omnia autē delicta, spatio 20. annorum, præscribuntur, *l. querela, C. de falsis*, Farin. concordantes cumulans *q.10. n.1*. Clar. Boer. qui testis est de communi, Decian. & Guaz.

Vexandus non est Reus pro delicto præscripto.

Guaz. plures inducens *defen.* 2. *cap.* 2. *num.* 2.

Hæc Ampliatio procedit non modo de iure Ciuili, sed quoad forum externum, etiam de iure Canonico, cum in hoc lex Ciuilis, per ius Canonicum, non reperiatur correcta, vt optimè probat Boer. *decis.* 26. *n.* 7. tenent Foller. Tobi. Noni. & Far. *q.* 20. *n.* 32. vbi cum Boer. excipit in criminibus impedientibus executionem Ordinis, Vel Beneficij retentionem, in quibus præscriptio non currit, c. inquisitionis, vbi Abb. Butr. Imol. & alij, de accusat. In foro vero conscientiæ, de iure Canonico, quo ad pœnitentiam peragendam, in delictis nunquam præscribitur, gl. *in c. admonere* 33. *q.* 2. Abb. Bal. Fely. & Far. *ibid. n.* 31.

Nec per inquisitionem. 3. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 1. Vt habeat locum, etiam dum proceditur per inquisitionẽ, Clar. *q.* 51. *vers. & hæc quidem*, vbi de communi, Farin. *n.* 3. qui etiam de communi, & concordantes cumulat, sicut etiam Guaz. *defens.* 2. *c.* 2. *n.* 5.

Neque in delicto publico. 4. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 1. Vt procedat siue delictũ sit publicum, siue priuatum, Decian. Gom. & Guaz. *n.* 7. Siue delictum sit manifestum, siue occultum, Boss. Clar. Farin. qui concordantes inducens testatur de magis communi, & Guaz. alios inducẽs, *num.* 38.

Hæc exceptio impedit litis ingressũ. 5. SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 1. Vt hæc exceptio, præsertim, quando potest incontinenti probari, impediat litis ingressum, Guaz. concordantes citans *n.* 8. & 9. Et quandocunq; opponi possit, etiam post sententiam, quamuis latam in contumacia; & per quemlibet de populo, Guaz. *n.* 10. 11. & 12. si tamen nõ opponeretur hæc exceptio, valeret sententia, Bar. Bal. Baiar. & Guaz. *n.* 13. & 14. licèt in hoc multi relati *n.* 15. contra teneant.

Iudex cõdemnãdo pro delisto præscripto punitur. 6. SVBAMPLIATVR 4. Ampliatio 1. Vt si Iudex, post oppositam legitimam præscriptionem, Reum condemnet, non modo malè faciat, secũdum Rolan. concordantes allegans, sed si ipse Reum decapitare faciat, & ipse sit decapitandus, Far. alios inducens *q.* 10. *n.* 2. Guaz. hos sequens, *nu.* 16. Et hoc quamuis Reus esset confessus delictum notorium, Chart. Masc. & Farin. *num.* 14. vbi alios cumulans testatur de communi, & cum Foller. de veriori.

Crimen falsi præscribitur. 7. SVBAMPLIATVR 5. Ampliatio 1. Vt secundùm communiorem, & veriorem DD. opinionem, etiam crimen falsi, spatio 20. annorum præscribatur, Farin. plures concordantes inducens, *q.* 10. *n.* 4. Boer. Viu. quos sequitur Guaz. *defen.* 2. *c.* 2. *n.* 19. vbi ponit huius dicti quasdam limitationes.

Statutum potest minuere tẽpus præscriptionis. 8. SVBAMPLIATVR 6. Ampliatio 1. Vt per statutum possit induci, vt delicta minori tempore præscribantur, & tale validum erit statutum, Bal. Bero. & concordantes, quos sequitur Farin. *n.* 25. Paris, qui ait, non esse disputandum de validitate talis statuti, facti ab habentibus authoritatem, & confirmati a Principe, & hos sequitur Guaz. *n.* 26.

9. SVB-

Exẽplificatur in alijs delictis.

9. SVBAMPLIATVR 7. Ampliatio 1. Vt in pluribus alijs casibus Reus post præscriptionis tempus nõ sit vexandus, nempè in crimine iniuriarum, quod per annum præscribitur, *l. si conuitij in fi. C. de iniur.* Clar. Foller. Far. & Guaz. alios inducens, *n.* 54. *defen.* 2. *c.* 2. & annus incipit à die iniuriarũ; Item in actione de dolo, quæ biennio præscribitur, Far. Foller. & Guaz. *n.* 58. Item in crimine apostatatus, quod quinquennio præscribitur, Bar. Decian. & Guaz. *n.* 60.

An diuturnitas temporis minuat pœnam delicto non præscripto.

10. SVBAMPLIATVR 8. Ampliatio 1. Vt licèt delictum nõ fuerit totaliter præscriptum, diuturnitas tamen temporis profit ad dimidiandam pœnam, Gom. qui de communi, Far. *q.* 10. vbi ponit hoc pro Regula, & alios concordantes allegat, qui etiam testatur de Communi, Bertaz. Tiraq. & alij relati à Guaz. *defens.* 2. *cap.* 2. *n.* 1. *&* 2. Et diuturnas iu proposito secundùm aliquos inducitur spatio 10. annorum, secundùm alios spatio 8. annorum, quæ incipit currere à die delicti, apud Guaz. *n.* 3. *&* 4.

11. LIMITATVR 1. subampliatio 7. Vt procedat in delictis leuibus, nam in grauibus recurrẽdum est ad Principem ad obtinendam cõmutationis gratiam, Clar. Baiar. Caualc. Tusc. & Guaz. *n.* 6. Quamuis Far. *nu.* 88. *q.* 10. citans concordantes, dicat idem dicendum esse in leuibus, & in grauibus.

12. LIMITATVR 2. subampliatio 7. Vt procedat tantùm, quãdo Reus in illo diuturno tẽpore sẽper benè vixit, aliàs secus, Far. *n.* 99. Bai. Thes. Tiraq. Guaz. *n.* 13.

Limitatur Ampliatio prima in diuersis delictis vsque ad n. 15.

13. LIMITATVR 1. Ampliatio 1. In partus suppositione, tale enim delictum non modo nõ præscribitur spatio 20. annorum, sed immo eius actio perpetua est, Far. *q.* 10. *n.* 29. vbi concordantes, & Guaz. *defen.* 2. *c.* 2. *n.* 74.

14. LIMITATVR 2. Ampliatio 1. Vt parricidium nunquã præscribatur, Far. *n.* 29. & Guaz. *n.* 78. Idem dicendum est in vitio nefando, secundùm Baiar. Gugliel. Bened. Mascard. & Guaz. *n.* 79.

15. LIMITATVR 3. Ampliatio 1. Vt crimina læsæ Maiestatis, hæresis, assassinij, falsæ monetæ, simoniæ, & abortus, nũquam præscribantur, Guaz. *n.* 81. *&* 82. & Far. *n.* 29. *&* 90. vbi latè tradit, & singula authoritatibus cõprobat; Et *n.* 30. post Marsil. hoc ad omnia crimina excepta, & enormia extẽdit, & sequit. Bai. *ad Clar. q.* 6. *n.* 108.

Item in exceptionibus.

16. LIMITATVR 4. Ampliatio 1. Vt licèt actio criminalis, vt dicitur in eadem Ampliatione, præscribatur, exceptiones tamen, nunquam præscribantur, *l. puræ, in fi. ff. de except. doli*, Cæphal. Decian. Foller. & Guaz. *n.* 71.

In condẽnato.

17. LIMITATVR 5. Ampliatio 1. In condẽnato, qui non potest se tueri præscriptione, etiam post 50. annos; quandocunq; enim venerit ad manus curię, poterit puniri, Chart. *in tract. cap. bannit. c. fin. n.* 313. vbi innumeros citat. Foller. Far. Nell. & Guaz. *defen.* 2. *cap.* 2. *n.* 88. Nisi sententia esset contumacialis, & conditionalis, vt quia diceret, si venerit in fortijs curiæ, suspendatur, &c. tunc enim præscriptio curreret, postquam Reus esset

captus,

captus, Cabal. & Guaz. *ibidem*.

18. Declaratur 1. Ampliatio 1. Vt in delictis continuatis, & reiteratis, præscriptio currere incipiat, non á primo delicto, sed ab vltimo, secundùm magis communem, de qua sunt testes Clar. *q.* 51. *vers. sed hic quæro*, & Guaz. concordantes inducens *n.* 35.

Præscriptio, quãdo currere incipiat, vsq; ad n. 20.

19. Declaratur 2. Ampliatio 1. Vt hæc præscriptio non incipiat currere á diæ habitæ scientiæ per curiam, vel per partem, sed á die commissi delicti, Boss. Clar. Nonius, qui testatur de communi, Far. concordantes inducens, & testans de magis communi, Paris, Cabal. & Guaz. cum alijs, *n.* 38. Qui *n.* 39. cum Castrens. Caball. & Rimin. ait, hoc magis admitti, quando per diligentem inquisitionem Officialis maleficium occultum non potuisset inuenire. Et vtique in praxi non est recedendum, vt tempus currere incipiat á die commissi delicti, præscriptiones enim corrunt etiam ignorantibus, Farin. *q.* 10. *n.* 22. Cabal. qui de magis communi, Boss. Tusc. & Guaz. *n.* 42. licèt alij insignes DD. tenuerint, quòd tempus incipiat currere á die scientiæ, vt refert Guaz. *n.* 40. & 41.

20. Declaratur 3. Ampliatio 1. Vt si, post delictum commissum, ante completam præscriptionem, interuenerit accusatio, vel querela, vel fisco instante Iudex ex officio inquisitionem formauerit, dicatur interrupta præscriptio, & tempus præscriptionis non curreret, nisi a die interruptæ præscriptionis *l. si ades, §. libertas, de seru. vrban. præd.* Bald. *de præscript. in 3. par. 6. par. princ.* vbi diffusè; dummodo in criminalibus interuenerit etiam citatio, vt tenet magis communis opinio DD. de qua testes sũt Baiar. Balb. Gabr. & Guaz. *defen.* 2. *cap.* 2. *n.* 9. vbi ait, quod ad hoc, vt d. citatio interrumpat præscriptionem, debet legitimè exequi, & per Nuncium referri in actis, licet Bar. Boer. Bonacos. & Farin. *q.* 10. *n.* 28. teneant sine citatione interrumpi d. præscriptionem.

21. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt Reus non sit vexãdus post quinquennium pro criminibus adulterij, stupri, incestus, lenocinij, & alijs, de quibus *in l. Iulia de adulter.* tanto enim tempore huiusmodi delicta præscribuntur, *l. mariti. §. sex, in fin.* & ibi DD. *ff. de adult.* Farin. alios allegans, & de communi testans *q.* 10. *n.* 15. Boer. Clar. Foller. & Guaz. *defen.* 2. *c.* 2. *n.* 45. Nisi cum adulterio concurrat incestus, tunc enim requiritur præscriptio 20. annorum Guaz. alios citans *nu.* 46. & 47. Vel nisi cum stupro concurrat vis, quo casu nulla currit præscriptio, Farin. *n.* 18. plures inducens, Foller. Boer. & Guaz. *n.* 51. Sed nota, quod simplex fornicatio triennio præscribitur, Tho. Triuis. & Guaz. *n.* 53.

Delicta carnis, quãto tẽpore præscribatur.

22. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt Reus non possit puniri pro facto aliás punibili, dum instantia causæ criminalis iam est perempta; hæc autem biennio spirat, *l. fin. C. vt infra quantum tempus*, Surd. *cons.* 11. *n.* 1. *vol.* 2. vbi alios allegãs testatur de communi, Bertaz. Scac. & plures alij, quos sequitur Guaz. *cap.* 6. *vers. ideo*; Siue procedatur

Perẽpta instantia, Reus nõ punitur.

per

per accusationem, siue per inquisitionem, Baiar. Bero. Dec. & Guaz. *vers. primo Amplia*, alios inducens: Et hæc instantiæ peremptio inducta est à lege, ne lites immortales fiant, *l. properandum, & ibi gl. C. de iudic.* Et hec in criminalibus procedit etiã de iure Canonico, Anan. & Clar. *q.* 51. *vers. aliàs*, qui dicunt, quod hoc omnes firmant, Guaz. *vers. 2. Amplia*; & d. instantia currere incipit à contestatione litis; & in causis, in quibus lis non contestatur, ab actu, qui fieri solet post litis contestationem immediatè, Maran. Tusc. & Guaz. alios allegans, *n.* 23. *&* 24. Non desunt tamen relati, & reprobati à Guaz. *n.* 34. tenentes de iure Canonico instantiam etiam in criminalibus esse perpetuam.

Nisi præcessisset confessio delicti. 23. LIMITATVR 1. Ampliatio 3. quãdo Reus fassus fuit delictum, antequam lapsa fuerit instantia, quia poterit condemnari, etiam post peremptionem instãtiæ; confessio enim emanata in iudicio valido, inducit publicum iuris; secus dum confessio emanauit; iam instantia perempta, Vinc. de Franc. & Guaz. *defen. 2. c. 6. n. 36.*

Vel causa sit coram Principe, &c. 24. LIMITATVR 2. Ampliatio 3. quando causa cognoscitur coram Principe, vel eius Consistorio, seù dum causa ventilatur a Iudicibus coram Principe, vel quæ agitatur coram Iudice habente liberum arbitrium in procedendo, seu etiam dum causa est referenda Principi, in his enim casibus instãtia non currit, vt tenet, & probat Guaz. *n.* 40.

Prorogari potest instantia, & quãdo hæc incipiat. 25. LIMITATVR 3. Ampliatio 3. Vt sicut instantia potest abbreuiari per Statutum, & per Principem, sic possit prorogari, & perpetuari intra tempus instãtiæ, Maran. Guaz. & alij *n.* 44. *vsque* 47.; Sed instantia inducta à Statuto incipit à litis contestatione, à Principe verò à die præsentationis rescripti, Guaz. *ibidem.*

Impedimentum facit, vt non currat instãtia, vel vt Princeps eidem insufflet. 26. LIMITATVR 4. Ampliatio 3. Vt si interuenerit legitimum impedimentum, e. g. ex facto Iudicis, vel tertij, non currat instantia Ias. Bertaz. & Guaz. *n.* 54. Vel si currat instantia, per Principem insufflatur spiritus vitæ illi instantiæ, faciens eam reuiuiscere, Carau. Maran. & Guaz. *d. n.* 54. Qui *n.* 65. ait, & probat, pluries in eadem causa hoc Principem præstare posse, citans Costam, & alios.

Quid de consuetudine? 27. LIMITATVR 5. Ampliatio 3. Vt de consuetudine, nulla in criminalibus seruetur instantia, & lapso etiam biennio procedatur, secundum Clar. *q.* 51. *vers. alia*, vbi Baiar. *n.* 27. post Ang. & Gomez. Sed hæc limitatio intelligenda est, quod consuetudo vigeret in locis, vbi citati DD. degebant; Nam è contra Guaz. *defens. 2. cap. 6. nu.* 35. testatur, Romæ passim seruari etiam à Signatura, vt instantia pereat per lapsum biennij in causis criminalibus.

Absolutus non molestatur. 28. AMPLIATVR 4. Regula; 1. Vt absolutus de vno delicto, non debeat de eodem amplius molestari, *l. si cui, §. ijsdem*, vbi Bar. *ff. de accus. c. de his, eodem tit.* Farin. *q.* 1. *n.* 51. *& q.* 4. *n.* 1. vbi concordantes, & testatur de communi, Bertaz. Boss. Clar. & Guaz. alios inducens

ducens *defen.2.cap.7.num.1.*

29. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 4. Vt d. exceptio absolutionis, sit impeditiua litis ingressus, Guaz. *n.* 2. & Farin. *q.* 4. *n.* 1. *vers. an hæc*, vbi concordantes, & testatur de communi.

Et hæc exceptio impedit litis ingressum.

30. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 4. Vt, quando quis fuit absolutus, vt innocens, superuenientibus postea inditijs, contra eum non possit procedi, Far. *nu.* 23. *& seq.* Boss. Clar. & Guaz. alios referens *n.* 4. *&* 12.

Quid si inditia superueniant?

31. LIMITATVR 1. Ampliatio 4. Vt dum Reus fuit absolutus ab instantia, vel ab obseruatione iudicij, vel ex hactenus deductis, vel rebus sic stantibus, seu per alia similia verba, si aliquid superuenerit de nouo, etiam ab eodem Iudice, poterit Reus iterum molestari, Alciat. Baiar. Boss. Foller. cum pluribus alijs, quos sequitur Guaz. *defen.* 2. *c.* 7. *n.* 23.

Vel absolutio sit ab obseruatione iudicij.

* Et idem practicari posse existimo, dum, in extraordinariam pœnam, Reus condemnatur, eo quod, ad ordinariam infligendam, probationes non pertingant; In sententia post condemnationem, ad extraordinariam pœnam, tali, vel consimili modo enarrando. Absoluimus verò eumdem N. de N. ex hactenus deductis, & rebus sic stantibus, ab ordinaria delicti pœna, de quo fuit inquisitus. Et attẽta sententia cum prædictis clausulis prolata, superuenientibus inditijs Reum iterum molestari posse, puto.

Seu dum condemnatus fuit extraordinariè.

32. Quanto autem tempore duret ius iterum procedendi post absolutionem cum dictis clausulis, vel post torturam, est controuersum, nam (vt refert Guaz. *n.* 19.) voluit Foll. quod si Accusator velit prosequi primam accusationem, possit hoc præstare intra 30. dies, *per l. libellorum, §. fin. ff. de accus.* Si verò nouum iudicium intentetur, fieri debet, durante tempore accusandi, seu inquirendi, *l. Accusator, ff. de accus.* & not. Far. *q.* 4. *n.* 29. Sed Alciat. & Caualc. quos refert Guaz. *n.* 19. tenent, quod, elapso biennio, d. Reus amplius molestari non possit. At Thesaurus *ibidem relatus*, concedit decem annos. Tandem Pet. Cabal. *in q. crimin. casu* 93. *n.* 30. *& seq.* post relatas has opiniones, credit, verius dicendum esse, vt tanto tempore possit Reus molestari ex nouiter deductis, quanto durat ius accusandi, vel inquirendi, incipiendo à litis contestatione iam facta, qua interrupta fuit præscriptio: Quantum autem duret ius accusandi, dictum est *in hac q. à n.* 2. *vsque ad n.* 11. *inclusiuè.*

Ius procedendi cõtra absolutum cum d. clausula, quantum duret?

33. LIMITATVR 2. Ampliatio 4. Vt dum Reus absolutus fuit ob defectum probationum, sit controuersum, an superuenientibus inditijs, possit molestari, de quo Guaz. *n.* 5. *&* 6. Et nota, quod quando ex tenore sententiæ non apparet, ex quo capite fuerit Reus absolutus, secundùm communem, videndus est processus, vt dignoscatur causa absolutionis, Farin. *n.* 28. Abb. Foller. & Guaz. cum alijs *nu.* 11. Sed, in dubio, absolutoria, præsumitur lata ob non probatum crimẽ, Far. *ibid.* Clar. qui de cõmuni, Couar. Foller. & Guaz. *ibidem.*

An absolutus ob defectũ probationum, ex nouis inditijs molestari possit.

Absolutoria præsumitur lata ex defectu probationum.

34. LI-

Absolutus an iterum molestetur si delicti qualitas mutetur.

34. LIMITATVR 3. Ampliatio 4. Vt semel absolutus, iterum moleſtari poſſit, ſi delictum, de quo quis fuit abſolutus, diuerſificetur; e. g. Si quis ſimpliciter de homicidio imputatus fuerit, & de eo abſolutus; Si deinde de homicidio cum qualitate parricidij imputetur, denuo moleſtari poterit, delictum enim diuerſificatur; Quamuis ex noua delicti qualitate, delictum non diuerſificante, noua moleſtatio ſequi non debeat, Far. concordantes inducẽs *q.4.n.4.* Gom. & Guaz. *defenſ.35.c.11.n.21.* Qui tamen videtur ſibi contrarius *nu.37.* vbi cum Decian. & Marian. Soc. exẽplificat in abſoluto de adulterio, qui poterit moleſtari ſuper inceſtu, & abſolutus ab homicidio, ſuper ſacrilegio moleſtari poterit, dum homicidium in Eccleſia fuit perpetratum.

Confitẽs iudicialiter delictũ post absolutionẽ potest molestari.

35. LIMITATVR 4. Ampliatio 4. Vt ſi quis ſpontè poſt abſolutionẽ confiteatur iudicialiter delictum de quo fuit abſolutus diffinitiuè, poſſit iterum proceſſari, & puniri, Farin, *q.4.n.43.* cum Alciato, qui de communi, Abb. Butr. & Iaſ. concordant Foller. & Guaz. *defenſ. 2.c.7.n.56.* Si verò abſolutio fuerit ab obſeruatione iudicij, etiam ex confeſſione poſtea ſequuta extraiudicialiter, poterit Reus torqueri, Farin. *n.45.* & Guaz. *ibid. verſ. quæ.*

Quid in absoluto à iudicij obseruatione?

Quid in absoluto per viam indulgẽtiæ, vel secundum eius iuramentum.

36. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt Reus moleſtari non poſſit, quamuis per viam diſpenſationis, vel indulgentiæ, in foro fori fuerit abſolutus, Dec. Decia. Guaz. & alij, *def.2.c.7.n.29.* Sicut nec etiã, dum abſolutoria, ſecundùm iuramentum Rei ſequuta fuit, in caſu, in quo eũ ferri licet; Abb. & Butr. dum deuentum fuit per Iudicem ad proceſſum ordinarium, Far. & Guaz. qui hos refert, & ſequitur, *vbi ſup. n.30*

37. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt fraude, & colluſione ceſſante, indiſtinctè, abſolutus, vel condemnatus in vno loco, ſiue in loco delicti, ſiue originis, ſiue domicilij, alibi moleſtari non poſſit, Farin. *q. 1. n.26. verſ ſed tertia*, vbi ait, quod nunquam vidit, vel audiuit aliter obſeruari in Vrbe, & in tota Italia, & ita in conſulendo, & iudicando, ſeruandum eſſe, ait, & tenuerunt Cabal. Decian. & Guaz. *defen.1.cap.14.n.14.*

Fraude cessante, in vno loco sẽtẽtiatus, alibi nõ molestatur.

38. LIMITATVR 1. Ampliatio 6. Vt non condignè punitus in loco originis, vſque ad ſupplementum ordinariæ pœnæ, iterum puniri poſſit in loco delicti, vel domicilij, Bal. Far Guaz. & alij *n. 15.* Et ab hac limitatione recedẽdum nõ videtur, quamuis aliqui à Guaz. relati *n.12.13.& 14.* non ita indiſtinctè loquantur.

Quid in nõ punito condignè?

39. LIMITATVR 2. Ampliatio 6. Vt in ſtatu Eccleſiaſtico, in contumacia condemnatus, conſtituere ſe non poſſit, niſi coram Præſide, qui ſententiam tulit, vel in generali Curia eiuſdem Prouinciæ, ſeu in Curia ſuprema, *iuxta Bullam Pij IV. 12. Kal. Iun. 1565.* de qua Farin. *q 7. nu.26.* & Guaz. *nu. 16.* Et conſequenter alibi non ritè abſolueretur, vel condemnaretur.

Vel in contumacia condẽnato.

40. AMPLIATVR 7. Regula 1.

Xx Vt

Regula procedit tam in absoluto, quam in condemnato.

Vt procedat non solum in absoluto Reo, sed etiam in condemnato pro vno delicto, vt pro eodem non possit amplius molestari, Farin. *q.* 4. *n.* 2. alios allegans, & testans de communi, Clar. Conrad. Maran. & Guaz. *defens.* 2. *c.* 7. *n.* 23.

Ab eodē, nec ab alio Iudice.

41. SVBAMPLIATVR septima Ampliatio; Vt non modo ab eodem Iudice, sed nec ab alio, talis possit Reus puniri, Far. *d. n.* 2. vbi concordantes inducens testatur de communi, Clar. Scac. & Guaz. *defens.* 35. *c.* 11. *n.* 1. Itaut si Reus sufficienter fuerit punitus ab Ecclesiastico Iudice, seu à sæculari, in delictis mixti fori, non debeat ab alio molestari, Clar. Scac. & Guaz. *num.* 2.

Quid dū pœna sufficiens, nō fuit?

42. LIMITATVR 1. Ampliatio 7. Vt procedat, dum sufficienter punitus fuit Reus, nam quando pœna sufficiens non fuit, pôtest grauior ab alio Iudice iniungi, Scac. & Guaz. *n.* 3. Nisi pœna insufficiens imposita à Iudice diuersæ iurisdictionis fuerit corporalis, & etiam exequuta, tunc enim, ab alio Iudice, grauiori pœna non posset Reus puniri, Bal. Caual. Felyn. Scac. & Guaz. *n.* 4. vel saltèm non deberet fieri suppletio per aliam pœnam corporalem, Maran. Scac. & Guaz. *nu.* 5. In non corporalibus verò per alium Iudicem pœna vsquè ad mensuram delicti potest suppleri, Far. *q.* 4. *nu.* 10. Bar. Scac. Maran. & Guaz. *defens.* 35. c. 11. *n.* 10.

Quando Reus dicatur punitus sufficienter?

43. Notādum est hic, quod tunc Reus sufficienter punitus dicitur, quando ei pœna inflicta fuit pro illo delicto, taxata, vel a iure communi, vel à Statuto, vel à Consuetudine, seu his deficientibus, iustè arbitrata; Sicut è contra, non sufficienter Reus diceretur punitus, quando minor pœna prædictis imponeretur, Scac. & Guaz. *n.* 6. Nisi fortè ex causa Iudex pœnam minuisset, huiusmodi enim sic minuta pœna sufficiens diceretur, Guaz. *n.* 8.

Quid dū defectu iurisdictionis Reus minus fuit punitus?

44. LIMITATVR 2. Ampliatio 7. Vt non procedat, dum ab vno Iudice Reus minus punitus fuit defectu iurisdictionis; Vt si Reus per Ecclesiasticum Iudicem non fuerit punitus pœna sanguinis merita, tunc à Iudice sæculari, hac pœna puniri poterit, *l. placet, vers. si quis*, & ibi communiter DD. *C. de Sacros. Eccles.* Cou. Gom. & Guaz. *n.* 9. *defens.* 35. *c.* 11.

Vel dum præuaricatio interuenit.

45. LIMITATVR 3. Ampliatio 7. Vt absolutus, vel condemnatus per preuaricationem, cum Iudice, vel Accusatore, possit iterum molestari, *l.* 3. *de præuaricat.* Gom. qui idem ait, esse dicendum, si collusio fuerit cum testibus, vel Tabellione, Clar. Foll. & Guaz. cum alijs *n.* 44. *defens.* 2. *c.* 7. Farin. plures allegans, & testans de communi, *q.* 4. *n.* 13. Præuaricator autem propriè dicitur ille, qui cum parte colludit, secundùm Boss. & Farin. *n.* 14. Colludere autem apud Iurisconsultos, est cum Defensor, vel aliqua partium voluntariè se superari patitur, vel causam deserit, *l. eleganter, ff. de dolo malo.*

An agens de proprio interesse, accusare

46. LIMITATVR 4. Ampliatio 7. Vt accusare quis possit absolutum, vel condemnatum, dum suam, vel suorum iniuriam prose-

qui-

quitur, & ignorantiã primæ accusationis probat, *l. si cui, §. 1. de accus.* Farin. concordantes allegans, *q. 4. n. 20.* Clar. Decian, Guaz. & alij *in d. c. 7, n. 46.* Et ignorantia probata intelligitur, dum ex aduerso scientia non probatur, *glos. in d. §. 1.* Ignorantia similiter iuramento probatur, nec non alijs modis, de quibus Guaz. *n. 47.* At nota quod hæc limitatio in delictis magnis, & atrocibus solùmodò procedit, vbi subest magna causa, aliàs secus, *d. l. si cui §. ijsdem, vers. magna,* & notarunt Farin. *nu. 22.* Clar. & Guaz. *num. 48.*

possit sẽtentiatũ.

47. REGVLA 2. sit. Semel Reus compositus pro delicto, pœna interueniente, iterum pro eodem delicto, vexari non potest. Par. de Put. *in tract. de Syndic. ver. compositio, c. 4. & 5.* Fab. a Montel. *in pract. arb. in 7. q. vlt. p. 5. partis principalis, n. 1. & q. 11.* Par. *q. 5. n. 4.* & Guaz. *defens. 34. in c. 5. n. 2.*

Compositus pro delicto, non potest vexari.

48. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt vera sit, siue procedatur per accusationem, siue per inquisitionem *secundùm proximè citatos DD.*

49. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt semel compositus, etiam nouis superuenientibus inditijs, amplius molestari non possit, Ghirl. *de relax. carcer. tit. de pœn. compos. q. 6. per totam*; absurdum enim est, vt delicta semel per compositionem dimissa, postea plectantur, Farin. *ibidem, per c. si de illis; 23. q. 4.* his subscribit Guaz. *defen. 34. c. 5. n. 2.*

Licèt indicia superueniant.

50. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt licèt regulariter cõpositio licita non sit, dum Reus est confessus, vel conuictus, vt dicetur, *hic infra, n. 58.* Tamen vehementibus grauatus præsumptionibus, ad cõpositionẽ admittatur, Put. *vbi sup. c. 1. n. 5.* Ghirl. & Far. *n. 5.* Immo, dum sanguinis pœna imponenda est, apud Ecclesiasticos, etiam cum confesso, vel conuicto compositio, seu commutatio pœnæ fit, Farin. *n. 6. per c. si quis Diaconatus, 17. q. 4.* Cum Ecclesia sanguinem abhorreat, & propriè hæc compositio non dicitur, sed iusta dispensatio, seu commutatio pœnæ, Capobl. Ghirl. & Guaz. *defens. 34. c. 1. n. 4.* Et idem dicendum est in delictis, in quibus sanguinis pœna imponenda non est, dum de processus nullitate excipitur, qua exceptione, processus adumbratur, Fab. & Far. *n. 7.* Caual. & Guaz. *ibidem n. 5.* Sicut etiam, dum adest iusta causa à pœna ordinaria recedendi, Ghirl. Fab. Put. & Far. *n. 8.* vbi testatur de communi. De iustis causis pœnas minuendi agetur *infra q. 134. per totam.*

Illis grauatus, ad compositionẽ admittitur.

Aliquando etiam cõuictus.

51. Addendæ hic essent limitationes; Sed illarum loco requisitas subnectam conditiones licitarum compositionum, quæ perlustrandæ ante compositiones erunt, diligenterq; obseruandæ; ne in abusum; sed potius ad rectum compositionum vsum deueniatur; Sicut enim huiusmodi compositionum abusus, prout experientia docuit, nimis est perniciosus, Iudici, prætenso Reo, bonoq; Religionis communi, ansamq; delictorum multiplicationi præbent, dumq; inconsideratæ fiunt, vel ob pecuniæ ingluuiem exercentur, damnandæ sunt, vbi enim aurum placet, mi-

Abusus compositionũ perniciosus.

tia tacet, & vitium imperat, vt notat Guaz. *defens. 34. c. 1. & 4.*

Bonus vsus laudatur.

52. Ita earum vsus, admodum proficuus erit, sequentibus necessarijs conditionibus seruatis, de consuetudine admittuntur, vt aiunt Ghirl. & Put. suntq; iuxta praxim causarum criminalium in toto statu Ecclesiastico, teste Far. *q. 5. n. 3.* post Brun. à Sole, & Guaz. *defens. 34 c. 1. n. 1. vers. tamen, & in Bulla 83. Pij IV.* tales approbantur compositiones, factæ à Iudicibus Vrbis, cum interuentu Procuratoris Fisci; Et præsertim inter Regulares, & vbi rei speratur emẽdatio, compositiones hæ laudabiliter admittuntur; ex eis enim citius, suauius, & minori vtriusq; partis molestia causæ expediuntur, & vt not. Par. *nu.* 10. iustitiæ seruatur æqualitas; pœnæ enim compositionum, quæ minores videntur, habito tamen respectu ad pendentium litium dubium, dici possunt æquales; Et è contra, Iudex ab onere probationum releuatur, nec non, mediantibus appellationibus a prolixarum litium periculo, & reus, non modo à grauiori pœna, sed etiam ab infamia criminis, à tortura, & ab alijs vexationibus liberatur; sine quibus de facili contingere posset, quòd non plene probato delicto, reus, qui vere delinquens esset, torturam sustinendo, dum torturæ locus esset, penitus liberaretur, & impunitus dimitteretur; Vel quòd fateretur id quod non perpetrauit, & innocens puniretur. Accipiat ergo præsertim Iudex, necessarias dictarum compositionum cõditiones, easque adamussim seruet, ne à recto deuiet tramite, ne vè in Syndicatu humano teneatur, nec non in Diuino, cum eas non seruantes, grauiter peccent, vt ex Rolan. & Capoblan. not. Guaz. *defen. 34. c. 1. n. 2.*

Conditiones necessariæ compositionis, vsq; ad n. 59.

53. Conditio 1. Laudabilis compositionis est; Vt non fiat, interuenientibus dolo, siue collusione, mediantibus fauoribus, præc. bus, aut donis, & dum pro grauissimis delictis, minima datur pœna, alias enim compositio non valeret, *c. 1. & fin. de collus. deteg.* Fab. Put. & Far. *q. 5. n. 14.* Idem dic, interueniente contra Iudicem metu, seu minis, *ibidem*; Seu contra Reum, *n. 15.* Intellige de metu iniusto, metus enim iustus, compositionem inualidam non reddit, Fab. Put. & Far. *n. 17. vers. veritas*; Vnde compositio, facta a iustè in carcere detento, tenet, Paris, Bal. & Far. *ibidem*; Et cum iure possit Iudex iustum metum Reo inferre, multo magis ad compositionem hortari reum poterit, Caualc. & Guaz. *defen. 34. c. 1. n. 3. ver. immo*, & probat diffusè, *in tract. de pac. par. 1. q. 16. per totam*.

54. Conditio 2. Vt compositio fieri non possit, nisi facta pace, vel parte offensa liberè, & expressè concordata, Guaz. *d. n. 2.* qui diffusè, & solidè hoc probat, *c. 3. per totum*; alitèr enim compositio nulla esset, *l. fin. vbi Glo. ff. ad Turpil.* & not. Far. *n. 11.* Intellige respectu dictæ partis; Componenti enim prodest respectu Fisci, a quo amplius molestari non potest, Ghirl. & Far. *n. 12.*

55. Conditio 3. Vt compositio,

ante

antequam sententia feratur, fiat; illicita namq; post sententiam cōpositio est, Far. q. 5. n. 9. cum, iam post eam, Iudex officio suo functus sit, ad tradenda *infra, q. 34. n. 10. & sequentibus*.

56. Conditio 4. Vt beneficium compositionis non conferatur, vbi Rei non speratur emendatio, vt in solito delinquere in graui, & enormi delicto, qui verbo, & facto scandalosus est, & malæ famæ, Baiar. Decian. Capoblan. Caualc. Ghir. & Guaz. *defen. 34. c. 2. n. 1. per l. 3. in fin. C. de Episc. & Cler.* & faciunt tradita à Farin. *q. 5. nu. 10. in princ.* quamuis ipse, *vers. verum*, cum aliquibus conditionibus, etiam in hoc casu, in compositionē propendat.

57. Conditio 5. Vt informatiuus sit completus processus, aliàs enim illicita compositio esset, Ghirl. & Farin. *q. 5. n. 5.* Put. *vbi sup. c. 1. n. 5.* & Guaz. *defen. 34. c. 1. n. 2.*

58. Conditio 6. Vt Reus neque confessus, neque conuictus sit, aliàs cōpositionis capax non esset Reus, Guaz. *d. n. 2.* Ghirl. & Far. *nu. 5.* & Put. *cit. n. 5.*

59. Conditio 7. Vt compositio fieri non possit in criminæ læsæ Maiestatis, hæresis, raptu Virginis, & similibus, nisi consulto Principe, & de eius mandato, Far. *q. 5. n. 13. vers. præterquam*, vbi DD. & iura citat; quamuis non desint Authores, quædam alia delicta excipientes, quorum opinio, nullo modo placet Far. *vers. verum*.

60. Huiusmodi compositionis, & & supplicationis formam, inuenies *infra, in Par. 2. Prax. 4. n. 162. & seq.* In qua merito expresse delictū negatur, talis enim negatio Reo prodest, vt non censeatur tacitè delictum fateri in transigibili, nec in non transigibili delicto, *l. furti, §. pactum, ff. de his, qui notan. infam.* & notarunt Abb. Bar. Marcar. & alij communiter, quos refert, & sequitur Far. *q. 5. n. 21.* Forma supplicationis, in qua delictum negatur, remissiuè.

61. Notandum, quòd si Iudex, porrecta, vt supra, supplicatione, nolit, iuxta petitionem condescendere, vel summum ius sequi, Reum in pristinum statum restituere debet, quia supplicatio illa, facta intelligitur sub conditione, si fiat, vt petitur, vel ad arbitrium boni viri, gratia præstetur, & quòd aliàs non noceat, ita Baiar. *ad Clar. q. 49. n. 68.* vbi DD. citantur concordantes, & fauent post eundem numerum additionarij Franc. Marci, & Guiotius, qui dicunt, quòd, qui gratiæ Principis se submittit, non videtur iuri suo renunciare. Compositio non admissa nō nocet supplicāti.

62. Plura de materia huius qu. Guaz. *defen. 34. per totam*, & Farin. *quæst. 5.*

DE

DE REI DEFENSIONIBVS
Excuſantibus delicta.

SECTIO TERTIA.



PRAETERMITTO hic agere de excuſationibus Rei ex defectibus accuſationis, vel denunciationis, cum de his actum ſit *hic ſupra, à q.* 15. *vſque ad* 24. & de eiſdem diffusè Guaz. *defenſ.*2. *per totam*; Nec de excuſationibus Rei hic ago ex iniuſta captura, cum ea, quæ dicenda erant de captura tractauerim *ſup. q.*79. & latè Guaz. *defenſ.*5. *&* 6. Neque hic diſſero de excuſationibus Rei contra examen teſtium, de quibus Guaz. *defenſ.*14. ſicut nec etiam, contra dicta, ſeu perſonas teſtium, cum de his omnibus abundè actum ſit *ſup. à q.*26. *vſque ad* 60. Vlterius non ſunt hic repetendæ plurimæ aliæ excuſationes, de quibus, *hic ſup. vel infra ſub alijs titulis* ſufficienter agitur.

De excuſatione, ſeu exceptione, quod non adeſſent inditia ad inquiſitionem Reo tranſmittendam.

Quæſtio 95.

2 PRAEMITTO, de aſſumendis informationibus ſuper delicto, ſeu de inquirendo, actum eſſe *ſup. q.*11. *vſque ad* 14. Hic autem agendum erit de inquiſitione tranſmittenda.

3. REGVLA 1. ſit. Inquiſitio, ſeu monitoriũ, vel citatio ad comparendum, in criminalibus Reo tranſmitti non poteſt, non præcedentibus in actis legitimis inditijs, aliàs nulliter procederetur, Clar. *q.*20.*n.*3. vbi teſtatur de communi, Farin. *q.*1.*n.*40. vbi alios allegans, teſtatur etiam de cõmuni, Chart. *tr. de except. ſent. c. fin. n.*59. vbi ait, quod ita omnes indubitanter affirmant, & Guaz. *defen.*9. *c.*1. *n.*1. qui *n.* 2. *citat Bullam Pij V.* diſponentem, vt non poſſit ſententia contũmacialis ſuſtineri, niſi legitima præceſſerint inditia, ſaltem ad inquirendum. Citatio ad comparẽdum nulliter fit, non præcedẽtibus legitimis inditijs.

4. AMPLIATVR Regula 1. Vt procedat in Iudice habente quodcunq; arbitrium, Farin. *q.*1. *n.*43. Marſil. Rolan. & Guaz. *defenſ.*9. *c.* 1. *nu.*5. & etiam in crimine læſæ Maieſtatis, Ang. Decian. Farin. Rolan. & Guaz. *n.* 6. Ita vt nec Princeps poſsit aliter præcipere, Farin. *q.*1 *n* 41. Boſſ. & Guaz cum alijs *n.* 8. Niſi Princeps diceret in commiſſione, ſibi conſtare de crimine, vel mãdaret motu proprio, & non ad inſtantiam partis, Far. *n* 42. Clar. Scacc. & Guaz. *n.*9. A quocũque Iudice.

5. LIMITATVR Regula 1. Vt ſi non opponatur, quod inquiſitio fuerit formata ſine legitimis inditijs, Si hoc nõ opponatur tenetur inquiſitio.

tijs, inquisitio teneat, Ang. Ripa, & Farin. alios allegans, *n. 49.* Alex. Ruyn. & Guaz. *n. 10.*

Sufficiens inditium est, approbatum à iure.

6. REGVLA 2. sit. Sufficiens inditium ad transmittendam inquisitionem, dicitur illud, quod à iure est approbatum, *l. legitima; ff. de pact.* Chart. & Farin. *q. 11. n. 16.* Scacc. qui etiam ait, inditium dici approbatum à iure, quod vti tale communiter à DD. reputatur, Guaz. *defens. 9. c. 2. n. 1.*

An sufficiat leuius quã ad torturam?

7. Declaratur 1. Regula 2. Vt leuiora inditia in hoc casu sufficiant, quam ea, quæ requiruntur ad torturam, Farin. *q. 1. nu. 47.* Chart. Menoc. Scac. quos sequitur Guaz. *n. 3.* licèt non leuiora requiri teneant, relati ab eodem, *n. 2.*

Exemplificatur de legitimo inditio.

8. Declaratur 2. Regula 2. Vt legitimum inditium in proposito sit vnus testis integer, querela vulnerati in articulo mortis constituti, fuga Rei cum aliquibus alijs inditijs, vt exẽplificant Scacc. & Guaz. *n. 4.* & alia sex exempla inditiorum sufficientium, recenset Menoch. *de præsump. lib. 1. q 88. n. 21. parte 1.*

Quid de dicto socij criminis?

9. Declaratur 3. Regula 2. Vt dictum socij criminis ad rem, nostram, non sufficiat, Plot. qui alios allegat, & testatur de communi, Chart. qui etiam de communi, & recepta opinione, & Guaz. *n. 5.* nec non Farin. *n. 46.*

In tortura confirmato.

10. AMPLIATVR 3. declaratio 3. Vt non sufficiat dictum socij criminis in criminibus non exceptis, licèt confirmatum in tortura, vt latè, & benè firmat post alios, quos allegat And. Fachin. *controu. iur. lib. 9. cap* 88. & sequitur Guaz. contra Scacc. *num. 6.* licèt sufficiat in criminibus exceptis, in quibus de socijs interrogari potest, Boss. Chart. Clar. & Guaz. *ibidem.*

Controuersa est hæc materia.

11. Declaratur 4. Regula 2. Vt, quænam sint d. legitima inditia, controuersum sit inter DD. vnde Farin. *n. 45.* quinque affert opiniones; Sed tu tene, vt in hac Regula 2. & eius declarationibus; vide *supra q. 78. n. 2.*

An in criminalibus Procurator admittatur ad comparendũ pro defensione, seu excusatione absentis Rei? Quæstio 96.

Consiliarius tantũ datur Reo apud nos.

1 PRAEMITTO 1. Apud nos non concedi Procuratorẽ, seu Aduocatum in causis, sed tantum Consiliarium intra Congregationem, iuxta *nostram vniuersalem consuetudinem.*

Qui, & in quibus casibus admittatur;

2. Præmitto 2. Quæ Personæ, & in quibus casibus, & criminibus admittãtur Procuratorio nomine, tractare Farin. *d. q. 99.* ad quem lectorem remitto.

Dum pœna est capitalis, & corporalis, an pro absente admittatur Procurator?

3. REGVLA sit. In criminalibus, quando pœna capitalis, & corporalis, a relegatione supra, est imponenda, Procurator seu Consiliarius pro defensione absentis non admittitur, *l. penul. §. ad crimen, ff. de publ. iudic.* & ibi gl. Bar. Alber. Ang. & alij, Abb. Bal. Butr. Conrad. qui testatur de vera, & communi opinione, & Farin. alios ad saturitatem inducens. *quæst. 99. n. 1.* Ratio magis communis DD. quam tangit Clar. *§. fin. quæst. 32. vers. ex hac autem*, & Farin. *num 2.* est; Si enim absens per Procuratorem

rem audiretur, iudicia in proposito casu, elusoria redderentur, dum absens condemnaretur, & exequutio fieri non posset; & *ibidem* Far. aliàs rationes remissiuè refert.

Controuersa materia.

Sed nota, quod in casibus, in quibus de iure communi, vel vigore statuti, absens condemnari potest, est valde controuersum inter DD. an etiam in delictis, in quibus capitalis pœna imponitur, possit interuenire Procurator pro absente? Et pro affirmatiua cumulat DD. Farin. *n.* 224. Pro negatiua verò, non pauciores inducit, *nu.* 225. & 226. Et ab hac negatiua, ait, *num.* 229. non esse recedendum, cum magis seruetur in praxi.

In tribus casibus Reus per Procuratorē non admittitur, licèt præsens.

4. AMPLIATVR 1. Regula; Vt in quacumque causa criminali, siue Reus sit præsens, siue absens, siue infirmus, siue carceratus, nunquam per Procuratorem admittatur in tribus casibus, seu actionibus; Primus casus est, vt non admittatur vnquam Procurator ad contestandam litem, nec ad alium actum, in quo Reus interrogatus, respondere tenetur. Secundus casus est, vt per Procuratorem non admittatur Reus ad actum torturæ. Tertius est casus, vt Reus per Procuratorem non admittatur ad sententiam, quæ contra Reum, non contra Procuratorem dirigitur, Alber. Ang. qui testis est de praxi, Bald. qui de communi, Aret. Boss. Clar. & Farin. cum aliis *q.* 99. *n.* 139. qui *n.* 141. dicit, ab hac opinione non esse recedendum, cum magis communiter à DD. sit recepta, & in praxi seruata; quicquid dicant Bar. & alij à Farin. relati *num.* 140.

In delictis publicis, & priuatis.

5. AMPLIATVR 2. Regula; Vt procedat non modo in delictis publicis, de quibus loquuntur omnes DD. in Regula citati, sed etiam in priuatis, Clar. *q.* 32. *vers. & hæc conclusio*, vbi de communi, Abb. Alberic. Ang. Boss. Menoch. & tot alij, quos sequitur Farin. *n.* 20.

In Sacerdotibus, &c.

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt procedat etiam in illustribus personis, vt in Sacerdotibus, Episcopis, &c. Farin. *n.* 120. Qui *nu.* 119. ait, priuilegium talibus concessum, recessisse ab aula; nisi in crimine iniuriarum.

Dum agitur de leuibus corporalibus pœnis.

7. AMPLIATVR 4. Regula; Vt Procurator non possit pro absente interuenire, etiam dum agitur de pœna corporali leui, Abb. Alberic. Ang. Bar. Clar. qui cum Bonacos. testatur de communi, & Far. alios citans *q.* 99. *n.* 21. & ait cùm Castren. Diaz. Menoch. & Zabar. *n.* 22. idem dicendum esse in omni pœna requirente personæ præsentiam, vt in pœna mitræ, seu perpetui carceris, de qua *n.* 46. seu etiam dum capitalis est arbitraria, Farin. *n.* 23. *& sequentibus*, vbi declarationes.

Dum agitur ad pœnam infamiæ.

8. AMPLIATVR 5. Regula; Vt non possit pro absente interuenire Procurator in causa status, & famæ, dum agitur principaliter ad pœnam infamiæ, cum hæc pœna corporali æquiparetur, immò morti, *l. transigere C. de transact.* Farin. *q.* 99. *n.* 204. *&* 206. Abb. Bar. Bal. & alij, relati à Farin. *q.* 100. *n.* 29. licèt dum non agitur principaliter ad pœnam infamiæ Procurator

tor admittatur, Alber. qui de communi, Cæpol. & Far. *q.99.n.202. & sequenti*, & hæc distinctio est Maria. Soc. & Bero. quos sequitur Farin. *n.*205.

An Procurator satisdare teneatur. 9. AMPLIATVR 6. Regula; Vt quãdocumq; Procurator compareat ad plenam decisionem, & defensionem Rei, in casibus permissis, teneatur satisdare, & in hoc omnes cõueniunt, Alber. & Guaz. *defens.*12.*n.* 56. Quamuis comparens, & allegans causas absentiæ, secundùm omnes, non teneatur satisdare, Ang. Castren. Clar. Alber. qui testatur de communi, & hos sequitur Guaz. *nu.* 56. Si verò quis compareat, vt defensor, & instructor innocentiæ; Vna fuit opinio, quod admittatur sine satisdatione, ita But. & Bened. de Plomb. Altera, quod teneatur satisdare de iudicio sisti, & iudicatum solui, Franc. Marci, & Rot. Romana; quæ etiam ait, quid agendum sit, quando defensor non potest propter paupertatem satisdare? & hæc refert Guaz *d.n.*56.

An processus sit nullus, dum indebite admittitur Procurator. 10. AMPLIATVR 7. Regula; Vt in casibus, in quibus Procurator de iure admitti non potest, si admittatur, etiam parte non opponente, processus sit nullus ipso iure secũdùm Clar. Gom. & Menchiac. relatos à Guaz. *defens.* 12.*n.*53. & tenuerunt cumulati à Farin. *q.99. n.*243. inter quos plures testantur de communi. Sed è contra, quod parte non opponente valeat processus, tenent omnes Canonistæ, teste Bal. *in l. seruum, §. publici n.6. ff. de procurat.* & Farin. *n.* 242. tot concordantes inducens, inter quos non pauci testantur de communi. Itaque hic punctus remanet controuersus.

11. Quamplures alias Ampliationes propositæ Regulæ reperies apud Farin. *q.99. à n.3. vsq; ad 65.* quas prætermitto hic inserere, & vnicam aliam tantùm subnectam, non modicè controuersam.

12. AMPLIATVR 8. Regula; Vt in criminalibus in nullo casu Procurator pro absente sit admittendus, quando Iudex ait, se velle præsentiam Rei ad ipsum examinandum, vt videat, quo vultu, quo colore, & qua trepidatione respõdeat, cum sit magis informatus, Castren. qui ait, quod ita seruat totus mundus, & Clar. *§. fin. q.* 32. *vers. hæc autem*, Alber. Baiar. Scac. Menoch. & innumerabiles inducti à Farin. *q.99.n.246.* qui *n.* 248. ita dicit in consulendo, & iudicando seruandum; Quod magis procederet, quando ex inditijs deueniendum esset ad torturam, Farin. *ibidem* ex Ang. & alijs; licèt in casu admittendus esset instructor, *num.* 251. & 253. Sed alij relati, *n* 252. contra sentiunt. Quando Iudex vult præsentiam Rei, non admittitur Procurator pro absente.

13. Hæc Ampliatio valdè controuersa, non placet Guaz. qui propterea *defens.*12.*n.*55. ait, quod hæc opinio destituit illam firmissimam opinionem, vt in omnibus causis à relegatione infra admittatur Procurator, secundùm Menoc. *de arb. q.* 80. *lib.*1. *n.* 86. *& seq. & n.*97. Clar. *q.* 32. *nu.*5. & ad hanc comprobandam infinitos concordantes cumulauit Farin. *q.99.n.97.* & tenuerunt præsertim Alb. Ang. Bar. & Far. *nu.* 66. vbi etiam con- Sed cõtra in causis à relegatione infra.

cordantes inducit, inter quos plures testantur de communi; Et idem secundùm magis communem, de qua testatur Farin. *n.* 70. dicendum est, quando agitur de relegatione, siue exilio; Nec non dum de pœna priuationis Officij, Ordinis, Dignitatis, & similium agitur, Ang. Bar. Bal. Menoch. & Farin. *n.* 72. cum alijs ab eo relatis, inter quos non pauci de communi, Clar. alios inducens, *vers. idem etiam*, & testatur de communi; Et idem multò magis est dicendum, dum agitur de pœna pecuniaria, Farin. cum citatis ab eo, *n.* 76. Neque obstat id, quod tangitur in Ampliatione, *n.* 12. *hic sup.* quod Iudex velit præsentiam Rei, &c. quia in leuibus criminibus iura sunt contenta, vt procurator audiatur, secundùm Butrig. Guaz. *d. nu.* 55. *vers. nec obstat*; vbi ait hoc procedere quamuis præcesserit citatio ad personaliter comparendum; & ita seruari passim in tribunali Auditoris Cameræ, testatur Guaz. *ibidem*.

Infirmus an audiẽdus sit per Procuratorẽ. 14. LIMITATVR 1. Regula; In infirmo, qui non potest comparere, talis enim excusatur à contumacia, & oblata fide de infirmitate, suspenditur potestas Iudicis vsq; ad sanitatem, *l. quæsitum, ff. de iudic.* Clar. qui de communi, *q.* 34. *vers. dixi etiam*, & Farin. alios cumulans, *q.* 11. *n.* 53. Vnde per Procuratorem videtur audiẽdus, Clar. *ibidem*, Gabr. Far. & alij, *q.* 99. *n.* 122. & *q.* 11. *n.* 53. Vant. Foller. alios allegans, & Guaz. *defens.* 12. *num.* 22. & hoc potest allegari per quemcumque, etiam sine mandato, Foller. & Guaz. *ibid.* Abb. Innoc. & Farin. *ibidem*; Benè verum est, quod infirmitas debet allegari, & probari per testes, vel per Medicos, & sufficeret fides vnius Medici, maximè dum in illo loco non adesset nisi vnicus; Sed infirmitas debet esse grauis, & non quartana, vel tertiana, vt tenet Guaz. concordantes inducens, *nu.* 23. 24. & 25. Dum verò infirmus non reperiretur, non teneretur Iudex hanc admittere excusationem, Bal. Foller. & Guaz. *n.* 28.

15. LIMITATVR 2. Regula; In carcerato, qui in quocunque graui crimine potest se defendere per Procuratorem, Abb. *in cap. veniens, de accus.* vbi testatur de communi, & de obseruantia, & *ibi*, Anchar. Aret. Butr. & alij, Ita etiam sentiunt Alber. Bar. Boss. Clar. Menoch. Scac. & Farin. alios concordantes inducens, *q.* 99. *n.* 134. qui *n.* 136. testatur de communiori; licèt aliqui ab eo relati, *n.* 135. contra sentiant. Carceratus.

16. LIMITATVR 3. Regula; Vt Procurator admittatur pro absente ad opponendas exceptiones declinatorias fori, & dilatorias, cum hæ non tangant crimen, Alberic. qui de communi, Menoch. & Farin. alios inducens, *num.* 214. Clar. *q.* 32. *vers. paritèr*, vbi etiam idem esse asserendum, ait, de alijs oppositionibus, quæ ante litis contestationem opponi solẽt, vt quod Iudex non sit competens, sit excõmunicatus, &c. citans Bar. Boss. Imol. & testatur de communi, & sequitur Far. alios inducens, *n.* 215. & sequentibus, & Guaz. *defens.* 12. *n.* 27. & seq. qui *n.* 50. ait, has declina- Seu ad proponẽdas exceptiones declinatorias, dilatorias, &c.

natorias, & dilatorias debere opponi ante litis contestationem, cum Decian. & Pacian.

Quid in statu Ecclesiæ? 17. *Sed animaduerte cum Baiar.* ad Clar. *q. 32. n. 45.* quod in statu Ecclesiæ, neque exceptiones declinatoriæ, vel dilatoriæ per Procuratorem opponi possunt in terminis Constitutionis Marchię, *lib. 4. c. 15.* disponētis, quod vbi pœna sanguinis venit imponenda, nemo nisi in carceribus positus, per Procuratorem audiatur; Et idem, dicit Baiar. disponitur *in Constitutione Pij IV.*

An admittatur instructor innocentiæ pro absente? 18. LIMITATVR 4. Regula; Vt licèt in eius terminis non admittatur Procurator, admittendus tamen sit defensor, instructor, seu excusator innocentiæ, præsertim in casu, in quo absens potest condemnari, *l. seruum quoque, §. publicè, ff. de Procurat.* vbi Bart. qui ait, quòd hoc procedit in quacunque causa, in qua absens potest cōdemnari, & quòd comparens non admittitur, vt Procurator, qui suo principali possit prodesse, & obesse, sed tantùm vt prosit informando, & instruendo Iudicem de Rei innocentia, *ibidem* Ang. qui de cōmuni, & tenuit Castren. *in l. Reus, C. de accus.* vbi Abb. Ang. Butr. Salyc. & alij, Rolan. qui inducit DD. testantes de communi, & magis communi seruata opinione, Menoch. Marsil. Conrad. & alij cumulati à Farin. *q. 99. n. 230. & seq.* qui *n. 232.* affert rationem; Et de hac limitatione vide eundē *n. 262.* cum sequentibus, & Guaz. *defens. 12. n. 54.* alios inducentem.

19. AMPLIATVR 1. limitatio 4. Vt in hoc casu admittendus sit quilibet, etiam qui de iure Procurator esse non potest, Bar. Butr. & Farin. *n. 233.* vbi alios citat.

20. AMPLIATVR 2. limitatio 4. Vt nec requiratur mandatum, Ang. Bart. Butr. Castren. & Farin. *n. 234.*

21. Contra hanc limitationem 4. sic ampliatam, tenent plurimi relati à Farin. *n. 236.* At limitatio est magis communiter recepta, & rationabilior, secundū Far. *n. 238.* Contra

22. Sed notandum, quod si in praxi defensor, & instructor innocentiæ, in actis comparere voluerit, processum faciendo, testes examinando, Fiscum, & Accusatorem citando, & similia præstando, ad hæc non esset admittendus. Si verò compareat in actis, & in iudicio, & multò magis si ad aures Iudicis, Rei allegando innocentiam; Puta, dicendo, animaduertendum, quòd citatus non commisit delictum, quia veritas se habet hoc, & hoc modo, desuperque testes nominet, & inducat, quos petat per Iudicem ex officio examinari, deberet audiri, cessante fraudis suspicione; quæ non cessaret, si nominarentur testes suspecti, vt affines, amici, &c. quod arbitrio Iudicis remittendum est, ita Boss. & Farin. *q. 99. n. 239.* Declaratur.

23. LIMITATVR 5. Regula; Vt Procurator admittatur, quando agitur de pœna excommunicationis, Guaz. *defens. 12. prope fin. vers. nec non,* & Farin. *n. 208.* De Pœna excōmunicationis.

24. De hac q. latè Clar. *q. 32. §. fin.* & latissimè Far. *q. 99. à n. 1. vsq; ad n. 275.*

An Procurator admittatur ad allegandum absentiæ Rei causas, vel aliud impedimentum?

Quæstio 97.

1 VIDIMVS in præcedenti q. quãdo admittatur Procurator ad comparendum pro defensione absentis, seu eius excusatione; In hac autem videndum est; an Procurator admittatur ad allegandum absentiæ Rei causas?

Procurator ad allegandas causas absẽtiæ admittitur.

2. REGVLA sit. Absentiæ causas pro Reo absente citato, allegans Procurator admittitur regulariter ad excusandum de contumacia, siue simus in casu, in quo absens potest condemnari, siue non, *l. penul. §. crimen, ff. de publ. iudic.* vbi glo. Alber. qui de communi, Ang. Bart. & alij, sequitur Clar. *q. 32. vers. hac autem*, vbi ex Menchiac. ait; quod hoc omnes tenẽt, & est receptissima omnium opinio; & *vers. prædicta*, citans concordantes, dicit, quod hoc tenent omnes, Abb. Butr. Menoch. & plures alij, quos sequitur Far. *q. 99. n. 277.*

Quicũq; sine mãdato.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt allegans causas absentiæ admittatur sine mandato, & quicunque ille sit, Alber. Ang. Clar. & alij apud Farin. *q. 99. n. 278.* vbi de communi, Guaz. *defen. 12. c. 1. num. 6.*

Distinguantur absentiæ causæ.

4. LIMITATVR 1. Ampliatio; Vt procedat in causis absentiæ necessarijs, & quæ sunt facti, prout sunt carceratio, infirmitas, longa absentia &c. Secus in causis absentiæ probabilibus, vt suspecti itineris, loci non tuti, loci pestiferi, insidiæ inimicorum, aduersarij potentia &c. ad has enim non admittitur quis sine mãdato: & multò minus admitteretur ad allegandas causas absentiæ iuris, & voluntarias; vt quod Iudex non sit competens, Far. *n. 280.* inducens concordantes, & *n. 291.* Licèt cõtra teneant citati, *n. 281.*

De necessarijs absentiæ causis.

5. AMPLIATVR 2. Regula; Vt ad allegandas causas absentiæ necessarias, quilibet admittatur, etiam quod de iure non possit esse Procurator, vt minor, infamis, &c. Alber. Ang. Baiar. Clar. Menoch. & Far. *n. 286.* vbi alios citat, & sequitur Guaz. *n. 10.*

Allegata absentia differtur processus.

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt stante allegatione absentiæ, Iudex debeat differre processum, & sententiam, *l. pen. §. ad crimen, ff. de public. iudic.* vbi Ang. & Imol. & tenet Farin. alios inducens, *nu. 292.* Et interim (præsertim si petatur) debet dari terminus competens, arbitrio Iudicis, secundum Guaz. alios citans, *n. 12.* ad perquirendum, certiorandum, & præsentandum absentem, quo elapso, ad vlteriora poterit procedi; Sed si non concesso termino ad vlteriora procederetur, nullus esset processus, Far. bene comprobans *n. 293. & 294.* Bar. Baiar. Clar. & alij, quos sequitur Guaz. *n. 11.*

Quid si non allegetur absentia?

7. Sed nota, quod si non allegetur absentia, vel eius causa, siue aliud impedimentum, seu dum ista nõ sunt notoria, posset Iudex ignorantiam prætendere, & processus, sententiaque subsisterent, Chartar. Menoch. Paris, & alij, quos sequitur Guaz. *defen. 12. c. 1. n. 21.*

Vbi

Vbi etiam ait, hoc procedere similiter in alijs exceptionibus; Cum Regula communis sit; Vt protestatio necessaria sit, vt impedito, saluus ius sit.

Exẽplificatur in diuersis causis absentiæ.

8. AMPLIATVR 4. Regula; Vt idem procedat in causa infirmitatis, de qua sup. *q.96. n.14.* Item in causa carcerationis factæ de Reo in alio loco, Guaz. *n.29.* & latissimè Far. *q.34. n.59.* Idem dicendum est in causa de loco non tuto, exprimendo causam in particulari, aliàs non valeret excusatio; Et petatur terminus ad probandum, Foller. Vant. & alij, quos sequitur Guaz; *n.30. & 38.* Idem in allegante incompetentiam Iudicis, de qua sup. *q.92. limitatione* 4. Plures alias causas reperies apud Guaz. *in d. defen.12.*

Quid in causis absentiæ iniustis, vel cũ fraude?

9. LIMITATVR 1. Regula; Vt non procedat; dum causæ absentiæ non sunt iustæ, & multo minus, si sint cum fraude procuratæ à Reo post delictum, ne caperetur; tunc enim non esset concedendus terminus, nec supersedendum, Alber. cum pluribus alijs, quos sequitur, Farin. *q.99. n.295. & sequ.* Et hæc limitatio tunc maximè vera esset, quando Aduocatus vellet annullare processum fabricatum post allegatam absentiam; quo casu deberẽt etiam causæ iustæ probari, alias Iudex non teneretur allegationes admittere, Far. *n.299.* concordantes allegans, & similiter Guaz. *n.14.*

Vel si nõ probẽtur causæ.

10. LIMITATVR 2. Regula; Vt non sufficiat allegare absentiam, & causas, nisi probentur, Alber. Ang, Castren. Clar. Menoch. & Farin. *q.99. n.299.* licèt, vt *ibidem* notatur, alij sufficere sentiant iuramentum calumniæ.

In praxi quid seruetur?

11. In praxi seruatur, quod allegata absentia per quamcunq; personam, sine aliqua expressione causa, ac sine aliqua probatione, detur terminus per Iudicẽ ad perquirendum, & certiorandum Reum, vt testatur Baiar. ad Clar. *q.34. n.5. & 8.* & notat Farin. *q.99. n.299. vers. & ita*; Et subscribens Guaz. *defen.12. cap.1. n.4.* ait, ita se vidisse semper seruari Romæ, & se seruasse; & eo magis, delato iuramento alleganti absentiam, & ibi citat Anton. Canar. & Marc. Ant. Macerat.

An Reus possit suis defensionibus renuntiare? Quæstio 98.

Reus defensionibus renunciare non potest.

1 REGVLA sit. Reus defensionibus suis renuntiare non potest, *l. non tantum, vbi gl. ff. de appell.* Gom. qui multos allegat, *tit. de delict. cap.13. n. 33.* & testatur de communi, Clar. Decian. & alij, quos sequitur Guaz. *defens.27. n.1. & 2.* Farin. *q.39. num.51.* vbi testatur de communi, & concordantes inducit. Et ideo optimum consilium præbent Gom. & Guaz. vbi sup. vt Iudex semper assignet terminum Reo ad se defendẽdum, & quamuis Reus, & huic termino renuntiet, non admittat, sed patiatur terminum labi, vt defensionem facere posit. Et licèt aliqui relati a Farin. *n.52. & seq.* contra hanc Regulam tenuerint, & maximè in enormibus, tamen, nec in his, ab ea est recedendum, Guaz. *n.3.*

Dandus est Reo terminus & an equam labatur, sẽtẽtia non est ferenda.

n.3. cum proculdubio magis communis sit.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt renunciatio non valeat, quamuis iuramento vallata sit, vt post Duen. Foller. & Marſ. teſtatur Far. *q.39.n.54.* Baiar. Gom. Loderch. & Guaz. *defenſ.27.n.3.*

Renũciatio cum iuramẽto nõ tenet.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt dato, quod Reus defenſionibus renuntiauerit, poſſit in criminalibus renunciationem factam reuocare, Ang. Baiar. Caualc. & Guaz. *n.4.* nec non Farin. *nu.57.* Quod procederet, quamuis in renunciatione cauſam Reus adiecisset; quia certò ſcit carere omni defenſionis ſpe; Si enim poſtea pœniteat, & reuocet, non eſt, qui contradicat, quòd poſſit Reus ſe defendere, vt ait Guaz. *n.8.* citans Baiar. Foller. Marſ. & alios, ita etiam Ang. Paris, & Farin. *n.57.* vbi concordantes inducens, dicit ita omnes ſentire.

Renũciatio poteſt reuocari.

4. AMPLIATVR 3. Regula; Vt abſolutè non valeat Rei renunciatio, etiam cum dicta cauſa (quia certo ſcit nullam ſibi competere defenſionem) vterque Ang. Clar. Conrad. Marſ. Menoch. & alij, quos ſequitur Farin. *q.39.n.36.* vbi teſtatur de veriori, Caualc. Guaz. & alij, *n.7.* Qui propterea aiunt, malè facere Iudices inducentes Reos, ſub prætextu d. cauſæ, ad renunciandum defenſionibus; licèt alij contra, relati à Farin. *n.55.* & à Guaz. *n.8*

Quid ſi nulla Reo competat defenſio?

5. LIMITATVR hæc Ampliatio, quando notoriè conſtaret, quod reuera, nullam haberet, nec ſperaret Reus defenſionem, tunc enim renunciatio valeret, Ang. Caualc. Foller. Marſ. & Guaz. *n.9.* nec non Farin. alios inducens *q.39.n.58.* Qui vlterius ait *n.103.* in tali caſu, etiam Reo non renunciante, poſſe Iudicem defenſiones denegare ex Gram. & Seraph. Subdens *nu.106.* hoc in abſtracto verum eſſe, ſed in concreto non eſſe ponendum in praxi, niſi in caſibus in iure expreſsis, & exemplificat.

6. LIMITATVR 1. Regula; Vt Reus repertus in flagranti crimine, poſsit ſuis defenſionibus renuntiare, Ang. Foller. Marſ. & Guaz. *defen.27.n.10.* Sicut etiam in notorijs; & ad vtrunq; comprobandum Farin. *q.39.n.61.* inducit Bal. Conrad. Rom. & alios.

Quid in reperto in flagrãti, ſeu in notorio.

7. LIMITATVR 2. Regula, In delictis, pro quibus non irrogatur pœna corporalis, ſeu infamia, in quibus renunciatio Rei ſuis defenſionibus valet, Conrad. Foller. Franch. Aret. Gom. qui ait, quod ita ſemper practicauit in cauſis pauperum, Marſ. & Farin. *nu.65.* & *66.* & ſequitur Guaz. *n.10. ver. quarto limita.*

Vel in delictis, pro quib. non irrogatur pœna corporalis, ſeu infamia?

8. LIMITATVR 3. Regula; Vt Reus non poſsit renuntiare defenſionibus introductis à iure naturali, vel gentium, ſecus in alijs, quæ ſunt introductæ à iure Municipali, vel ſunt de apicibus iuris, quia in his valet renunciatio, Ang. Bonacoſ. Conrad. Foller. Marſ. Paris, & Farin. *q.39.n.67.* Guaz. *ibidem, verſ. quinto limita.*

Siue in defenſionibus ſpectantibus ad apices?

9. LIMITATVR 4. Regula; In Reo ſponte confeſſo, cuius renunciatio valet, Bonacoſ. qui teſtatur

Aut in Reo ſponte cõfeſſo

tur

tur de communi practicata opinione, & quod totus mundus eam seruat, Clar. Conrad. Foller. Marsi. & Farin. hos, & alios inducens *n.* 62. & sequitur Guaz. *vers. sexto limita, ibidem*, vbi tamen dicit hoc procedere, quando etiam constaret notoriè, & clarè appareret nullam Reo, defensionem competere, alias renunciationem non esse attendendam.

10. LIMITATVR 5. Regula; quando Reus renunciat defensionibus, vt citius absoluatur, tunc enim tenet renunciatio, Bart. Liderch. Imol. & Guaz. *ibidem, vers. septimo limita.* Vel in renuncian te, vt citius absoluatur

11. Plura de materia huius quest. Far. *q.* 39. *à n.* 51. *vsq;* 67. & Guaz. *defens.* 27. *per totam.*

Finis Tractatus Octaui, de Rei defensionibus.



DE

DE TORTVRA.

TRACTATVS NONVS.

1 

RO consumatione secūdi capitis principalis huius Epitomes, nihil aliud superest quam hic Tractatus de Tortura; quem in tres diuido Sectiones. Et in prima agam de quibusdam communibus ad torturam, tam testium, quam Rei. In secunda de ipsorum testium tortura; Cum in tractatu de testibus, de hac data opera non fuerit actū, vt vnico contextu de tota materia torturæ hic ageretur. In tertia verò Sectione, de Rei tortura agendum erit.

Diuisio huius tractatus.

DE QVIBVSDAM

Communibus tam ad Testium, quam ad Rei Torturam.

SECTIO PRIMA.

1 PRAEMITTO, iudicium à tortura inchoandum non esse, *l.1.ff.de quæstion. c. cum in contemplatione, de reg. iur.* & per ista iura ita firmarunt Clar. *§.fin.q 64. vers. dixi etiam*, vbi testatur de communi, & Farin. alia etiam iura, & DD. inducens *q.37.n.2.* Et ea, quæ torturam testium antecedere debent, habentur *infra q.101.* Ea verò, quæ antequam ad torturam Rei deueniatur, debent præsto esse, inuenies *infr. q.104.*

A tortura nō est iudicium inchoandum.

3. Præmittendus hic esset longus Tractatus de inditijs, & præsumptionibus cum declarationibus terminorum, probationis, adminiculi, suspicionis, coniecturæ, & similium, sine quibus non solet tortura inferri, sed cum de his actum sit supra *in tract.5.à q.61.vsque à q.77.* hic superflua esset horū repetitio.

De generibus, & gradibus torturæ, Quæstio 99.

1 PRAENOTANDVM, quod Iudex cauere debet ab inueniendo noua tormentorum genera, sed tormento in similibus delictis adhiberi solito vti debere, aliàs, si aliquid mali torto acciderit, tenebitur Iudex, & talis, peruersus vocatur à Brun. & contra

Solitis tormētis vti debet Iudex.

eun-

eundem inuehunt Bal. Boss. Gom. Chartar. & Far. *q. 38. n. 55. & 56.* Bursat. cum alijs, quos sequitur Guaz. *defens. 30. c. 21. n. 1.*

Tortura funis. 2. REGVLA 1. fit. Plura sunt tormentorum genera; Sed tormentum funis, seu cordæ, vt vulgo dicitur, manibus post terga ligatis, & a iure communi, & communiter á consuetudine est approbatum, & magis in vsu, & frequentius, Brun. Foller. & Farin. *q. 38. n. 61.* Chartar. Marſ. & Guaz. *defen. 30. c. 21. n. 5. & 6.* Et ab hoc tormenti genere non receditur, in foro sæculari criminali, nisi quandò torquendus ob aliquam causam illud pati non potest, Chartar. & Farin. *n. 63.* Quòd quandoque vna tantùm manu ligata infertur, dato impedimento in alia, Guaz. *nu. 7.* Brun. Conrad. & Far. *n. 63.* qui *n. 64.* ait, quòd in atrocissimis adduntur compedes &c. & sequitur Guaz. *n. 9.* qui *n. 10.* ait addi etiam ictus, & quassationes. Et cum corda subtilis maiorem præbeat dolorem, in delictis ordinarijs caueat Iudex torquere, nisi cum fune grossa, Farin. *n. 62.* Paris, & Guaz. *num. 8.*

Taxillorum, seu Stanghettæ. 3. Declaratur 1. Regula 1. Tormentum stanghettæ, seu taxillorum esse etiam in vsu apud sæculares, quo tamen non solent vti Iudices, nisi ob aliquod impedimentum inferendi tormentum funis, Far. alios citans *q. 38. n. 67.* subdens *n. 68.* de tormento sibilorum in leuibus, vel cum pueris, & mulieribus.

4. Declaratur 2. Regula 1. Vt in atrocissimis, Iudices sæculares vti soleant tormento insupportabile vigiliæ, de quo Far. *q. 38. nu. 70.* alios inducens, quod per quantum temporis spatium inferatur, vide infra *q. 105. n. 7.* & de hoc tormento vigiliæ dicetur etiam *infra in Praxi 4. n. 124. & 125.* Dicit Far. *nu. 69.* hoc tormentum successisse tormento ignis, quo Iudices amplius non vtūtur: Et de modo constituendi torquendos in prædictis tormentis agit Chartar. *in praxi interr. Reorum lib. 4. c. 1. & 2.* Deque eisdem speciebus tormētorum agit Guaz. *defen. 30. c. 21.*

5. Declaratur 3. Regula 1. Vt cum Iudex vti debeat solitis, & cōsuetis tormentis illius Tribunalis, vbi Reus torqueri debet, secūdùm Villagut. & Guaz. *ibidem, n. 1.*

6. REGVLA 2. fit. Quinque sunt gradus torturæ funis, secundùm magis communem DD. & frequētiorem obseruantiam, testibus, Chart. Farin. *q. 38. n. 40.* & sequitur Guaz. *defen. 30. c. 22. n. 1.* & sunt sequentes.

7. Primus gradus torturæ est; quando Iudex facit torquendum ligari spoliatum, & funi aptari, & applicari, ita vt nihil desit nisi sola eleuatio, Guaz. *ibidem*, & Farin. *q. 38. nu. 40.* vbi de communi; qui *nu. 43.* cum Conrad. Foller. & alijs ait, quod hic gradus 1. non potest propriè dici tortura, sed largo modo, cum non affligat corpus, sed animum; Et hoc gradu 1. vtitur Iudex, quando inditia sunt leuia, & non talia, vt sufficiant ad plenam torturam, licèt cognoscatur Reus suspectus; Item cū debilibus, timidis, ac delicatis, — De quinque gradibus torturæ funis, vsq; ad n. 11.

Farin. *d.n.*40. Et licet de iure, non modo hic gradus, sed etiam conductio ad locum tormentorum, immò simplices minæ de torquendo, æquiparari videantur torturæ, vt colligitur ex Bal. & ait Marsil. quod ita tenent omnes; Tamen praxis contrarium obseruat, & quod ex his emanata depositio, dicatur spontanea, non autem metu tormentorum, vt tenet Clar.*q.64. vers. nunc de*, ex Gandin. quem alij DD. sequuntur, teste Carer. An, & quando ex solis minis, seu ex detentione in carcere, vel ex ductione, & spoliatione ad locum tormentorum, depositio dicatur extorta, metu tormentorum? diffusè agit Guaz. *defen.* 30. *cap.* 37. Et consequenter, an ratificatio requiratur, *ibidem*, *n.* 6. nec non Farin. *quæst.*83.

8. Secundus gradus torturæ est; quando quis in altum eleuatur, & ibi detinetur per vnum miserere ad plus, vel minus, sine vlla quassatione, Guaz. *d. cap.* 37. *n.* 1. Et hæc potest appellari leuis tortura, Farin. *quæst.* 38. *num.* 44. *& sequ.* Et hoc gradu 2. vti potest Iudex, quando habet Reum magis suspectum, & habet inditia plenè probata, sed non ita propinqua, vt ad grauiorem torturam deuenire possit, Bertaz. Conrad. Foller. & Farin. cum alijs, *n.* 44.

9. Tertius torturæ gradus dicitur; quando quis detinetur in altum per duorum miserere spatium, vel paulò plus sine quassatione Guaz. *ibidem*, & Farin. *nu.* 46. vbi cum Clar. Conrad. Foll. & Rimin. ait, quod ad hunc gradum deuenire solet Iudex, quando indicia sunt plena, & plenè probata, sed delictum non est atrox, vel si atrox, Reus est nobilis, bonæ conditionis, & famæ.

10. Quartus est torturæ gradus; quando quis in altum diutiùs detinetur, vt per vnam, vel duas tertias partes horæ, seu per dimidiam horam, siue per integram horam, cum vna, duabus, vel tribus quassationibus, vel ictibus funis, Guaz. *defens.* 30. *cap.* 22. *n.* 1. & Farin. *q.* 38. *n.*47. qui *n.*48. cum Ghirlan. Chartar. Conrad. Foller. & Hippol. Rimin. tenet ad hunc gradum deuenire, non debere Iudicem, nisi inditia vrgentia sint, & benè probata, Reus sit robustus, crimen sit atrox, & scandalosum, vt homicidium graue, seu furtum magnæ rei, vel sacræ.

11. Quintus dicitur gradus torturæ, cum vltra prædicta in gradu 4. ad pedes torti ligantur compedes, vel alia pondera, Farin. *q.* 38. *n.*49. Qui *n.*50. cum Foll. & Ghirl. ait, quod ad hoc tormenti genus seuissimum Iudex deuenire non solet, nisi in atrocissimis, puta in crimine læsæ Maiestatis, euersionis status, homicidij enormissimi, vt Cardinalis, & similis.

12. Superaddi posset sextus torturæ gradus, qui consistit in torturæ repetitione, secundùm Franc. Personal. & Guaz. *d. n.*1.

An,

An, & quomodo puniendus sit Iudex indebitè torquens?
Quæstio 100.

Iudex indebite torquens puniendus.

1 REGVLA sit. Iudex indebitè torquens tenetur in Syndicatu, Paris, Villag. & Guaz. *defens* 30. *cap*.42.*n*.1. & est puniendus, Bart. cuius opinionem sequitur Marsil. & ait, esse communem, quam tenuerunt Cason. Clar. Rolan. & tot alij, quos sequitur Far. *q*.37.*n*.111.

Procedit etiam in tortura testium.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt non modo procedat in tortura Rei, de qua loquuntur DD. citati in Regula, sed etiam in tortura testium indebitè illata, Ang. Bart. Paris, & Farin. alios etiam inducens, *n*.114. vbi ait, eandem rationem militare in Reo, & in teste.

Quid si Reus in tortura moriatur indebitè, & dolo tortus?

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt Iudex, qui aliquem, dolo torquendo indebitè, occiderit, morte naturali, & ipse sit plectendus, Menoch. & Guaz. *defens*. 30. *nu*. 1. *cap*. 40. Ang. Aret. Clar. qui de communi, Bal. Boss. Gom. etiam de communi testans, & plures concordantes inducens, & Farin. qui alios cumulat, *q*.37.*n*.112. *&* 113. vbi sic concludit; Quod quando tortus indebitè, dolo Iudicis moritur, qui prece, vel premio corruptus fuit, vel propter inimicitiam immoderatè torsit, Iudex ipse decapitari debet, & in hoc casu nullam credit esse difficultatem, nec ait, reperire contradictorem, cum sub velamine iustitiæ, talis Iudex, occidat, Brun Paris, & Far. *n*.123.

Si nō moriatur?

4. AMPLIATVR 3. Regula; Vt licèt in prædicta indebita dolosa tortura non decesserit tortus, pœna arbitraria Iudex puniendus sit, Clar. Gomez. Menoc. & Guaz. *defen*. 30. *cap*. 42. *nu*. 1. Alex. Bal. Boss. Ias. Petr. Caleph. qui testis est de communi, & Farin. *nu*.124. *& seq*.

5. Non desunt tamen grauissimi DD. relati à Guaz. *ibidem*, & à Farin. *q*. 37. *n*.126. *&* 129. tenentes, etiam in hoc casu, Iudicem capitaliter esse puniendum; Sed non recedas ab hac Ampliatione; quia in praxi, & de consuetudine generali, etiam in atrocissimis non punitur eadem pœna affectus, & effectus, non sequuto enim effectu, mitiùs affectus punitur, secundùm communem opinionem, & tutiorem DD. Gram. Gom. Clar. Menoch. Ioseph. Ludou. qui testis est de magis communi, & Far. *n*.130. vbi ait hanc esse veram resolutionem, & sequitur Guaz. alios inducens *def*. 30. *c*.42. *n*.1.

Sine dolo Indicis, si tortus decedat?

6. AMPLIATVR 4. Regula; Vt dum Iudex sine dolo, sed tantum ex lata culpa, puta ex imperitia, indebitè torquet, si tortus decedat, puniendus sit Iudex, non morte, sed pœna extraordinaria mitiori, quam dum adest dolus; in delictis enim lata culpa non æquiparatur dolo, *l. aut facta*, *§. causa*, *ff. de pœn*. ita, Ang. Brun. Boss Marsil. & Farin. alios citans, *n*.120. Paris, Villagut. & Guaz. *n*.1.

Præsumitur in fauorem torquentis?

7. LIMITATVR 1. Regula; Vt in dubio præsumatur debitè illata tortura, in dubio enim non præsumitur dolus, nec culpa, nec excessus in tortura, & qui hoc prætendit, probare tenetur, Baiar.

Menoch. Guaz. *num.3*. Ang. Boss. Brun. Marſ. & Farin. *q.37. nu.32. & ſeq.* qui rationes reddens, teſtatur de communi. Sed dum apparet, torturam debitè non fuiſſe illatam, & dubitatur, an dolo, vel culpa, niſi appareat, de corruptione, inimicitia, vel odio, non præſumitur dolus, ſed culpa, & imperitia, Salyc. & Boſſ. tit. de tortura *n.29.* vbi de communi, Brun. Clar. Marſil. & Guaz. alios inducens *d. nu.1.* Menoch. Paris, & Farin. *n.121.*

Torto decedente in tortura legitima, Iudex non tenetur.

8. LIMITATVR 2. Regula; Vt quamuis ex tortura mors torti ſequatur, Iudex non ſit vlla pœna puniendus, dùm debita, & legitima fuit tortura, Paris, Villag. & Guaz. alios citans *defenſ.30. c.42. n.2.* Bar. & Boſſ. tit. de tortura *n.30.* vbi ait, hoc ab omnibus approbari, Clar. Gom. Menoch. & Farin. cum alijs ab eo relatis *q.37. n.131.* lege enim permittente, talis Iudex facit, & conſequenter non eſt pœna afficiendus.

9. Quomodo autem probetur, an Iudex debitè, vel indebitè torſerit, agit Farin. *q.37. n.135. vſque ad n.147.*

An Iudex debitè torſerit quomodò probetur remiſſiuè?

10. Notet Iudex, quòd ſi velit eſſe tutus in tortura inferenda; In decreto torturæ narret ſe iuſſiſſe miniſtris, vt benè torquendum inſpiciant, an habeat membra infirma, debilia, vel habeat aliquòd aliud impedimentum, ne ſuſtinere poſſit torturam; vt inſpiciant funem, vel aliud inſtrumentum ad torquendum paratũ, an ſit aptum; & notetur in actis diligentia miniſtrorum adhibita, cum eorum relatione; Et dùm opus eſſet adhibeatur Medicus, vel Chirurgus, & iuxta eorum cõſilium procedatur; & ita tutus erit Iudex, Caualc. & Guaz. *defenſ.30. c.34. n.1.* Aliàs, ſi prætermiſſa dicta diligentia, torto infortunium acciderit, ſecundùm Caſtren. tenebitur Iudex; ſed ſecundùm Beluiſ. Bertaz. Burſat. Caualc. & Put. tenebuntur miniſtri, & hos refert Guaz. *n.2.*

Cautela pro Iudice, vt ſit tutus in tortura inferenda.

DE TORTVRA
Teſtium.
SECTIO SECVNDA.

An, & quando teſtes torqueri poſſint? Quæſtio 101.

1 NE Iudex in torquendis teſtibus erret, neuè iniuſta tortura teſtes fruſtra torqueantur, cum teſtes indebitè torti non ſolùm non probent, ſed nec inditium faciant, ſecundùm Brun. & Farin. *q.79. nu.1.* cum titulus huius q. ad hoc

Teſtes malè torti nihil probant

hoc me manu ducat, breuiter hic redigã ea, quæ à Iudice cõsiderãda sunt, antequam testes torturæ subijciantur.

2. REGVLA sit. Liberi homines regulariter pro testimonio nõ torquentur, *l. liber homo, in princ.* & ibi Alber. Bart. & Marsil. *ff. de q.* Abb. Bald. Boss. Bursat. qui testatur de communi, & Farin. alios citans *q.79.n.2.* qui *n.3.* ait secùs esse in seruis.

Testis liber non torquetur regulariter.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt nullo casu testes torqueantur contra eum, contra quem inuiti testimonium ferre minimè coguntur, *l.1.§.si seruos, vbi gl.* Alber.& Bart. *ff. de quæst.* Brun. Foller.& Montic. quos sequitur Farin. *q.79. n.38.* Illi autem, qui non coguntur testimonium ferre, sunt fratres, consanguinei, affines, & similes, de quibus Farin. *q.78.* Hi enim non possunt cogi ad testificandum contra eorum fratres, consanguineos, affines, &c. Farin. *q.78. num.83. & 84.*

Non torquendi, qui testificare non cogũtur, & exemplificatur

4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt nullo casu testes torqueantur, quando aliundè veritas haberi potest, Bertaz.& Farin. *q.79. nu.76.* & latè *consil.44. n.4.* & Guaz. *defen. 19.c.1.n.14.* Vnde testes, quando tanquam verisimilitèr informati sunt torquendi, si quamplures sint, non omnibus tortura est inferenda, sed tantùm duobus, vel tribus, Bal. Boss. Brun. Foller.& Farin. alios etiam citans, *q.79.n.77.* Ang. Bart. Clar.& alij cum Guaz. *n.12.* Et nec torqueri testes debent, antequam cõstituatur Reus, vt si fortè iste fateatur delictum, opus non sit testes torquere, Baiar.& Guaz. *nu.9.* Bart. Brun.& Giachiar. ad Clar. *q.25.n.12.*

Testes nõ torquentur, cum veritas aliter haberi potest.

Inter multos, pauci torquentur.

Nec ante quã Reus constituatur.

5. Ex doctrina huius Ampliationis 2. oritur difficultas; Quando plures testes sunt torquendi, quis prior torturæ sit subijciendus? Respondetur, quod licèt hoc arbitrio Iudicis remittatur, secundùm Afflic.& Baiar. ad Clar. *q.64.n.94.* Tamen regulariter incipiendum est a magis suspectis, Decian. Giachiar.& Guaz. *defen.30.c.19.n.1. vers. alij*, Cason. Maran.& Clar. *q.64. vers. quæro si*; Vt inter vicinos, á viciniori, Bar. Bal.& Guaz. *c.19.n.3.* Intèr plures suspectos de delicto, ab eo, qui est solitus delinquere, & est malæ famæ, Decian. Giachiar. Villagut.& alij, cum quibus Guaz. *nu.4.* Et dato quod æqualitèr omnes suspecti sint, incipiendum esset ab eo, à quo facilius veritas haberi posset, Ambr. Bar. Marsil.& alij, quos sequitur Guaz. *n.1.* Et consequentèr a iuniori, timidiori, & debiliori, Cason. Maran.& Clar. *vers. quæro si*. Item à viliori; & hæc omnia, plures inducens concordantes, tenet Guaz. *in d.c.19.* Et licèt non pauci ex citatis DD. loquantur de tortura Reorum, tamen idem dicendum est de tortura testium, secundùm Baiar. Marsil.& Guaz. *d.c.19.n. 1. vers. alij autem*.

Inter plures torquendos, à quo incipiendũ.

6. LIMITATVR 1. Regula; Vt testes torqueri possint, præcedẽtibus inditijs, contra eos, quod sint informati, de his, de quibus interrogantur, & veritatem dicere nolint, Guaz. *defens.19.c.1.n.6.* Inditia enim contra testes, quibus torqueri

Torqueri potest testis nolẽs fateri id, de quo sunt inditia, quod sit informatus.

queri possunt, non sunt inditia delicti, sicut in Reo, sed inditia scientiæ, quam testes negant, Farin. *q.* 79. *n.*75.

Item varius, vacillans, & cōtrarius

7. LIMITATVR 2. Regula; Vt vacillantes testes in causa criminali, torqueri possint, Brun. qui benè comprobat, & testatur de communi, *q.*4. *nu.*22. *de indit.* Bertaz. Gram. Ruyn. & Farin. *nu.*75. Et idem dicendum est de testibus varijs, & Contrarijs, confundunt enim DD. in proposito istos terminos, vacillantes, varios, & contrarios, vt notant Boss. & Farin. *q.*79. *nu.*10. *& q.*66. *n.* 98. *& seq.* quod nempè torqueri possint, ad videndum, in quo dicto persistant, Alex. qui de communi, Bald. Boss. qui ait, sic practicari, Foller. Gome. Clar. & Farin. *q.*66. *n.*98. vbi de communi.

Licèt alia indicia nō præcedant.

8. AMPLIATVR 1. limitatio 2. Vt procedat, quamuis nec alia inditia, nec adminicula præcedāt, Brunor. à Sole, Carauit. Foller. & Far. *q.*79. *n.*100. vbi ait, hoc esse de mente omnium DD. supra proximè citatorum.

Quid in Clericis, & Sacerdotibus.

9. AMPLIATVR 2. limitatio 2. Vt procedat etiam in testibus Clericis, & Sacerdotibus, Boss. Clar. qui ex Foller. testatur de communi Canonistarum, de qua etiam Far. *q.*66. *n.*101. sed Bar. ibi citatus contradicit, & illi adhæret Ang. Bald. Innoc. & plurimi alij, relati à Farin. *q.*79. *n.*54. quibus, & ipse videtur subscribere, *n.*55. *in fin.* Qui tamen *n.*56. iura, & DD. inducens, ait, hoc esse priuilegium Sacerdotum, non autem Clericorum: De his agit Guaz. *defens.*19. *c.*1. *n.*16. vbi refert Farin. dicentem, *d. n.*55. extare communem opinionem Presbyteros de iure Canonico si vacillēt, torqueri posse, dummodo, tamen contra eos magna præcedant inditia, *ibidem* subdens Guaz. de communi testare etiam Abb. Clar. & Baiar. Sed si ex aliquo accidenti, Sacerdotes infames, vel aliàs inhabiles essent, attenta etiam illorum opinione, qui Sacerdotes torqueri non posse sustinent, ad tollendam omnem maculam, infamiamq; expurgandam, torqueri possent, Far. *q.*79. *n.*59. Bald. Zabar. & Guaz. *n.*15.

10. AMPLIATVR 3. limitatio 2. Vt testes sæpius varij, sæpè torqueantur; Vnde dum varij torti firmant vnum dictum, si postea repetiti, vel in ratificatione recedāt à dicto, iterum sine dubio poterunt torqueri, Ang. Aret. Bart. Put. & Boss. *tit. de tort. test. n.*21. Cæphal. Marsil. Monticel. & Farin. *q.*66. *n.* 104. Non tamen vltra tertiam vicem, *n.*105. & Guaz. alios citans, *defens.*19. *c.*1. *n.*13.

Sæpè varij plures torquentur.

11. AMPLIATVR 4. limitatio 2. Vt procedat etiam in testibus, qui in iudicio dicunt contrarium eius, quod prius extraiudicialiter dixerant, Clar. qui de communi, & practicata opinione; Alex. qui ait, in hoc omnes conuenire, & Farin. alios inducens, *q.*66. *n.*106. *& sequentibus*, Qui, *nu.*112. cum Abb. Alex. Aret. & Fely. idem tenet, si dictum extraiudiciale sit posterius.

Item torquetur testis, qui in iudicio aliter quā extra dixit.

12. SVBLIMITATVR 1. limitatio 2. Vt non procedat in testibus varijs in non substantialibus, qui non torquentur, nisi aliàs su-

Quid in vario in non substantialibus.

specti

ſpecti ſint, Aym. Boſſ. & Farin. *q. 66. n.* 121. *& q. 79. n.* 14.

13. SVBLIMITATVR 2. limitatio 2. Vt non procedat in teſtibus poſitis in dignitate, qui ob variationem non torqueantur, niſi in exceptis, Boſſ. qui de vera, & communi opinione, Clar. & Far. *q. 66. n.* 122. qui pro, & contra DD. citat in propoſito, *q. 79. num. 62. & ſeq.*

Vel poſito in Dignitate?

14. SVBLIMITATVR 3. limitatio 2. Vt non procedat in teſtibus, reddẽtibus rationabilem cauſam recedẽdi à primo dicto, Ang. Bertaz. Put. & Far. *q. 79. n.* 11.

Seu reddente variandi rationem.

15. An autẽ vltra variationem, ad torturam requiratur, vt teſtis fateatur, ſe facto interfuiſſe, controuertitur inter DD. vt videre eſt apud Farin. *q. 66. n.* 113. *& q. 79. n.* 12. *&* 13.

An in hoc requiratur vlterius, vt teſtis dicat, facto interfuiſſe?

16. LIMITATVR 3. Regula; Vt etiam non præcedentibus inditijs, nec vacillatione, poſſint torqueri teſtes ad ſupplendum defectum perſonarum, earumque maculam purgãdam, puta infamiam, Bal. Gram. Zabar. & Far. *q. 79. n.* 74. vbi ait, hoc non habere difficultatem; vnde infames in caſu, in quo ad teſtificandum admittũtur, ceſſantibus etiam inditijs, ſine tortura non admittuntur, Bal. Boſſ. Innoc. & Farin. iura, & alios DD. inducẽs, *q. 79. n.* 23. Intellige, tam de infamia iuris, Aret. qui de communi, & Far. cum concordantibus, *n.* 24. Quam etiam de infamia facti, Boſſ. qui de magis communi, Alber. Aret. Bal. & Farin. *nu.* 25. Similiter poſſunt torqueri criminoſi, præſertim condemnati, Far. *q. 79. nu. 28. cum ſequentibus*. Vbi etiam contradicẽtes inducit. Item omnes à iure reprobati Alex. Marſil. Montic. & Farin. *n.* 32.

Torquetur teſtis ad maculam purgandam.

17. Idem dic in teſtibus, qui ſpõte vadunt ad examen, Ang. Bart. Boſſ. Brun. Farin. & alij, *q. 79. n.* 38. Baiar. Ruyn. & Guaz. cum alijs *defenſ. 19. c. 6. n. 1. & ſeq.* Idem in dicentibus non recordari de eo, de quo veriſimiliter recordari debet, Guaz. *c. 7.* Boſſ. Maſc. Oſaſc. Aym. alios inducens, & Far. *q. 79. n. 41. & ſeq.* Et de veriſimilitudine hac agit Farin. *q. 66. n. 34. &* 246. Idem in veriſimiliter teſte informato, negante ſe ſcire, Far. *q. 79. n. 16.* Boſſ. Foller. & Guaz. *c. 5. n.* 1. qui *n.* 2. alios inducens, ait, hoc procedere in teſtibus vilibus, & in leui tortura.

18. LIMITATVR 4. Regula; Vt in inquiſitione generali, veriſimiliter informati, ſi negent, tortura inferatur, quamuis adhuc cõtra neminem particularem Reum inditia exiſtant, Bar. Bald. Brun. & Farin. *q. 79. n.* 72. Quamuis in inquiſitione particulari in nullo caſu poſsint torqueri teſtes, niſi contra Reum inditia præcedant, Bar. Brun. Boſſ. Monticell. & Farin. *num.* 71.

In inquiſitione generali teſtes veriſimiliter informati torquentur, ſine inditijs cõtra Reũ, ſi negant.

19. LIMITATVR 5. Regula; Vt ſi Iudex, ordine ſeruato iuris, procedat, & teſtes iurare recuſent, vel reſpondere nolint, ſine alijs inditijs, publicè, & in ſecretis torqueri poſsint, Caualc. *de Brach. Reg. par. 3. n. 62. & ſeq.* vbi alios allegat, & ſequitur Guaz. *c. 1. n.* 18.

Teſtis nolens iurare, vel reſpondere torquetur.

20. LIMITATVR 6. Regula; Vt quãdo teſtes negant interfuiſse

facto,

Testis de mēdacio cōuictus torquetur.

facto, & de mendacio conuincuntur, torquendi sint, Clar. Baiar. Brun. Gomez. & Guaz. *c.3.nu.1.* Ang. Bart. Boss. Foller. & Farin. alios inducens, *q 79.n.20.* Et sufficit, quòd vnus conuincatur ab vno teste digniore, Bar. Brun. Foller. Marf. Farin. & alij *nu.21.* Baiar. Boss. Burs. & Guaz. cum alijs *n.2.* Et etiam sufficeret, quòd testis cōuinceretur per contestes de confessione extraiudiciali, Foller. & Farin. *n.22.* & subscribit Guaz. *n.3.* qui *n.4.* declarat hoc procedere, quando per alios testes veritas haberi non posset.

Item confitens interfuisse, & nihil vidisse.

21. LIMITATVR 7. Regula; In testibus, qui confitentur, facto interfuisse, & dicunt nihil vidisse, hi enim torqueri possunt, *l. vnus, §. testes, & ibi gl. ff. de quæst.* Clar. *q.25. vers. torquetur,* vbi Baiar. *n.29.* Brun. Foller. Scac. & Guaz. cum alijs, *defens.19.c.4.n.1.* Cæpol. & Farin. *q.79.n.17.* Nisi rationabilem allegent ignorantiæ causam, vt enim tales torqueri possint, certus esse debet Iudex, verisimiliter eos vidisse, Boss. Foller. & Guaz. *n.4.* vbi exemplificat, & Far. *n.19.*

Seu super purā negatiuam deponēs.

22. LIMITATVR 8. Regula; Vt testes deponētes super meram, & puram negatiuam, possint tanquam de falso suspecti torqueri Boss. & Farin. *q.65. n.212.* Secus est in negatiua coarctata loco, & tempore, Boss. Gram. Mont. & Farin. *n 213.*

Testis nō præcedētibus inditijs necessarijs

23. Animaduerte, quòd si testes, non præcedentibus inditijs, vacillationibus, vel alijs in propositis limitationibus notatis, torturæ subijciantur, eorum dicta, nec deponentibus, nec nominatis nocebunt, Bertaz. Bursat. Decian. & Guaz. *defen.19.c.1. nu.6. & 7.* citans alios, Bar. Mascar. Ruyn. & Farin. alios inducens *q.79.n.73.*

tortus eius dicta non nocent.

An testi torquendo, dādæ sint dēfēsiones, & copia inditiorū? vsque ad n.27.

24. LIMITATVR 9. Regula; Vt quando testes sunt torquendi, tortura inferatur, denegata eis defensione, & copia inditiorū, Bart. Brun. Boss. *in tit. de tortura test. n.29.* vbi ait, neminem, quem viderit contradicere, Clar. quem sequitur Far. *q.39.n.147.* Qui cum quibusdam declarationibus, quas hic subnectam, ait, hanc sine dubio esse magis communem, & practicatam opinionem, licèt controuersam, vt videre est apud Guaz. *defens.19.c.15.n.1.* & apud Farin. *q.39. à n.116. vsque ad n.150.*

25. Declaratur 1. limitatio 9. Vt procedat, dum testes conuincuntur de variatione, seu mendacio ex proprijs eorum dictis apertè in processu, per allegata in ipsa limitatione; Si verò de mendacio aliunde constaret, puta per testes; tunc si petantur, non videntur defensiones denegandæ, ad probandum testes falsos inimicos, vel aliàs inhabiles, seu quid simile, Personal. & Farin. *q.39.n.148.* Foller. & Guaz. *defens.19 c.15.n 2.*

26. Declaratur 2. limitatio 9. Vt non procedat, dum testes torquendi sunt, vt viles, infames, seu criminosi, talibus enim dandæ sunt defensiones, ad vidēdum de istis qualitatibus, Boss. iura citans, & Personal. Farin. addit hoc verum esse de iure, *q.39.n.149. & 150.* & sequitur Guaz. *n.6.* Nisi de talibus qualitatibus ex eorū propria confessio-

fessione, vel notoriè constaret in actis, Farin. *n.*150. & Guaz. citâs Scacc. *d. n.*6.

27. Declaratur 3. limitatio 9. Vt non procedat in illis, qui sunt testes quoad alios, & principales quoad se, qui non possunt torqueri sine defensionibus, Chart. Foller. & Farin. *n.*150. vbi ait, hoc verissimum, & à bonis Iudicibus practicatum, Baiar. & Guaz. *n.*4.

28. Diffusè de materia huius quæst. Farin. & Guaz. *locis in ea citatis.*

De his, quæ concomitanter, in inferendo testibus torturam, consideranda sunt. Quæstio 102.

1 VIDIMVS in præcedenti quæst. ea, quæ consideranda, sunt antecedenter ad testiũ torturam; in hac verò videnda erunt, ea, quæ concomitanter in actu torturæ sunt perpendenda; nempè modus testes interrogandi, moderamenque in ijs torquendis seruandum; Et duabus Regulis quæst. expediam.

Suggestiua est interrogatio in specie testi facta in tortura.

2. REGVLA 1. sit. In tortura testes nõ sunt in specie interrogandi, sed in genere contra delinquẽtem, *l.* 1 *§. qui quæstionem, ff. de quæst. vbi gl.* & Alber. & sequitur Personal. & Farin. *q.* 79. *n.* 78. aliàs esset suggestio, Ang. qui ait testes non esse interrogandos in specie, an Caius vulnerauerit Seium, sed in genere, quis fuerit ille, qui Seium vulnerauit? Gom. Scac. & Guaz. *defens.* 19. *c.* 11. *n.* 2.

Et respõsio nulla.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt respõsio, in tortura ad d. specialem suggestiuã interrogationem, sit nulla, vt latè docet Scac. *in tract. crim. lib.* 1. *ca.* 85. *n.* 7. & Guaz. *n.* 2.

Quid dũ cõtra Reum adsũt inditia?

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt licèt aliqui voluerint, quòd d. specialis interrogatio fieri nõ possit, quando nescitur in actis author delicti, sed bene, quando adsunt inditia contra aliquem, secundùm Bart. Brun. & Cassan. vt refert Guaz. *n.* 2. & sequitur Pers. & Far. *q.* 79. *n.* 79. Et horum opinio esset limitatio Regulæ; Tamen admonet Scac. & multùm placet Guaz. *ibidem*, quòd cautius erit, semper in genere testes interrogare, maximè quãdo esset dubium, an esset aperta via ad specialiter inquirendum. Sed hoc est certum, quod quamuis testes cõtra certam personam interrogari possent, non tamen poterunt interrogari in indiuiduo de modo, & & circumstantijs delicti; nempe: Non ne Titius percùssit hoc, vel isto modo? quia esset suggestio; Sed tantùm generaliter fieri debent interrogatoria; quo genere armorum, quomodo, quãdo, & in qua parte corporis? latè Curt. alios allegans, Brun. Cassan. & Guaz. *defens.* 19. *c.* 11. *n.* 4. *&* *c.* 12. *n.* 1. Bart. Cyril. & Farin. *n.* 80.

Numquã in indiuiduo de modo interrogandum.

Prohibita est palliata suggestio.

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt non solùm sit prohibita dicta suggestio expressa, sed etiam palliata, puta, dum non apparet in actis, de qua re testis fuerit interrogatus, quia in processu tantum legitur; Ad opportunas interrogationes, &c. Ambrosin. Chart. & Guaz. *defens.* 19. *c.* 12. *n.* 1. Vbi cum ijsdem DD. & alijs idem dicit de suggestione valde periculosa, à quã

monet abstinendum, nempè, dum facto interrogatorio, Iudex præuenit testes, indicando eis viam respondendi.

Prohibita est suggestio in processu priuilegiato.

6. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt procedat etiam in processu fabricato ex priuilegio, manu Regia, & ex abrupto, cum modus iste remoueat tantùm solemnia ordinis Iudiciarij, inter quæ non includitur suggestio Bursat. Chart. & Guaz. *n.* 2.

7. De materia non interrogandi per suggestionem, copiosè visum est supra *q.* 80. *& infra* videndum erit *q.* 105. *n.* 2. 3. *&* 4.

Moderata sit testis tortura.

8. REGVLA 2. sit. Tortura in testibus non debet esse nimis aspera, nec nimis leuis, sed moderata, Farin. *q.* 79. *n.* 81. Bald. Boss. Bursat. Cyril. & Villagut. quos sequitur Guaz. *defens.* 19. *c.* 13. *num.* 1. vbi ait, quòd ita omnes DD. exclamant.

Etiã Rei in alienũ caput.

9. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt ad propalandum socios criminis, & sic in caput alienum, moderata debeat esse tortura Rei, Ambrosin. Boss. Chart. Clar. Farin. & Guaz. *nu.* 3. vbi ait, quòd, ad summùm, in hoc casu, tortura solet esse per spatium mediæ horæ, citans Burg. qui alios allegat, & ait, quòd si tortura esset excessiua, dicerentur purgata inditia negotij principalis.

Aliàs purgarentur inditia.

Quid dũ datur ad maculam tollendã?

10. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt quando testes torquentur ad conualidandum eorum dicta, vel ad tollendam maculam, ac inhabilitatem, debeant moderatè torqueri, & in tortura detineri per aliquod notabile temporis spatium, nec sufficiat, quòd detineantur per spatium vnius Pater noster, ista enim non moderata, sed leuis est tortura, quæ non sufficit, Bursat. Io. Ant. de Nig. dicens, quòd aliàs, nec Reo noceret, & Guaz. *def.* 19. *c.* 13. *nu.* 2. Hippol. Rimin. pluribus hoc probans, & Farin. *q.* 179. *num.* 81. qui contra prædicta sic ait *num.* 82.

Vel dum verisimiliter informatus torquetur.

11. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt dum testes torquentur, tanquam verisimiliter informati ad veritatem delicti habendam, moderata tortura esse debeat, per quartam horæ partem, vel per horam mediam, iuxta facti, & personarum qualitatem, Farin. testans de obseruantia, *q.* 79. *n.* 82. & Guaz. *defens.* 19. *c.* 13. *n.* 2.

Modus torturæ arbitrio Iudicis remittitur, quod in benigniorem inclinare debet.

12. Sed cum circa torturæ modum, non possit dari certa, & determinata Regula, cum hoc depẽdeat ex grauitate, vel leuitate delicti, ex qualitate inditiorum grauium, vel leuium, an sint plena, vel non, plura, vel vnicum, ex qualitate personæ torquendæ, an sit robusta, fortis, an verò debilis, & delicata, an senex, vel iuuenis, sana, vel infirma, &c. vt not. Foller. & Far. *q.* 38. *n.* 33. vbi citãs Chart. & alios, ait, hoc communiter ab omnibus recipi, & practicari; Hæc considerãda arbitrio Iudicis remittuntur, *l. quæstionis modum, ff. de quæst.* vbi gl. Bar. & communiter omnes. At in hoc arbitrio, debet Iudex potius benignitate vti, quam atrocitate cum Reis, & multò magis cum testibus, Aym. Bertaz. Gom. & Farin. alios inducens, *q.* 38. *n.* 53. vbi cum Personal. tenet, quòd semper

Iu-

Iudex debeat inclinare in mitiorem partem.

13. De materia huius Regulæ 2. latè Guaz. *defens.19.cap.13.* Et faciunt quæ dicta sunt sup. de generibus, & gradibus torturæ, *q.99.*

De illis, quæ post torturam testium consideranda sunt.

Quæstio 103.

Post testium torturā considerētur quatuor.

1 QVATVOR post testium torturam præcipuè considerandà occurrunt; An ratificatio requiratur? Vtrum repetitio torturæ testiū licitè fiat? Quibus depositionibus standum sit, anterioribus, vel posterioribus, inflicta iam tortura? & tandem; Quid tortura operata sit in testibus? Ideo quatuor Regulis omnia dilucidanda erunt.

An necessaria sit ratificatio post testis torturam?

2. REGVLA 1. sit. Quando testes aliquid per torturam deposuerunt, ratificatio extra torturam necessaria est, aliàs contra alium nō probāt. Ang. Socin. & Bolli. *tit. de confess. per torturam, n.7.* Cyn. Symanc. qui testatur de veriori, & probabiliori, & Farin. *q.79.n.83.* dicens, quòd hæc opinio sibi verior, & tutior videtur, Bar. & Bai. *q.25.nu.4.* Gom. qui testis est de communi, Salyc. & Tindar. relati à Guaz. *defens.19 cap.14.nu.1.* vbi inducit quosdam contrarium tenentes; Et *n.2.* conatur opiniones conciliare; & ait; quod loquendo de tortura moderata, tutior est hæc Regula; Sed cum Burg. & Cabal. tenet in tortura leui, quæ tortura propriè dici non potest, vt est illa quæ infligitur per vnum (Credo) non requiri ratificationem, in hac enim, depositio non videtur extorta per cruciatum corporis. Et hinc potest inferri ad alias leues torturas, quæ in vsu sunt apud quosdam Regulares, vt Carceris, Compedum, Manicarum ferrearum, subtractionis cibi, ac potus, disciplinæ, seu virgarum percussionis. Vide *inf. q.106.n.11.*

Ad bancū iuris, non statim?

3. Quomodo autem ratificatio post torturam facienda sit ad bancum iuris, non statim, sed die sequenti, Vide *infra q.106.n.4. vsq. ad num.7.*

Semel testis torquetur.

4. REGVLA 2. sit. Testes regulariter non torquentur nisi semel, Campeg. & Baiar. ad Clar. *q.25.n.33.* Bursat. alios allegans, & testans de magis communi opinione, Burg. & Guaz. *defens.19. cap.13.n.7.*

Dum sufficienter est tortus

5. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt procedat, dum primo testes fuerunt sufficienter torti, secus verò quando inditia, pro quibus tortura fuit illata, plenè euacuata non fuerunt, Bursat. Campeg. & Baiar. *d. nu.33.* quòd euenit, quandò multùm vrgentia sunt inditia, Baiar. Burg. Bursat. qui testatur de communi, & Guaz. *d.n.7.* Vnde si Iudex posset ex inditijs torquere ad mediam horam, posset etiam istam mediam horam scindere, & prima vice leuiter per vnum (Credo) torquere, deinde repetere sufficienter vsque ad finem mediæ horæ, pro ijsdem inditijs, Clar. Foller. Marsil. qui testantur de communi, Bar. Chart. Menoch. & Farin. *quæst.38.n.83.* vbi cum alijs loquitur de tortura Rei, & ait,

& ait, hoc nullam habere difficultatem.

Aut si noua, & grauiora inditia superueniant.

6. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt testes torti, nouis, & grauioribus superuenientibus inditijs, iterum torqueri possint, Bursat. Campeg. & Baiar. *q.25.n.33.* & Guaz. *d.n.77.* Et faciunt, quæ de tortura Rei (diffusè citans) ait, Farin. *n.* *76.* Vbi, *n.77.* dicit, quòd noua, & grauiora superuenientia inditia, debent esse diuersi generis secundùm Clar. Menoch. & tot alios, *ibidem* citatos.

Sæpè varius, torquetur sæpè.

7. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt testes sæpius varij, sæpius etiam torqueantur, vt si dictum in tortura noluerint ratificare, Ang. Aret. Bar. Boss. & alij, quos sequitur Farin. *q.56.n.104.* Cæpol. Marsil. & Guaz. *defens. 19.c.13.n.6.* sed, ad summum, potest repeti tortura vsq; ad tertiam vicem, Far. *n.105.* *q.56.* & Guaz. *n.6.*

Quid in socio criminis torto?

8. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt si socius criminis nominet aliquem in tortura, debeat iterum torqueri ad faciem nominati, Clar. *q.45. vers. cæterum*, Cabal. Farin. Honded. & Guaz. *n.11.*

9. Plura de hac Regula 2. eiusq; limitationibus dicam infra, dum agam de repetitione torturæ Rei, *q.106.n. 14. vsq. 27.*

Extra torturā, primū testis dictū attenditur.

10. Antequam veniam ad Regulam 3. præmitto; quòd in depositionibus contrarijs testium extra torturam, primum dictum attenditur, cum secundum censeatur emanatum per subornationem, secundùm Clar. Decian. & alios, quos sequitur Guaz. *defen.19.c. 16.n.1.* Et nihilominus.

Quòd dictū testis attendatur, dicentis in tortura contra dictū extra torturā, vsq; ad n.18.

11. REGVLA 3. sit. Quando testes in tortura dicunt cōtrarium eius, quòd dixerant extra torturam, attenditur secundum dictum in tortura emanatum, Abb. Aret. & Fely. *in c. cum in tua, de testibus*, Bar. Rom. & Farin. *q. 66. n. 165.* Clar. Mars. & Menoc. cum Guaz. alios inducens *n.2.* Et hoc siue incontinenti, siue ex interuallo, Boss. Clar. Conrad. Menoch. & plures alij, ex quibus Far. *n.166.* ait, hanc Regulam sine dubio magis communiter esse approbatam, sicut de magis communi testatur etiam Guaz. *nu.6* (qui tamen *nu.4. & 5.* quosdam contrarium tenentes citat) Dummodo testes, post primā depositionem, loquuti non fuerint cum parte; tunc enim attenderetur depositio prima, Ang. Boss. Cæphal. & Gabr. relati à Farin. *n.171.* licèt aliqui contra, inducti, *n.170.* Et dummodo debitè fuerint torti *n.179. & 180.*

Quod dictū, attendatur testis pluries tortus.

12. AMPLIATVR Regula 3. Vt si testes pluries fuerint torti, sēper attendatur vltimum dictum in tortura, Cæpol. Marsil. Vulpel. & Farin. *q. 66.n.172.* Dummodo vltima tortura fuerit grauior. Decia. & Farin. *n.174.* & Guaz. *defen.19.* *c.16.n.8.*

13. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt quando primum dictum extra torturam, ex aliqua rationabili causa, Iudici magis verisimile videtur, illud attendatur, non autem secundum cum tortura, Ang. Soc. & Boss. *tit. de oppos. cont. testes n. 1.* Dec. Decian. & Farin. concordantes inducens, & testans de communi, *n.178.* Menoch. Bursat. Caualc. Guaz.

Guaz. & alij *num.* 10.

14. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt procedat, quando quis simpliciter torquetur, vt testis quoad alium, secus autem, dum torquetur, vt principalis quoad se, & testis quoad alios, tunc enim potius attenditur primum dictum extra torturam, quam secundum in tortura, Aret. Bar. Dec. & Boss. *tit. de oppos. cont. testes n.* 1. *vers. est etiam considerandum*, Alciat. qui testatur de vera, & communi opinione Menoch. & Farin. *q* 66. *n.* 181. citans alios, & testans de communi, & *n.* 183. ait, quod licèt alij contradicant, in iudicando, & consulendo ab hac limitatione ipse nunquã recederet.

Quid, dũ testis torquetur, vt principalis quoad se & c.

15. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt in criminalibus secundum dictum in tortura debilitetur à primo dicto, ita vt nõ sufficiat ad torturam, sed ad inquirendum, Clar. qui de communi, Far. *q.* 66. *n.* 186. & Guaz. *defen.* 19. *cap.* 16. *n.* 16. & dum testis vltra variationem alios patitur defectus, cum tortura non purget plures defectus, secundum dictum in nunè attendetur, Aym. Gabr. & Farin. *nu.* 188. Bursat. & Guaz cum alijs *n.* 18. sicut nec dum testis est inimicus, quia tortura nõ purgat defectum inimicitiæ, Burs. Crauet. Gabr. & Guaz. *n.* 21.

Debilitatur secundum dictũ à primo.

16. LIMITATVR 4. Regula 3. Vt dictũ n secundum in tortura in criminalibus non attendatur, sed primum, si ex secundo periurium committatur, cum criminalibus vitium periurij per torturam non expurgetur, secundùm Bart. Dec. Menoch. Fab. Turret. qui alios allegans, testatur de communi, & plures concordãtes inducit, Guaz. *defens.* 19. *c.* 16. *nu.* 19. Sed vt notat Far. *q* 66. *n.* 190. hæc limitatio destruit propositam Regulam, quæ secundùm communem DD. intelligitur etiam, quando primum dictum fuit iudiciale, & sic cum iuramento, & consequenter, quando ex variatione testis efficitur periurus, vnde in hoc puncto, ait Farin. esse cogitandum. Et Guaz. *d. n.* 19. conatur saluare hanc limitationẽ; vt tortura, ex consuetudine, expurget periurium, vt testi credatur ad torturam contra nominatum, citans Clar. & Farin. testantes de hac cõsuetudine; licèt verò ei non totaliter credatur, nec plenum inditium ad torturam faciat, secundùm Bal. & plures alios, quos Guaz. sequitur, *ibidem*.

Quid dũ ex secundo dicto resultat periuriũ, quod, an purgetur per torturam.

17. LIMITATVR 5. Regula 3. Vt procedat, dum testis patitur defectus infamiæ, variationis, vel similes, cum primum dictum talis testis, sine tortura nihil valeat, Aret. Alciat. Vulpel. & Farin. *q.* 66. *nu.* 179. Secus in teste non habente defectum, qui cum indebitè torqueatur, non attenditur eius secundum dictum in tortura indebita, sed primum sine tortura, Alciat. Clar. & Far. *n* 180.

Quid in teste debitè, vel indebitè torto?

18. LIMITATVR 6. Regula 3. Vt non procedat, quando primum dictum sine tortura esset pluries geminatum, & confirmatum, hoc enim attenderetur, non secundùm in tortura, Bursat. Caualc. Decian. Menoch. & Guaz. alios inducens *defen.* 19. *c.* 16. *n.* 22.

Seu in primo geminato dicto.

19. REGVLA 4. sit. Tortus persi-

Tortus persistens in dicto censetur dixisse puram veritatem.

persistens in aliqua depositione, censetur dixisse puram veritatem, Farin. *cons.* 25. *n.* 45. vbi citat DD. dicentes, ita obseruari ab omnibus in Italia, hancque opinionem veram esse, Alber. Clar. Decian. & Guaz. citans concordantes alios *defen.* 19. *c.* 18. *n.* 1. Vbi ait, præcipuè hanc opinionem veram esse in testium tortura, quæ hunc effectum operatur, cum Sim. de Pretons.

Quamuis esset testis inhabilis, qui tortura expurgatur.

20. AMPLIATVR Regula 4. Vt locum habeat etiam in teste inhabili, cum quo tortura operatur, vt efficiatur habilis, & à defectu expurgetur, Alex. Clar. Decian. Honded. Farin. Marf. Villagut. & Guaz. *c.* 18. *n.* 2. Quid in socio criminis *inf. q.* 106. *n.* 28.

Vnũ defectũ expurgat tortura.

21. LIMITATVR 1. Ampliatio; Vt tortura vnum defectum in teste expurget, non plures, Bursat. Crauet. Far. Menoch. & alij, quos sequitur Guaz. *c.* 18. *n.* 7. qui ampliat etiam in criminibus exceptis, & vbi veritas aliter haberi non potest.

Non tamẽ defectum inimicitiæ.

22. LIMITATVR 2. Ampliatio; Vt tortura non expurget vitium inimicitiæ, Baiar. Bertaz. Boss. & Masc. quos sequitur Guaz. *c.* 18. *n.* 8. De vitio autem periurij, dic, *vt hic sup. n.* 16.

Regula non procedit in tortura, indebitè, vel non sufficienter illata.

23. LIMITATVR modo Regula 4. Vt non procedat, dum tortura legitimè illata non est, quia non præcesserunt inditia, vt dictum est sup. *q.* 101. *n.* 23. & notat Guaz. *n.* 6. Vel dum tortura non fuit sufficiens, vt data quasi per iocum, per vnum Pater noster, Baiar. Brun. Decian. & Guaz. *c.* 18. *n.* 5.

24. Hæc sufficiant de tortura testium, de qua diffusè Guaz. *defens.* 19. *per totam*, & Far. *locis in hac secunda sectione citatis*, nec non Boss. *in tit. de tortura testium*.

DE REI TORTVRA.

SECTIO TERTIA.

De his, quæ concernunt præcedentia ad Rei torturam.
Quæstio 104.

1 PLVRIMA legitimam Rei torturã præcedere debent, relata à Guaz. *defen.* 30. *cap.* 4. *in princ.* ex Cabal. cum quibus magis substantialia, & principalia in hac q. ad duas redigam Regulas, vnam negatiuam, alteram affirmatiuam, cum suis declarationibus.

Reus sigulariter legitimis inditijs non potest torqueri.

2. REGVLA 1. sit. Nisi legitima præcedant inditia, Iudex regulariter torturam Reo inferre non potest, vt est *tex. in l.* 1. *ff de quæst. c. cum in contemplatione*, & ibi gl. *de reg. iur.* & per ista iura, sic tenuerunt, Bal. Bertaz. Boss. Chartar. Clar. Mascar. Rolan. qui testatur de magis communi, & Farin. alia iura, & DD. citans, *q.* 37. *n.* 1.

Marf.

Marſ. Menoch. Tuſch. & Guaz. alios inducens, *defenſ. 30. c. 4. n. 3.*

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Quòd ad hoc, vt inditia legitima ſint, & ad torturam ſufficientia, eſſe debent veriſimilia, grauia, vrgentia, certa, & luce meridiana clariora, & talia, vt Iudex ſit quaſi certus de delinquente, cuius ſola confeſſio deeſſe videatur, *l. prima verſ. vt ſola confeſſio, ff. de quæſt.* & per hanc legem, & concordantes quæ citantur à Farin. *nu. 3.* ita tenuerunt DD. ad ſaturitatem relati, *ibidem*, præſertim Bal. Blanch. Brun. Bertaz. Chartar. & Menoc. quibus adde Guaz. *n. 3.* alios concordantes inducens.

Qualia eſſe debeãt talia inditia.

4. Declaro hanc Ampliationem; Vt non requirantur probationes claræ, ſed inditia clara ad perſuadendum, licèt non ad probandum plenè, non quæ reddant certum, ſed quaſi certum Iudicem; idest non ſint dubia, quæ multipliciter interpretari poſſint, ſed concludentia, Bal. Boſſ. & Far. *q. 37. n. 5. & 6.* vbi alios citans, teſtatur de communi.

5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt inditia remota ad torquendum debeant plenè, & concludentèr probari per duos teſtes, gl. Ang. Bar. Bal. Caſtr. Salyc. & alij communiter, *in l. fin. C. famil. erciſc.* Burſat. Boſſ. Gom. Menoch. qui de communi, cum alijs ad ſaturitatem cumulatis à Farin. *n. 13. vſque 17.* Et Clar. plurimos etiam citans concordantes *q. 22. in prin.* ait cum Io. de Amicis, hanc Ampliationem indubitatam eſſe in iure, & ideo contradictorem non habere.

Inditia remota per duos teſtes probãda sũt.

6. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt duo teſtes ad probanda inditia remota ad torturam ſufficientia, debeant eſſe omni exceptione maiores, Clar. *§. fin. q. 64. verſ. dixi,* Bertaz. Boſſ. Gomez. Maſcar. Menoc. & de communi teſtantur Bonacoſ. Burſat. & Farin, *q. 18. nu. 28.* vbi ait, hanc opinionem veriorem, & probabiliorem; licèt hic punctus ſit controuerſus, & cõtra Ampliationem tenentes, inducit Far. *n. 20.*

Teſtes ſint maiores omni exceptione.

7. SVBAMPLIATVR Ampliatio 3. Vt procedat etiam in atrociſsimis, quamuis enim ad principale crimen probandum teſtes inhabiles in his admittantur, non tamen debent admitti ad probandas circunſtantias, & adminicula delicti, *c. per tuas il 1. de Simon.* Bar. Bal. Dec. Paris, & Far. *n. 30. 31. & 32.* qui *n. 19.* ad hoc inducit Riminal.

8. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt ad probanda inditia remota ad torturam teſtes debeant eſſe conteſtes, nec ſufficiant ſingulares, vt probatur *ſup. q 62. n. 4.* niſi ſingulares ad vnum finem tenderent, cum notatis *ibidem, n. 8. & 9.* Quo caſu teſtes etiam ſingulares ſufficere ad torturam, tenuit etiam Guaz. *defen. 30. c. 32. verſ. alij autem*; licèt, hoc caſu circumſcripto, regularitèr, plura inditia non perfectè probata in ſua ſpecie, non cumulentur, ad faciendum perfectum inditium ad torturam, Clar. Dec. Gram. & Guaz. alios inducens, *in d. c. 32. in princ.* Quod precipue procedit in inditijs valde remotis à delicto, Guaz. *ibidem*, citans

Et conteſtes.

tans

tans Boss. Honded. & Pet. de Sur. qui alios allegat.

Quid in inditio proximo?

9. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt inditium etiam proximum non sufficiat ad torturam, nisi per duos testes sit probatum, vt ostendi *in d. q.62. n.5.* cum declaratione, *ibidem, n.6.*

Vnum inditium remotũ ad torturam non sufficit.

10. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt quando inditia sunt generalia, & remota debeant esse plura, nec vnum sufficiat ad torturam, Bar. *in l. fin. ff. de quæst.* quem communiter sequuntur DD. præsertim Aret. Blanc. Boss. Conrad. & Guaz. alios inducens *defen.30. c.4. n.12.* Carer. qui ex Natta testatur de cõmuni omnium DD. in vtroq; iure, Ang. Menoch. Villal. & Farin. plures alios citans *q.37. n.43.*

Nisi cum adminiculis.

11. LIMITATVR 1. Ampliatio 6. Vt vnicum inditium remotũ sufficiat ad torturam, dum cum eo aliqua alia adminicula concurrunt, aliàs secus, Bonacos. Carer. Mascar. Farin. & alij *n.45.* vbi ita declarat doctrinam Clari, quæ videtur contraria, & sequitur Guaz. *d. n.12. vers. licèt.*

Vel si esset inditiũ valde inferens delictum.

12. LIMITATVR 2. Ampliatio 6. In vnico inditio remoto, valde inferente delictum, quod sufficit ad torturam, licèt delictum nõ immediatè tangat, secundũ Gram. Ias. Io. Andr. & Clar. *q.64. vers. sed quæro,* vbi testatur de communi obseruantia, Ang. Mars. qui exemplificat de confessione extraiudiciali, & de re furata penes aliquem reperta, & vt notat Far. *q.37. n.47.* verum dicit, quia de confessione extraiudiciali, est gl. *in l. capite, ff. de adulter.* quam communiter DD. sequuntur, inter quos est Boss. Dec. Menoch. & alij, *ibidem* à Far. relati: De dicta autem re furata, &c. *est tex. in l. ciuile est,* vbi notat omnes, *C. de furt. & per hunc text.* vt not. Gom. sic communiter tenent DD. quos sequitur Far. *n.48.* Ad totam doctrinam huius limitationis subscribit Guaz. *defen. 30. cap. 4. n.12. in fine;* Vbi exemplificat in eo, qui in rixa fuit visus admenare, licèt non percutere, si enim finita rixa reperiatur aduersarius vulneratus, ob istud solum inditium, torqueri potest admenans, ita etiam Ang. Carer. & Farin. alios inducens, & testans de communi, *n. 50.*

13. AMPLIATVR 7. Regula 1. Vt Iudex habens amplum arbitrium, non possit Reum sine inditijs torquere, Foller. Mars. & Far. alios citans *q 37. n.71. & seq.* Nec Princeps possit hoc mandare, nec Iudex mandanti obedire, aliàs teneretur in Syndicatu; In atrocioribus enim, vt est tortura, Iudex sic obediens non excusatur, saltem à pœna extraordinaria, Clar. Couar. Ias. Menoch. & Farin. qui de communi, *n.78.* qui latè discutit totam hanc Ampliationem, *à n.71. vsque 78.*

Sine inditijs, nec Iudex habens amplũ arbitriũ, nec de mãdato Principis torquere potest.

14. AMPLIATVR 8. Regula 1. Vt procedat in criminibus quàtuncunque exceptis, & atrocissimis, etiam lesæ Maiestatis, vt solidè, & abundè probat Farin. *q. 37. n 79. vsque 95.* In talibus enim criminibus legitima etiam requiruntur inditia ad torturam; Quibus positis, grauior est tortura, quam in alijs delictis nõ atrocibus, adhiben-

Neq; in exceptis.

benda, Brun. Carer. & Far. *n.* 89.

Nec leuiter nec facto, nec verbis terrere.

15. AMPLIATVR 9. Regula 1. Vt sine legitimis inditijs præcedentibus, nec leuiter Reus torqueri possit, nec facto, nec verbis, Farin. plures inducens, *q.* 37. *nu.* 96. & 97.

Distingue in hac controuersa materia.

16. *Sed quia controuersa est hæc* Ampliatio, vt *ibidem* subdit Farin. declaranda videtur sic; Vt verbalis territio sine inditijs sit cauenda cum personis timidis, & vilibus, in quibus minæ de torquendo tantùm possunt, quantùm in persona virili tortura, vt not. Carer. Marsil. & Farin. *q.* 37. *n.* 103. Circa verò territionem factis, dic; Quòd quando Iudex non habet in processu indicia ad torquendum plena, & sufficientia, sed aliqua leuiora, possit iuxta horum qualitatem, eius arbitrio, Reum terrere, mandando ipsum duci ad locum torturæ, vel ibi spoliari, & ligari; & quandoque etiam leuiter torqueri, & per modicum spatium in tortura detinere, pro qualitate inditiorum, ita Ghirlan. Conrad. Foller. & Farin. *num.* 105.

Cōfessio in tortura sine inditijs etiam ratificata, est nulla.

17. AMPLIATVR 10. Regula 1. Vt in tortura emanata confessio, non legitimis præcedentibus inditijs, nulla prorsus sit, etiam si millies sponte ratificetur, *gl. in l. penul. ff. de quæst.* quam sequuti sunt ibi Bar. & communiter DD. teste Foll. qui alios refert, Marf. concordantes cumulans, & Farin. *q.* 37. *n.* 110. quòd procedit etiam in confessione verificata ex nouis superuenientibus inditijs, Gabr. Sarayn. qui cum Farin. *ibidem* testatur de communi, Alber. & Clar. *q.* 64. *vers. dixi quoque.* Totam hanc Ampliationem tenet, & diffusè, & solidè cumulatis citationibus DD. probat Guaz. *defens.* 30. *c.* 38. *per totum.*

Etiam in delictis difficilis probatio. nis, exemplificatur

18. AMPLIATVR 11. Regula 1. Vt procedat etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, prout sunt proditiones, & tractatus, qui secretè fiunt, delicta de nocte, seu aliàs clam commissa, furtum, falsum, adulterium, simonia, nefandum, venenum, & similia, in quibus inditia requiruntur ad torturam, licèt leuiora, quam in alijs delictis; & hæc leuiora ob probationis difficultatem, reputantur legitima, & sufficientia secundùm Cason. Carer. Personal. & Farin. *q.* 37. *n.* 153. vbi de magis communi; Et ad probandum, quòd in hoc casu leuiora sufficiant inditia, inducit idem Farin. *n.* 150. ad saturitatem DD. & de communi testatur.

Adminicula non sufficiunt ad torturam.

19. AMPLIATVR 12. Regula 1. Vt adminicula sine inditijs non sufficiant ad torturam, cum non probent, sed tantùm imperfectam probationem adiuuent, Bal. qui loquitur etiam in adminiculis vehementibus, Boer. Farin. Marsil. Menoch. Et in terminis, quod ex solis adminiculis non debeat inferri tortura Caualc. & hos sequitur, alios inducens Guaz. *defens.* 30. *cap.* 27. *n.* 1.

Conscientia cuiuscunq; Iudicis non sufficit ad torturam

20. AMPLIATVR 13. Regula 1. Vt conscientia Iudicis, qui vidit Reum committentem delictum, non sufficiat ad torquendum sine inditijs Reum, Boss. Clar. Marsil. Specul. & Guaz. *c.* 29. *n.* 1. Quamuis

uis Iudex esset optimè opinionis, & haberet arbitrium, Boss. Caualc. & Guaz. *ibidem*, vbi ait (reddendo rationem, & abundè citans): secundùm acta enim Iudex iudicare tenetur.

Custos rei furatæ, caupo &c. an sine inditijs torqueatur?

21. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt, sine alijs inditijs, possit torqueri custos bonorum, furto subtractorum, ad indicandum fures. Item hospes, caupo, seu eorum familiares, & domestici, Farin. *q.* 37. cum citatis abundè ab eo *n.* 156. *vsque* 159. Si sint viles personæ, secus si honestæ, & bonæ famæ, Far. alios inducens, *n.* 160.

Item fur insignis confessus de vno, an possit de alijs furtis interrogari & torqueri?

22. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt fur insignis, & diffamatus, qui confessus fuit vnum furtum, possit sine alijs inditijs torqueri, ad habenda alia furta, secus in fure ordinario, Bertaz. Brun. Masc. Menoch. & Farin. *q.* 37. *num.* 167. & 171. diffamatio enim in insigni fure, inditiorum loco sufficit, Idem *nu.* 172. sed tortura debet esse moderata, *n.* 173. & *seq.* Et sequuta confessione, hæc non ad condemnandum, sed ad nouum processum inchoandum sufficiet, Foll. Mars. Montic. & Far. *n.* 166.

An Reus possit torqueri, qui nō respōdet præcisè, vel se refert ad id, quod scriptum est, vel respondet per verba dubia, vel per verbum credo? vsq; ad n. 26.

23. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt dum constat de corpore delicti, & adsunt inditia ad Reum interrogandum, licèt non ad torquendum, si Reus Iudici interroganti non respondeat, vel non præcisè, absque alijs inditijs, possit Reus torqueri, non ad habendam confessionem super delicto, sed vt respondeat, & præcisè, affirmatiuè, vel negatiuè, Bal. Boss. Brun. Maran. Menoch. Foller. Mascar. & de communi praxi testantur Ioseph Ludou. & Farin. *q.* 37. *n.* 176. & 177. vbi citatur Blanch. asserens meritò, posse torqueri illos rusticos, nolentes Iudici respondere, nisi, quod se referunt ad id, quod scriptum est. Huic limitationi subscribit Clar. *q.* 45. *vers. sed pone*, & testatur de bona praxi, seruata etiam, quando Reus non vult respondere, nisi per verba dubia, puta non scio, vel non recordor, in his, de quibus verisimiliter recordatur; Et idem tenet Chart. *in Praxi inter. Reorum lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 17. de responsione per verbum (Credo) in his, quæ sensu corporis percipiuntur, & inducit plures DD.

Quid si in hac tortura delictū fateatur?

24. AMPLIATVR 1. limitatio 3. Vt si in hac tortura Reus fateatur delictum, ex hac confessione condemnari possit, Gabr. Saray. Foller. & Farinac. *quæstion.* 37. *num.* 178.

An concedatur Reo dilatio ad respondendum?

25. AMPLIATVR 2. limitatio 3. Vt dum Reus dilationem petit ad respondendum affirmatiuè, vel negatiuè, non sit audiendus, sed torquendus, Bal. Castren. Clar. & Farin. *q.* 37. *n.* 179. vbi testatur de communi, & practicata opinione; licet Reo respondenti, sed non absolutè, puta dicendo (Non recordor) debeat, petenti, dari terminus ad recogitandum, Farin. *n.* 180. Intellige Ampliationem, dum Reus de delicto, vel de circunstantijs substantialibus interrogatur, & ita obseruari testatur Clar. & tenuit Farin. *nu.* 182. At dum Reus nullatenus vult respondere, potest cogi per torturam, quam-

quamuis intertogatorium contineat aliquid non substantiale, ratione contemptus Iudicis, Foller. Saray. & Farin. *ibidem*.

26. SVBLIMITATVR limitatio 3. Vt in casibus in ea propositis, tortura moderata esse debeat, vt per quartam horæ partem, Vulpell. & Farin. *q. 37. n.* 187. Et dum Reus non haberet iustam causam non respondendi, secus iusta causa stante, vt si Reus esset infirmus, vel si debitè Iudicem suspectum allegasset, Bertaz. Blanch. Foller. & Farin. *num.* 188. *& sequenti*; Et in delictis atrocibus; in leuibus enim, in quibus pro habenda veritate in principali delicto, tortura non infertur, nec in casu limitationis erit inferenda; Sed facta monitione, vt respondeat, sub pœna confessorum criminum, non respondendo, Reus habeatur pro confesso, secundùm Claud. Battand. Foller. & Farin. *num.* 191.

Quid in leuibus?

27. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt Iudicis arbitrio remittatur iudicare, quæ inditia legitima, & sufficientia sint ad torturam, Bar. qui de communi, *in l. fin. ff. de quæst.* Mascar. qui ex Brun. ait, hoc omnes DD. tenere, Ang. Bal. Clar. & Farin. alios inducens *q. 37. num.* 192. Sed Iudicis arbitrium à iure, & ab æquitate regulari debet, Foller. Marsil. Menoch. & Farin. alios cumulans, & testans de communi, *n.* 193. Ita enim in omni negotio generaliter arbitrium suum Iudex regulare debet; Cum in maleficijs arbitrium concedatur, ita vt seruetur ius commune, nisi quoad modum procedendi, & circa aliqua leuia, Alber. qui de cõmuni, quem sequitur Clar. *q.* 31. *vers. arbitrio*, & subscribit Farin. *nu.* 194. Et in dubio debet Iudex, iuxta æquitatem, in mitiorem inclinare partem, & vt bonus vir legem seruare, Farin. alios citans, *n.* 195. *vsq;* 198. Et in comprobationem, copiosè DD. inducit Guaz. *defen.* 30. *c.* 4. *n.* 4.

Arbitratur Iudex de sufficiẽtia inditiorum ad torturam.

28. REGVLA 2. sit. Legitimis præcedentibus inditijs, Reus regulariter torqueri potest, Foller. Menoch. plures inducens, & Farin. *q.* 38 *nu.* 1. vbi ait, quod ita sentiunt vbique, & passim omnes Criminalistæ, & probat *tex. in l. cum cognitionabiliter, & in l. miles, §. oportet, C. de quæst. & in l.* 1. *ff. eodem*.

Cum legitimis inditijs Reus torqueri potest.

29. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt præcedentibus inditijs tortura non inferatur, dum non constat de corpore delicti, *l.* 1. *§. item illud, ff. ad Sillan.* & in his terminis, tex. expressè loquitur, licèt à DD. generaliter inducatur; quod ante omnia Iudici constare debet de corpore delicti, vt obseruat Farin. *q.* 2. *n.* 3. & *q.* 38. *n.* 2. plurimos concordantes inducendo; De his actum est *supra* latè cum Ampliationibus, & limitationibus, *quæst.* 12. *per totam*.

Dum non constat de corpore delicti.

30. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt tortura existentibus etiam inditijs Reo non inferatur, nisi prius ipse audiatur in suis defensionibus, cum assignatione termini, copiæ processus, &c. præsertim si petantur, de quibus vide *supra, q.* 90. *n.* 14. *vsq. in fin.* & tenuerunt Baiar. Clar. & Guaz. *defens.* 30. *cap.* 4. *n.* 27.

Datis defensionibus, &c.

 31. Sed

Quid si inditia euacuentur? 31. Et nota, quod dum inditia in defensionibus per alia inditia innocentiæ sunt euacuata, Reus torqueri non potest, Guaz. *defens.* 30. *cap.* 4. *nu.* 33. etiam quòd vtraque inditia paria sint, Bart. Brun. Foller. Mascard. Menoch. & Farin. alios inducens *q.* 38. *num.* 112. Ampliat Aym. etiam dum inditia pro innocentia Rei essent in aliquo inferiora, & sequitur Farin. *ibidem,* vbi ait, DD. in proposito concludere communiter, quòd si inditia contra Reum, & pro Reo sint paria, & etiam dum illa pro Reo sunt aliquantulum leuiora, & debiliora, non potest ad torturam deueniri; sed tunc, quando inditia contra Reum sunt admodum grauiora, & vrgentiora, ad torturam deuenitur.

Côuictus torquendus non est. 32. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt dum contra Reum non modo adsunt inditia, sed etiam conuincentes probationes, ad torturam non deueniatur; fatuusque esset Iudex, qui conuictum torqueret, Clar. qui de communi, Aym. & Marsil. qui testantur de magis cômuni, Ang. ad eum & Aug. Boer. Chart. Conrad. & Farin. *q.* 40. *n.* 4. Qui *n.* 5. ait, omnes ferè citatos DD. dicere, torquentem conuictum teneri in syndicatu; Tortura enim remedium subsidiarum est, vbi veritas aliter haberi non potest, secundùm communem, de qua Farin. *n.* 3. ad saturitatem citans, & *q.* 38. *n.* 4. Totæ huic limitationi subscribit Guaz. *defens.* 30. *c.* 4. *n.* 1. plurimos concordantes inducens.

33. Sed hic oritur dubium, Dato quòd Iudex côuictum torqueat; Si tortus delictum neget, an inditia, & etiam probationes dicantur purgatæ? Et vtique secundum communem obseruantiam, de qua testatur Alber. & de magis communi Ferrat. inditia, & probationes purgatæ censentur, & pro hac opinione citantur a Farin. *q.* 40. *nu.* 6. Bertaz. Boss. Clar. & quamplures alij, & ibi testatur de communi, sicut *n.* 8. de magis communi; Et horum sententia intelligenda est, quòd tortura purget inditia indubitata, & plenas probationes, quoad pœnam ordinariam, non autem quoad extraordinariam, Boss. Carer. Chart. & alij relati a Farin. *nu.* 11. Contra quam insurgunt Couar. Affl c. Foller. Gomez. & alij inducti a Farin. *num.* 7. dicentes tortum conuictum posse plecti, ac si tortus non fuisset. Côuictus tortus si neget, an sit puniêdus?

Resolutio. 34. Ego, cum Farin. *q.* 40. *n.* 13. & *seq.*, ita hanc côtrouersiam concluderem. Si Reus tortus, persistens in negatione, si plenè conuictus, e. g. de crimine capitali, poterit condemnari in pœnam extraordinariam, etiam corporalem, vt triremium, secundùm communem, & practicatam opinionem, vt testatur Farin. *d. nu.* 13. Si vero sint contra Reum inditia tantùm vrgentia, & indubitata, nec non præsumptiones indubitatæ, ac violentæ; Si Iudex in hoc casu torqueat Reum, dum hic persistit in negatione, si tortura illata fuerit iuxta qualitatem inditiorum, non erit locus pœnæ corporali, sed exilio, in crimine capitali; & ita

& ita practicari Romæ, & ab hac resolutione non esse recedendum in consulendo, & iudicando ait Farin. *n.* 13 & 15. citans Boss. Cæpol. Gram. Personal. & Vulpel. benè hanc sententiam iuribus, & rationibus probantes.

35. Non prætermittam; Torturam nullo modo Reum purgare, quando nō infertur super delicto, de quo quis est confessus, vel conuictus, sed? in casibus de iure permissis, de quibus Farin. *q.* 40. *n.* 26.) ad habenda alia delicta, vel ad habendas qualitates delicti aggrauantes, seu socios, complices, mandantes, seu alios participes; & cum protestatione; (Sine præiudicio confessorum, & conuictorum,) Quo casu licèt in tortura neget Reus; pro delicto pœna ordinaria puniri potest, Boss. & Clar. qui testatur de cōmuni obseruantia, Boer. Chart. Foller. & Farin. alios citans, *n.* 19. quem vide etiā *n.* 16. *cum seq.* Dummodo protestatio non sit contraria facta, & interrogatoria non fiant de cōuictis, seu confessis, alias probationes purgarentur, Boss. Chart. & Farin. alios inducens, & testans de communi *n.* 20. Et dummodo tortura sit moderata, ita vt in grauissimis, nō excedat mediam horam, Clar. Chart. & Farin. *n.* 27.

Quid de tortura data non super delicto, sed ad alium finem?

36. Quid autem sit practicandum, dum Reus non est conuictus, sed grauibus inditijs præssus, an scilicet torquendus sit, vel extraordinariè condemnandus, dictum est *sup. q.* 71. *n.* 9. & 10. & *q.* 86. *n.* 9. & 10. & agit Guaz. *defens.* 30. *c.* 41. vbi præsertim *n.* 2. ait cum Gom. Bal. Brun. Caualcan. Caball. & Farin. *q.* 41. *n.* 92. quòd quando indicia non sunt liquida, nec à lege approbata, in casu, in quo ad pœnam extraordinariam deueniatur, pœna erit pecuniaria, vel exilij in grauissimis, & attrocissimis delictis. At dum inditia non pertingunt ad semiplenam, absoluendus est Reus, Fachin. & Guaz. *ibidem*.

Inditiatus an sit torquendus, vel puniendus?

37. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt stantibus inditijs sufficientibus, antequam ad torturam deueniatur Reus, iste interrogetur, & respōdeat super delicto, vt sic ponatur in numero Reorum, Bar. Bald. Blanc. Marsil. & Guaz. *defens.* 30. *c.* 4. *n.* 14. vbi concordantes.

Ante torturam, constituendus est Reus.

38. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt vltra inditia, ante torturam, decretū præcedere debeat de torquendo, Gomez. Fusc. & Guaz. *n.* 15. Bart. Brun. Marsil. Montic. Personal. qui alios inducit, & Farin. *q.* 38. *n.* 7. Vbi ait, quòd non modo omnes DD. ita tenent, sed etiam quòd criminalistæ omnes ita seruant, & citat Chartar.

Et decretum de torquendo præmittendū.

39. Quædam obseruanda sunt circa d. torturæ decretum; Vnde not. 1. quòd Iudex in decreto torturæ debet Reo repræsentare, & congerere omnia inditia releuantia contra ipsum in actis existentia, iuxta praxim eruditorum Iudicum, Ambrosin. Farin. & Guaz. *defens.* 30. *n.* 5 *c.* 36. vt in formulis, de quibus *infra in par.* 2. *Praxi* 4. *n.* 107. *vsque ad n.* 110.

Notanda circa decretum torturæ vsque ad n. 42.

40. Not. 2. interponendum esse decretum de Reo torquendo super omnibus inditijs contra ipsum

Super omnibus inditij Reus est torquendus.

resulsantibus, super quibus est torquendus, non autem pro quolibet inditio, aliàs posset dari casus, quòd Reus per decem, & vltra vices torqueri posset, & tamen certo certius est, Reum, quibuscumque grauissimis inditijs grauatum, non posse vltra tres vices torqueri, Castren. Gram. Marsil. & alij, quos sequitur Guaz. *defens.* 30. *c.* 25. vbi testatur, quod tam de iure, quam de consuetudine obseruatur, vt super omnibus cumulatis inditijs resultantibus ex processu Reus torqueatur, & non super aliquibus solummodo, Baiar. Cuman. Io. Ant. de Nigr. Nouel. & Guaz. *ibidem*, vbi cum Baiar. tenet, quod quamuis Iudex protestaretur, torturam adhibere pro vnico inditio, adhuc Reus diceretur tortus super omnibus ex processu resultantibus.

An appellatio detur à decreto tortura?

41. Not. 3. Appellationem dari à d. decreto de Reo torquendo *l.* 2. *C. de appell. recip.* vbi Bart. Bald. Ang. Alber. & communiter alij, Brun. Gomez, Mars. & Far. *q.* 38. *n.* 10. Et cum agatur de damno irreparabili, interposita d. appellatione, nihil est innouandum, Ang. Bald. Brun. Foller. & Farin. *n.* 12. Immo de iure, nec etiam pendente termino 10. dierum ad appellandum, aliquid est innouandum, sed de cõsuetudine hoc certissimè non seruari, ait Farin. *n.* 14 Et confessio extorta pendente appellatione à decreto torturæ, esset ipso iure nulla, Ang. & ad eum Aug. Bal. Brun. Cotta, Lancel. & Farin. cum alijs *n.* 17. Ampliat Brun. Carauit. & alij relati a Farin. *n.* 15. vt etiam à comminata tortura appellari possit. Sed quomodo interponendum sit decretũ, & an appellatio sit admittenda Rei torturæ applicati, vide *inf. prax.* 4. *n.* 56. & 57.

42. Not. 4. Quòd, quando appellatio à decreto torturæ esset omnino, & euidenter friuola, & calumniosa, posset reijci à Iudice à quo, & hic, sine vitio attentatorũ, posset ad vlteriora procedere, Foller. Cyril. & Farin. *q.* 38. *nu.* 24. Et an talis appellatio friuola sit, & admittenda, arbitrio remittitur Iudicis; Qui in arbitrando, respicere præsertim debet causam in appellatione expressam, Cõrad. Marsil. Menoch. & Farin. *n.* 27. Item inspiciat, an inditia ad torturam in termino defensionis purgata sint? Carer. Foller. & Farin. *n.* 28. Et in casu dubio, an appellatio sit admittenda, supersedeatur, & expectetur pronunciatio Iudicis ad quē, Carauit. Conrad. Innoc. Ias. Foller. & Farin. *n.* 30. & *seq.*

Post comestionē tortura non datur.

43. LIMITATVR 6. Regula 2. Vt stãtibus etiam inditijs, post comestionem Reus torqueri nõ possit, nisi post 9. vel 10. horas, Marsil. qui testatur de communi obseruantia, & sequitur Farin. alios inducens, *q.* 38. *n.* 32. vbi etiam cum Nouel. sufficere tenet, quinque, vel sex horas, sed prius dixerat, se credere sufficere, vt expectetur vsque ad 8. post commestionem horas: At Ambrosin. *de process. inform. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 30. dicit 7. horas sufficere, & quod ita obseruari vidit. Si verò his non seruatis, accidētia, seu passiones Reo in torment s euenirēt, in Syndicatu teneretur Iudex, secundùm Bal. quem refert, & sequitur

tur Guaz. *defenſ.* 30. *c.* 4. *n.* 20. ſubſcribens opinioni Ambroſini.

Iudex inferés torturam, debet habere merú imperiú.

44. LIMITATVR 7. Regula 2. Vt Iudex torturam inferre nõ poſſit, niſi vltra inditia, habeat ipſe merum Imperium, Brun. Foller. & Farin. *q.* 38. *n.* 109. aliàs enim teneretur actione iniuriarum, & poſſet de priuato carcere puniri, Brun. Foller. & Guaz. citans alios, *defenſ.* 30. *c.* 4. *n.* 22.

Priuilegiatus an poſſit torqueri?

45. LIMITATVR 8. Regula 2. Vt priuilegiatus, quamuis præcedant inditia torquendus non ſit. Tu ch. qui alios refert, Guaz. *n.* 17. & Farin. *n.* 5. Priuilegiati verò sũt, e. g. Senex decrepitus 70. annorũ, vel etiam minoris ætatis, ſi ſit debilis, & delicatæ complexionis; qui non debet, niſi fortè leuiter, torqueri, vel terreri tantùm, Farin. benè declarans, & probans, *q.* 41. *n.* 24. *& ſeq.* Item poſitus in aliqua magna dignitate, ſeu Magiſtratu, ijs durantibus, Farin. *n.* 70. *& ſeq.* Item infirmus, Far. *n.* 93. & Guaz. *n.* 25.

46. Plura, abundè de perſonis priuilegiatis, habentur apud Far. *q.* 41. *per totam*; vbi parum poſt princ. diffusè tractat de tortura Clericorum, & Sacerdotum; De quibus licèt controuerſum ſit, an torqueri poſſint, tamen, cum Maſcard. Menoch. & alijs, concludit, *n.* 9. poſſe torqueri, ſecundùm communem DD. ſed grauiora, & vrgẽtiora inditia requiri ad hos torquendos, cum tales, & priuilegium, & præſumptionem pro ſe habeant.

In quibus delictis tortura inferatur?

47. LIMITATVR 9. Regula 2. Vt etiam exiſtentibus inditijs locus torturæ non ſit, niſi in delictis grauibus, & atrocibus, ac in cauſis, in quibus agitur de pœna corporali, non autem in leuibus, & in quibus imponitur pœna pecuniaria, Farin. *q.* 38. *n.* 6. vbi teſtatur de communi; & concordantes citat; redditque rationes, *q.* 42. *n.* 14. *& ſeq.* Gomez. qui etiam de communi, Boſſ. Brun. Conrad Carer. Marſil. & plures alij, quos ſequitur Farin. *q.* 42. *n.* 6. Et ab hac opinione non eſt recedendum, quia eſt magis communis, verior, & rationabilior, teſte Farin. *ibidem nu.* 5. Et in ſpecie, quòd vbi imponitur pœna pecuniaria non ſit locus torturæ, tradiderunt Aym. Gram. Marſil. & alij relati à Farin. *n.* 9. Sicut nec etiam, dum pœna exilij imponitur, Gom. qui de communi, Beccius, Bertaz. Clar. & Vulpel. quos *ibidem* refert Farin. licèt alij, non ſequendi, teneant in leuibus torturam, ſaltem leuem, inferri poſſe, hos refert Farin. *n.* 19. *&* 20. & reprobat eoſdem *n.* 23. De materia huius limitationis, latè Guaz. *defenſ.* 30. *n.* 3. *&* 5. vbi mecum concludit

Quis prius torquendus?

48. LIMITATVR 10. Regula 2. Vt inter plures inditiatos a magis ſuſpecto incipienda ſit tortura, &c. iuxta tradita *ſup. q.* 101. *nu.* 5. vbi quid inæqualiter ſuſpectis ſit agendum, inuenies.

49. Plura copioſè de tota materia huius q. pertractant Farin. & Guaz, *locis in eadem* citatis.

De nonnullis, quæ concomitanter, in Reo torturam inferendo, consideranda sunt. Quæstio 105.

1 EXPLETIS in præcedenti q. ijs, quæ ante Rei torturam ponderanda sunt, in hac recto ordine considerationes subnectūtur, quæ in actu torturæ Rei, sunt à Iudice præ oculis habendæ. Videlicet; Quomodo Reus in tortura sit interrogandus? Modusuè, moderamenque seruandum in eodem torquendo: Et sequentibus duabus Regulis cum suis declarationibus omnia explicabo; Non repetendo, sed supponendo ea, quæ dixi, *q.* 101. ex quibus non pauca faciūt ad rem nostram.

Reus, quomodo in tortura generaliter, & parce interrogādus sit, ad suggestionem cauendam?

2. REGVLA 1. sit. Tortus in caput suum, idest, vt principalis, seu, vt Reus, generaliter interrogari debet, vt super his, de quibus extra torturam interrogatus fuit, veritatem dicat; Nec Iudex debet ei circumstantias, & qualitates delicti repræsentare; immo neq; amplius delictum; neque Reum infestare debet multis interrogatorijs importunis, & continuis, neue minis, secundùm Farin. *q.* 83. *nu.* 96. vbi etiam ait, se seruasse, Reum in tortura pendentem non infestare nisi duobus, vel tribus interrogatorijs, & monitionibus, vt veritatem dicat, de qua aliàs fuit interrogatus. Huic Regulæ subscribunt Iodoc. & Guaz. *defens.* 30. *cap.* 33. *n.* 5. Aliàs esset suggestio, Gomez, latè, Villagut. & Guaz. *ibidem*, & diffusè Farin. *nu.* 88. vbi concordantes.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt nō solùm d. expressa, sed etiam palliata sit suggestio prohibita, puta, dum in actis tantùm legitur; Ad opportunas interrogationes resp. &c. Chartar. & Farin. *q.* 83. *n.* 92. & Guaz. *defens.* 30. *c.* 33. *n.* 6.

Etiā palliata suggestio vitanda.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt dum Reus torquetur pro complicibus, in genere de his sit Interrogandus, Baiar. Blanch. Clar. Masc. Ruyn. & alij, quos sequitur Guaz. *n.* 2. Nisi inditia præcedant cōtra aliquam certam personam; de qua, his suppositis, sine suggestione, in specie posset interrogari, Boss. Carer. Caualc. & Guaz. *ibid.*

Quomodo interrogetur Reus de complicibus in tortura?

5. Vnum animaduertat Iudex, quando, ad habendos complices, torturam infert confesso, vel conuicto, seu condemnato, vt in actis faciat adnotare, se torturam inferre ad habendos complices, sine præiudicio conuictorum, confessorum, vel sententiæ contra Reum latæ, nec aliter, nec alio modo, Ambrosin. Clar. Foller. Farin. & plures alij cum Guaz. *defens.* 30. *cap* 33. *n.* 1. Aliàs sine isto decreto Iudex præiudicaret facto, iuxta tradita *supra q.* 104. *nu.* 33. 34. & 35.

Et cum protestatione.

6. REGVLA 2. sit. Non immoderatè, sed moderatè, & in tempore, & in modo, Iudex Reum torquere debet, ita vt illæsus idem Reus remaneat, Aym. Personal. qui aiunt, Iudicem in benignitatem inclinare debere, Alber. Bart. Boss. Brun. Chartar. Marsil. & alij, quos sequitur Farin. *q.* 38. *n.* 53. vbi citat iura, & testatur de communi, & concordat Guaz. *defens.* 30. *cap.*

Moderatā sit Rei tortura.

20.

20.*n*.1.*& cap*.22.*n*.2. Vnde ne Iudex excedat, considerare debet qualitates inditiorum, delictorum, personarum, &c. iuxta doctrinam Farin.*n*.33. & Guaz.*cap*.20.& traditam hic supra *q*.102.*n*.12.

Tempus torturæ nõ excedendus.

7. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt vltra horam Reus, vt principalis non sit torquendus, Ghirlan. & Farin.*q*.38.*n*.54. aliàs tortura immoderata diceretur, Ambrof. Burg. Cuman. & Guaz. *defens*.30. *c*.22.*n*.6. & ad summùm, & rarò in atrocissimis paulò plus, vt per quartam partem horæ secundæ, Foller. & Farin. *ibid*. Intellige de tortura funis, quia vigiliæ tormentum, in casibus permissis, infertur per quinque, & per decem horas, Farin. *n*.71. Declaratur qualitas torméti vigiliæ, & ponitur forma eam inferẽdi inf. in 4. praxi *n*.124. *&* 125. *ad n*. 95. de quo tormento actum est etiam *sup*.*q*.99.*n*.4.

Quid in tortura vigiliæ?

8. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt quandò Reus torquetur in caput aliorum, seu, vt testis quoad alios, putà ad habendos complices, tortura excedere non debeat tertiam, vel mediam partem vnius horæ, Burg. Clar. & Guaz. *defens*. 30.*c*.33.*n*.4. Chart. & idem Guaz. *def*.21.*c*. 1.*n*.4. Ioseph Ludou. & Farin. *q*.11.*n*.15. *in fine*, & probaui *sup*. *q*.102.*n*.9.

Quid dũ Reus torquetur in caput aliorum?

9. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt ad hoc vt moderamen in proposito seruet Iudex, non solùm inuenire nouos modos torquẽdi non debeat, sed etiam inuentis moderatè vtatur, iuxta tradita *supra q*. 99.*à n*.1.*vsq*; *ad n*.5. Gradusq; torturæ non alitèr inferre, quam vt scripsi *ibid*. *à num*.6. *vsque in fine q*.

Nõ inueniatur noui modi torturæ.

De his, quæ post Rei torturam considerranda sunt. Questio 106.

1 TRIA præcipuè post Rei torturam considerandæ occurrunt, nempè ratificatio, repetitioque torturæ quidue tortura in Reo operetur.

2. REGVLA 1. sit. Confessio facta in tortura non sufficit ad Reum condemnandum, nisi ratificata fuerit, Alber. Ang. Butrig. & Castren. *in l. vnica, C. de confess*. Bart. Bald. Boss. Foll. Masc. qui testatur de communi, Chart. qui de communi, & practicata, & alij cumulati, à Farin. *q*.83.*n*.67. vbi *n*. *seq*. reddit rationem, quia plerique propter tormentorum impatientiam, fatentur ea, quæ non commiserũt; Subscribit huic Regulæ Clar. qui alios refert, & testatur de communi, & seruata opinione, *§*. *fi*. *q*.64. *vers*. *cæterum*, Ambrof. Bertaz. Gom. qui alijs relatis, testatur de vera, & communi, & Guaz. *defens*. 30.*c*.35.*n*.2.

Confessio in tortura, nisi extra ratificetur, non sufficit ad cõdemnandum.

3. Sed è contra confessio emanata in tortura, & formiter ratificata, ad condemnandum sufficit non alitèr, ac si esset spontanea, Ang. & ad eum Aug. Brun. Clar. Carer. & Far. alios citans *q*.83. *n*. 69. Dummodò sit possibilis, probabilis, & verisimilis; Vnde Iudicis arbitrio relinquitur quantùm confessioni per torturã sit credendum, Baiar. Menoch. latè Marf. & sequitur Guaz. *n*.11.

Ratificata quatùm valeat?

4. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt requiratur ratificatio expressa

Ratificatio debet esse in actis, & expressa.

ad bāchum iuris, Abb. qui de communi, Bart. qui de consuetudine testatur, Boer. Brun. & Clar. *q. 64. vers. cæterum*; Nec sufficit ratificatio tacita, quia Reus confessionem non reuocet, sed debet expressè in actis ratificare, Ant. de Canar. qui testis est de consuetudine, & Clar. *ibid.* licèt aliqui cōtra, apud Guaz. *defens. 30. c. 35. n. 4.*

Extra locum torturæ.

5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt ratificatio faciēda sit extra locum torturæ, & extra illius aspectum, Bald. Brun. Clar. Chart. Poller, Put. & Farin. alios inducēs, *q. 83. n. 71.* vbi quòd sufficit de consuetudine, licèt non fiat extra carceres, nec ad banchum iuris; Subscribit Aug. ad Ang. & vbi talis viget consuetudo, etiam Guaz. *n. 2. vers. ac etiam*, alias ait, seruandum ius commune, vt fiat extra carceres, & ad banchum iuris; & testatur in statu Ecclesiastico non seruari; vt recipiatur coram testibus.

Interuallum inter torturam, & ratificationem.

6. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt ratificatio confessionis non debeat fieri statim, nec paulò post torturam, sed ex interuallo, Ang. Bar. Clar. Chart. Masc. & Farin. *q. 83. n. 73.* & hoc est certum. Interuallū verò remittitur arbitrio Iudicis, Bart. Ang. Clar. Menoch. Mars. Chart. & Farin. *n. 76.* vbi alios inducens, testatur de magis communi, & de praxi. Sed hoc interuallū debet esse ad minus vnius diei, & vnius noctis, & sic horarum 24. Ang. Clar. Menoc. & de communi, & seruata opinione testatur Chart. & Gom. subscribunt Butr. Paris; Mars. & Far. cum alijs *n. 74.* Vbi ait, quòd quando tortura fuit grauis, hoc tempus omnino expectandum tutius credit, cum Hippol. Rimin. & Mascar. Et his adheret Guaz. *defens. 30. c. 35. nu. 3.* Vbi etiā ait, in hoc puncto seruandam esse consuetudinem, & stylum locorum, cum Caual. Sibi tamen placere illam cōsuetudinem, vt licèt nō interueniat spatium 24 horarum, recipiatur ratificatio post spatium vnius noctis, in sequenti die, inducens Clar. & testans, ita seruari Romæ, de quo testis est etiam Far. *d. n. 76. ergà fin.*

7. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt procedat etiam in confessione in tortura emanata, quantumuis adminiculata, & inditijs grauata, quæ ratificatione indiget, alias confitenti non noceret, Carer. & Clar. qui de communi testatur, *q. 64. vers. cæterum*, vbi redduntur plures rationes, Boss. Salyc. & Farin. *q. 83. n. 79.* qui ait, ita tenendum, & in praxi seruandum; Et secundùm Guaz. *n. 7. def. 30. c. 35.* cauere Iudex debet, ne aliter seruet; licèt Bald. & alij relati a Farin. *n. 78.* oppositum teneant, non sequendi, nisi fortè, quando inditia essent indubitata, secundùm Carer. & ageretur de imponenda pœna pecuniaria, Marsil. quos refert Far. *q. 83. n. 78.* & Guaz. qui citans Baiar. & ipse non dissentit, *defens. 39. c. 35. n. 7.*

Ratificatio d. requiritur in cōfessione ratificata.

8. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt, consequenter, ratificatio confessionis factæ in tortura, sit necessaria, quamuis præcessisset extraiudicialis confessio, Boss. qui ait, nunquam in praxi vidisse oppositum, Alber. Fulgos. Blanch. Salyc.

Quamuis præcessisset extraiudicialis confessio.

Gome.

Gome. qui relatis, & reprobatis contrarijs, oppositam opinionem falsam arbitratur, Chart. qui asserit, contrariam opinionem nullo iure niti, & in praxi non recipiendam, nec dissentit Far. *q.83.n.81.* Cabal. qui testatur, ita millies seruasse, & quòd nunquam ab hac obseruantia recederet, & Guaz. *n.6. vers. quæ opinio*, vbi ait, oppositam nullo modo recipiendam in praxi.

Sed contra.

9. Non desunt tamen grauissimi DD. contrarium tenentes, vt sunt Bar. Fely. Iaf. Paris, Marf. Mascar. Alex. Imol. & alij relati à Far. *n.80.* & propterea, refert Bosf. dicentem, videri omnino excusandum in syndicatu Iudicem, in hoc casu torquentẽ, & condemnantem, sine ratificatione confessionis.

In tortura leui illata robusto, an ratificatio requiratur?

10. LIMITATVR 1. Regula 1. In tortura leui, illata robusto, in qua ratificatio non requiritur, Carer. Foll. Gram. Masc. & Guaz. *def.30.c.35.n.10.* Bar. Bal. Paris, & Chart. Qui nihilominus ait, tutius esse, vt sequatur ratificatio; Et verum dicere, & ita seruari, ait Farin. *q.83.nu.82.infi.* licèt limitationi subscribat; immò Baiar. ad Clar. *q.64.n.129.133.& seq.* testatur, rem esse periculosam, facere aliter.

Seu data Reo in flagranti reperto.

11. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt ratificatio non requiratur post torturam Rei, in flagranti crimine reperti, Gram. & Guaz. *def.30. c.35.n.8.*

Post cõfessionẽ, ante ratificationẽ, custodiendus est Reus.

12. Animaduertat Iudex; Vt Reus confessus in tortura (ad hoc vt ratificet) in carcere secreto reponatur, ne ad reuocandam confessionem edoceatur, & consulatur oretenus, vel per schedulas, & quatenus opus est, adhibeatur aliquis custos, sic Affl. Clar. Put. & Farin. alios inducens, *q.83.n.72.*

Rei tortura non est repetenda sine nouis inditijs.

13. REGVLA 2. sit. Tortura Rei, regulariter repeti non potest, nisi nouis superuenientibus inditijs, Ang. & ad eum Aug. Chart. Marsil. qui testatur de communi, veriori, æquiori, & practicata opinione, Bertaz. Chart. Cyn. & alij, quos cumulat Farin. *q.38.n.72.& 74.* inter quos quamplures testantur de communi, qui *n.75.* testatur de communi obseruantia, & quòd contrarium facientes, malè faciunt, citans ab hoc non paucos, & concludens, ab hac Regula non esse recedendum; cui subscribunt, Clar. Tusch. Foller. & Guaz. alios inducens, *def.30.c.23. n.1.* Quicquid dicant relati a Far. *n.74.*

Fortiora primis debẽt esse indicia.

14. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt tortura non repetatur ex nouis inditijs, nisi illa sint euidentiora, & fortiora primis, Clar. *q.64.vers. vlt. videndum, ibi*, aliqui verò addunt, vbi ex Gandin Papien. & alijs testatur de communi, & practicata opinione, Aym. qui ex Marf. testatur de communi, æquiori, veriori, & practicata opinione, Brun. dicens, quòd ita tenet omnes, Chart. Menoch. & Farin. alios inducens, *q.38 n.76.* Et benè probat *tex. in l. vnius §.1.* ibi, euidentioribus argumentis oppressus; *ff. de q.* & ibi Bar.

15. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt non repetatur tortura, nisi noua

Diuersi generis, seu speciei. ua inditia sint diuersi generis, seu à præcedentibus specie differant, & substantia; v.g. prima erant ex mala fama, vel inimicitia; postea superuenit vnus testis, qui ait, se vidisse Reum vulnerare occisum; Secus si probata fama per aliquos testes, alij testes eamdem postea probent, tales enim testes non inducũt nouum inditium, sed nouam probationem veteris inditij, quæ non sufficit ad torturam repetendam, quia hoc inditium per torturam fuerat purgatum, Clar. *q.64. vers. vlt. videndum, prope fin.* vbi ex Alex. testatur de communi, Ang. Brun. Blanch. Carer. Menoch. Boss. qui de magis communi testatur, & plures alij, quos sequitur Farin. *q.38.n.77.*

Confessio ex repetitione ind-bita nõ valet. 16. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt confessio extorta ex repetitione tormẽtorum, quæ repeti non debebât, nihil valeat, & confitenti non noceat, Carer. Bursat. Gig. Gom. Personal. & Farin. *n.78.* Et in dubio tortura non repetitur, Chart. Clar. Put. & Far. *n.89.*

Repetitio sine nouis inditijs, an licita, dũ prima inditia erât vrgentia? 17. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt tortura possit repeti, etiam sine nouis inditijs, quandò prima inditia contra Reum erant multùm vrgentia, & manifesta admodùm, Bart. Anton. de Canar. & Clar. *§. fin. q.64. vers. debet igitur, ibi*, & si inditia sint plura, & vrgentia, tunc torquetur Reus interpellatis diebus & vicibus, vbi testatur de communi, & de consuetudine obseruata, & ait, quòd ita faciunt boni Assessores, sequitur Socin. qui dicit, quòd in hoc conueniunt omnes, Brun. Blanc. Bertaz. Chart. & Farin. alios concordantes inducens, *q.38.n.79.* qui *n.81.* asserit, ab hac limitatione non discedendum, cum sit vsu magis recepta, & magis cõmunis (licèt Boer. Gom. & alij relati à Farin. *n.80.* contrarium sentiant,) Nisi Reus esset non robustus, sed debilis, qui repetendus non esset in tortura, in proposito casu, Far. *n.82.* cum Foller. Gaudin. Parid. & alijs.

18. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt tortura repeti possit, cum Reus sufficienter tortus non fuit, potest enim Iudex scindere tempus debitum torturæ, vt probatum est sup. *q.103.n.5.* & hic non repeto, præsertim, quia vt notat Farin. *q.38.n.83.* apud DD. hoc nullam habet difficultatem, cumulans concordantes, *& n.85.* testatur de communi, & de obseruantia. — Vel cum Reus nõ fuit sufficienter tortus.

19. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt quamuis alia non superueniant inditia, si Reus confessus in tortura, dum die sequenti ducitur ad ratificandum, nolit ratificare, possit iterum torqueri, ad perseuerandum in confessione, quæ etiam non ratificata, semiplenam inducit, ita Far. *q.38.n.91.* qui pro limitatione citat Bal. Boer. Chart. & plures alios, inter quos Blanc. & Boss. testantur de cõmuni, & Clar. de communi, & recepta opinione: Et si Reus persistat in non ratificando, non est denuo torquendus, sed dimittẽdus, purgatum est enim inditium ex prima confessione ortum, in terminis Iodoc. Mille. Chart. & alij cum Farin. *n.92. & 93.* Nisi in casu, in quo inditia contra Reum existentia essent multùm — Quid si Reus cõfessus nolit ratificare.

vr-

vrgentia, vel prima tortura non fuerit sufficiens, tunc enim tertiò posset torqueri; & si perstiterit relaxandus erit; Si verò fateatur, & ratificet, erit condemnandus; At si non ratificet, non erit vltra torquendus; Sed, vel absoluendus est ex hactenus deductis, vel (apud sæculares) sub fideiussione de se representando relaxandus est, Marsil. Blan. Boss. Boer. Carer. Chart. Clar. & Farin. *n.94.* & *96.* vbi prædictos, & alios inducens testatur de communi, & ait, ita seruandum in praxi.

Allegans metũ tormẽtorũ, vel errorem confessionis.

20. SVBLIMITATVR limitatio 3. Vt quòd dictum est de repetitione torturæ ob non ratificationem præcedentis confessionis in tortura, procedat, vbi aliud non allegatur, quam metus tormentorum; Sed vbi reuocans allegaret errorem, tunc nulla est difficultas; quòd audiatur, eique assignari debet terminus ad docendum de errore, & interim supersederi, dando Reo copiam indiciorum, &c. Boss. *tit. de tortura nu.* 19. quem sequitur Farin. *q.38.n.*100. 101. & 102. vbi ait cum communi DD. in hoc casu non repeti tortura, nisi dum non probatur error, & citat Carer. Afflict. Foller. & alios.

Non repetenda tortura eodẽ die.

21. Tria tandem nota circa repetitionem torturæ; Primò Torturam nõ esse repetẽdam eodem die, sed separatis, & interpellatis diebus, Conrad. Carer. Blanch. Personal. Put. & Farin *n.*103. vbi ait, ita sine dubio seruari communiter, & quòd si Iudex aliter obseruaret, malè faceret.

Obijcitur.

22. Contra istud 1. notabile obijcitur; Nam posito, quòd Reus eleuatus in altum in funis tortura, veritatem fateri promittat, vtique deponi potest; & dum depositus fateri renuit, potest etiam statim in altum eleuari, & eleuatus, si asserat, corpus leuandi necessitatem pati, potest iterum deponi, & sua necessitate expleta, si veritatem non fateatur, statim iterum potest in altum eleuari, iuxta praxim communitèr ab omnibus vbique receptam, secundùm formulam traditam ab Ambrosino, *de modo form. process. inform. lib.4. c.8.* ergo videtur, quòd tortura, non modò eodem die, sed etiam eadem hora possit iterum, atque iterum repeti.

Respõdetur cõtinuationẽ torturæ licitã esse eadem die non autem repetitionẽ.

23. Respondetur, quòd aliud est torturam repetere, hoc enim non potest eadem die; aliud est, eam continuari, quòd eadem die prestari potest; Et vtique citata praxis Ambrosini, & communis procedit de continuatione torturæ; Dum enim quis deponitur tantùm de tortura, manendo ad funem ligatus ad prædictos fines, non deponitur totalitèr, sed detinetur in gradu eodem torturæ, ergo dum iterum eleuatur, vt supra, non repetitur, sed tortura continuatur; continuatio autem torturæ sine interpellatione, vt dictum est, licita est, quamuis repetitio eàdem die illicita sit.

Quando repetẽda est tortura, decernatur in depositione a tormento.

24. Circa torturæ repetitionem not. est 2. quòd, quando Iudex vult repetere torturam, in decreto depositionis à tortura, dicat, quòd sine præiudicio, & animo repetendi torturam quatenus de iure, &c. Chart. Foller. Boss. Farin. & alij

quæst.

quæst. 38. *num.* 104.

Vltra ter tiam vicè tortura non repetitur.

25. Notandum 3. quòd pro inditijs etiam vrgentissimis, & indubitatis, tortura vltra tres vices non est inferenda, Boss. Foller. Marsil. Chart. qui testatur de communi practicata opinione, & Farin. tot alios inducens, *q.* 38. *nu.* 105. vlterior enim, ait, repetitio, omnino communiter, reprobatur à DD.; immò *nu.* 106. ait, verius videri de iure, Reum persistentem in negatione, vt secunda tantùm vice torqueri possit, inducens Chart. Riminal. & Simanc.

Iudex successor repetens torturã, cõputet datam ab antecessore.

26. Corollarium superaddo; Torturam, illatam per vnum Iudicem competentem, computandam esse à successore, nec debere eam repetere, nisi cum hac computatione, Baiar. Carer. Marsil. & Guaz. alios inducens *defens.* 30. *c.* 26. *nu.* 1. vbi cum Caualc. & Mascard. ampliat, etiam quòd tortura fuerit inflicta à Iudice incompetente; Et quamuis successor haberet facultatem procedendi ex abrupto, citans ad hoc, *n.* 2. Burg.

Persistẽs in tortura puram veritatẽ dixisse præsumitur.

27. REGVLA 3. sit. Torturæ tanta vis, est, talemq; producit effectum, vt in ea persistens, siue fatendo, siue negando, puram dixisse veritatem præsumatur, Alex. Bertaz. Boer. Couar. Gram. & alij, quos sequitur Far. qui de communi testans etiam Clar. ait, quòd totus mundus ita obseruat, Alberic. Decian. Boss. & Guaz. *defen.* 30. *c.* 40. *n.* 1. & in seq. agit de hac materia per totum caput.

Reus persistens in negatione, inditia purgat.

28. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt Reus negans perseueranter in debita tortura, dicatur purgasse inditia contra eum existentia, Canos. Cæpol. Alber. qui testans de obseruantia, ait, quòd hoc totus mundus tenet, sequitur Clar. *q.* 64. *vers. illata*, Bertaz. Carer. Chart. qui tres testătur de communi, Cæphal. & Farin. *q.* 40. *nu.* 2. vbi ait, huic sententiæ neminem ausum fuisse contradicere; Et tenuerunt Boss. Decian. Gram. & Guaz. vbi supra; Subdens, ex Baiar. Decian. Castren. & Menoch. hoc procedere etiam in fauorem complicum, purgato enim principali, etiam inditia circa accessoria censentur purgata.

Etiam in fauorem complicum.

29. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt Reus in debita tortura persistẽs in negatione, sit diffinitiuè absoluendus, Clar. & Iodoc. qui dicunt hanc doctrinam veriorem de iure videri, & Gomez ait, ab hac nec in consulendo, nec in iudicando esse recedendum, & hos refert Farin. *q.* 4. *n.* 26. *vers. contrarium*, subscripserunt Baiar. Caualc. & Menoch. relati à Guaz. *defen.* 30. *c.* 40 *n.* 11. Sed Bart. Boss. Alex. Saly. & alij, relati à Far. *d. n.* 26. tenuerunt, Reum in hoc casu absoluendum tantùm esse ab obseruatione iudicij; Et in hanc opinionem videtur inclinare Far. *vers. ego autem*, dum Reus petit absolutionem; Et fauent Cabal. & Guaz. *n.* 11. dicentes, quòd in hoc casu, de consuetudine, Reus absoluitur cum Clausula (Rebus sic stantibus.)

Quomodo sit absoluendus?

30. Licèt sit opinio 3. Vt in præsenti casu Reus neutro modo absoluatur, sed sub fideiussore de se repræsentando relaxetur; & sic nouis superuenientibus inditijs, iterum

Sed contra.

rum molestari poterit; & ita seruari in praxi testantur Carer. Marsil. Simanc. & Farin. *q.* 4. *nu.* 26. *vers. tertia fuit*; qui *vers. ego autem*, in hanc opinionẽ 3. inclinat; dum Reus absolutionem non petit.

Vnus tantum defectus per torturam purgatur

31. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt tortura in Reis quoad se, & testibus quoad alios, & vniuersaliter in testibus, non expurget plures defectus, & exceptiones, sed vnum, Bursat. Crauet. Honded. Tusch. & Guaz. *defen.* 30. *c.* 40. *nu.* 13. Vt si testis esset pauper, & varius, exemplificat, *ibidem*, Guaz. cum citatis DD.

Quãtũm habilitet sociũ criminis?

32. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt tortura non habilitet socium criminis, vt faciat inditium ad torturam contra nominatum, Bertaz. Fab. Turr. Rim. n. um. Rolan. & Guaz. *n.* 14. quicquid dicat Clar.

33. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt tortura in Reo examinato, vt teste, sed inimico, non conualidet eius depositionem, Baiar. Bertaz. Boss. Gram. Rolan. Tusc. Peregr. qui alios allegat, & loquitur in criminibus exceptis, in quibus, nec vult, vt faciat inditium ad inquirẽdum, & hos sequitur Guaz. *defen.* 30. *cap.* 40. *n.* 15.

Et Reum examinatum, vt teste, dum est inimicus.

34. Quid autem dicendum sit, dum Reus tortus, est vrgentibus, & indubitatis inditijs grauatus, vel conuictus, & persistit in negatione; Siue dum conuictus, seu confessus proprium crimen, torquetur ad habendos complices, vel qualitates delicti, & negat; Vide supra *q.* 104. *n.* 33. 34. & 35.

Alia remissiuè.

35. De materia huius q. nec non totius Tractatus de tortura, diffusè tractant præsertim Clar. Boss. Guaz. & Far. *locis supra citatis*.




CAPVT

CAPVT TERTIVM CONSILIORVM, & Commentariorum,

THEORIÆ, CAVSARVM IVDICIALIVM Regularium,

IN QVO AGITVR,
DE ILLIS, QVÆ ATTINENT ad debitè processum terminandum.

1 
EXPLICATIS in duobus præcedentibus Capitibus illis, quæ ad ordinatè processum in causis iudicialibus Regularibus inchoandum, & prosequendum pertinent; Recto ordine in hoc Capite 3. breuiter, de his, quæ ad debitè processum terminandum spectant, in eisdem causis criminalibus, erit agendum.

2. Omnia verò in hoc Capite exaranda, ad tres redigam considerationes: Cum enim d. processus ritè inchoatus, & prosequutus, per sententiam, seu decretum terminandus sit: In prima consideratione quædam ante sententiam ponderanda: In secunda alia in ipsa ferenda sententia obseruanda: Et in tertia, & vltima ea, quæ post eandem sententiam latam erunt scienda, enucleabo. Perpendêda ante senten tiam.

De illis, quæ ante sententiā ferendam ponderāda sunt.

Diuisio huius tertij capitis. 3 INITIVM igitur sumendo à prima ex propositis considerationibus; Iudex viso, diligenterque perpenso processu, vt animaduertat, an benè ceptus, prosequutusq; sit; & nullo substantiali in eo defectu reperto, ponderatis his, quæ ex actis resultant, ad absolutionem, (seu Rei condemnationem; antequam ad processus terminationem per sententiam accedat; sciat (opere pretium est) plurima ad delicta, pœnasque spectantia, quæ in sequenti Tractatu Decimo resoluuntur; Nec non alia multa, de arbitrio Iudicis in causis criminalibus terminādis, de quibus agēdum erit in Vndecimo Tractatu.

DE

DE DELICTIS, ET POENIS.

TRACTATVS DECIMVS.



4. RAENOTANDVM; Delinquere nihil aliud esse, quàm peccare, quòd aliquãdo fit dolo, seu mala intentione, quandoq; ex ignorantia, vel non praua intentione, puta ex impetu, aut casu, Farin. plura in comprobationem iura inducens, *q.*18.*n.*1. qui *n.*5. animaduertit, nõ rarò apud DD. idem significare delictum, crimen, & maleficium.

Delinquere quid, & quotuplex?

De multiplici delictorum distinctione, Quæstio 107.

5 PLVRIBVS distinctionibus hæc q. explicanda erit.

6. Distinctio 1. Delicta alia sunt publica, alia priuata. Publica dicuntur delicta commissa directè in offensam Dei, vt Blasphemia; vel Principis, vt delictũ læsæ Maiestatis; Item adulterium, homicidium, &c. vt notat Far. *q.*17.*n.*8. *vsque ad* 13. vbi probat, & exẽplificat in alijs delictis. Priuata verò delicta sunt, commissa in priuatam personam, nisi à lege determinetur, quòd publica sint, Bar. Bal. Castren. Angel. & Farin. & cum al. js, *n.*14. puta furtum, iniuria, &c. vt notat idem Far. *n.*15. Sed animaduerte, quòd de iure Canonico omnia delicta sunt publica, Anan. qui de communi; Conrad. & Far. *n.*16. Hostien. & Bal. qui testatur de communi, & Clar. *in praxi Crimin.* §.1. *vers. hæc tamen*; Vbi tamen ait, standum in hoc Statut s, & consuetudini; Sed secũdùm Milleu. & Far. *n.* 17. hodie de consuetudine omnia delicta sunt publica, & in omnibus Iudex ex officio procedit.

Delicta publica, seu priuata, quæ.

7. Distinctio 2. Delicta, quædam sunt notoria, quæ aliqua non possunt tergiuersatione celari, puta facta coram maiori parte populi, Clar. Gomez, alios inducens, & Farin. *q.*18.*n* 104. qui, *q.*21. latè differit, quot modis delicta dicãtur notoria. Alia verò delicta sunt occulta, & difficilis probationis, & sunt ea, quorum probatio à communiter accidentibus nõ faciliter haberi potest, vt dolus, fraus, simulatio, falsitas, incendium, adulterium, crimen nefandum, symonia, furtũ, tractatus de homicidio, venenatio, delicta nocturna, &c. de quibus tractat Menoch. *de arbitr q. lib.*2. *cent. secunda, casu* 116. *per totum*, & hæc notantur à Far. *q.*19. *n.* 105.

Notoria seu occulta, & difficilis probationis.

8. Distinctio 3. Delicta quædam sunt nominata, vt furtum, adulterium &c. in quibus, probatis acti-

Nominata, seu innominata.

bus, vnde nomen sumpsere, cēsentur probata in genere delicta illa: Quædam innominata, vt percussio, seu ingressio domus, in quibus vltra actus, debent probari qualitates inferentes ad delictum; aliàs non diceretur constare de delicto commisso in genere, dum prædicta sine delicto fieri possint, Bar. cuius doctrinam communiter recipiunt DD. teste Blanc. & sequitur Foller. & Far. q. 18. n. 19.

Excepta, vel non excepta.

9. Distinctio 4. Delicta alia dicuntur excepta, quæ sub generali legis dispositione non continētur, sed semper excepta censentur, vt heresis, læsæ Maiestatis, falsæ monetæ, simoniæ, vitij nefandi, famosi furti, sortilegij maleficij, &c. de quibus glos. & alij DD. *in l. fin. C. de accusat.* Gom. Far. & alij, *q.* 18. *n.* 60. Non excepta autē delicta sunt illa, quæ veniunt in generali legis dispositione Farin. *vbi supra.*

Leuia, grauia, atrocia, grauiora, atrociora grauissima, seu atrocissima.

10. Distinctio 5. Delicta aliqua sunt leuia, aliqua grauia, enormia, seu atrocia; aliqua grauiora, atrociora, seu magis enormia; aliqua grauissima atrocissima, seu enormissima. Quæ autem talia sint declarant DD. relati à Farin. *n.* 61. Et cum hac distinctione, magis, quam cum alijs supra scriptis conuenit diuisio delictorum, de qua actum est supra, *q.* 7. *n.* 1. *vsque ad* 6.

Arbitratur Iudex circa leuitatem, seu grauitatē criminū.

Et licèt arbitrio Iudicis remittatur declaratio, quæ nam sit grauitas, vel leuitas delictorum, ita tenent Alciat. qui testatur de communi, Bal. Conrad. Innoc. Menoch. & Far. concordantes inducens, *q.* 18 *n.* 62. Vt Iudex suum sciat arbitrium regulare in hoc, sequentia animaduertat.

Ex pluribus, quib. leuitas, vel grauitas, delictorum a'nosci-tur, vsq; ad n. 15.

11. Delicti grauitas, vel leuitas cognoscitur, primò ex qualitatibus, & circumstantijs, puta; Ratione personæ offensæ, vel offendentis, armorum, partis corporis læsæ, causæ, loci, temporis, vel euentus, de quibus *in l. aut facta, & ibi DD. ff. de adulter.* latè Carer. & Farin. *q.* 18. *nu.* 63. & 64. Vnde delictum mali exempli, cum communitati sit perniciosum, grauius reputatur, & punitur, *c. præcipuè*, 11. *q.* 3. Tiraq. Carer. Menoch. & Farin. *nu.* 65. Et ideo, palam delinquentes, magis delinquunt, gl. *in l. nemo*, vbi Alberic. Castren. Saly. & communitèr omnes, *C. de Sum. Trin. & fid. Cath.* & declarat Farin. *q.* 18. *n.* 71.

12. Ex parte corporis, quæ offensa fuit, dignoscitur grauitas delicti, puta, quia vulnus fit in facie, præsertim si remansura sit cicatrix perpetua, tunc etiam atroci pœna hoc delictum est plectendum, secundùm Ang. Gom. Iodoc. Menoch. & Farin. *q.* 18. *nu.* 97. vbi citans iura, & concordantes DD. ait, hanc esse communem; Tantòque grauius erit delictum, dum ex vulnere offensus fuerit oculus, & eo magis, si ablata fuerit, vel impedita visiua virtus, *c. fin.* 55. *distinct.* vbi Præpos. Archid. & Bellam. Et hinc est, quòd propter enormem læsionem irregularitas incurritur, vt est illa, quæ infertur in naso, & in oculo, pro qua grauissima pœna imponenda est, citra tamen mortem naturalem,

lem, vt tenet Farin. *n.* 100. cum proximè citatis DD. *in dicto c. fin.* vbi etiam communiter alij; Ex quibus nonnulli nec mortem naturalem excipiunt: Et hæc fortius procedunt in tali læsione mulieri illata, præsertim, si mulier sit innupta, Alber. Gom. Put. & Far. *n.* 99.

13. Ex parte etiam delicti proditoriè perpetrati dignoscitur criminis grauitas maior, Clar. *q.* 68. *vers. proditor*, vbi ait, quòd proditor punitur pœna capitis, tamquam Reus læ æ Maiestatis, & ad hanc pœnam capitis, cum morte qualificata, puta furcarum, in homicidio proditorio subscribūt Bal. Bar. Farin. & alij ab eo citati, *q.* 18. *n.* 73. Proditor autem dicitur, 1. qui Principem, vel Rempublicam prodit; 2. qui offendit fingendo, se amicum, vel itineris socium, 3. qui prodit eum, quem in fide suscepit, ita Bal. & Farin. *num.* 78. quos sequitur Baiar. ad Clar. *q.* 68. *num.* 106. Vbi subdit quòd etiam proditor est, dans venenum, & subscribunt Bal. Fely. Saly. & Farin. *nu.* 74. immò proditor est, quicumque per industriam insidiosam aliquem occidit, *cap.* 1. vbi communiter DD. *de homicid.* præsertim Fely. & tenet Farin. testans de communi, *nu.* 76. citans alios, & reprobans *ibidem* citatos, tenentes sic occidentem inimicum, non esse proditorem; & *n.* 79. enumerat 13. casus, in quibus quis dicitur proditor.

14. Leuitas delicti dignoscitur 2. ex eo, quòd non ex dolo, sed ex temeritate, vel culpa sit commissum, Bar. Bal. Foller. Farin. & alij, *q.* 18. *n.* 93. Sicut è contra delictum dicitur graue, dum commissum est ex dolo, seu in magnum præiudicium alterius, vel Reipublicæ, secus si in modicum damnum, Abb. Bar. Foller. Menoch. & Far. qui alios inducit, *n.* 94.

15. Dignoscitur 3. de iure Canonico delicti grauitas, ex qua crimen denominatur graue, enormè, & atrox, dum propter eum impeditur Ordinis executio, & Beneficiorum retentio; & hæc delicta sunt e. g. homicidium, hæresis, Simonia, duellum, mutilatio membri, os capitis fractum, magna sanguinis effusio, & similia, *c. at si Clerici, & ibi DD. de pœnit. & remiss.* Cæpolla, Monteleo, & Farin. qui plura iura inducit, *q.* 18. *nu.* 101. Et vlterius omnia delicta carnis, vt peccatum nefandum, raptus, stuprum, incestus, adulterium, & fornicatio, de iure Canonico, quòd enormia sint, tenuit Foller. qui, ad singulas delictorum species, auctoritates, & iura adducit, *in praxi crim. Can. c.* 19. *vers. vel flagitium carnis*, præsertim *n.* 8.

16. Plura de materia huius quæstionis scribit Far. *q.* 18. *per totam*. vbi ad saturitatem, & solidè cuncta declarat, & probat.

De multiplici pœnarum distinctione, in qua præsertim differitur de pœna capitali, & corporali; & an pœna vna, pro eodem delicto reiterato, imponenda sit? Quæstio 108.

1 PRAEMITTO 1. quòd pœnarum distinctiones plures

afle-

afferuntur à DD. sed quòd illa est communiter ab omnibus recepta, teste Farin. *q. 19. nu. 1.* Quòd pœnæ aliquæ sunt corporales, aliquæ non corporales: Corporales verò quædam sunt capitales, quædam non capitales: Capitalis pœna est triplex, 1. est mortis naturalis; 2. est mortis ciuilis, vt damnationis ad metallũ, ex qua amittitur libertas, & Ciuitas; 3. est similiter mortis ciuilis, vt deportationis, vel relegationis, ex qua Ciuitas amittitur; huic distinctioni subscribit Clar. *§. fin. q. 67. in principio.*

Quædam pœnæ, quæ suę cesserunt antiquis, deportationis, relegationis, &c.

2. Præmitto 2. quod pœna damnationis ad metallum, quæ ab vsu recessit, inter pœnas, quæ nunc sunt in vsu, pœna triremium illi similior videtur, quæ eius loco successit, vt aiunt Clar. Foller. & Farin. qui, & testatur de communi, *q. 19. n. 14.* Pœnæ verò deportationis, & relegationis, successit exilium, & bannum perpetuum, secundùm Clar. Carer. & communem, de qua Farin *n. 15.* Vbi tamen idem Farin. cum Alex. Aym. Imol. Menoch. & alijs conclùdit, verius esse, vbi iura imponunt pœnam deportationis, vel relegationis, posse Iudicem, aliam, arbitrio suo, rationabilem imponere, & testatur de praxi: Declarans nihilominus, quòd hoc arbitrium non extenditur ad pœnam mortis, sed, vel ad pecuniariam pœnam, vel triremium ad tempus, seu in perpetuum, pro qualitate delicti.

3. Præmitto 3. quod licèt de iure pœna delicto conformis esse debeat, mitiores tamen inter Regulares, quam apud sæculares pœnæ sunt adhibendæ: cum, vt ait Conc. Brachar. 3. *c. 6.* indignum sit honorabilia Ecclesiæ membra indignè tractari: Et vbi in Statutis suæ Religionis Iudex Regularis pœnas habet taxatas, eas vtique infligere debet, vbi verò pœnæ à Statutis ijsdem assignatæ non sunt in aliquibus criminibus, tunc pœnas, vel a iure communi, vel ex consuetudine elicere, & arbitrari Iudex debebit: Et quantùm fieri potest incumbendum ei erit, vt pœnarum genera, in propria sua Religione consueta, non mutet, sed easdem in singulis delictis (variata tantùm pœnarum grauitate, aut leuitate) retineat.

Inter Regulares mitiores, quã apud sęculares pœnæ esse debẽt, & in Religione cõsuetæ.

4. Præmitto 4. quòd pœnæ Religionis nostræ, vsu, ac consuetudine receptæ, esse solent, vt notat etiam noster Pater Bouer. *in suo direct. fori iudic. par. 2. cap. 40. vers. pœna autem*: Nempè: Recitatio Psalmorum, seu aliarum precum; Restitutio famæ publicè facta; Priuatio vocis actiuæ, & passiuæ; Priuatio omnium officiorum Ordinis; Priuatio actuum omnium legitimorum; Ieiunium in pane tantum, & vino, vel aqua; Comestio in terra; Delatio baculi in ore; Delatio Capparonis, Et aliæ de quib. *in nostris Constitutionib.*

Pœnæ consuetę apud nos

5. REGVLA 1. sit. Dum pœna capitalis, seu capitis imponitur, siue a Lege, siue à Statuto, intelligi debet non de morte naturali, sed de ciuili, vt est relegatio, siue exilium perpetuum, ita Ang. Clar. Chart. Foller. Marsil. qui testatur

Pœnã capitis a lege, vel à statuto, quomodo intelligatur?

de

de magis communi, & Farin. ad saturitatem DD. cumulans, *q.* 19. *n.* 3. vbi testis est de practicata communi opinione: Cum enim, vt dictum est *in hac q. n.* 1. triplex sit pœna capitalis, & hæc, de qua loquimur sit mitior, iura, in proposito, de hac mitiori sunt intelligenda; Quia in pœnis semper mitior interpretatio sumenda est, *l. semper, de reg. iur. c. semper, de reg. iur. in* 6. not. Bald. *in l. fi. C. quæ res ven. non possint*; Farin. *n.* 13.

In pœnis mitior in terpræta tio fit.

6. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat etiam, dum pœna capitalis imponitur ab homine, intelligi enim debet, non de morte naturali, sed de ciuili, quamuis in ipsa impositione, mentio de mortis pœna fieret, Bar. & alij DD. *in l. eos, §. super his. C de appell.* Bal. Foll. & Fa in. *q.* 19 *n.* 13. & fauent omnes DD. in Regula 1. citati.

Quid si imponatur ab ho mine?

7. SVBAMPLIATVR Ampliatio 1. Vt multo magis procedat inter Regulares, cum eorum Prælati suos subditos, pœna mortis naturalis punire non possint; talem enim pœnam nullus Ecclesiasticus imponere potest, *c. cum non ab homine, de iudic.* & notat Leza *to.* 1 *c.* 18. *n* 16. post Sua. *to.* 4 *de Relig tr.* 8. *lib.* 2. *c.* 26. Immo nec mutilationis membrorum; Neque Ecclesiasticus potest prædictos tradere immediatè brachio sæculari, ad hoc vt illis infligatur pœna mutilationis membrorum, & tantò minus ad hoc, vt vltimo supplicio afficiantur, Suarez. *vbi sup. c.* 10. & Leza. *loco citato*: Quamuis prædicti Superiores Regulares possint suos subditos pœna corporali proportionata eorum delictis punire, ex potestate dominatiua, & iurisdictionis, quam super illos habet, vt not. Leza. *d. n.* 16. Vbi obseruat, quòd attenta d. potestate iurisdictionis, possunt Superiores Regulares suos subditos propter atrocifs. delicta damnare ad grauissimam pœnam corporalem triremium, quæ licèt acerbissima sit, nihilominus, ex cõsuetudine, admittitur, & aliquando necessaria est, dum delicta, æquè benè, aliter castigari non possunt; Sed hoc rarò fiat, & ad satisfaciendum scandalo publico ex delicto enormi, Peyrin. *to.* 1. *de subdito, q.* 1. *de obedien. c.* 27. & Leza. *to.* 1. *c.* 16. *n.* 32. Vbi etiam obseruat, ministros triremium, posse prædictos Religiosos ad triremes damnatos, verberare, sine incursu excommunicationis, dummodo non excedãt modum, nec moueantur odio, vel malignitate, Nauar. Miran. & Leza. *n.* 32.

Et inter Regulares?

An Eccle siasticus possit pu niendos morte, vel mutilatione, tradere brachio sæculari?

Vel ipsemet eos damnare ad triremes.

Et an dãnati sic, possint verberari

8 LIMITATVR 1. Ampliatio 1. Vt procedat, dum sumus in dubio, secus verò, quãdo contrarium suadetur ex qualitate delicti, vel ex mente disponentis, secundùm Far. *q.* 19. *n.* 13.

In dubio procedit ampliatio.

9. LIMITATVR 2. Ampliatio 1. Vt procedat, prout loquitur, in pœnis, secus in alia dispositione hominis, in qua, appellatione mortis, in dubio, intelligitur de morte naturali, hominis enim verba naturaliter potius, quam ciuiliter sunt intelligenda, *l. ex facto, §. ex facto*, & ibi communiter DD. *ff. ad Trebell.* Alexan. Rolan. Far. & alij *d. n.* 13.

Et in pœnis, secus in alia hominis dispositione.

10. AMPLIATVR 2. Regula 1.

Vt

Pœna capitis de iure Canonico, quæ sit?

Vt de iure Canonico pœna capitis, non sit mortis naturalis, nec etiam ciuilis, sed tantùm amissionis Dignitatis, & depositionis, vt tenent Panorm. Foller. & Farin. *q. 19. n.* 8.

11. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt de iure Canonico, etiam dum exprimitur pœna mortis, non sit intelligendum de morte naturali, sed de spirituali, & sic de excommunicatione maiori, quæ non est sine peccato mortali, per quod separatur anima à gratia, quæ est ipsius vita supernaturalis, *c. cum venerabilem, ibi mori præcipitur, idest per excommunicationem*, vbi notat Abb. *qui filij sint legit.* Foller. qui declarat hoc procedere, quãdo mors est imponenda per Iudicem Ecclesiasticum, secus si per Iudicem sæcularem, citans Gugliel. de Bened. & subscribit Farin. *q. 19. n.* 12. Vbi cum Castren. Foll. & S. Tho. hanc Ampliationis reddit rationem; Quia nempè ius Canonicum, nec pro grauissimis imponit sanguinis, & mortis pœnam.

Item pœna mortis?

12. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt pœna gladij, seu ferri, in Legibus, seu Statutis imposita, de morte naturali, non autem de morte ciuili, alio non apparente, intelligatur, Iacob. de Beluis. Foll. Anch. Regien. iun. & Far. *q. 19. n. 9.* quicquid aliqui contra sentiant.

Quæ sit pœna gladij?

13. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt idem dicendum sit de pœna nouissimi, sæuissimi, grauissimi, vel amarissimi supplicij, Fab. à Montel. Foller. Iacob. de Beluis. Farin. & alij *n.* 10.

Seu grauissimi supplicij, &c.

14. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt idem sentiendum sit de pœna laquei, suspendij, vel furcæ, Beluis. Foller. Gandin. & Farin. *n.* 11.

Vel furcæ, &c.

15. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt pœna capitis imposita a Statuto, vel a Iudice pro aliquo delicto, intelligatur de morte naturali, dũ pro eodem delicto mors naturalis imponitur de iure communi, Ang. Bonacos. Carer. Diaz. Fely. Mars. & Farin. *q. 19. nu. 9* Statuta enim, & omnes dispositiones à iure communi interpretationem semper recipiunt, gl & DD. *in l. fin. § in computatione, C. de iure celib.* Bar. & alij DD. *in l. 1. §. lex, ff. ad l. Falcid.*

Pœna capitis quã do intelligatur de morte naturali vsque ad n. 17.

16. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt pœna capitis imposita, vna cum pœna bonorum publicationis, intelligatur de morte naturali, Alex. Ang. Carer. Gram. Ias. & Farin. cum alijs *q. 19. n. 6.*

17. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt pœna capitis etiam intelligatur de morte naturali, quãdo Lex, vel Statutum in aliquibus casibus expressit pœnam mortis, & postea subiungendo in alio casu simili, & in quo viget par ratio, nominat pœnam capitis, *tex. cum gl. in l. relegati, ff. de pæn.* Diaz. Felyn. & Farin. *n. 7.*

18. REGVLA 2. sit. Nisi dolus interueniat, non potest quis pœna corporali grauissima, vt est mortis naturalis, puniri, Clar. qui testatur de communi. *q. 84. in princ.* Bar. & Tiraq. qui dicunt, nullam Legem, culpam tantùm, morte punire, Maran. Menoch. & Farin. alios inducens, etiam de communi testantes, *q. 87. n. 22.* Vnde homicidium sine dolo, non morte, sed arbitrio Iudi-

Sine dolo nemo morte punitur.

Iudicis est puniendum, Menoch. & Baiar. ad Clar. *q.* 84. *n.* 13.

Nec corporaliter — 19. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt sine dolo, regulariter, quis puniendus non sit pœna aliqua corporali, Cæpol. Marsil. & Clar. testantes de communi, *q.* 84. *in princ.* Bar. Bal. Dec. Butr. qui pariter testatur de communi, Abb. Ang. & Farin. concordantes inducens, *q.* 87. *n.* 20.

Neq; infamia incurritur. — 20. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt sine dolo, nec pœna infamiæ incurratur, Rom. qui de communi, & Clar. vbi sup. Iason, qui pariter de communi, gl. & Bal. *in l. in actionibus, ff. de in lit. iur.* Ang. Bar. & Far. cum alijs, *q.* 87. *n.* 34.

Declaratur dolus — 21. Pro declaratione maiori propositæ Regulæ 2. & eius Ampliationum; Nota 1. quòd dolus tribuitur malitiæ, culpa imprudentiæ; dolus flagitiosæ, & scelestæ menti, culpa autem imprudenti, & stolidæ menti tribuitur; Dolus est voluntatis vitium, culpa autem intellectus, & memoriæ, *l. si filius familias, §. fin. ff. de iudic.* & not. Decian. & Far. *q.* 88. *n.* 87.

Quando præsumatur dolus — 22. Nota 2. Dolum præsumi in eo, qui ex delicto aliquod commodum reportaturus est, Bar. Corn. Crauet. Menoch. Plot. Rol. Ruyn. Soc. & Baiar. ad Claru n *q.* 84 *n.* 3. sicut è contra, vbi nulla est causa delinquendi, dolus non datur, Castren. Foll. Menoch. & Baiar. *ibid.*

Delicto multiplicato an multiplicetur pœna? — 23. REGVLA 3. Delictum pluries perpetratum in eadem re, & inter easdem personas, vnica pœna punitur; vnicum enim existimatur delictum, cum sit in eadem speciæ, Bar. *cons.* 222. *lib.* 1. quem sequitur Tusch. *tom.* 6. *in lit. P. concl.* 209. *n.* 8. Multipliciter hæc Regula ampliatur, seu exemplificatur.

24. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt dum Statutum disponit, quòd pro singulo verbo iniurioso certa imponatur pœna, si quis incontinenti pluries idem verbum iniuriosum protulerit, alicui dicendo, forfante, forfante, vnica tantùm pœna sit imponenda, Bald. *cons.* 361. *lib.* 4. Bar. *cons.* 108. *lib.* 1. *& in apostilla in vers. verba iniuriosa*, inuenies concord. & Tusc. *in d concl.* 209. *n.* 1. — Quid in verbis iniuriosis?

25. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 1. Vt procedat quàuis verba iniuriosa repetita essent qualificata, puta, forfante, forfantone, quia adhuc vnica pœna esset infligenda, Bald. *in d. cons.* 361. qualitas enim, vt not. Tusc. *in d. concl.* 209. *n.* 2. non inducit pluralitatē delictorum; vbi cum Bar. idem tenet in eo, qui dixit, brutto, malfatto, sozzo, cum hæc sonent in vnum verbum, & vnicam iniuriam.

26. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 1. Vt idem dicendum sit, quando verba multiplicata dubia sunt, an idem, vel diuersum importent delictum, nam in dubio, idem importare censetur, Bal. *vbi sup.* & Tusc. *ibidem n.* 3.

27. LIMITATVR 1. Ampliatio 1. Vt non procedat, quando iniuriosa verba multiplicata diuersum delictum, & iniuriam importarent, hoc enim casu plures pœnæ essent imponendæ, vt si dictum esset; brutto, ladro, homicida, Bal. *d. cons.* 361. & Tusch. *ibidem n.* 12.

28. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt pœna imposita præstanti homi-

Quid in præstāte auxilium pluribus in homicidio?

micidæ auxilium, non multiplicetur, dum quis auxilium præstat pluribus, qui vnum homicidium committūt, Dyn. & Bar. quos refert, & sequitur Tusch. *d. concl.109.n.6.*

29. AMPLIATVR 3. Regula 3.

Quid in committente pluries adulterium, &c.

Vt si quis pluries adulterium commiserit, puta continuando per annos, tamquam adulter, vnica pœna sit puniendus, Bar. *cons.222.lib. 1. vbi vide apostillam, nec non in l. nunquam plura, ver. item oppo. ff. de priuat. delict.* & Clar. de communi testatur *in §. adulterium, n.10. lib.5.*

30. LIMITATVR Ampliatio 3. Vt intelligēda sit, dummodo adulterium, seu aliud carnis delictum inter easdem personas fuerit patratum, iuxta propositam 3. Regulam, prout etiam tenet Gemin. *consil.* 106. *nu.* 5. vbi ponit multa exempla præsertim in concubinario, qui licèt in eodem delicto continuet, non tamē nouum delictum quotidie committere dicitur; Idem dic in alijs delictis carnis, in quibus eadem viget ratio, & idem ius est statuendum.

31. AMPLIATVR 4. Regula 3.

Quid in furto reiterato?

In furto continuato tota nocte, & dum fur plures res in eadem nocte furatus est, dicitur enim vnicū furtum ad effectum pœnæ furcarum, secundùm Clar. *lib. 5. §. furtum, n.* 14 quia furta, vt sint plura ad multiplicandam pœnam, distincta, re, & tempore esse debent, Tusch. *d. concl. 560. nu. 29.* asserens de communi testari eundem Clar.

32. LIMITATVR Ampliatio 4. Vt procedat in delicto continuato, & dum non diuertitur ad extraneos actus; vt si quis furatus sit plura, auferendo bona ex domo, vel ex alio loco pluribus vicibus, dummodo ad extraneos actus non diuertatur, vnicum enim furtum dicitur perpetratum, ad effectum Statuti puniētis furca eum, qui tria furta commiserit, cum requiratur, quod sint tria furta, diuisim facta, videlicèt diuerso tempore, & in diuersis rebus, Bal. Boer. Menoc. & Tusc. qui hos refert, *to. 2. in litera D. concl. 169. nu.* 12. Secus verò esset, dum furta facta fuerunt in discontinuatis temporibus, in diuersis rebus, & dum diuertitur ad extraneos actus, tunc enim delictum pluries cōmissum, seu reiteratū, tot inducit delicta, quot sūt reiterationes, & ideò tot etiam pœnæ imponendæ sunt, Gemin. *consil. 106. lib. 5.* quem sequitur Tusch. *d. concl. 169. n.1.* & iterum tenet Tusch. *to. 2. lit. S. concl. 560. n.1.* & ante eum Bossi. *tit. de furt. n. 16.* At de iure communi, ad hoc vt quis plura furta dicatur commisisse, vt pœna mortis puniri possit, requiritur præterea, quòd correctio interuenerit, Cuman. & Fulg. quos sequitur Tusch. *in d. concl. 560. n.9.* Qua correctione stante, etiam si fur, qui fecit tria furta, de duobus primis esset punitus, pro tertio suspendendus esset, quia in hoc casu non agitur de puniendis illis duobus, pro quibus iam fuit punitus, sed de qualificato tertio furto, ita Clar. *lib. 5. §. furtum, n.* 12. & Tusch. *d. concl. 560. n.28.* Vbi cum eodem Claro, qui testatur de communi, idem dicit de fure, qui de duobus primis furtis fuit gratiatus; Vide *inf. n.35.*

33. AMPLIATVR 5. Regula 3.

Quid in committente plures falsitates? In eo qui committit plures falsitates ad eundem finem tendẽtes, puta, si quis produceret plures testes; falsificaret plures partitas, & plura instrumenta ad eundem finem, pro vnica enim falsitate talis puniri deberet, Tusch. *to.2. in lit.D.concl.* 169. *n.9.* vbi ait, ita tenere DD. *in l. nunquam plura, ff. de priuat. delict.* & Socin. testari de communi.

34. LIMITATVR Ampliatio 5. Vt procedat in delictis ad eundem finem continuatis, puta, dum eodem tempore plures testes, & plura Instrumenta falsa producuntur, secus si diuersis temporibus, vt not. Tusch. *in d.concl.* 169. *n.* 10. vbi citat Socinum ita declarantem, licèt non absolutè affirmantem.

Quid cũ delictum primum non durat? 35. LIMITATVR modo 1. Regula 3. Vt procedat, quando primum delictum durat; Secus si pœna soluta esset, vel lis super primo delicto esset contestata, si enim delictum multiplicaretur, etiam pœna esset multiplicanda, Bart. *cons.* 222. *lib.1. in fin.* Tusch. *d. concl.* 209. *n. 9.* & iterum *tom 2. liter. D. concl.* 169. post Gemin. *lib. 5. concl.* 106. *n.9. in fin.*

Vel dum delicta specie differunt? 36. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt non procedat, dum plura sunt facta, & delicta specie diuersa, quia ad multiplicationem talium delictorum, etiam pœnæ multiplicantur, Bart. *d. consil.* 222. *circa finem*, & Tusch. *d. concl.* 209. *n.* 11. & iterum *to. 2. in lit. D. concl.* 169. *nu.* 11. vbi citat Socin.

Sed in præparatorijs. 37. SVBLIMITATVR hæc limitatio in ijs delictis, quæ se habẽt inuicem, vt vnum dicatur præparatorium ad aliud, quæ, & si fiant in diuersis temporibus, effectu secuto, maius delictum consumptionem præparatorij operatur, Soc. *lib.1. consil.62. n.*10. & Tusch. *in d. concl.*169. *n.*11.

38. Explicata *in hac, & præcedenti q.* sufficiant de delictis, & pœnis in genere: Deuenio ad particularia delicta, & eorum pœnas; Et à grauissimo Læsæ Maiestatis crimine initium sumo.

De crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, & eius pœnis, Quæstio 109.

1 PRAEMITTO 1. Duplex esse crimen læsæ Maiestatis, videlicet Diuinæ, & humanæ; blasphemiamq; esse crimen læsæ Maiestatis Diuinæ, per eam enim directè Diuina Maiestas læditur, Auth. *vt non luxurientur contra naturam, §. & quoniam*; & tradiderunt Fab. à M. Leone, & Far. *q.*20. *n.*3. Duplex est crimẽ læsæ Maiestatis. Blasphemia, est crimen læsæ Maiestatis Diuinæ.

2. Præmitto 2. quod, blasphemia, est dictum, vel factum in contemptum Dei, Alex. Alen. & Farin. *n.*16. vel blasphemia est tribuere Deo, quod ei non conuenit, seu detrahere, quod ei conuenit; siue cum creaturis tribuitur, quod Dei proprium est, S. Tho. 2.2. *q.* 13. *art.* 1. & Farin. alios inducens, *q.*20. *nu.*11. Et hæc, quæ dicuntur de blasphemia in Deum, habent etiam locum in blasphemia in B. Virginem, & in Sanctos, ita Ang. Menoch. qui ait, quòd dum Sancti blasphemantur, Deus ipse blasphematur, Masc. & alij, quos sequitur Far. *n.*25. Blasphemia quid sit.

3. REGVLA sit; blasphemiæ crimen de iure Ciuili morte natu-

Pœna blaſphemantis, de iure Ciuili.

rali punitur, vt probat apertè *tex. in citato §. & quoniam*, vbi gl. Bar. Ang. & communiter omnes DD. Clar. Foller. Menoch. qui ait, quòd diſpoſitionem, *in d. §. & quoniam*, omnes recipiunt, & Farin. *q.* 20. *n.* 2. qui idem probat, *n.* 10. determinatum fuiſſe in lege veteri, nempè in leuitico, vbi blaſphemanti pœna lapidationis imponitur.

Quid in blaſphemo hæreticaliter?

4. AMPLIATVR 1. Regula; Vt blaſphemans hæreticaliter (puta tribuens Deo, quòd ei non conuenit, vel detrahens, quod ei conuenit, ſeu quomodocunq; in blaſphemia inſerens, quod fidei aduerſatur,) & ſine fide, quia hæreticaliter etiam corde blaſphemat, hæreticus ſit, ſi ſit pertinax. Vnde talis puniendus erit, non ſolum, prout in Regula propoſita, ſed etiam, tamquam hæreticus, plectendus erit, ita Far. *q.* 20. *à n.* 28. *vſque ad n.* 38. qui *n.* 39. *ait*, blaſphemiam hæreticalem puniri ab Inquiſitore hæreticæ prauitatis; non hæreticalem verò, etiam ab alijs Iudicibus, cum hoc crimen ſit mixti fori, ſecundùm Abb. *in c.* 1. *de maled. & in c.* 2. *eod. tit.* vbi etiam alij DD. Anchar. Boſſ. & Far. *in d. n.* 39.

Blaſphemia non hæreticalis eſt mixti fori.

Pœna ſortilegij

5. AMPLIATVR 2. Regula; Vt de iure Ciuili pœna mortis naturalis infligenda ſit ſortilegis, cum confiſcatione bonorum, *l. nemo, C. de maleſ.* & notat Farin. *q.* 20. *n.* 72. & 88. ex Clar. Ghirl. & Menoch. hi namque factis, & verbis blaſphemant; faciunt enim tales, vel expreſſam, vel ſaltem tacitam profeſſionem demoni, & obedientiam ei promittunt, &c. vt not. Farin. *n.* 77. Et vtique ſortilegi; qui hæreticalia ſortilegia conficiunt, indiſtinctè, vt hæretici, puniendi ſunt, Ghirlan. Menoch. & Far. *n.* 87. Sortilegi verò conficientes ſortilegia non hæreticalia, de conſuetudine fuſtigantur, vel mitrantur in publico, deinde banniuntur, vel alia pœna arbitraria plectuntur, cum hæc pœna ſit arbitraria, ſecundùm Clar. Menoch. & Farin. *n.* 89. non modò de iure Ciuili, ſed etiam de iure Canonico, tam in laicis, quam in Clericis, ſecundum Abb. *in cap.* 2. *de ſortileg.* & eam ſequuntur Ghirl. & Farin. *n.* 94. Et in dubio arbitrium regulandum eſt iuxta tradita in hac Ampliatione, & à Farin. diffusè *à n.* 68. *vſque* 111. Sed niſi ex cauſa, dum in Canonibus pœna ſtatuta eſt, minuenda non erit, Farin. *d. n.* 94.

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt morte naturali puniatur de iure Ciuili, qui facto blaſphemãdo, imaginẽ Saluatoris, Beatiſsimæ Virginis, vel Sanctorum deturpat, percutit, vel frangit, ſeu ſimilia facit, Ang. Boer. Conrad. Marſ. Menoc. & Far. *q.* 20. *n.* 68. *& ſeq.* Et quamuis regulariter hoc ſit verum, tamen aliquando, iuxta facti, & perſonarum qualitatem, mitius erit agendum, ſecundùm Boer. Dec. Ghirl. Menoc. Put. & Far. *n.* 71.

Pœna imagines ſacras frãgẽtis, &c.

7. LIMITATVR 1. Regula; Vt blaſphemia in Sanctos non puniatur pœna mortis naturalis, ſed extraordinaria, puta in lingua, quia Authen. ſup. citata, loquẽs de Deo, non debet extendi ad ſanctos, Boniſ. Vitalin. & Far. *n.* 27. vbi citat Conc. Lateran. mitius in hoc caſu puniens.

Pœna blaſphemiæ in Sanctos.

8. LI-

Quid in non consueto blasphemare?

8. LIMITATVR 2. Regula; Vt non procedat in eo, qui non est solitus, & consuetus blasphemare, Bald. & Salyc. *in l. 2. C. de rebus creditis*, Menoch. Arnal. Alber. qui ex Anan. ait, non solitum blasphemare, puniri fustigatione, & Far. alios inducens, *q. 20. n. 42*. Et nota, quòd consuetudo in proposito non dicitur, nisi quis vltra duas vices blasphemauerit Mascar. Carer. Iaf. & alij cumulati à Farin. qui eos sequitur, *n. 49*.

Quis sit consuetus?

9. LIMITATVR 3. Regula; Vt mitius puniatur, qui iusta ira, vel dolore blasphemat, Dec. Menoch. & Far. *n.* 47. secus si ex iniusta ira, seu in ludo illicito, Abb. Felyn. & Farin. cum alijs *n.* 48. *&* 49.

In blasphemante ex ira, vel dolore.

10. LIMITATVR 4. Regula; Vt si blasphemans, incontinenti se retractet, puta percutiendo sibi pectus, non puniatur, vel leuissimè, Alex. Arnal. Alberic. Marian. Soc. & Farin. *q. 20. n. 57. & seq.*

Vel incontinenti se retractās.

11. LIMITATVR 5. Regula; Vt de iure Canon. blasphemans Clericus deponatur, & laicus excommunicetur, *c. si quis per capillum* 22. *q.* 1. Sed hoc corrigitur *in c. 2. de maledic.* vbi statuitur, vt Iudex Ecclesiasticus pro blasphemia mulctet Reum, vt, ante ianuam Ecclesiæ, pluribus diebus dominicis, sine vestibus stet cum corrigia ad collum ligata, dum missa cantatur, & septem diebus ieiunet in pane, & aqua, de quo Diaz. Menoc. & Clar. qui cum Abb. testans, de communi, ait, in Clericis hanc publicam cum corrigia pœnitētiam commutandam, ne ordo vilescat, & tradit, Cataldin. & hos sequitur Farin. q. 20. *n.* 62. qui 63. refert pœnam iniunctam blasphemis *à Conc. Lateran. & n.* 64. ait, pœnam in hac nostra Regula adnotatam recessisse ab aula, citans DD. *& n.* 66. concludit cum Clar. Abb. Butr. Foller. & Hostien. quos cum alijs refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 375. *n.* 30. hanc pœnam esse arbitrariam, & esse damnationem ad berlinā, & ad triremes ad summùm, & ita practicari vidisse, ait Farin. *n.* 67.

Pœna blasphemiæ de iure Canonico.

12. Hæc breuiter sufficiant hic de ista materia, quæ vt plurimum ad tribunal Inquisitionis hæreticæ prauitatis spectat, vt obseruat Farin. *q.* 20. *n.* 105. apud quem plura diffusè reperies de materia eadem, *in tota q.* 20. De hæresi verò latissimè agit in toto suo tractatu de hæresi: De qua, hic tantùm subnectam; Pœnam vltimi supplicij pro hoc crimine hæresis, regulariter hæretico infligi, & de iure Ciuili, & de iure Canonico, nec non de iure Diuino, & de consuetudine: modus autem est per ignem, Abb. & Boss. *in tit. de hæret. num.* 37. Tandem animaduertant Iudices, qui non sunt Inquisitores hæreticæ prauitatis, ne se vllo modo ingerant in cognoscendo de crimine hæresis, vel de alijs delictis, & causis ad Sanctum Officiu Inquisitionis spectantibus: Et videant, perpendantque adnotata supra *q.* 5. *nu.* 4. 5. *&* 6. in proposito.

Pœna hæreticus.

De crimine læsæ Maiestatis humanæ, & eius pœnis, Quæstio 110.

1 PRAEMITTO 1. læsæ Maiestatis humanæ crimen absolutè solere à DD. & à iuribus, crimen læsæ Maiestatis, vocari; Et propterea in progressu huius q. dum repetenda erit nominatio huius criminis læsæ Maiestatis, non superaddam hanc particulam (humanæ;) Hoc autem crimen bimembri distinctione diuiditur, nēpè in crimen læsæ Maiestatis in primo, & in secundo capite, & omnes casus criminis læsæ Maiestatis ad hæc duo tantùm capita rediguntur, secundùm communem omnium DD. & hoc nullam habere difficultatem, ait Far. *q.* 112. *nu.* 9. Casus autem criminis læsæ Maiestatis in 1. capite enumerantur à Monteleone, in prax. *par.* 4. *n.* 322. & sequentibus vsq. *ad n.* 346. a quo numero cum sequentibus, enumerantur casus capitis 2. criminis læsæ Maiestatis.

Duplex crimē læsæ Maiestatis humanæ.

2. Præmitto 2. Quod omnes casus, in quibus principaliter offenditur Princeps, continentur in crimine læsæ Maiestatis in 1. capite; Alij verò casus, qui non tendunt principaliter ad offensionem Principis, continentur in 2. capite, ita Foll. quem refert Far. nec ab eo dissentit, *q.* 112. *n.* 15. qui *n.* 16. ex Menoc. ait, quòd quādo honor, & fama Principis solùm leduntur, vt in deturpatione, vel deuastatione statuæ, seu imaginis Principis, dicitur crimē læsæ Maiestatis in 2. capite.

Declaratur diuisio.

3. Præmitto 3. Quòd in crimine læsæ Maiestatis proceditur summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, Afflic. Baiar. Decian. Foller. Gig. & Far. *q.* 118. *n.* 1. & 2. vbi in seqq. declarat, quomodo hoc intelligendum sit, & faciunt, quæ dicta sunt, *hic sup. q.* 8.

In hoc crimine proceditur summariè, &c.

4. Præmitto 4. quod Princeps offensus in hoc crimine potest esse Iudex in causa propria, Alex. Boss. Marsi. & Farin. *q.* 118. *n.* 12. & *seq.* immò solus Princeps, vel ab eo Delegatus, de hoc crimine iudicant, Afflict. Boer. Decian. Gig. & Far. *nu.* 14. Et solus ille Delegatus cognoscit de hoc crimine commisso in Principem, cui super hoc specialis delegatio facta est, ita vt generalis non sufficiat delegatio: licèt cognitio criminis læsæ Maiestatis in personam inferioris propriam, censeatur illi concessa, cui data fuit facultas perpetua, cum mero, & mixto imperio, omnimodaque iurisdictione, Baiar. Decian. Gig. & Far. *n.* 15. & 19.

Princeps offensus, vel ab eo Delegatus, in hoc crimine iudicat.

5. Præmitto 5. Quòd in crimine læsæ Maiestatis admittūtur ad accusandum etiam inhabiles Farin. *q.* 12. *n.* 59. ex Bal. Conrad. Gig. & Hostiens.

Et inhabilis admittit. ad accusandum.

6. REGVLA sit. Pœna mortis naturalis crimen læsæ Maiestatis plectitur; Et hoc est certum, secūdùm Boss. Gig. Iodoc. & Far. qui alios inducit, *q.* 116. *n.* 2. & est *tex. in l. quisquis*, & ibi gl. Bar. Bal. & alij C. ad leg. Iul. Maiest. Mortis autem genus est per ignem, vel per dissectionem in quatuor partes, seu per aliud seuerum mortis genus; tam in 1. quā in 2. capite, vt ex diuersis DD. notat Far. *d. n.* 2. Qui *in seq. vsq. ad n.* 146. enumerat, & probat

Pœnæ criminis læsæ Maiestatis.

bat alias pœnas huic crimini viteri us impositas; Nempè 2. quæ est pœna infamiæ; 3. delectionis, & destructionis imaginum, siue armorum; 4. depictionis cum pedibus sursum, & caput deorsum; 5. damnationis memoriæ Rei; 6. de iure Canonico contra laicum, est anathematizationis, & in Monasterium trusionis omnibus diebus vitæ suæ; 7. est confiscationis bonorum, dum crimen est in 1. capite; 8. vt Reus possit impunè occidi; 9. destructionis domus Rei, 10. amissionis beneficiorum iuris Ciuilis, vt sunt testatio, donatio, &c. 11. est punitionis filiorum.

7. AMPLIATVR 1. Regula; Vt in crimine læsæ Maiestatis puniatur affectus, attentatum, & conatus, non sequuto effectu, est *tex. in l. quisquis, in prin. C. ad leg. Iul. Maiestatis*, vbi Butrig. Cyn. & Salyc. & tenuerunt Ang. Castren. Couar. qui testatur de communi omnium sententia, Ias. Menoch. qui ait, hoc sine controuersia omnes passim, & vbique admittere DD. non obstante generali consuetudine, de non puniendo affectum, effectu non sequuto, Far. hos & alios citans, *q.* 116. *n.* 147.

In quo punitur affectus, & attentatum.

8. SVBAMPLIATVR Ampliatio 1. Vt regulariter eadem pœna, qua principalis delinquens, puniatur consulens, auxilians, aut quoquo modo participans in crimine læsæ Maiest. *l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest.* Bart. Baiar. Saly. & plures alij, quos sequitur Farin. *q.* 113. *n.* 258. qui cum Afflic. Baiar. Decian. Gig. & alijs, idem asserit de receptante Reum criminis læsæ Maiest. & in-

Et ijsdem pœnis puniūtur consulēs, auxiliās, seu participans.

Quid in receptante?

teq. idem Farin. dicit, quid sentiendum sit in patre, consanguineis, vxore, &c. receptantibus tales Reos: Et præsertim *n.* 287. notat, excusandum esse ab omni pœna, receptantem per vim, & metum &c. ex Ang. Bal. Foller. Menoch. & alijs.

9. An autem tractatus, consilium, & machinatio, seu ordinatio sola, in crimine læsæ Maiestatis, nullo effectu sequuto, eadem pœna puniatur, ac si effectus fuisset secutus? est res controuersa, de qua Farin. *q.* 116. *n.* 148. *vsq.* 171.

Quid in tractatu, &c non secuto effectu?

10. AMPLIATVR 2. Regula; Vt sciens tractatum, conspirationem, seu rebellionem contra suum Principem, non reuelans, dum crimen probare potest, ex sola scientia criminis læsæ Maiestatis fiat Reus, & vt talis sit puniendus, secus si probare non posset, Gig. qui ex Alcia. testatur de communi, Cagn. Gabriel. Osasc. qui de veriori, & communiori sunt testes, Bertaz. Menoch. & Farin. alios inducens, *q.* 51. *n.* 75. Hanc Ampliationem firmarunt, Ang. Dec. & Fely. quos referens Boss. *tit. de crim. læsæ Maiest. n.* 48. ait, hoc benè procedere de iure; Sed quod in praxi non obtineretur, vt sciens, licèt non potens probare, non reuelans, non puniatur; Quòd autem morte non sit puniendus, sed tantùm arbitrio Iudicis, non reuelans conspirationem contra suum Principem, tenuerunt expressè Afflict. Fely. Menoch. Rolan. Osasc. qui testatur de magis communi: A qua tamquam à tutiori in iudicando non videtur recedendum; Quia in varietate opi-

Sciens nō reuelans an puniatur, vt Reus læsæ Maiestatis?

In varietate opinionum pœna mitior impo nitur.

opinionum DD. in criminalibus, semper debemus sequi opinionē, quæ imponit mitiorem pœnam, *l. pen. ff. de pœn. c. in pœnis, & ibi glo. de reg. iur. in 6.* hæc refert Farin. *n.* 73. & hoc vltimum præsertim ex Boss. sequitur *n.* 78. Et saltem in casu Ampliationis, tenetur quis extraiudicialiter Principi reuelare, vt possit sibi cauere, Cagn. Gab. Menoch. & Far. *n.* 77. & 78.

Quid in nō subdito nō reuelante?

11. LIMITATVR 1. Ampliatio 2. Vt non subditus non reuelās in casu huius Ampliationis non committat crimen læsæ Maiestatis, Ang. & ad eum Aug. Gig. & Farin. *q.* 51. *n.* 79. Cum non subditus, nec faciendo, committat hoc crimen, vt probatur *in hac q. n.* 37. ergo multo minus in omittendo.

Quid si particeps reuelet nō statī, vel etiā à principio?

12. LIMITATVR 2. Ampliatio 2. seu potius declaratur; Vt non reuelans à principo d. crimen, cuius ipse est particeps, sed post aliquod tempus, ante tamen quam delictum fiat, & nulla per prius habita notitia de hoc a Principe, impunitatem consequi debeat; & si statim à principio reuelauerit, & impunitatem, & præmium debeat obtinere, *l. quisquis, §. sane, C. ad l. Iul. Maiest. c. si quis,* & ibi Præpos. *6. q.* 1. *c. si quis Papa, in fi.* 78. *distinc.* & not. Gig. Boss. Foller. & Far. *q.* 51. *n.* 91.

Quid in reuelāte, secuto, vel nō secuto effe ctu?

13. LIMITATVR 3. Ampliatio 2. Vt procedat, dum potens probare crimen, non reuelat, & ex hoc sequutus est effectus, iste enim si reuelasset, Princeps sibi prouidisset, Boss. & Farin. *q.* 51. *n.* 74. & & videtur de mente Bar. Ang. & aliorum DD. ad saturitatem citatorum, *n.* 69. ab eodem Far. qui hoc notat, *n.* 72. At si non fuerit sequutus effectus, mitius videretur agendum, quamuis non reuelans potuisset crimen probare, Farin. *n.* 74. vbi ait, in istis terminis procedere opinionem Afflict. Fely. Rolan. qui testatur de communi, & aliorum ab eodem citatorum *n.* 73.

14. AMPLIATVR 3. Regula; Vt conspiratio, coniuratio, seu machinatio contra Principem, seu eius statum, sit crimen læsæ Maiestatis, Boss. Conrad. & Farin. alios etiam inducens, *q.* 51. *n.* 109. & 110. Idem dic de conuenticula cum Foller. Boss. & Farin. *n.* 128. Conspiratio autem est contra aliquem in vnum maligno spiritu insurrectio, & vbi interuenit iuramentum, dicitur coniuratio: Machinatio verò, est dolosa ordinatio, Farin. *n.* 104. 105. & 111. Conuenticula autem est congregatio in malum finem, Far. *n.* 118. qui de conuenticula agit, vsque ad *n.* 175. Sicut de seditione (quæ secundùm Vitalin. *per l.* 1 *& 2. C. de seditiosis,* est publicæ quietis perturbatio) agit idem Far. *à n.* 176. *vsq.* 203. Et scias, quod in tractatu, seu conuenticula de faciendo Papam, vel Regem, viuente eodem Papa, seu Rege, est crimen læsæ Maiestatis Conrad. Decian. Marf. & Farin. *q.* 113. *n.* 53. *& seq.*

Cōiuratio, cōtra Principē est crim. læsæ Maiestatis.

Quid sit conspiratio, coniuratio cōuenticula &c.?

15. AMPLIATVR 4. Regula; Vt vsurpans Principis iurisdictionem teneatur crimine læsæ Maiest. dum hoc facit dolo, animo, & intentione occupandi iurisdictionem, aut merum, vel mixtum Imperium

An sit crim. læsæ Maiestatis vsurpare Princ pis iurisdictionem?

Vt legem condens.

perium Principis, Decian. Iaſ. Gig. & Bar. qui ait, condentem legem, qui non habet condendi poteſtatem, incurrere læſæ Maieſt. crimen, quando dolo malo, & animo vſurpandi iuriſdictionem hoc facit; Hanc Bar. doctrinam ſequuntur Conrad. & alij apud Far. *q.* 113. *n.* 12. Idem Farin. ſubſcribit totæ huic Ampliationi, & etiam alios inducit, *q.* 114. *n.* 1. *&* 20. Sed ſi quis procederet ſine dicto animo, & ſic ſine dolo, teneretur tantùm lege Iul. de vi pub. ſecundùm eoſdem DD. Et ſimiliter extra ordinem puniendus eſſet arbitrio Iudicis, qui gerens ſe pro Magiſtratu, iuriſdictionem exercet, non tamen aliquem morti tradens, ſed tātùm in leuioribus, Decian. Menoch. & Far. cum alijs, *q.* 114. *n.* 19. Licèt in grauioribus faciēs ſe Magiſtratum, cum non ſit, incidat in læſæ Maieſt. crimen, Afflict. Gig. Marſ. Menoch. & Far. *n.* 4. *Vt* ſi quis, vt Iudex, (cum non ſit) iudicauerit aliquem ſuſpendendum, mortique tradiderit, Decian. Gig. Menoch. & Far. *n.* 11. Immò ſi quis ſit Iudex, ſed iuriſdictionem exercendo, in grauioribus notabiliter excedat, capite puniēdus eſſet, Decian. Guido Pap. & Far. *n.* 6.

Vel gerēdo ſe pro Magiſtratu iuriſdictionem exercere.

Seu cudēs falsā monetam.

16. AMPLIATVR 5. Regula; *Vt* cudēs, & fabricans falſam monetam, pœna læſæ Maieſt. criminis puniatur, *eſt tex. expreſſus in l.* 2. *& ibi* Bal. *C. de fal. mone.* Bar. Gig. Decian. *Viu.* qui de communi, & Far. *q.* 115. *n* 1. Et hæc vtique pœna eſt mortis naturalis, Far. *n.* 8 *&* 12 per combuſtionem, *n.* 13. Et hoc quamuis priuata perſona cuderet monetam bonæ ligæ, & iuſti ponderis, *n.* 18. *&* 22. Et eadem pœna punitur mandans, ſeu auxilians; At non reuelans hoc crimen punitur tantùm de falſo, *nu.* 40. ſicut etiam monetam tingens *n.* 54.

Mandās auxiliās.

17. Quando verò Princeps committat fraudem in moneta, agit Farin. *q.* 115. *n.* 56. *& in ſeq.* in quibus etiam inuenies limitationes; Et præſertim nota, quòd Alchimia videtur impunibilis, ſecundùm Monteleon. & Far. *n.* 98. vbi remiſſiuè de materia; De tondente verò, vel radente d. monetam agitur, *d n.* 99. *vſq;* 113. De expendente verò, ſeu retinente talem monetam, *d n.* 114. *vſq.* 162.

Alchimista.

18. AMPLIATVR 6. Regula; Vt officialis nō renuncians ſuo ſucceſſori officium, incurrat crimen læſæ Maieſt. *l.* 2. *& ibi gl.* & Ang. *ff. ad l. Iul. Maieſt.* Conrad. Decian. Gig. & Farin. *q.* 113. *n.* 43. Et idem dicendum eſt de eo, qui exercitum ſibi commiſſum, ſeu arcem, ſucceſſori non renunciat, Afflict. Foller. & Far. *n.* 44. *& ſeq.* vbi etiam alios inducit; niſi veriſimilis eſſet ſuſpicio, literas patentes, prætenſi ſucceſſoris, eſſe falſas, Foller. & Far. *n.* 47.

Officium ſucceſſori non renuncians.

19. AMPLIATVR 7. Regula; Vt offendens ſtatuas, ſeu imagines Principis, prout tactum fuit ſup. in crimen læſæ Maieſt. incidat, *l. famoſi, in fi. & ibi glo. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Baiar. Decian. Foll. Menoch. qui ait, hoc eſſe crimen læſæ Maieſt. in 2. capite. & Far. *q.* 113. *n.* 49. Sed non committitur hoc crimen ſine dolo malo, Ang. Foll. & Far. *n.* 51.

Offendēs imagines Principis.

20. AM-

Publicas scripturas in dānum publici falsificans.

20. AMPLIATVR 8. Regula; Vt incidat in crimen læsæ Maiest. in 2. capite ille, qui in publicis scripturis dolosè, & in damnum publici, falsum conscribit, *l. 2. ff. ad l. Iul. Maiest.* Afflict. Baiar. Carer. Conrad. Foller. & Farin. *q. 113. n. 61.*

Quid si mutatio veritati innitatur.

* An verò scripturam in aliqua re mutans, dum mutatio veritati innititur, sit falsarius? Vide notabilia pro negatiua apud Dian. *par. 5. tr. 14. resol. 40.* pro affirmatiua verò, *ibidē vers. faciunt, erga finem.* Et pro hac, etiam *par. 3. tr. 6. resol. 53.* nec nō Basseū, in sua Sum. tom. 1. verbo Falsarius, *n. 4.* Pro vtràq; autem. Dian. *in d. resolut. 53. vers. notandum.*

Prohibēs recursum ad Superiorem Principē.

21. AMPLIATVR 9. Regula; Vt in crimen læsæ Maiestatis incidant Principes inferiores impedientes, & prohibentes subditos, ne recurrant ad Principes Superiores, Sforz. Odd. & Far. *q. 113. n. 62. & 63.*

Rebellis contra Principē.

22. AMPLIATVR 10. Regula: Vt pœna criminis læsæ Maiestat. dubio procul, puniatur rebellis cōtra suum Principem; Nullus enim datur casus, in quo quis rebellis dicatur, quin reputetur etiam Reus læsæ Maiestat. Bar. & Boss. *in tit. de crim. læsæ Maiestat. n. 67. 68. & 70.* & sequitur Farin. *q. 113. n. 66.* Quamuis, è contra, non omnis, qui crimen læsæ Maiestat. committit, rebellis fit, secūdùm eosdem DD. Nam si quis mittat amico suo rebelli, vel hosti Principis, pecuniā, in crimen læsæ Maiestat. incidit *l. 4. ff. ad l. Iul. Maiestat.* & tamen iste non est rebellis, quia non est resistens inobediens; etenim rebellis ille solus propriè dicitur, qui nō obediendo resistit, seù repugnat, Bart. Dec. & Boss. *n. 70. vers. sed potes*, vbi ait, quòd in hoc nemo discrepat, & sequitur Farin. *n. 71.* Et intellige, dum inobedientia, & repugnantia est contra Principis honorem, vel statum, aliàs si solùm contra personarum priuatarum interesse, aut etiam Principis pecuniarium, non esset rebellio, nec crimen læsæ Maiestat. Natta, Cæphal. Peregr. & Farin. cum alijs, *n. 101.* & faciunt dicta per eundem Farin. *n. 68.*

Rebellis quis sit.

Contra quas personas cōmittatur hoc crimē? vsq; ad n 32.

23. AMPLIATVR 11. Regula, seu potius declaratur; Vt crimen læsæ Maiest. proculdubio committatur contra Papam, qui supra omnes Principes Maiestatem habet, Bonif. Vitalin. *in Clem. Pastoralis, §. sane. n. 23. de sent. & re iudic.* qui ait, quòd ita tenent omnes DD. Bar. Clar. & Far. *q. 112. n. 18.* Item contra Imperatorem, Boss. *in tit. de crim. læsæ Maiest. n. 5. & seq.* Item contra Regem, Farin. qui de communi, *n. 22.* Item contra quoscumque Principis Ministros, quorum opera ipse vtitur, dum tamen Minister occiditur, vt Princeps tali homine careat, secus si occideretur ex particulari inimicitia, Boss. *n. 38.* & Far. *n. 58.* qui, *à n. 24. vsque ad n. 74.* alios casus in proposito proponit.

24. AMPLIATVR 12. Regula; Vt procedat etiam in offendente Cardinalem, *vt est tex. expressus in c. felicis.* vbi omnes DD. *de pœnit. in 6. & in eodē tex.* vide Ampliationes permultas huius Ampliationis, nem-

nempe, vt procedat, non solum in occidēte Cardinalem, sed etiam in dante causam mortis, in percutiente, in capiente, in mandante, in fauente, &c. prout ponderat, & comprobat Far. *q.* 112. *à n.* 76. *vsq; ad n.* 130.

25. AMPLIATVR 13. Regula; Vt Magistratum occidens, committat crimen læsæ Maiest. *l.* 1. *& ibi* Ang. *ff. ad l. Iul. Maiest.* Bal. & Fely. *in capit.* 1. *de offic. Deleg.* Menoch. & Farin. *q.* 112. *n.* 136. *& seq.* Idem dic in Rectoribus Prouinciarum, & aliorum Officialium Papæ, vel Imperatoris, Bar. Gig. & Farin. *n.* 140. *&* 142. Intellige dummodo isti habeant merum, & mixtum Imperium aliàs secus, Gig. Afflict. Capyc. & Farin. *n.* 147. Et sufficit solus tractatus, Baiar. Gigas, Barbat. Bursat. & omnes proximè citati, cum Farin. *n.* 144.

26. LIMITATVR 1. Ampliatio 13. Vt procedat in offendēte Magistratum, seu Officiales in odium Principis, seu, vt talibus careat, secus, si ex priuata inimicitia, tunc enim non committeretur hoc crimen, Bar. Bal. Fely. & Saly. *in c.* 1. *de offic. Deleg.* Afflict. Baiar. Boss. Gig. & Far. alios inducens, *q.* 112. *n.* 150. Et idem est dicendum, dum prædicti offenduntur propter ipsorum malos mores, iniustitias, & grauamina facta offendenti, qui retinet Principi fidelitatem, quo casu quis non incidit in crimen læsæ Maiest. Afflic. Carer. *in praxi trac.* 1. *de appel. §. vndecimus casus*, & sequitur Far. *q.* 112. *n.* 155. Vbi cum Afflic. & Rolan. ait, licitum esse resistere Officiali Papæ aliquid iniustè facienti. Sed nota, quod Officialis non dicitur occisus ex priuata inimicitia, qui fuit occisus ratione officij, Capyc. *decis.* 130 *n.* 43. e. g. si occideretur Officialis pro sententia, quam tulit contra occisorem, Decian. & Far. *q.* 112. *n.* 152. & faciunt tradita per eumdem Far. *q.* 117. *n.* 37.

27. LIMITATVR 2. Ampliatio 13. Vt Officiali non obediens, non propter Principem, sed propter ipsum Officialem, non committat læsæ Maiestatis crimen, Bal. Capyc. Rolan. & Far. *q.* 112. *n.* 156. Item Ampliatio procedit in rebellante ab Officiali in his, quæ respiciunt Principis statum, & honorē, secus verò in alijs, Bar. Boss. Deciā. Gig. & Far. cum alijs *n.* 158.

28. AMPLIATVR 14. Regula; Vt sit crimē læsæ Maiest. offensio Nuntij, Oratoris, seu Ambasciatoris Principis, Bal. & Fely. *in c.* 1. *de offic. Deleg.* Boss. Gig. & Far. *q.* 112. *n.* 160. Dummodo offendēs sit subditus mittentis, Boss. Gig. & Far. *n.* 169.

29. AMPLIATVR 15. Regula; Vt committatur crimen læsæ Maiestatis contra Principem, qui non habet Dignitatem Regalem, sed inferiorem, dummodo Superiorem non recognoscat, Ang. Alex. Fely. Saly. & Boss. *tit. de crim. læsæ Maiest. n.* 51. vbi ait, quod hæc videtur communis opinio, Cæpol. qui latè hanc sententiam comprobat, Decian. qui etiam testatur de communi, Afflict. Baiar. Clar. & Farin. qui testis est de veriori, & magis recepta opinione, *q.* 112.

 n. 182.

num. 182. Quamuis alij contra.

30. Hæc Ampliatio extenditur ad omnes habentes plena Regalia, quamuis Superiorem recognoscant, qui tamen in eorum dominijs sunt, sicut Imperator in suo, Ang. Bal. Castren Fely. Ias. & Boss. *n.* 54. *& seq.* Conrad. Gig. Gom. & Farin. *q.* 112. *n.* 184. Licèt non desint alij contra sentientes.

31. Eamdem Ampliationem locum habere in quocumq; inferiore Principe, seu Domino, Superiorem recognoscente, dummodo habeat merum, & mixtum Imperium, tenuerunt Ang. & ad eum Aug. Bal. & hos sequuntur, & de communi testantur, Alciat. Baiar. Clar. & Far. *q.* 112. *n.* 178. Qui ab hac opinione, in iudicádo, non credit recedendum, *nu.* 181. licèt alij, *ibidem* relati contra teneant.

32. AMPLIATVR 16. Regula; Vt procedat in Ciuitatibus non recognoscentibus Superiorem, secus in alijs recognoscentibus, probat ex multis diffusè Farin. *n.* 186. *&* 190.

Quid in offensa tantũ verbali?

33. LIMITA hanc, & præcedentes Ampliationes; Vt non procedant in offensa simpliciter verbali, vt si quis prædictis Principibus maledixerit, nam Papæ, vel Imperatori maledicens, non punitur crimine læsæ Maiest. sed pœna arbitraria, Far. plures inducẽs, *q.* 105. *n.* 416. *&* 417.

Quando cõmittatur hoc crimẽ, remissiuè?

34. Notandum, quod si quis velit intelligere, quando quis committat crimen læsæ Maiest. perlegat diligenter *l.* 1. 2. 3. *&* 4. *ff. ad l. Iul. Maiest.* vt dicit Boss. & Aug. *in tit. de crim. læsæ Maiest. n.* 2. in illis enim iuribus, clarè habẽtur etiam alij casus speciales huius criminis, quos latissimè enumerat, probat, & declarat Far. *q.* 13. *per totam.*

Ecclesiasticus, an de hoc crimine puniatur contra Principẽ sæcularẽ, rebellas?

35. LIMITATVR 1. Regula; Vt Episcopus, Sacerdos, vel Clericus non sit puniendus de crimine læsæ Maiest. contra Principem sæcularem rebellans, quia contra talem non committit hoc crimen, cum non sit eius Princeps, nec ipse subditus eius: Vnde propter hoc crimen non erit degradandus, nec tradendus curiæ sæculari, sed tantùm, iuxta rei qualitatem, puniendus, Boss. *de crimine læsæ Maiest. nu.* 86. vbi de communi, Decian. qui de veriori, Curt. iun. Villalob. Foller. Rolan. & Farin. alios referens *q.* 112. *n.* 231.

36. Quauis contra teneant Abb. Gig. Rom. & alij, relati a Far. *nu.* 232. nempe, quòd si quis ex prædictis sit subditus Principis ratione originis, vel domicilij, & committat crimen cõtra huiusmodi Principem, quòd sit degradandus, & curiæ sæculari tradendus. Hoc tamen absolutum, & verissimum est, quòd in hoc casu Clericus non potest puniri nisi ab Ecclesiastico Iudice, ad quem remitti debet, Baiar. Boss. Foller. Gig. Rolan. & Decian. qui testatur de veriori, & hos sequitur Far. *q.* 112. *n.* 223. Et sicut hoc est certum, ita indubitatum est, quòd si Clericus, Sacerdos, vel Episcopus contra Papam crimen committat læsæ Maiestat. deponẽdus est, & curiæ sæculari tradendus, Conrad. Far. & alij, *n.* 238.

37. LIMITATVR 2. Regula; Vt non subditus non puniatur pœ-

na

na criminis læsæ Maiest. dum Principem offendit, quia nec hoc crimen, nec rebellio à non subdito cōmittuntur, Alex. Bal. Cardinal. Fely. & Boss. *de crim. læs. Maiest. n.* 80. *& seq. per tex. in Clement. Pastoralis de re iudic.* Clar. qui de cōmuni, Bar. Gig. Mars. & Far. *q.* 112. *n.* 240. sufficit tamē ad hoc, vt quis incurrat crimen læsæ Maiestatis in offensa Principis, quòd sit subditus ratione domicilij, vel ratione originis, Bal. Mars. *tract. de bannit. verb. læsæ Maiest. n.* 17. Boss. Decian. & Farin. *n.* 258. Et hoc siue immediatè, siue mediatè, Boss. & Farin. *n.* 260. Licèt crimen proditionis committatur etiam à non subdito, Decian. Gig. Socin. & Far. *n* 261.

Non subditus non cōmittit hoc crimen, nec rebellionem.

Sed proditionē.

38. LIMITATVR 3. Regula; Vt crimen læsæ Maiestatis commissum contra Principem, non principaliter, nec directè, sed secundariò, incidenter, & indirectè, non puniatur pœna ordinaria criminis læsæ Maiest. Bal. Gig. Foll. Decian. & plures alij, quos sequitur Far. *q.* 117. *n.* 1.

Quid in delinquēte indirectè, & secūdario?

39. LIMITATVR 4. Regula; Vt ignorantia, quòd offensus sit Princeps, Officialis, &c. excuset, Alber. Gig. & Decian. *in tract. crim. lib.* 8 *c.* 49. *n.* 13. & sequitur Far. *q.* 117. *n.* 6. Sicut etiam excusat animus non nocēdi Principi, Boss. Fely. Far. & alij *n.* 10. & similiter excusat non existentia doli, Baiar. Foller. Gig. Menoch. & Far. *n.* 17.

*Excusat ignorantia, animus non nocendi, & carētia doli.

40. LIMITATVR 5. Regula; Vt iustus metus excuset à crimine læsæ Maiest. & à rebellione, Gig. qui alios refert, Baiar. Boss. Foller. Mascar. cum alijs, quos sequitur Far. *q.* 117. *n.* 7. sicut pariter excusat necessaria defensio, Far. *n.* 17.

Itē iustus metus.

De homicidio, & eius pœnis, alijsque adnexis. Quæstio 111.

1 EGIMVS in præcedenti q. de pœnis pro delictis perpetratis contra Principē, seu aliàs personas publicas; Nunc agendum est de pœnis pro delictis commissis contra offendētes personas priuatas, & ante omnia de homicidio: Quod aliud non est, nisi iniusta ad mortem hominis cesio, secundùm Carer. & Far. *q.* 119. *n.* 3.

Homicidiū quid sit?

2. REGVLA 1. sit. Pœna mortis naturalis, de iure Ciuili, pro homicidio imponitur, *l.* 3. *§. patiatur, C. de Episc. aud.* & notarunt Boss. Clar. & Gom. qui testantur de communi, Baiar. Bal. Dec. & Far. plura iura, & DD. inducens, *q.* 119. *n.* 12. Et hæc Regula procedit, etiam de iure Diuino veteri, & nouo, vt probat idem Far. *n.* 15.

Pœna homicidij est mortis naturalis de iure Ciuili.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt ab hac pœna mortis, de iure Codicis, nulla Dignitas excuset, Iacob: Boulen. qui testatur de veriori, & in praxi recepta opinione, Afflict. Ang. Marf. & Far. plures concordantes inducens, *q.* 119. *n.* 17. *& q.* 98. *n.* 103. 106. *&* 108. Licèt de iure Digestorum aliter sit dicendum, secundùm allegatos per Far. *q.* 119. *n.* 18. *& q.* 98. *n.* 105. 107. nēpe, vt nobiles tantū deportētur.

Nulla Dignitas excusat ab hac pœna.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt hac pœna mortis teneatur homicida, siue sit masculus, siue sit fœmina: siue occidat masculum, siue fœminam: siue personam in-

Nec sexus.

Dignitate constitutam, siue priuatam, Farin. iura, & DD. citans, *q.* 119. *n.* 19. *&* 20.

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt homicidium qualificatum, vt est parricidiũ, de iure Ciuili morte qualificata naturali sit puniẽdum, vt diffusè probat Far. *q.* 120. *à n.* 6. *vsque ad* 13.

Quid in qualificato homicidio?

6. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt procedat in homicidio per venenum commisso, *l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Carer. Conrad. Clar. Decian. Gom. Petr. Plaz. qui ait, hoc omnium DD. consensu receptum esse, & Far. *q.* 122. *n.* 1. plus enim est extinguere, veneno, quam ferro, & est crimen atrocissimum, & proditoriè commissum, Bal. & Boss. *tit. de homic. n.* 14. tenẽt DD. *in l. is, qui telo, C. de sicar.* & probat Far. *n.* 2. *&* 3.

Per venenum?

7. Quid autem dicendum erit in affectu, & attentato per venenum, non secuto effectu? Dic breuiter, quod de communi consuetudine totius Italiæ pro hoc attẽtato non deuenitur ad pœnam mortis, vt post discussionem, concludit Far. *q.* 122. *n.* 29. *&* 30. vbi plurium DD. auctoritate hoc dicit verum, *n.* 31. Quamuis deuentum esset ad actum proximũ, *& ibidem* testatur de magis communi, & seruata opinione; Qui latius vult hoc videre perlustret Far. *à n.* 14. *vsq. ad* 31. Qui in seqq. agit de vendente, emente, conficiẽte, aut retinẽte venenum, & insinuat pœnas infligendas, &c.

8. An verò præsumptiua probatio in hoc delicto veneni sufficiat, pertractat Far. *q.* 122 *à n.* 53. *vsq.* 90. Hæc grauissima sũt, & in facti contingentia recurrendum est ad fontes præcitatos, ad quos remitto lectorem, ne de omnibus differendo, metas compendij excedam.

An præsũptiua sufficiat probatio?

9. AMPLIATVR 5. Regula 1. In præbente, seu recipiente poculum abortionis, seu sterilitatis, dũ fœtus animatus erat, abortu secuto, hoc enim vel alio quocumque modo abortu procurato cum effectu secuto, intrat pœna mortis naturalis, gl. *in l. Diuus,* & ibi Bar. Alber. & Ang. *ff. de extraord. crim.* & tenent citati a Far. *q.* 122. *n.* 98. *&* 134. Licèt alij ib eodẽ relati, *n.* 135 cõtra sentiãt. Dum verò fœtus nõ erat animatus mitior pœna est imponenda, *c. sicut ex literis, in fi. de homic. & ibi gl.* & communiter omnes Canonistæ, inter quos Hostien. ait, in hoc concordare non modò Canonistas, verùm etiam Legistas, & tenuerũt glo. Alber. Ang. & Bart. *in d. l. Diuus,* & est communissima DD. sententia, pro qua Farin. *nu.* 137. citat ad saturitatem.

In præbẽte, seu recipiente poculum abortionis, vel sterilitatis?

10. De pœna præbentis, vel recipiẽtis poculum abortionis, amatorium, conceptionis, sterilitatis, sanitatis, diffusè agit Farin. *q.* 122. *à n.* 91. *vsque ad n.* 130. Et de abortu faciente, iterum, & latè tractat idem Far. *à n.* 131. *vsque ad n.* 166.

11. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt assassinium, cum qualificatum sit homicidium, non modò morte naturali, in quo difficultas non est, puniatur, sed etiam morte qualificata sit plectendum, Far. *q.* 123. *n.* 1. Et vlterius pro hoc crimine aliæ pœnæ sunt infligendæ, de quibus idem Far. in seq. citans DD. pro more suo. Assassinus autem ille est, qui

In assassinio?

qui per pecuniam occidit, vt mandans, vel vt mandatarius, Bart. Boss. & alij DD. *in tit. de foro comp. n.*141. & Bar. *n.*19. 26. *&* 27.

Attentato?

12. Specialia in hoc crimine inuenies apud Far. *q.*123. *à n.*46. *vsq.* 76. Qui agit de conatu, seu affectu in hoc delicto, *à nu.*77. *vsque* 132. Et de excusationibus in hoc crimine, *à n.*133. *vsq.* 163.

In homicidio quocumque doloso?

13. AMPLIATVR 7. Regula 1. Vt non modo procedat in quocũque homicidio doloso, nempè per proditionem, aut per insidias perpetrato, in præmeditato, seu deliberato, vel ex proposito, siue, vt aiunt, a sangue freddo, de quo loquuntur DD. in Regula 1. citati, quibus adde Alber. Cæpol Gram. Marsil. Odofr. & Far. *q.*126. *n.*41.

In rixa?

Verùm etiam procedat Regula eadem in homicidio commisso in rixa, quòd similiter morte naturali punitur, quando tamen constat, quod occisor, auctor fuit rixæ, & verè habuit animum occidendi, secundùm Far. *q.* 126. *nu.*49. vbi dicit, hoc verius, & in praxi sequendum, & cum hac opinione concurrunt Aret. Bart. & Boss. *tit. de inquisit. n.* 116. *& seq.* Baiar. Vulpel. & plures alij, relati a Farin. *nu.*47. Sed dum constat, quod homicida fuit prouocator, vel quòd altercando habuit animum occidendi, qui in dubio, propter rixæ calorem, non præsumitur, pœna mortis non esset inferenda, Farin. *d. nu.*49. & huic sententiæ multò magis subscribunt DD. qui absolutè tenent homicidium in rixa commissum, non ordinaria, sed mitiori extraordinaria pœna puniendum, inter quos est Azor. Cyn. Menoc. Socin. Ludou. Peguer. qui de communi obseruantia testatur, & alij relati à Farin. *nu.*48. & fauent Alber. & Bar. *in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn.*

In dante opera rei illicitæ?

14. AMPLIATVR 8. Regula 1. Vt qui homicidij causam dat, operam dando rei illicitæ, morte naturali puniatur, his duobus concurrentibus; 1. quod causa sit verisimiliter ordinata ad homicidium, & ex qua verisimiliter homicidium nasci possit; 2. Vt illa causa sit proxima, & immediata ad homicidiũ, Aym. Carer. Andr. Gayl. & quamplures alij relati a Far. *q.*126. *n.*77. 78. *&* 79. quibus ipsemet subscribit, & ita concludit, *num.*69. apud quem vide etiam relata, *nu.*67. *&* 68. Prædictis autem duobus non concurrentibus, pœnæ tantùm extraordinariæ, locus erit, Farin. *vbi proximè.*

In seipsũ occidente?

15. AMPLIATVR 9. Regula 1. Vt occidere seipsum omni iure prohibitum sit, Decian. Plaz. Rolan. & Farin. *q.* 128. *n* 3. *&* 4. qui in seq. hoc ampliat. Et ideò se occidens grauissimè peccat, nisi ex Diuino instinctu faceret, Baiar. Decian. Carer. Plaz. & alij, quos sequitur Farin. *nu.*33. Et Clericus seipsum occidens, vulnerans, seu percutiens est excommunicatus, Ing. *in l.*1. *§. si sibi manus, ff. ad Syllan. & ibi*, Io. Faber. qui refert concordantes, & testatur, quòd ita tenent omnes DD. *in c. contingit, de sent. excom.* Abb. & Clar. qui de communi, Carer. Dec. Decian.

Seu attentante?

Gram. Menoc. & Farin. *n.*25. Ille verò, qui seipsum vulnerat, animo

se

se occidendi, morte non secuta, puta quia ab alijs fuerit detentus, puniendus est, *l. fin. §. si quis autem, in fin. ff. de bon. eor. & ibi* glo. & Bar. & notant Castren. Menoch. & Farin. *n.* 34. Et vtique de iure eadem pœna puniendus esset, ac si perfecisset, sed de generali consuetudine, mitiori pœna arbitrio Iudicis erit plectendus, Carer. Clar. Farin. & alij *n.* 37.

Ex conscientia delicti? 16. Sed nota quòd ad hoc, vt se ipsum vulnerans puniatur, non solum requiritur, quòd hoc faciat ex conscientia patrati criminis, verum etiam, quòd crimen sit tale, vt pro eo imponatur pœna mortis; Tedio vitæ, &c. Et propterea si quis se vulneraret tædio vitæ, impatientia doloris, vel ex alia causa, nullam incurreret pœnam, ita Gom. *de delict. c. 3 rubr. de homic. n.* 14. vbi testatur de communi DD. opinione, quem sequitur Far. alios DD. inducens, *n.* 39.

In faciente ad petitionem patientis. 17. AMPLIATVR 10. Regula 1. Vt pœna mortis puniatur, qui occidit de voluntate, & petitione ipsius occisi; Sicut de percussione tenetur, qui sic grauiter percutit, Plaz. & Farin. *q.* 228. *n.* 28. Et grauiter percutiens Clericum volentem, ipse, & Clericus sunt excommunicati, Franc. Marci, Plaz. & Farin. *n.* 29.

In castratione. 18. AMPLIATVR 11. Regula 1. Vt castrans seipsum, seu castrare se faciens, & ipse, & castrator, de iure Ciuili, morte naturali puniatur, *l. 4. ff. ad l. Corn. de sicar.* Baiar. Clar. Dec. & Far. *n.* 32. De iure verò Canonico tales puniendi sunt, vel pœna hoc iure homicidis determinata, vel pœna arbitraria, Fab. à Montel. & Far. *q.* 20. *n.* 153. Nulla tamen pœna esset puniendus ille, qui de consilio peritorum pro ægritudine mortali, quæ aliter, quam per incisionem non posset curari, permitteret se castrari, Ang. Baiar. ad Clar. *q.* 68. *nu.* 18. citans etiam Put. & hos sequitur Farin. *n.* 32.

19. AMPLIATVR 12. Regula 1. Vt homicidia teneatur hæredibus occisi ad interesse, & damna emergentia propter occisi mortẽ, secundùm Clar. Maran. Marsil. & Farin. alios citantem, *q.* 119. *n.* 93. qui *in seq.* pluribus modis subampliat hanc doctrinam, & præsertim *n.* 115. vbi ait, vulnerantem teneri de vulnerato, & ad damna, & interesse propter illatum vulnus, & est *tex. in §. ob hominem verò, institut. de oblig. quæ ex delic. nascun.* & expressius *in c. 1. de iniur. & damn. dat.* & ibi Hostien. Innoc. & alij Canonistæ communiter. An teneatur homicida ad interesse?

20. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt occidens hominem ad sui defensionem regulariter non puniatur, Nicel. qui de communi, Didac. qui ait, hoc receptissimum apud Theo. & Clar. *§. homicidium, ver. excusatur*, qui dicit, hoc indubitati iuris esse, Bar. Bald. Alber. Honded. qui testatur de receptissima DD. sententia, Boss. Carer. Alex. & Farin. concordantes cumulans *q.* 125. *n.* 3. Defensio autem est instantis, imminentisque offensionis propulsatio. Far. & alij *n.* 2. Occidẽs ad sui defensionẽ non punitur. Defensio quid?

21. AMPLIATVR 1. limitatio 1. Vt omni iure, Ciuili, Canonico, gentium, & naturæ, permissa sit defensio, *c. dilecto, de sent. excom. in 6.* Defensio omni iure permissa.

in 6. glo. in l. vt vim, & ibi Bart. Bald. Alber. Ang. Castren. Dec. & Iaf. ff. de iust. & iur. Butr. Gom. Marsil. Menoch. & Farin. alios inducens, q. 125. n. 10. Qui n. 11. probat, defensionem esse etiam de iure Diuino, ex Gom. Marsil. & tot alijs, & tenuerunt in dicta l. vt vim. Alber. Castren. Franc. Curt. qui testatur de communi, & alij DD. Et consequenter, in foro conscientiæ, sine peccato, licèt occidere aggressorem, Ang. Bolognet. Dec. & alij in d. l. vt vim Castren. qui ait, ita tenere omnes DD. Couar. qui testatur hanc receptissimam esse Theologorum sententiã, Clar. Chart. & Farin. concordantes cumulans nu. 20. Immo peccat, qui nulla iusta causa permittit se occidi, cum possit se defendere, Castr. Iacob. Ayrer. Salomon. & Farin. num. 23.

22. AMPLIATVR 2. limitatio 1. Vt liceat ad sui defensionem occidere in Ecclesia, quæ in hoc casu, per effusionem sanguinis, non polluitur, Ayrer. Boulec Lignan. Mantua, Dec. & Far. q. 125. n. 22. Quod procedit etiam in Clerico, & Religioso, Ang. Dec. Hostien. qui concludit, hoc verum esse, quando agitur de proprij corporis defensione, & dum aliter talis euadere non potest, Iacob. de Graff. Marf. Zabar. & Farin. concordantes inducens, n. 24. Nec per hoc irregularitas incurritur, Fulgos. Dec. & alij in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Abb. Anan. & Boic. in c. 2. de homic. Hostien. Imol. Gomez, & alij, cumulati a Farin. n. 27. Et dato, quòd occisus sit Clericus, occidens non incurrit excõmunicationem, est tex. apertus in c. si verò Clericum, de sent. excom. & ibi glo. Hostie. Butr. Abb. & Felyn. & tenuerunt Gom. Clar. qui testatur de communi, Innoc. Vgol. qui ait, quòd non tenetur quis expectare, se percuti à Clerico, etiam quòd non sit periculum nisi mutilationis, & Farin. alios citans, n. 32.

Ad defẽsionem occidens in Ecclesia.

Si sit occidẽs Ecclesiasticus.

Vel occisus.

32. AMPLIATVR 3. limitatio 1. Vt ad hoc, vt homicidium dicatur factum ad necessariam defensionem, sufficiat, occisorem probare verisimilem, & probabilem timorem suorum inimicorum, vt armorum terror iustus, & talis, qui cadere possit in constãtem virum; puta, dum interueniunt signa, aut inditia manifesta offensionis, Ang. Salyc. qui testatur de communi, & alij in l. sed, & si, C. vnde vi, puta, cum quis venit contra alium armis euaginatis, vel cum cultello in manu, minando, vel faciendo aliquem alium actum, ex quo apparet, quòd vult offendere, Claud. Seyssel. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Ang. & Marsil. qui requirunt, quòd fiat aliquis offendendi actus cum armis, vel cum clamore, Bal. Carer. & Farin. totæ huic doctrinæ subscribens, q. 125. n. 62. & faciunt tradita per eundem nu 54. 55. & 56. Et hinc est, quòd aggressionem, vel insultum quis probãs, & quòd alius in eum cum armis ruit, dicitur probasse ad sui defensionem necessariam fecisse, & quamuis occidat aggressorem, omnem pœnam euadet, Bald. quem refert, & sequitur Iaf. in l. vt vim, vbi Mantua, & alij, ff. de iust. & iur. Ang. Bart. Cyn. & Salyc.

Necessaria defensio quomodo probetur?

Salyc. *in l. is qui aggressorem, C. ad l. Corn. de Sicar.* Boss. Bero. qui testatur de cõmuni, Bertaz. qui de magis communi, Fely. Gandin. Mascar. & Farin. *n.* 57. *&* 58. vbi plures alios citat, sicut iterum *n.* 61. inducens concordantes ad saturitatem; Et idem dicendum est in præparante se ad offendẽdum ex signis manifestis, qui impunè potest offendi, Bald. & Ias. hunc sequens, *in d. l. vt vim, & ibi* Salomon. & tenuerunt Anch. But. & Hostien. *in c. si vero, de sent. excom.* per illum text. Boss. Clar. Mascard. & Farin. plures inducens, *n.* 63. qui *n.* 64. testatur de communi opinione, & quòd ab ea non est recedendum. Et hæc ampliatio extẽditur ad repercutientem eum, quem timet, quòd iterum percutiat, quòd præsumitur, dum non discedit, Farin. cum citatis ab eo *n.* 77. 78. *&* 79. Secus si aufugerit *n.* 80.

Quid in minante, & iactãte? 24. AMPLIATVR 4. limitatio 1. Vt minantem, seu iactantem occidere, liceat percutere, vulnerare, & occidere, gl. *in l.* 1. vbi Bal. Odofred. & Salyc. qui testatur de communi, *C. vnde vi*, Afflic. Clar. qui pariter testes sunt de communi, Aret. Carer. Mascar. & Farin. cum alijs *q.* 125. *n.* 67. Dummodo minans sit solitus minas exequi, appareant signa offendendi, & minæ sint de occidẽdo, Ayrer. Bolognet. Plaz. & Farin. *n.* 72.

An licita sit defensio cõnoando amicos? 25. AMPLIATVR 5. limitatio 1. Vt defendere se liceat, aduersus offendere volentem, etiam conuocando amicos, & alios, Ang. Bal. Bolognet. Fulgos. & Mantua. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Alber. Farinac. & alij *num.* 89.

An liceat occidere pro defensione rerum? vsq; ad n. 29. 26. AMPLIATVR 6. limitatio 1. Vt occidens hominem pro defensione necessaria rerum suarum, non sit puniendus, Ias. Mantua, qui testatur de communi, *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Bart. Ang. & Marsil. *in l. furem, ff. ad l. Corn.* Alber. Clar. Villalob. qui etiam testatur de communi, & Far. *q.* 125. *n.* 169. *&* 170. concordantes inducens ad saturitatem, *& in seq.* diffusè amplians.

27. LIMITATVR 1. Ampliatio 6. Vt procedat in re magni pretij, vt supra duos aureos, non autem in re vili, & minoris pretij, Alex. *in l. furem, & ibi*, etiam, Fulgos. & Mars. *ff. ad l. Corn. de sicarijs*, Carer. Couar. Ias. Bald. & Farin. cum alijs, *n.* 238.

28. LIMITATVR 2. Ampliatio 6. Vt procedat, quando res furatæ aliter recuperari non possũt, aliter secus, Bar. *in l. furem, & ibi* Alber. Ang. & Marsil. *ff. ad l. Corn. de sicar.* Mascard. Clar. Butr. & Farin. alios inducens *n.* 264. *q.* 125.

Quid in Ecclesiastico? 29. LIMITATVR 3. Ampliatio 6. Vt non procedat in Clericis, quibus non licet occidere hominem pro rerum suarum defensione, *cap. suscepimus, & ibi* Abb. qui testatur de communi, Anchar. Anan. Hostien. Zabar. & Felyn. *de homic.* But. & Farin. concordantes inducens, *q.* 125. *n.* 221. Quamuis Clericis non sit prohibitum ad rerum suarum defensionem furem percutere baculo, & etiam gladio, Abb. Anan. & Marian. Socin. *in c. suscepimus, de homic.* Ang. Butr. Felyn. & cum alijs, Farin. *n.* 226. *& est tex.* An ei liceat percutere?

in c. dilecto de senten. excom. in 6. vbi Hostien. & Innoc. qui testatur de communi Canonistarum; Quid autem dicendum sit in laico occidente ad defensionem rerum suarum in foro conscientiæ, vide Farin. n. 234. vsq. 237.

30. AMPLIATVR 7. limitatio 1. Vt homicidium commissum pro defensione extranei insultati, & in periculo vitæ cõstituti, sit licitum, Bar. in l. vt vim, & ibi Ang. Castren. Fulgos. Ial. qui testatur de communi, sicut etiam Bolognet. & Dec. ff. de iustit. & iur. Clar. Boss. Baiar. Gom. Saly. Villalob. Bal. Carer. & alij, quos refert, & sequitur Far. q. 125. n. 267. & 268. Et hoc quamuis occisus esset Clericus, Innoc. in c. si verò, vbi etiam Butr. Hostien. Abb. qui testatur de veriori, & communiori DD. opinione, & Fely. de sẽten. excom. Clar. Gom. Zab. Carer. & Far. cum alijs n. 276. Sicut etiam è contra, si occidens, Clericus esset, sine peccato in tali casu occideret, dum inuasi vita aliter saluari non posset Henric. Boic. Marian. Soc. Couar. Graf. Ayrer & Far. n. 278. Quid autem dicendum sit quo ad irregularitatem? vide Far. n. 280. qui ait, secũdùm magis communem DD. irregularitatem incurri, ex Castren. Anan. Inn. & alijs.

De defensione extranei insultati.

31. Declara Ampliationem 7. Vt quamuis quis possit, tamen nemo de iure defendere teneatur extraneum insultatum, occidendo insultantem, Ial. in l. vt vim, qui testatur de communi, & ibi Alber. Ang. Bolognet. & Fulg. ff. de iust. & iur. Bal. & Salyc. l. 1. C. vnde vi, Gandin. Carer. Couar. Viu. & Far. cum alijs q. 125. n. 300. & licèt ex quadã honestate quis teneatur insultatum defendere, tamen non defendendo, ad pœnam non tenetur, secundùm Bal. Bolog. & Far. ibidem; Et si posset sine periculo suæ personæ, Plaz. qui testatur de communi, & Far. n. 329 Ita vt quis non teneatur insultatum defendere, personaliter se ingerendo in rixa, sed nec etiam verbis, Alber. & Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Iodoc. & Farin. n. 302.

32. LIMITATVR 1. declaratio, in filio, qui tenetur patrem defendere, sicut è contra, pater filium, Far. alios citans q. 125. n. 307. & seq. vbi de alijs; Et præsertim quòd publicus Officialis teneatur subditos oppressos defendere, & rixantes diuidere, Far. n. 314. citans Bal. Boer. Carer. & alios: Et Superior defendere tenetur suos subditos, & è contra, Carer. Plaz. & Farin. n. 321.

Vel patris, filij, Superioris, vel subditi.

33. LIMITATVR 2. declaratio; Vt de iure Canonico, quis teneatur defendere iniuriatum, c. dilecto, §. & quidem, de sent. excom. in 6. Abb. Arch. & Bolognet. qui hos refert. & sequitur in l. vt vim, ff. de iust. & iur. & testatur de communi opin. Bal. Gand. & Far. concordantes inducens, q. 125. n. 304. Et similiter in foro conscientiæ, & pœnitentiali tenetur quis defendere, dum potest sine periculo suæ personæ, gl. in l. vt vim, & ibi Bolognet. Mant. & alij, ff. de iust. & iur. Viu. qui de communi, Boer. Vgolin. qui pariter de communi, Far. & alij n. 306.

Quid de iure Canonico, & in foro poli?

Quid in occidēte tertium, dum volebat aggressorē occidere?

34. AMPLIATVR 8. limitatio 1. Vt occidens, defendendo seipsū, non aggressorem, sed alium tertium, dum vellet aggressorem occidere, non puniatur, *l. si cum seruo*, *ff. de iniur.* Ang. *in l. is, qui aggressorem, & ibi* Io. Fab. *C. ad l. Cor. de sic. car.* Clar. qui testatur de communi, *in §. homicidium, vers. ad quod*, & ad eum Baiar. *n.* 85. tenent Boer. Menoc. Viu. & Far. cum alijs, *q.* 125. *nu.* 139. Et dato quòd in tali casu fuerit aliqua culpa, non tamen sufficeret, vt occisor criminaliter esset puniendus, vt benè declarat Dec. *in d. l. vt vim, ff. de iust. & iur.* & tenēt Gom. Mandell. Plaz. Far. & alij, *n.* 141. qui in seq. exemplificat, & probat hoc idem in occidente ad sui defensionem mediatorem rixæ.

An, liceat repercutere, & occidere eum, cui reuerētia debetur?

35. SVBLIMITATVR 1. limitatio 1. Vt nec Iudicem iniustè agentem, nec patrem, aut matrem, seu Abbatem verberantem, liceat occidere, sed neq; repercutere, & generaliter neminem, cui reuerētia debetur, solidè probat Farin. *q.* 125. *n.* 101. *vsq;* 110. Intellige nisi prædicti immoderatè, & atrociter percuterent, tunc enim licita esset defensio, & quando percuterent animo, occidendi, possent etiā impunè occidi, Alber. Bar. & Dec. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Bolognet. Plaz. Chart. Graff. et Far. *nu.* 111.

Vel qui iniuste facit.

36. SVBLIMITATVR 2. limitatio 1. Vt procedat, dum offensio iniustè infertur, alias defensio licita non est, gl. *in l. vt vim*, Alber. Ang. Castren. Dec. Mant. et Bolognet. *ff. de iust. & iur.* Flor. Bal. et Far. *q.* 125. *n.* 112. alios etiam inducens. Et hinc infertur, quòd bannitus, dum impunè potest occidi, si se defendendo, occidat, puniēdus est, vt voluit Bar. *in l. vt vim, & ibi* Castrē. Mant. Fulg. Dec. et Bolognet. qui testatur de communi, *ff. de iust. & iur.* Bal. Carer. et Far. alios etiā inducens, *n.* 114. & 117. Licèt citetur pro bannito, quòd possit se defendere, Bal. *in d. l. vt vim*, et quidam alij inducti à Far. *d. n.* 114. vbi, *n.* 115. & 116. affert in hoc quasdam moderationes.

Defensio debet esse cum moderamine inculpatæ tutelæ.

37. SVBLIMITATVR 3. limitatio 1. Vt homicidium ad defensionem commissum tūc impunibile sit, quando fuit cum moderamine inculpatæ tutelæ, Bar. Cyn. Dec. Fulg. Ias. et alij *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Masc. qui ait, quòd ita vna mēte omnes scribentes tenent, Abb. Ang. Foller. Mars. et Farin. ad saturitatem citans, *nu.* 330. *q.* 125.

Quod cōsistit in tribus.

38. Hoc autem moderamen inculpatæ tutelæ consistit in tribus, quæ in progressu q. huius erunt explicanda, nempe; 1. circa modum percutiendi; 2. circa arma; 3. circa tempus, vt notat Far. *q* 125. *nu.* 406. Et qui se defendens cum moderamine inculpatæ tutelæ, his tribus seruatis, licèt occidat, non modo non punitur morte naturali, sed omnino nulla pœna est plectendus, Salam. qui benè exemplificat *in repet. l. vt vim*, vbi etiam Mant. *ff. de iust. & iur.* Bal. *in l.* 1. *C. vnde vi*, Mascar. et Far. *n.* 332. et in hoc non est difficultas apud DD.

Qui excedit modum, mo.

39. Et hinc est, quòd non dicitur ille seruare moderamē inculpatæ tutelæ, qui repercutiendo, non seruat

deramen non seruat. uat mensuram æqualitatis, sed offendit, vltra quam fuit offensus, & consequenter modum excedit, gl. *in l. vt vim, & ibi* Dec. Ias. Mant. & Bolognet. qui ait, quòd defensio debet esse proportionabilis periculo vitæ, *ff. de iust. & iur.* Bal. qui ait, quòd requiritur factorũ æqualitas, Bar. & Saly. *in l. 1. C. vnde vi, & est tex. in c. significasti, il 2. de homic.* vbi habetur, non fuisse seruatum moderamen inculpatæ tutelæ ab eo, qui percussus in parte corporis non periculosa, repercussit in capite, quæ est periculosa pars, & ibi notant, Abb. But. Hostien. & alij, & tenuerunt Ang. Clar. Carer. & plures relati à Far. *q. 125. n. 349. & 350.*

Sed contra. 40. Id. Far. *n. 351.* refert Vitalin. & Bero. tenentes moderamen d. seruari ab eo, qui se defendendo, maiorẽ facit offensionem; Et huic opinioni subscribens Farin. *n. 352.* ait, apud eum hanc secundam opinionem esse veriorem: Et pro ea inducit communem illam DD. cõclusionem, nempe, quòd ictus non dantur ad mẽsuram, nec dari possunt, & quòd insultatus non potest habere stateram in manibus, quãdo repercutit, homoq; iracundiæ furore accensus, non est in plenitudine intellectus, prout hæc, & similia in proposito scripserunt Bal. & Claud. Seyssel. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Abb. *in c. significasti, & ibi* Butr. & Fely. *de homic.* Boer. Bero. Bertaz. Tiraq. & alij citati à Farin. *d. n. 352.*

Resolutio. 41. Quid dicendum? In hac contrarietate opinionum, puto non esse absolutè respondendum, sed diuersos casus non seruati moderaminis inculpatæ tutelæ esse figurandos, et pro diuersitate eorum, diuersimodè, in proposita, & similibus alijs difficultatibus resoluendum, & sentiendum.

Dum tãtum exceditur in modo percutiẽdi. 42. Casus 1. fit. Quando moderamen inculpatæ tutelæ non seruatur circa vnum tantùm ex tribus requisitis ad hoc, vt defẽsio dicatur necessaria, nempe circa modum percutiendi, circa æqualitatem armorum, vel circa tempus. Incipiamus à modo percutiẽdi, seu repercutiendi; in qua circumstantia, dum solummodò exceditur, excessus dicitur leuissima culpa commissus, vt declarat Cæpol. *cons. crim. 41. n. 10.* Bolognin. *cons. 37. vers. leuissima verò,* & subscribit Far. *q. 125. n. 406.* Et in hoc sensu videtur intelligendi DD. pro opinione 1. citati *hic sup. n. 39.* & verum dicunt, dum volunt in hoc casu non esse seruatum moderamen tutelæ inculpatæ, cùm de facto interuenerit aliqua culpa (et consequenter non inculpatè) sed culpa leuissima: Et propterea hic excessus nulla pœna videtur puniendus, leuissima enim culpa est impunibilis in præsenti casu, secundùm Bal. et Claud. Seyssel. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Bellap. Bertaz. Bolog. Cæpol. et Far. *n. 404.* Et ita procedat opinio 2. et DD. citati *hic sup. n. 40.* qui in hoc casu volunt non excedi moderamen inculpatæ tutelæ, nullamq; dari culpam; Intellige, culpã punibilem, non dari in tali excessu.

43. Veniamus ad propositum requisitum 2. vt defensio necessaria

Vel in armorum inæqualitate telũ.

ria dicatur, nempe æqualitas armorum, & eiusdem generis; Vt si quis alterum aggrediatur cum ense, aggressus ense se defendat, non armata hasta, vel archibusio; Et si quis sine armis sit aggressus, sine armis se defendat, alias enim in hoc requisito 2. de armorũ æqualitate, non seruaretur moderamen inculpatæ tutelæ, ita Carer. Masc. & alij DD. ad saturitatem cumulati a Far. quos tamen ipse non sequitur, *q.*125. *n.*354. *vsq;* 357. Salom. qui ait, hanc omnium DD. communem esse sententiam, *in l. vt vim*, & ibi Seyssel. & Mant. *ff. de iust. & iur.* & probare videtur *tex. in c. significasti*, *il* 2. & ibi notant Anan. & Butr. *de homic.*

44. Hæc opinio pariter intelligenda est, scilicet, in hoc casu non esse seruatum moderamen tutelæ inculpatæ, cum etiam in facto aliqua sit culpa, vnde non totaliter inculpatè, sed culpa leuissima est, & ideo nec iste excessus, ex leuissima culpa, videtur aliqua pœna puniendus, iuxta tradita *hic sup. n.*42. Et propterea quòd inæqualitas tãtùm armorum in defensione, non tollat moderamen inculpatæ tutelæ, tenuerũt Alex. Blanc. Carer. Graff. Masc. & Far. qui hoc ait, verius, *q.*125. *n.*360. Et quòd ista inæqualitas tãtum armorum non sit attendenda in rixa, & dum agitur de defendendo propriam vitã, notarunt Anan. Anchar. Hostien. Fely. Zaba. & communiter DD. *in c. significasti, il* 2. *de homic.* Immo si quis aliter offensionem euitare non posset, sine praiudicio moderaminis inculpatæ tutelæ, nõ modo contra inuadentem cum armis, vel cum lapidibus, sed etiam manu vacua, seu pugno, potest aggressus se defendere, nec non vulnerare telo, seu alijs armis, præsertim si aggressus sit vir nobilis, ita Ang. & ad eum Aug. Baiar. Bero. Berta. Bolognin. Clar. Fely. Iodoc. Marf. & Far. *n.*161. *&* 162. Bal. quem refert, & sequitur Anan. *in c. significasti, il* 2. *de homic.* Sed hanc quoque DD. opinionem de inæqualitate armorum, intellige iuxta notata supra *in hac q. n.*42. quod in hoc excessu est quidem aliqua culpa, sed leuissima, & consequenter sine culpa punibili, hæc enim leuissima culpa nullo pacto punitur, vt declarat Bolognin. *cons.* 36. *vers. tertium moderamen*, & notat Farin. *n.*360.

45. Requisitum tandem 3. Vt dixi, necessariæ defensionis, est tempus, idest, vt fiat defensio incontinenti; vnde, dum fit ex interuallo, non dicitur seruatum moderamen inculpatæ tutelæ, secundùm Cyn. *in l. vt vim.* & ibi Mantua, Ias. Salom. & Seyssel. *ff. de iust. & iur.* Bar. Saly. & communiter DD. *in l.* 1. *C. vnde vi*, Alber. Ang. Clar. & Far. alios inducens, *q.*125. *n.*338.

Vel in tẽpore, quia ex interuallo vsque ad n. 48.

46. Incontinenti autem dicitur facta defensio, ad hoc, vt se defendens nulla pœna teneatur, quando quis in flagranti rixa, & in actu offensionis, aggressorem percutit, Salomon. *in repet. l. vt vim.* qui ait, in hoc omnes DD. consentire, & ibi Bolognet. & Seyssel. *ff. de iust. & iur.* Cyn. *in l.* 1. vbi Bar. Bal. & Salyc. *C. vnde vi*, Anan. But. Hostien. & Far. *q.*125. *n.*339. qui *n.*342. testatur

statur de communi, licèt alij contra, ab eodem relati, *n.*341.

47. At quando quis se defendendo offendit post rixam, sed adhuc durante dolore, & ira causata ex offensione, & antequam diuertatur ad extraneos actus, licèt prouocatus sic offendens, excedat moderamen inculpatæ tutelæ, mitius tamen est puniendus. Secus si prouocatus, offendat post rixam ex interuallo, & postquam cessauerit dolor, & ira, ipseq; ad extraneos diuerterit actus, quia tunc Far. *q.* 125. *n.* 403. ridiculum existimaret dicere, quòd a pœna ordinaria esset recedẽdum, & testatur ita practicari, & ita senserunt etiam Bertaz. *consl.*434 *n.*12.13. *&* 14.& Iodoc. *in praxi crim. c.*76. *n.*21. Et aliter dicendo nimium homicidis laxarentur habenæ vt notat Far. *nu.* 342. Vbi animaduertit cum Bertaz. & Plaz. repercutientem post rixam, ira durante, &c. non excusari à pœna ordinaria, quia fecerit ad necessariam defensionem, nec enim talis est necessaria defensio, secundùm communem DD. sed talis ab ordinaria excusatur pœna, quia repercutit ad alterius prouocationem.

48. Et nota, quòd defensio præsumitur facta incontinenti, & non ex interuallo, dum quis ad defensionem, offendit, Bolognet. Boss. qui testatur de communi, & Far. *n.*345. quamuis absolutè defensio non præsumatur, & qui dicit, fecisse ad defẽsionem, teneatur probare, vt dicam *in hac q. n.*59.

49. Casus 2. fit; Quando moderamen tutelæ inculpatæ non seruatur circa duo ex propositis, requisitis, nempe, quia in rixa non fuit seruata æqualitas armorum, & excessus commissus fuit in modo, grauius repercutiẽdo, quo casu dicitur excessus moderatæ tutelæ commissus leui culpa, vt declarat Cæpol. *consl.*41. *nu.* 10. Bolognin. *consl.*37. *ver. leuis verò*, et sequitur Far. *q.*125 *n.*411. et huiusmodi excessus, non pœna ordinaria delicti, sed mitiori est puniendus, Cæpol. vbi sup. Bolognin. *consl.*37. *vers. interdum est leuis*, Ias. et Seyssel. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Carer qui ait, quòd ita dicũt omnes DD. Caballin. Nouell. et Far. *n.*409. Licèt Baiar. Bal. Bertaz. Clar. et Marsi. voluerint talem excessum leui culpa commissum, nullo modo criminaliter puniri, seu corporaliter nõ puniri, vt alij declarant, relati à Far. *n.*408. et 409.

Quando moderamen non fuit seruatũ in armorum æqualitate, nec in modo percutiendi?

50. Casus 3. Quando in tribus simul prædictis circumstãtijs inculpatæ tutelæ moderamen exceditur, id est, in modo percutiendi, in genere armorum, et etiam in tempore; Et hic excessus dicitur commissus lata culpa, secundùm Cæpol. Bologni. et Far. *q.* 125. *n.*413. Et excedens, in hoc casu, non esset puniendus ordinaria, sed mitiori pœna Bal. Seyssel. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Ang. ad Ang. Bolognin. Caballin. Cæpol. Nouell. et Farin. *n.*412.

Vel quãdo excessũ fuit in modo, in armis, & etiam in tempore cum n. seq.?

51. Immò quamuis constaret in hoc casu, quòd in excessu moderaminis inculpatæ tutelæ, dolum interuenisset, non ordinariæ, sed mitiori pœnæ locus esset, Bal. *in l. vt vim*, et ibi Ias. Dec. Salomon. Seyssel,

scl. & de cōmuni testantur, Franc. Curt. & Mantic. *ff. de iust. & iur.* Gram. Marf. & de communi pariter testantur Boss. & Carer. de magis communi verò Legistarum, & Canonistarum, testis est Bero. & huic opinioni subscribunt pariter Bolognet. Bolognin. Tiraquel. & Far. alios concordantes referens, *q.125.n.414.* Intellige totam doctrinam propositam in hoc casu 3. iuxta tradita *sup. in hac q. n.47.*

In dubio excessus culpa nō dolo præsumitur.

52. Cui addo, quòd in dubio excessus præsumitur potius culpa, quam dolo, Saly. quem sequitur Ias. *in l. vt vim*, vbi etiam Seyssel. *ff. de iust. & iur.* Aug. Carer. Marf. & Far. *q.125.n.416.* qui *n.417.* tenet, quòd quando tempus non permittit deliberandi consilium, nunquam dicitur excessum ex proposito, & ex dolo, citans Baiar. Cæpol. Foller. Imol. Bertaz. qui testatur de magis communi, & tenuerunt Butr. & Fely. *in c. significasti, il 2. de homic.*

Et arbitrio Iudicis remittitur qualis, & quā tus sit excessus.

53. Addo vlterius, quòd similiter in dubio, an sit seruatum moderamen inculpatæ, tutelæ, qualisque, & quantus sit excessus huius moderaminis? Iudicis arbitrio remittitur, Bal. Solomon. & Seyssel. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Bar. *in l. 1.* & ibi Butr. Ang. & alij, *C. vnde vi*, Abb. Masc. Cæpol. Menoc. Boer. & Far. concordantes citans, *q.125. n.395.* Quod tamen arbitrium non extenditur ad imponendā pœnam ordinariam pro tali excessu, sed mitiorem, Boss. *tit. de homic. n.91.* vbi testatur de communi, Clar. qui testatur de receptissima ab omnibus sententia, Menoch. Masc. Viu. Boer. Tiraquel. & Farin. alios cumulans, inter quos, non pauci, testantur de communi, *n.396.* Ias. *in l. vt vim*, & ibi Dec. Salomon. qui ait, quòd in hoc omnes DD. conueniunt, & Bolognet. *ff. de iust. & iur.* Bar. & Bal. *in l. 1. C. vnde vi.* Immo nec arbitrium extenditur huiusmodi ad infligendam vllo casu pœnam corporalem, sed pecuniariam, seu relegationis, aut pœnam banni, secundùm Carer. Cæpol. Gayl. Bologn. Far. & alios, *q.125. n.398.* In tantùm, vt si quis ab aliquo prouocatus prouocantem occidat, & si non faciat ad necessariā defensionem, non pœna ordinaria homicidij, sed alia mitiori arbitrio Iudicis sit puniendus, Dec. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Fely. *in c. dilecti, de except.* Marf. Bertaz. Gram. Gom. Tiraquel. & alij, quos refert, & sequitur Far. *n.399.* qui *nu. 400.* ait, ab ista communiter recepta conclusione non esse in praxi recedendum; Quod intelligendum est in prouocato repercutiente adhuc durante offensionis dolore, & ira, et dum deuentum non est ad extraneos actus, vt declaratum, probatumq; est *sup. in hac q. n.47.* aliàs enim si repercussio fiat ex interuallo, et postquam ad extraneos actus fuerit deuentum, pœnæ ordinariæ locus erit, vt probatum est in citato *n. 47.* et tenent Baiar. ad Clar. *q.60. n.65.* et Boss. *tit. de inquisit. n.117.*

Quid in Ecclesiastico moderamen excedente?

54. Addo ad hanc rem vltimo, quòd Clericus excedens moderamen inculpatæ tutelæ in se defendendo, excommunicationem, & irregularitatem non incurrit, nisi dolo,

dolo, & ex proposito excedat, secundùm glos. *in c. significasti*, *il 2. ver. moderamine*, *de homic.* Secus, dum excedit ex proposito, vt notat *ibidem* Butr. Offendens verò Clericum ad propriam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, sicut certum est excommunicationē non incurrere, sic dum exceditur, an incurratur excommunicatio; & irregularitas? est aliqua controuersia inter DD. quid dicendum sit, de qua agit Farin. *q.* 125. *n.* 418.

Vel offēso cū moderamine aut sine?

55. SVBLIMITATVR 4. limitatio 1. Vt occidens ad sui defensionem non puniatur, quando aliter honesto modo non poterat se defendere, quam occidendo insultantem, alias enim puniretur occidens, Bar. Bal. Alber. & Ias. *in l. vt vim, ff de iust. & iur.* Abb. Butr. Baiar. Mascar. Menoch. & Far. plurimos ad saturitatem inducens, *q.* 125. *n.* 370. *vsq;* 374. Hostien. Fel. Zabar. et alij *in c. significasti, il 2. de homic.* Et idem multò magis est dicendum in insultato, qui insultantem fugientem occidit, qui non seruat moderamen, secundùm Alber. Bolognin. Dec. et Salomon. *in d. l. vt vim*, Bar. Castren. Abb. Ang. Mascar. et Farin. cum alijs *n.* 385. *& seq.*

Occidens ad sui defensionē, dum aliter poterat se defendere punitur?

56. Nota 1. in proposito huius sublimitationis; Insultatum non teneri aufugere, & ad defensam posse etiam occidere, siue ipse sit miles, & nobilis, siue sit rusticus, & ignobilis, tenuerunt Bal. Bologni. Decian. Ias. & Mantua, *in d. l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Clar. Iacob. Ayrer. qui de veriori, magis communi, & in foro magis practicata opinione testatur, Mascar. qui, dicit, hoc omnium sententia receptum esse, Abb. Ang. & Far. plures concordantes citans, *q.* 125. *n.* 126. Qui *n.* 128. ait, hoc magis commune, & practicatum esse: licèt alij contra teneant in vili, cui non sit verecundia aufugere, relati à Far. *n.* 127.

Insultatus nō tenetur aufugere, sed ad defensā potest occidere.

57. Nota 2. quod si Clericus fugiendo posset se saluare, si nolit fugere, occidendo aggressorem, non excusetur ab excessu, & sit irregularis, gl. *in c. suscepimus*, vbi Host. Marian. Soc. Fely. Anan. qui testatur de communi, *de homic.* Abb. *in c. significasti, il 2.* & ibi Ancharan. Bellamer. & Zabar. *de homic.* Couar. qui de communi, Plaz. qui de magis communi, Mascar. & Far. cum alijs, *n.* 129. *q.* 125.

Quid in Ecclesiastico.

58. Nota 3. ad idem; Quòd nec etiam laicus excusatur in hoc casu Sublimitationis 4. In foro cōscientiæ, & de iure Canonico, secundùm Anan. Butr. Dec. Imol. Mascar. & alios relatos à Farin. *q.* 125. *n.* 134. Quòd debet intelligi de eo laico, cui non sit verecundia aufugere, secus autem videtur dicendum in eo, cui aufugere verecundia sit, ita Ancharan. Imol. Zabar. & alij Canonistæ *in Clemen.* 1. *de homic.* Et faciūt diffusè probatā à Far. *n.* 127. Nec non illa doctrina, nempe licere viro honesto occidere inuasorem, qui alapam nititur ei impingere, si aliter hanc ignominiam vitare nequeat, vt tenent Less. Lopez. Sot. Syluest. Nauar. & Dian. *p.* 3. *tr.* 5. *resol.* 90.

Vel in laico in foro poli?

59. SVBLIMITATVR 5. limitatio

Dignitate constitutam, siue priuatam, Farin. iura, & DD. citans, *q.* 119. *n.* 19. *&* 20.

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt homicidium qualificatum, vt est parricidiũ, de iure Ciuili morte qualificata naturali sit puniẽdum, vt d ffusè probat Far. *q.* 120. *à n.* 6. *vsque ad* 13.

Quid in qualificato homicidio?

6. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt procedat in homicidio per venenum commisso, *l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Carer. Conrad. Clar. Decian. Gom. Petr. Plaz. qui ait, hoc omnium DD. consensu receptum esse, & Far. *q.* 122. *n.* 1. plus enim est extinguere, veneno, quam ferro, & est crimen atrocissimum, & proditoriè commissum, Bal. & Boss. *tit. de homic. n.* 14. tenẽt DD. *in l. is, qui telo*, *C. de sicar.* & probat Far. *n.* 2. *&* 3.

Per venenum?

7. Quid autem dicendum erit in affectu, & attentato per venenum, non secuto effectu? Dic breuiter, quod de communi consuetudine totius Italiæ pro hoc attẽtato non deuenitur ad pœnam mortis, vt post discussionem, concludit Far. *q.* 122. *n.* 29. *&* 30. vbi plurium DD. auctoritate hoc dicit verum, *n.* 31. Quamuis deuentum esset ad actum proximũ, *& ibidem* testatur de magis communi, & seruata opinione; Qui latius vult hoc videre perlustret Far. *à n.* 14. *vsq. ad* 31. Qui in seqq. agit de vendente, emente, conficiẽte, aut retinẽte venenum, & insinuat pœnas infligendas, &c.

8. An verò præsumptiua probatio in hoc delicto veneni sufficiat, pertractat Far. *q.* 122 *à n.* 53. *vsq.* 90. Hæc grauissima sũt, & in facti contingentia recurrendum est ad fontes præcitatos, ad quos remitto lectorem, ne de omnibus differendo, metas compendij excedam.

An præsũptiua sufficiat probatio?

9. AMPLIATVR 5. Regula 1. In præbente, seu recipiente poculum abortionis, seu sterilitatis, dũ fœtus animatus erat, abortu secuto, hoc enim vel alio quocumque modo abortu procurato cum effectu secuto, intrat pœna mortis naturalis, gl. *in l. Diuus*, & ibi Bar. Alber. & Ang. *ff. de extraord. crim.* & tenent citati a Far. *q.* 122. *n.* 98. *&* 134. Licèt alij ib eodẽ relati, *n.* 135 cõtra sentiãt. Dum verò fœtus nõ erat animatus mitior pœna est imponenda, *c. sicut ex literis, in fi. de homic. & ibi gl.* & communiter omnes Canonistæ, inter quos Hostien. ait, in hoc concordare non modò Canonistas, verùm etiam Legistas, & tenuerũt glo. Alber. Ang. & Bart. *in d. l. Diuus*, & est communissima DD. sententia, pro qua Farin. *nu.* 137. citat ad saturitatem.

In præbẽte, seu recipiente poculum abortionis, vel sterilitatis?

10. De pœna præbentis, vel recipiẽtis poculum abortionis, amatorium, conceptionis, sterilitatis, sanitatis, diffusè agit Farin. *q.* 122. *à n.* 91. *vsque ad n.* 130. Et de abortu faciente, iterum, & latè tractat idem Far. *à n.* 131. *vsque ad n.* 166.

11. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt assassinium, cum qualificatum sit homicidium, non modò morte naturali, in quo difficultas non est, puniatur, sed etiam morte qualificata sit plectendum, Far. *q.* 123. *n.* 1. Et vlterius pro hoc crimine aliæ pœnæ sunt infligendæ, de quibus idem Far. in seq. citans DD. pro more suo. Assassinus autem ille est, qui

qui per pecuniam occidit, vt mandans, vel vt mandatarius, Bart. Boss. & alij DD. *in tit. de foro comp. n.*141. & Bar. *n.* 19. 26. & 27.

Attentato?

12. Specialia in hoc crimine inuenies apud Far. *q.* 123. *à n.* 46. *vsq.* 76. Qui agit de conatu, seu affectu in hoc delicto, *à nu.* 77. *vsque* 132. Et de excusationibus in hoc crimine, *à n.* 133. *vsq.* 163.

In homicidio quocumque doloso?

13. AMPLIATVR 7. Regula 1. Vt non modo procedat in quocũque homicidio doloso, nempè per proditionem, aut per insidias perpetrato, in præmeditato, seu deliberato, vel ex proposito, siue, vt aiunt, a sangue freddo, de quo loquuntur DD. in Regula 1. citati, quibus adde Alber. Cæpol Gram. Marsil. Odofr. & Far. *q.* 126. *n.* 41.

In rixa?

Verùm etiam procedat Regula eadem in homicidio commisso in rixa, quòd similiter morte naturali punitur, quando tamen constat, quod occisor, auctor fuit rixæ, & verè habuit animum occidendi, secundùm Far. *q.* 126. *nu.* 49. vbi dicit, hoc verius, & in praxi sequendum, & cum hac opinione concurrunt Aret. Bart. & Boss. *tit. de inquisit. n.* 116. & *seq.* Baiar. Vulpel. & plures alij, relati a Farin. *nu.* 47. Sed dum constat, quod homicida fuit prouocator, vel quòd altercando habuit animum occidendi, qui in dubio, propter rixæ calorem, non præsumitur, pœna mortis non esset inferenda, Farin. *d. nu.* 49. & huic sentẽtiæ multò magis subscribunt DD. qui absolutè tenent homicidium in rixa commissum, non ordinaria, sed mitiori extraordinaria pœna puniendum, inter quos est Azor. Cyn. Menoc. Socin. Ludou. Peguer. qui de communi obseruantia testatur, & alij relati à Farin. *nu.* 48. & fauent Alber. & Bar. *in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn.*

In dante opera rei illicitæ?

14. AMPLIATVR 8. Regula 1. Vt qui homicidij causam dat, operam dando rei illicitæ, morte naturali puniatur, his duobus concurrentibus; 1. quod causa sit verisimiliter ordinata ad homicidium, & ex qua verisimiliter homicidium nasci possit; 2. Vt illa causa sit proxima, & immediata ad homicidiũ, Aym. Carer. Andr. Gayl. & quam plures alij relati a Far. *q.* 126. *n.* 77. 78. & 79. quibus ipsemet subscribit, & ita concludit, *num.* 69. apud quem vide etiam relata, *nu.* 67. & 68. Prædictis autem duobus non concurrentibus, pœnæ tantùm extraordinariæ, locus erit, Farin. *vbi proximè.*

In seipsũ occidẽte?

15. AMPLIATVR 9. Regula 1. Vt occidere seipsum omni iure prohibitum sit, Decian. Plaz. Rolan. & Farin. *q.* 128. *n* 3. & 4. qui in seq. hoc ampliat. Et ideò se occidens grauissimè peccat, nisi ex Diuino instinctu faceret, Baiar. Decian. Carer. Plaz. & alij, quos sequitur Farin. *nu.* 33. Et Clericus seipsum occidens, vulnerans, seu percutiens est excommunicatus, Ing. *in l.* 1. *§. si sibi manus, ff. ad Syllan.* & *ibi*, Io. Faber. qui refert concordantes, & testatur, quòd ita tenent omnes DD. *in c. contingit, de sent. excom.* Abb. & Clar. qui de communi, Carer. Dec. Decian. Gram. Menoc. & Farin. *n.* 25. Ille verò, qui seipsum vulnerat, animo

Seu attentante?

se

se occidendi, morte non secuta, puta quia ab alijs fuerit detentus, puniendus est, *l. fin. §. si quis autem, in fin. ff. de bon. eor. & ibi* glo. & Bar. & notant Castren. Menoch. & Farin. *n. 34.* Et vtique de iure eadem pœna puniendus esset, ac si perfecisset, sed de generali consuetudine, mitiori pœna arbitrio Iudicis erit plectendus, Carer. Clar. Farin. & alij *n. 37.*

Ex conscientia delicti? *16.* Sed nota quòd ad hoc, vt se ipsum vulnerans puniatur, non solum requiritur, quòd hoc faciat ex conscientia patrati criminis, verum etiam, quòd crimen sit tale, vt pro eo imponatur pœna mortis; Tedio vitæ, &c. Et propterea si quis se vulneraret tædio vitæ, impatientia doloris, vel ex alia causa, nullam incurreret pœnam, ita Gom. *de delict. c. 3. rubr. de homic. n. 14.* vbi testatur de communi DD. opinione, quem sequitur Far. alios DD. inducens, *n. 39.*

In faciente ad petitionem patientis. 17. AMPLIATVR 10. Regula 1. Vt pœna mortis puniatur, qui occidit de voluntate, & petitione ipsius occisi; Sicut de percussione tenetur, qui sic grauiter percutit, Plaz. & Farin. *q. 228. n. 28.* Et grauiter percutiens Clericum volentem, ipse, & Clericus sunt excommunicati, Franc. Marci, Plaz. & Farin. *n. 29.*

18. AMPLIATVR 11. Regula In castratione. 1. Vt castrans seipsum, seu castrare se faciens, & ipse, & castrator, de iure Ciuili, morte naturali puniatur, *l. 4. ff. ad l. Corn. de sicar.* Baiar. Clar. Dec. & Far. *n. 32.* De iure verò Canonico tales puniendi sunt, vel pœna hoc iure homicidis determinata, vel pœna arbitraria, Fab. à Montel. & Far. *q. 20. n. 153.* Nulla tamen pœna esset puniendus ille, qui de consilio peritorum pro ægritudine mortali, quæ aliter, quam per incisionem non posset curari, permitteret se castrari, Ang. Baiar. ad Clar. *q. 68. nu. 18.* citans etiam Put. & hos sequitur Farin. *n. 32.*

19. AMPLIATVR 12. Regula 1. Vt homicidia teneatur hæredibus occisi ad interesse, & damna emergentia propter occisi mortē, secundùm Clar. Maran. Marsil. & Farin. alios citantem, *q. 119. n. 93.* qui *in seq.* pluribus modis subampliat hanc doctrinam, & præsertim *n. 115.* vbi ait, vulnerantem teneri de vulnerato, & ad damna, & interesse propter illatum vulnus, & est *tex. in §. ob hominem verò, institut. de oblig. quæ ex delic. nascun.* & expressius *in c. 1. de iniur. & damn. dat.* & ibi Hostien. Innoc. & alij Canonistæ communiter. An teneatur homicida ad interesse?

20. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt occidens hominem ad sui defensionem regulariter non puniatur, Nicel. qui de communi, Didac. qui ait, hoc receptissimum apud Theo. & Clar. *§. homicidium, ver. excusatur,* qui dicit, hoc indubitati iuris esse, Bar. Bald. Alber. Honded. qui testatur de receptissima DD. sententia, Boss. Carer. Alex. & Farin. concordantes cumulans *q. 125. n. 3.* Defensio autem est instantis, imminentisque offensionis propulsatio. Far. & alij *n. 2.* Occidēs ad sui defensionē non punitur. Defensio quid?

21. AMPLIATVR 1. limitatio 1. Vt omni iure, Ciuili, Canonico, gentium, & naturæ, permissa sit defensio, *c. dilecto, de sent. excom. in 6.* Defensio omni iure permissa.

in 6. glo. *in l. vt vim*, & ibi Bart. Bald. Alber. Ang. Castren. Dec. & Ias. *ff. de iust. & iur.* Butr. Gom. Marsil. Menoch. & Farin. alios inducens, *q. 125. n. 10.* Qui *n. 11.* probat, defensionem esse etiam de iure Diuino, ex Gom. Marsil. & tot alijs, & tenuerunt *in dicta l. vt vim.* Alber. Castren. Franc. Curt. qui testatur de communi, & alij DD. Et consequenter, in foro conscientiæ, sine peccato, licèt occidere aggressorem, Ang. Bolognet. Dec. & al j *in d. l. vt vim* Castren. qui ait, ita tenere omnes DD. Couar. qui testatur hanc receptissimam esse Theologorum sententiā, Clar. Chart. & Farin. concordantes cumulans *nu. 20.* Immo peccat, qui nulla iusta causa permittit se occidi, cum possit se defendere, Castr. Iacob. Ayrer. Salomon. & Farin. *num. 23.*

22. AMPLIATVR 2. limitatio 1. Vt liceat ad sui defensionem occidere in Ecclesia, quæ in hoc casu, per effusionem sanguinis, non polluitur, Ayrer. Boulec Lignan. Mantua, Dec. & Far. *q. 125. n. 22.* Quod procedit etiam in Clerico, & Religioso, Ang. Dec. Hostien. qui concludit, hoc verum esse, quando agitur de proprij corporis defensione, & dum alitèr talis euadere non potest, Iacob. de Graff. Marś. Zabar. & Farin. concordantes inducens, *n. 24.* Nec per hoc irregularitas incurritur, Fulgos. Dec. & alij *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Abb. Anan. & Boic. *in c. 2. de homic.* Hostien. Imol. Gomez, & al j, cumulati a Farin. *n. 27.* Et dato, quòd occisus sit Clericus, occidens non incurrit excōmunicationem, *est tex. apertus in c. si verò Clericum, de sent. excom.* & ibi glo. Hostie. Butr. Abb. & Felyn. & tenuerunt Gom. Clar. qui testatur de communi, Innoc. Vgol. qui ait, quòd non tenetur quis expectare, se percuti à Clerico, etiam quòd non sit periculum nisi mutilationis, & Farin. alios citans, *n. 32.*

Ad defēsionem occidens in Ecclesia.

Si sit occidēs Ecclesiasticus.

Vel occissus.

32. AMPLIATVR 3. limitatio 1. Vt ad hoc, vt homicidium dicatur factum ad necessariam defensionem, sufficiat, occisorem probare verisimilem, & probabilem timorem suorum inimicorum, vt armorum terror iustus, & talis, qui cadere possit in constātem virum; puta, dum interueniunt signa, aut inditia manifesta offensionis, Ang. Salyc. qui testatur de communi, & alij *in l. sed, & si, C. vnde vi,* puta, cum quis venit contra alium armis euaginatis, vel cum cultello in manu, minando, vel faciendo aliquem alium actum, ex quo apparet, quòd vult offendere, Claud. Seyssel. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Ang. & Marsil. qui requirunt, quòd fiat aliquis offendendi actus cum armis, vel cum clamore, Bal. Carer. & Farin. totæ huic doctrinæ subscribens, *q. 125. n. 62.* & faciunt tradita per eundem *nu 54. 55. & 56.* Et hinc est, quòd aggressionem, vel insultum quis probās, & quòd alius in eum cum armis ruit, dicitur probasse ad sui defensionem necessariam fecisse, & quamuis occidat aggressorem, omnem pœnam euadet, Bald. quem refert, & sequitur Ias. *in l. vt vim,* vbi Mantua, & alij, *ff. de iust. & iur.* Ang. Bart. Cyn. & Salyc.

Necessaria defensio quomodo probetur?

Salyc. *in l. is qui aggressorem, C. ad l. Corn. de Sicar.* Boss. Bero. qui testatur de cōmuni, Bertaz. qui de magis communi, Fely. Gandin. Mascar. & Farin. *n.* 57. *&* 58. vbi plures alios citat, sicut iterum *n.* 61. inducens concordantes ad saturitatem; Et idem dicendum est in præparante se ad offendēdum ex signis manifestis, qui impunè potest offendi, Bald. & Ias. hunc sequens, *in d. l. vt vim, & ibi* Salomon. & tenuerunt Anch. But. & Hostien. *in c. si vero, de sent. excom.* per illum text. Boss. Clar. Mascard. & Farin. plures inducens, *n.* 63. qui *n.* 64. testatur de communi opinione, & quòd ab ea non est recedendum. Et hæc ampliatio extēditur ad repercutientem eum, quem timet, quòd iterum percutiat, quòd præsumitur, dum non discedit, Farin. cum citatis ab eo *n.* 77. 78. *&* 79. Secus si aufugerit *n.* 80.

Quid in minante, & iactāte? 24. AMPLIATVR 4. limitatio 1. Vt minantem, seu iactantem occidere, liceat percutere, vulnerare, & occidere, gl. *in l.* 1. vbi Bal. Odofred. & Salyc. qui testatur de communi, *C. vnde vi*, Afflic. Clar. qui pariter testes sunt de communi, Aret. Carer. Mascar. & Farin. cum alijs *q.* 125. *n.* 67. Dummodo minans sit solitus minas exequi, appareant signa offendendi, & minæ sint de occidēdo, Ayrer. Bolognet. Plaz. & Farin. *n.* 72.

An licita sit defensio cōuocando amicos? 25. AMPLIATVR 5. limitatio 1. Vt defendere se liceat, aduersus offendere volentem, etiam conuocando amicos, & alios, Ang. Bal. Bolognet. Fulgos. & Mantua. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Alber. Farinac. & alij *num.* 89.

26. AMPLIATVR 6. limitatio 1. Vt occidens hominem pro defensione necessaria rerum suarum, non sit puniendus, Ias. Mantua, qui testatur de communi, *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Bart. Ang. & Marsil. *in l. furem, ff. ad l. Corn.* Alber. Clar. Villalob. qui etiam testatur de communi, & Far. *q.* 125. *n.* 169. *&* 170. concordantes inducens ad saturitatem, *& in seq.* diffusè amplians. An liceat occidere pro defensione rerum? vsq; ad n. 29.

27. LIMITATVR 1. Ampliatio 6. Vt procedat in re magni pretij, vt supra duos aureos, non autem in re vili, & minoris pretij, Alex. *in l. furem, & ibi*, etiam, Fulgos. & Marsi. *ff. ad l. Corn. de sicarijs*, Carer. Couar. Ias. Bald. & Farin. cum alijs, *n.* 238.

28. LIMITATVR 2. Ampliatio 6. Vt procedat, quando res furatæ aliter recuperari non possūt, aliter secus, Bar. *in l. furem, & ibi* Alber. Ang. & Marsil. *ff. ad l. Corn. de sicar.* Mascard. Clar. Butr. & Farin. alios inducens *n.* 264. *q.* 125.

29. LIMITATVR 3. Ampliatio 6. Vt non procedat in Clericis, quibus non licet occidere hominem pro rerum suarum defensione, *cap. suscepimus, & ibi* Abb. qui testatur de communi, Anchar. Anan. Hostien. Zabar. & Felyn. *de homic.* But. & Farin. concordantes inducens, *q.* 125. *n.* 221. Quamuis Clericis non sit prohibitum ad rerum suarum defensionem furem percutere baculo, & etiam gladio, Abb. Anan. & Marian. Socin. *in c. suscepimus, de homic.* Ang. Butr. Felyn. & cum alijs, Farin. *n.* 226. *& est text.* Quid in Ecclesiastico? An ei liceat percutere?

in c. dilecto de senten. excom. in 6. vbi Hostien. & Innoc. qui testatur de communi Canonistarum; Quid autem dicendum sit in laico occidente ad defensionem rerum suarum in foro conscientiæ, vide Farin. *n.234. vsq.* 237.

De defensione extranei insultati.

30. AMPLIATVR 7. limitatio 1. Vt homicidium commissum pro defensione extranei insultati, & in periculo vitæ cõstituti, sit licitum, Bar. *in l. vt vim, & ibi* Ang. Castren. Fulgos. Ias. qui testatur de communi, sicut etiam Bolognet. & Dec. *ff. de instit. & iur.* Clar. Boss. Baiar. Gom. Salyc. Villalob. Bal. Carer. & alij, quos refert, & sequitur Far. *q.125. n.267. & 268.* Et hoc quamuis occisus esset Clericus, Innoc. *in c. si verò*, vbi etiam Butr. Hostien. Abb. qui testatur de veriori, & communiori DD. opinione, & Fely. *de sẽten. excom.* Clar. Gom. Zab. Carer. & Far. cum alijs *n.276.* Sicut etiam è contra, si occidens, Clericus esset, sine peccato in tali casu occideret, dum inuasi vita aliter saluari non posset Henric. Boic. Marian. Soc. Couar. Graf. Ayrer & Far. *n.* 278. Quid autem dicendum sit quo ad irregularitatem? vide Far. *n.*280. qui ait, secũdùm magis communem DD. irregularitate incurri, ex Castren. Anan. Inn. & alijs.

31. Declara Ampliationem 7. Vt quamuis quis possit, tamen nemo de iure defendere teneatur extraneum insultatum, occidendo insultantem, Ias. *in l. vt vim*, qui testatur de communi, & ibi Alber. Ang. Bolognet. & Fulg. *ff. de iust. & iur.* Bal. & Salyc. *l. 1. C. vnde vi*, Gandin. Carer. Couar. Viu. & Far. cum alijs *q.125. n.* 300. & licèt ex quadã honestate quis teneatur insultatum defendere, tamen non defendendo, ad pœnam non tenetur, secundùm Bal. Bolog. & Far. *ibidem*: Et si posset sine periculo suæ personæ, Plaz. qui testatur de communi, & Far. *n.329* Ita vt quis non teneatur insultatum defendere, personaliter se ingerendo in rixa, sed nec etiam verbis, Alber. & Bal. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Iodoc. & Farin. *n* 302.

Vel patris, filij, Superioris, vel subditi.

32. LIMITATVR 1. declaratio, in filio, qui tenetur patrem defendere, sicut è contra, pater filium, Far. alios citans *q* 125. *n* 307. *& seq.* vbi de alijs; Et præsertim quòd publicus Officialis teneatur subditos oppressos defendere, & rixantes diuidere, Far. *n.*314. citans Bal. Boer. Carer. & alijs: Et Superior defendere tenetur suos subditos, & è contra, Carer. Plaz. & Farin. *n.* 321.

Quid de iure Canonico, & in foro poli?

33. LIMITATVR 2. declaratio; Vt de iure Canonico, quis teneatur defendere insultatum, *c. dilecto, §. & quidem, de sent. excom. in 6.* Abb. Arch. & Bolognet. qui hos refert. & sequitur *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* & testatur de communi opin. Bal. Gand. & Far. concordantes inducens, *q.125. n.304.* Et similiter in foro conscientiæ, & pœnitentiali tenetur quis defendere, dum potest sine periculo suæ personæ, gl. *in l. vt vim, & ibi* Bolognet. Mant. & alij, *ff. de iust. & iur.* Viu. qui de communi, Boer. Vgolin. qui pariter de communi, Far. & alij *n.306.*

34. AMPLIATVR 8. limitatio 1. Vt occidens, defendendo seipsũ, non aggressorem, sed alium tertium, dum vellet aggressorem occidere, non puniatur, *l. si cum seruo, ff. de iniur.* Ang. *in l. is, qui aggressorem, & ibi* Io. Fab. *C. ad l. Cor. de si. car.* Clar. qui testatur de communi, *in §. homicidium, vers. ad quod*, & ad eum Baiar. *n.* 85. tenent Boer. Menoc. Viu. & Far. cum alijs, *q.* 125. *nu.* 139. Et dato quòd in tali casu fuerit aliqua culpa, non tamen sufficeret, vt occisor criminaliter esset puniendus, vt benè declarat Dec. *in d. l. vt vim, ff. de iust. & iur.* & tenẽt Gom. Mandell. Plaz. Far. & alij, *n.* 141. qui in seq. exemplificat, & probat hoc idem in occidente ad sui defensionem mediatorem rixæ.

Quid in occidẽte tertium, dum volebat aggressorẽ occidere?

35. SVBLIMITATVR 1. limitatio 1. Vt nec Iudicem iniustè agentem, nec patrem, aut matrem, seu Abbatem verberantem, liceat occidere, sed neq; repercutere, & generaliter neminem, cui reuerẽtia debetur, solidè probat Farin. *q.* 125. *n.* 101. *vsq;* 110. Intellige nisi prædicti immoderatè, & atrociter percuterent, tunc enim licita esset defensio, & quando percuterent animo, occidendi, possent etiã impunè occidi, Alber. Bar. & Dec. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Bolognet. Plaz. Chart. Graff. et Far. *nu.* 111.

An, liceat repercutere, & occidere eum, cui reuerẽtia debetur?

36. SVBLIMITATVR 2. limitatio 1. Vt procedat, dum offensio iniustè infertur, alias defensio licita non est, gl. *in l. vt vim*, Alber. Ang. Castren. Dec. Mant. et Bolognet. *ff. de iust. & iur.* Flor. Bal. et Far. *q.* 125. *n.* 112. alios etiam inducens. Et hinc infertur, quod bannitus, dum impunè potest occidi, si se defendendo, occidat, puniẽdus est, vt voluit Bar. *in l. vt vim, & ibi* Castrẽ. Mant. Fulg. Dec. et Bolognet. qui testatur de communi, *ff. de iust. & iur.* Bal. Carer. et Far. alios etiã inducens, *n.* 114. *&* 117. Licèt citetur pro bannito, quòd possit se defendere, Bal. *in d. l. vt vim*, et quidam alij inducti à Far. *d. n.* 114. vbi, *n.* 115. *&* 116. affert in hoc quasdam moderationes.

Vel qui iniuste facit.

37. SVBLIMITATVR 3. limitatio 1. Vt homicidium ad defensionem commissum tũc impunibile sit, quando fuit cum moderamine inculpatæ tutelæ, Bar. Cyn. Dec. Fulg. Iaf. et alij *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Masc. qui ait, quòd ita vna mẽte omnes scribentes tenent, Abb. Ang. Foller. Marf. et Farin. ad saturitatem citans, *nu.* 330. *q.* 125.

Defensio debet esse cum moderamine inculpatæ tutelæ.

38. Hoc autem moderamen inculpatæ tutelæ consistit in tribus, quæ in progressu q. huius erunt explicanda, nempe; 1. circa modum percutiendi; 2. circa arma; 3. circa tempus, vt notat Far. *q* 125. *nu.* 406. Et qui se defendens cum moderamine inculpatæ tutelæ, his tribus seruatis, licèt occidat, non modo non punitur morte naturali, sed omnino nulla pœna est plectendus, Salam. qui benè exemplificat *in repet. l. vt vim*, vbi etiam Mant. *ff. de iust. & iur.* Bal. *in l.* 1. *C. vnde vi*, Mascar. et Far. *n.* 332. et in hoc non est difficultas apud DD.

Quod cõsistit in tribus.

39. Et hinc est, quòd non dicitur ille seruare moderamẽ inculpatæ tutelæ, qui repercutiendo, non seruat

Qui excedit modum, mo.

deramen non fernat. uat mensuram æqualitatis, sed offendit, ultra quam fuit offensus, & consequenter modum excedit, gl. *in l. ut vim, & ibi* Dec. Ias. Mant. & Bolognet. qui ait, quòd defensio debet esse proportionabilis periculo vitæ, *ff. de iust. & iur.* Bal. qui ait, quòd requiritur factorũ æqualitas, Bar. & Saly. *in l. 1. C. unde vi, & est tex. in c. significasti, il 2. de homic.* ubi habetur, non fuisse seruatum moderamen inculpatæ tutelæ ab eo, qui percussus in parte corporis non periculosa, repercussit in capite, quæ est periculosa pars, & ibi notant, Abb. But. Hostien. & alij, & tenuerunt Ang. Clar. Carer. & plures relati à Far. *q.* 125. *n.* 349. & 350.

Sed contra. 40. Id. Far. *n.* 351. refert Vitalin. & Bero. tenentes moderamen d. seruari ab eo, qui se defendendo, maiorẽ facit offensionem; Et huic opinioni subscribens Farin. *n.* 352. ait, apud eum hanc secundam opinionem esse veriorem: Et pro ea inducit communem illam DD. cõclusionem, nempe, quòd ictus non dantur ad mẽsuram, nec dari possunt, & quòd insultatus non potest habere stateram in manibus, quãdo repercutit, homoq; iracundiæ furore accensus, non est in plenitudine intellectus, prout hæc, & similia in proposito scripserunt Bal. & Claud. Seyssel. *in l. ut vim, ff. de iust. & iur.* Abb. *in c. significasti, & ibi* Butr. & Fely. *de homic.* Boer. Bero. Bertaz. Tiraq. & alij citati à Farin. *d. n.* 352.

Resolutio. 41. Quid dicendum? In hac contrarietate opinionum, puto non esse absolutè respondendum, sed diuersos casus non seruati moderaminis inculpatæ tutelæ esse figurandos, et pro diuersitate eorum, diuersimodè, in proposita, & similibus alijs difficultatibus resoluendum, & sentiendum.

42. Casus 1. sit. Quando moderamen inculpatæ tutelæ non seruatur circa unum tantùm ex tribus requisitis ad hoc, ut defẽsio dicatur necessaria, nempe circa modum percutiendi; circa æqualitatem armorum; vel circa tempus. Incipiamus à modo percutiẽdi, seu repercutiendi; in qua circumstantia, dum solummodò exceditur, excessus dicitur leuissima culpa commissus, ut declarat Cæpol. *cons. crim.* 41. *n.* 10. Bolognin. *cons.* 37. *vers. leuissima verò*, & subscribit Far. *q.* 125. *n.* 406. Et in hoc sensu videtur intelligendi DD. pro opinione 1. citati *hic sup. n.* 39. & verum dicunt, dum volunt in hoc casu non esse seruatum moderamen tutelæ inculpatæ, cùm de facto interuenerit aliqua culpa (et consequenter non inculpatè) sed culpa leuissima: Et propterea hic excessus nulla pœna videtur puniendus, leuissima enim culpa est impunibilis in præsenti casu, secundùm Bal. et Claud. Seyssel. *in l. ut vim, ff. de iust. & iur.* Bellap. Bertaz. Bolog. Cæpol. et Far. *n.* 404. Et ita procedat opinio 2. et DD. citati *hic sup. n.* 40. qui in hoc casu volunt non excedi moderamen inculpatæ tutelæ, nullamq; dari culpam; Intellige, culpã punibilem, non dari in tali excessu. Dum tãtum exceditur in modo percutiẽdi.

43. Veniamus ad propositum requisitum 2. ut defensio necessaria

Vel in armorum inæqualitate tel.

ria dicatur, nempe æqualitas armorum, & eiusdem generis; Vt si quis alterum aggrediatur cum ense, aggressus ense se defendat, non armata hasta, vel archibusio; Et si quis sine armis sit aggressus, sine armis se defendat, alias enim in hoc requisito 2. de armorũ æqualitate, non seruaretur moderamen inculpatæ tutelæ, ita Carer. Masc. & alij DD. ad saturitatem cumulati a Far. quos tamen ipse non sequitur, *q.125. n.354. vsq; 357.* Salom. qui ait, hanc omnium DD. communem esse sententiam, *in l. vt vim*, & ibi Seyssel. & Mant. *ff. de iust. & iur.* & probare videtur *tex. in c. significasti, il 2.* & ibi notant Anan. & Butr. *de homic.*

44. Hæc opinio pariter intelligenda est, scilicet, in hoc casu non esse seruatum moderamen tutelæ inculpatæ, cum etiam in facto aliqua sit culpa, vnde non totaliter inculpatè, sed culpa leuissima est, & ideo nec iste excessus, ex leuissima culpa, videtur aliqua pœna puniendus, iuxta tradita *hic sup. n.42.* Et propterea quòd inæqualitas tãtùm armorum in defensione, non tollat moderamen inculpatæ tutelæ, tenuerũt Alex. Blanc. Carer. Graff. Masc. & Far. qui hoc ait, verius, *q.125. n.360.* Et quòd ista inæqualitas tãtum armorum non sit attendenda in rixa, & dum agitur de defendendo propriam vitã, notarunt Anan. Anchar. Hostien. Fely. Zaba. & communiter DD. *in c. significasti, il 2. de homic.* Immo si quis aliter offensionem euitare non posset, sine praiudicio moderaminis inculpatæ tutelæ, nõ modo contra inuadentem cum armis, vel cum lapidibus, sed etiam manu vacua, seu pugno, potest aggressus se defendere, nec non vulnerare telo, seu alijs armis, præsertim si aggressus sit vir nobilis, ita Ang. & ad eum Aug. Baiar. Bero. Berta. Bolognin. Clar. Fely. Iodoc. Marf. & Far. *n.161. & 162.* Bal. quem refert, & sequitur Anan. *in c. significasti, il 2. de homic.* Sed hanc quoque DD. opinionem de inæqualitate armorum, intellige iuxta notata supra *in hac q. n.42.* quod in hoc excessu est quidem aliqua culpa, sed leuissima, & consequenter sine culpa punibili, hæc enim leuissima culpa nullo pacto punitur, vt declarat Bolognin. *cons. 36. vers. tertium moderamen*, & notat Farin. *n.360.*

45. Requisitum tandem 3. Vt dixi, necessariæ defensionis, est tempus, idest, vt fiat defensio incontinenti; vnde, dum fit ex interuallo, non dicitur seruatum moderamen inculpatæ tutelæ, secundùm Cyn. *in l. vt vim.* & ibi Mantua, Ias. Salom. & Seyssel. *ff. de iust. & iur.* Bar. Saly. & communiter DD. *in l.1. C. vnde vi*, Alber. Ang. Clar. & Far. alios inducens, *q.125. n.338.*

Vel in tẽpore, quia ex interuallo vsque ad n. 48.

46. Incontinenti autem dicitur facta defensio, ad hoc, vt se defendens nulla pœna teneatur, quando quis in flagranti rixa, & in actu offensionis, aggressorem percutit, Salomon. *in repet. l. vt vim.* qui ait, in hoc omnes DD. consentire, & ibi Bolognet. & Seyssel. *ff. de iust. & iur.* Cyn. *in l.1.* vbi Bar. Bal. & Salyc. *C. vnde vi*, Anan. But. Hostien. & Far. *q.125. n.339.* qui *n.342.* testatur

ſtatur de communi, licèt alij contra, ab eodem relati, *n.*341.

47. At quando quis ſe defendendo offendit poſt rixam, ſed adhuc durante dolore, & ira cauſata ex offenſione, & antequam diuertatur ad extraneos actus, licèt prouocatus ſic offendens, excedat moderamen inculpatæ tutelæ, mitius tamen eſt puniendus. Secus ſi prouocatus, offendat poſt rixam ex interuallo, & poſtquam ceſſauerit dolor, & ira, ipſeq; ad extraneos diuerterit actus, quia tunc Far. *q.* 125 *n.* 403. ridiculum exiſtimaret dicere, quòd a pœna ordinaria eſſet recedẽdum, & teſtatur ita practicari, & ita ſenſerunt etiam Bertaz. *conſ.*434 *n.*12.13. *&* 14. & Iodoc. *in praxi crim.c.*76. *n.*21. Et aliter dicendo nimium homicidis laxarentur habenæ vt notat Far. *nu.* 342. Vbi animaduertit cum Bertaz. & Plaz. repercutientem poſt rixam, ira durante, &c. non excuſari à pœna ordinaria, quia fecerit ad neceſſariam defenſionem, nec enim talis eſt neceſſaria defenſio, ſecundùm communem DD. ſed talis ab ordinaria excuſatur pœna, quia repercutit ad alterius prouocationem.

48. Et nota, quòd defenſio præſumitur facta incontinenti, & non ex interuallo, dum quis ad defenſionem, offendit, Bolognet. Boiſſ. qui teſtatur de communi, & Far. *n.*345. quamuis abſolutè defenſio non præſumatur, & qui dicit, feciſſe ad defẽſionem, teneatur probare, vt dicam *in hac q. n.*59.

49. Caſus 2. fit; Quando moderamen tutelæ inculpatæ non ſeruatur circa duo ex propoſitis, requiſitis, nempe, quia in rixa non fuit ſeruata æqualitas armorum, & exceſſus commiſſus fuit in modo, grauius repercutiẽdo, quo caſu dicitur exceſſus moderatæ tutelæ commiſſus leui culpa, vt declarat Cæpol. *conſ.*41. *nu.* 10. Bolognin. *conſ.*37. *ver. leuis verò*, et ſequitur Far. *q.* 125. *n.*411. et huiuſmodi exceſsus, non pœna ordinaria delicti, ſed mitiori eſt puniendus, Cæpol. vbi ſup. Bolognin. *conſ.*37. *verſ. interdum eſt leuis*, Iaſ. et Seyſſel. *in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.* Carer qui ait, quòd ita dicut omnes DD. Caballin. Nouell. et Far. *n.*409. Licèt Baiar. Bal. Bertaz. Clar. et Marſ. voluerint talem exceſsum leui culpa commiſsum, nullo modo criminaliter puniri, ſeu corporaliter nõ puniri, vt alij declarant, relati à Far. *n.*408. et 409.

Quando moderamen non fuit ſeruatũ in armorum æqualitate, nec in modo percutiendi?

50. Caſus 3. Quando in tribus ſimul prædictis circumſtãtijs inculpatæ tutelæ moderamen exceditur, id eſt, in modo percutiendi, in genere armorum, et etiam in tempore; Et hic exceſsus dicitur commiſsus lata culpa, ſecundùm Cæpol. Bologni. et Far. *q.* 125. *n.*413. Et excedens, in hoc caſu, non eſset puniendus ordinaria, ſed mitiori pœna Bal. Seyſſel. *in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.* Aug. ad Ang. Bolognin. Caballin. Cæpol. Nouell. et Farin. *n.*412.

Vel quãdo exceſsũ fuit in modo, in armis, & etiam in tempore cum n. ſeq.?

51. Immò quamuis conſtaret in hoc caſu. quòd in exceſsu moderaminis inculpatæ tutelæ, dolum interuenisſet, non ordinariæ, ſed mitiori pœnæ locus eſset, Bal. *in l. vt vim*, et ibi Iaſ. Dec. Salomon. Seyſſel,

sel. & de cõmuni testantur, Franc. Curt. & Mantic. *ff. de iust. & iur.* Gram. Mars. & de communi pariter testantur Boss. & Carer. de magis communi verò Legistarum, & Canonistarum, testis est Bero. & huic opinioni subscribunt pariter Bolognet. Bolognin. Tiraquel. & Far. alios concordantes referens, *q.125. n.414.* Intellige totam doctrinam propositam in hoc casu 3. iuxta tradita *sup. in hac q. n.47.*

In dubio excessus culpa nō dolo præsumitur.

52. Cui addo, quòd in dubio excessus præsumitur potius culpa, quam dolo, Saly. quem sequitur Ias. *in l. vt vim*, vbi etiam Seyssel. *ff. de iust. & iur.* Aug. Carer. Mars. & Far. *q.125. n.416.* qui *n.417.* tenet, quòd quando tempus non permittit deliberandi consilium, nunquam dicitur excessum ex proposito, & ex dolo, citans Baiar. Cæpol. Foller. Imol. Bertaz. qui testatur de magis communi, & tenuerunt Butr. & Fely. *in c. significasti, il 2. de homic.*

Et arbitrio Iudicis remittitur qualis, & quātus sit excessus.

53. Addo vlterius, quòd similiter in dubio, an sit seruatum moderamen inculpatæ, tutelæ, qualisque, & quantus sit excessus huius moderaminis? Iudicis arbitrio remittitur, Bal. Solomon. & Seyssel. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Bar. *in l. 1.* & ibi Butr. Ang. & alij, *C. vnde vi,* Abb. Masc. Cæpol. Menoc. Boer. & Far. concordantes citans, *q.125. n.395.* Quod tamen arbitrium non extenditur ad imponendā pœnam ordinariam pro tali excessu, sed mitiorem, Boss. *tit. de homic. n.91.* vbi testatur de communi, Clar. qui testatur de receptissima ab omnibus sententia, Menoch. Masc. Viu. Boer. Tiraquel. & Farin. alios cumulans, inter quos, non pauci, testantur de communi, *n.396.* Ias. *in l. vt vim*, & ibi Dec. Salomon. qui ait, quòd in hoc omnes DD. conueniunt, & Bolognet. *ff. de iust. & iur.* Bar. & Bal. *in l. 1. C. vnde vi.* Immo nec arbitrium extenditur huiusmodi ad infligendam vllo casu pœnam corporalem, sed pecuniariam, seu relegationis, aut pœnam banni, secundùm Carer. Cæpol. Gayl. Bologn. Far. & alios, *q.125. n.398.* In tantùm, vt si quis ab aliquo prouocatus prouocantem occidat, & si non faciat ad necessariā defensionem, non pœna ordinaria homicidij, sed alia mitiori arbitrio Iudicis sit puniendus, Dec. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Fely. *in c. dilecti, de except.* Mars. Bertaz. Gram. Gom. Tiraquel. & alij, quos refert, & sequitur Far. *n.399.* qui *nu.* 400. ait, ab ista communiter recepta conclusione non esse in praxi recedendum; Quod intelligendum est in prouocato repercutiente adhuc durante offensionis dolore, & ira, et dum deuentum non est ad extraneos actus, vt declaratum, probatumq; est *sup. in hac q. n.* 47. aliàs enim si repercussio fiat ex interuallo, et postquam ad extraneos actus fuerit deuentum, pœnæ ordinariæ locus erit, vt probatum est in citato *n.* 47. et tenent Baiar. ad Clar. *q.60. n.65.* et Boss. *tit. de inquisit. n.117.*

54. Addo ad hanc rem vltimo, quòd Clericus excedens moderamen inculpatæ tutelæ in se defendendo, excommunicationem, & irregularitatem non incurrit, nisi dolo,

Quid in Ecclesiastico moderamen excedente?

dolo, & ex proposito excedat, secundùm glos. *in c. significasti, il 2. ver. moderamine, de homic.* Secus, dum excedit ex proposito, vt notat *ibidem* Butr. Offendens verò Clericum ad propriam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, sicut certum est excommunicationē non incurrere, sic dum exceditur, an incurratur excommunicatio; & irregularitas? est aliqua controuersia inter DD. quid dicendum sit, de qua agit Farin. *q.* 125. *n.* 418.

Vel offēso cū moderamine aut sine?

55. SVBLIMITATVR 4. limitatio 1. Vt occidens ad sui defensionem non puniatur, quando aliter honesto modo non poterat se defendere, quam occidendo insultantem, aliàs enim puniretur occidens, Bar. Bal. Alber. & Ias. *in l. vt vim, ff de iust. & iur.* Abb. Butr. Baiar. Mascar. Menoch. & Far. plurimos ad saturitatem inducens, *q.* 125. *n.* 370. *vsq;* 374. Hostien. Fel. Zabar. et alij *in c. significasti, il 2. de homic.* Et idem multò magis est dicendum in insultato, qui insultantem fugientem occidit, qui non seruat moderamen, secundùm Alber. Bolognin. Dec. et Salomon. *in d. l. vt vim*, Bar. Castren. Abb. Ang. Mascar. et Farin. cum alijs *n.* 385. *& seq.*

Occidens ad sui defensionē, dum aliter poterat se defendere punitur?

56. Nota 1. in proposito huius sublimitationis; Insultatum non teneri aufugere, & ad defensam posse etiam occidere, siue ipse sit miles, & nobilis, siue sit rusticus, & ignobilis, tenuerunt Bal. Bologni. Decian. Ias. & Mantua, *in d. l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Clar. Iacob. Ayrer. qui de veriori, magis communi, & in foro magis practicata opinione testatur, Mascar. qui, dicit, hoc omnium sententia receptum esse, Abb. Ang. & Far. plures concordantes citans, *q.* 125 *n.* 126. Qui *n.* 128. ait, hoc magis commune, & practicatum esse: licèt alij contra teneant in vili, cui non sit verecundia aufugere, relati à Far. *n.* 127.

Insultatus nō tenetur aufugere, sed ad defensā potest occidere.

57. Nota 2. quod si Clericus fugiendo posset se saluare, si nolit fugere, occidendo aggressorem, non excusetur ab excessu, & sit irregularis, gl. *in c. suscepimus*, vbi Host. Marian. Soc. Fely. Anan. qui testatur de communi, *de homic.* Abb. *in c. significasti, il 2.* & ibi Ancharan. Bellamer. & Zabar. *de homic.* Couar. qui de communi, Plaz. qui de magis communi, Mascar. & Far. cum alijs, *n.* 129. *q.* 125.

Quid in Ecclesiastico.

58. Nota 3. ad idem; Quòd nec etiam laicus excusatur in hoc casu Sublimitationis 4. In foro cōscientiæ, & de iure Canonico, secundùm Anan. Butr. Dec. Imol. Mascar. & alios relatos à Farin. *q.* 125. *n.* 134. Quòd debet intelligi de eo laico, cui non sit verecundia aufugere, secus autem videtur dicendum in eo, cui aufugere verecundia sit, ita Ancharan. Imol. Zabar. & alij Canonistæ *in Clemen.* 1. *de homic.* Et faciūt diffusè probatà à Far. *n.* 127. Nec non illa doctrina, nempe licere viro honesto occidere inuasorem, qui alapam nititur ei impingere, si aliter hanc ignominiam vitare nequeat, vt tenent Leil. Lopez. Sot. Sylueſt. Nauar. & Dian. *p.* 3. *tr.* 5. *resol.* 90.

Vel in laico in foro poli?

59. SVBLIMITATVR 5. limitatio

Dicens occidisse ad defensionē, tenetur hoc probare.

tatio I. Vt defensio non præsumatur, & ideo, qui dicit occidisse ad defensionem, debeat hoc probare, Bal. *in l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauper. fecis. dic.* & ibi Floriā. glo. *in Clemēt. 1.* vbi Anchar. Imol. & Vitalin. *de homic.* Ang. Alciat. Aret. Mascar. & Far. *q. 125. n. 419.* Et vlterius probandum erit, quòd defensio necessaria fuerit, secundùm Bolognet. Blanc. & quosdam alios, quos refert, sed non sequitur Farin. *n. 429.* Qui, *n. 428.* tenet oppositum, nempè quòd probata defensione, censeatur probata defensionis necessitas, ex Ang. Carer. Mascar. qui alijs relatis testatur de cōmuni, Clar. qui pariter de communi, à qua putat in praxi non recedendum, & huic opinioni 2. subscribunt Dec. qui similiter de communi, Ias. Mantua, & alij *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.*

Vnde in confessione qualificata reijcitur qualitas.

60. Et consequenter ad doctrinam sublimitationis in praxi, confitens occidisse ad sui defensionem acceptatur à fisco confessio talis, reiecta qualitate defensionis, quæ non probata, cōfitens condemnatur, Bar. Blanc. Cæpol. Gom. Bolognet. qui ait, quòd hæc est communis vera opinio, per omnes approbata, & Far. *q. 125. n. 420.* Ias. Seyssel. qui testantur de communi, Fran. Curt. & Mantua *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Benè verum est quòd d. defensio probatur præsumptionibus, & coniecturis, & ad probandum admittuntur etiam testes inhabiles, vt domestici, & consanguinei, & deponentes per verbum credo, Dec. *in l. vt vim*, & ibi Ias. Mantua. Seyssel. qui ait, quòd est

Defensio probatur coniecturis.

hæc cōmunis opinio, quam sequitur totus mundus, *ff. de iust. & iur.* Ang. Bal. Aret. Masc. & Far. alios inducens, *nu. 423.* Sicut similiter, quòd quis fuerit aggressor, coniecturis probatur, Alber. Boer. Carer. Menoch. Vulpell. & Farin. *n. 436.* Vt e. g. probatur, quòd ille fuerit aggressor, qui probatur, quòd sit magis rixosus, animosus, ferox, iunior, seu qui aliquando minatus est contra aduersarium, vel qui fuerat prius offensus; Et è contra præsumitur insultatus, qui probauit, se exclamasse, conquestum fuisse, auxilium inuocasse, de quibus latè Far. *à n. 442. vsq. 483. q. 125.*

Nec non quòd quis fuerit aggressor.

61. Quis autem dicatur prouocator? Dic quòd ille, qui primò rixam incepit, seu primò arma sumpsit, vel euaginauit, seu percussit; siue ille, qui ad iram prouocauit verbis iniuriosis, seu superbis, aut minatorijs, siue diffamatorijs, aut mentita iniusta, vt diffusè probat Far. *q. 125. à n. 503. vsq. 526.*

Prouocator quis dicatur.

62. Occasione huius sublimitationis 5. moueo dubium, quod frequenter in rixis accidere solet; Nēpe, dum ex duobus rixantibus nescitur, quis nam fuerit aggressor, an in hoc casu alter tantùm, vel ambo, vel neuter sint puniēdi, & quomodo? Et quòd ambo sint puniendi suffragatur eadem sublimitatio, in qua habetur, quòd defensio non præsumitur, & ideo, qui dicit, se fuisse aggressum, & ad defēsionem rixasse, debet probare, vt demonstratum est, *in hac q. n. 59. & seq.* Et ideo DD. teste Bal. dixerunt, ambo puniendos, ita etiam tenuerunt Vulpel. alios inducens Boer. Hercul.

Dum est dubium, quis inter duos rixātes fuerit aggressor an, & quis sit puniendus?

Quod ambo?

cul.

cul. Menoch. & Rimin. relati a Farin. *q.* 125. *q.* 486.

Quod neuter. 63. E contra verò, quòd in hoc casu neuter sit puniendus, voluit glo. *in l.* 1. *§. cum arietes, ff. si quadrup. pauper. fecis. dic. per legem sciētiam, §. si cum stramenta, in vltimis verbis, ff. ad l. Aquil.* Alciat. Aluarot. Carer. Clar. Honded. & alij citati à Far. *q.* 125. *n.* 484. qui in sequentibus distinguit plures casus; Et ego eius sequens vestigia, distinguendo, dubium propositum resoluendum censeo.

Distinguitur. 64. Aut enim, in proposito casu, nemo ex rixantibus fuit vulneratus, & (præsertim secuta pace) nullus est puniendus, aut leuiter; & hàc esse veritatem, semperq; se ita vidisse practicari, ait Far. *n.* 488. *q.* 125. Qui *nu.* 489. *& seq.* tenet, ad nullam similiter pœnam deueniendum esse, dum ambo rixantes mortui reperiuntur.

Aut nemo fuit vulneratus.

Velambo mortui.

Vel ambo vulnerati, inæqualiter. 65. Aut Ambo rixantes vulnerati remanserunt, & in hoc casu in varias opiniones DD. abierunt; Nam Bolognin. Blanc. Cæpol. Carer. & alij dicunt, quòd magis vulneratus, est puniēdus, quia aggressor præsumitur: At Vulpel. Zabar. & alij DD. tenent, magis vulneratum præsumi insultatum, & consequenter non hunc, sed alterum esse puniendum; Mascar. autem remittit, & meritò, hoc arbitrio Iudicis, & hos omnes refert Farin. *q.* 125. *n.* 439. *& seq.* Si verò ambo ferè æque vulnerati reperiantur, neutrum esse puniendum, tenuit glo. *in d. §. cum arietes, & ibi* Bar. & Fulgos. & sequitur Alciat. quem refert Far. *n.* 495. Qui *n.* 493. inducit Bal. Menoch. & quam plures alios tenentes è contra ambo puniendos esse, inter quos Vulpel. testatur de veriori, & receptiori sētentia.

Vel æqualiter.

Aut vnus tātū vulneratus. 66. Aut vnus tantùm in d. rixa fuit vulneratus, & hunc præsumi aggressorem tenuerunt Boer. Carer. & Vulpel. Et ad oppositum Hercul. & alij remissiuè citati à Farin. *q.* 125. *n.* 498. tenuerunt in præsenti casu, præsumptionem esse contra vulnerantem, quod fuerit aggressor, & hoc, secundùm Far. *ibidem*, est verius.

Vel vnus tantum mortuus est. 67. Aut vnus in d. rixa tantùm mortuus repertus est; Et qui viuus remansit, insultatus præsumitur, & est absoluendus, secūdùm Honded. qui ait, hanc humaniorem esse opinionem, & pro ea adesse plures, & maioris auctoritatis DD. & pro hac faciunt inducta à Farin. *q.* 125. *n.* 495. Sed hic punctus controuersus est, & propterea Baiar. Boss. & Gom. qui testatur de veriori, nec non plures alij citati à Far. *n.* 496. tenent, viuum præsumi aggressorem, & condemnandum.

Dolosus punitur. 68. Prædicta procedunt in dubio; At dum constat de dolo, dolosus proculdubio est puniendus; Et si constaret, quòd vterq; rixans esset in dolo; Puta, quia vnus alterum aggressus esset, & alter alterum, vt dum inimici se videntes vnus vadit versus alterum, & è contra, secuta rixa, & vulnera, vterq; est puniendus, Bal. quem refert, & sequitur Anan. *in c. significasti il* 2. *de homic.* Bellam. & Far. *q.* 125 *n.* 499.

69. Aut tandem in propositis casibus agitur de tortura inferenda,

 & dum

In dubio, an rixantes possint torqueri.

& dum ex duobus rixantibus nescitur, quis fuerit aggressor, licèt in hoc sint variæ opiniones DD. veriorem credit Far. *q.125. n.502.* illam: Iudicem in proposito nō posse deuenire ad torturam contra aliquem ex duobus ad sciendum, an fuerit aggressor, nisi cōtra eum extent aggressionis inditia: Quibus datis si tortus perstiterit, erit absoluendus, si verò fassus fuerit in pœnam ordinariam erit condemnandus; & *ibidem* testatur Far. de obseruantia, & quòd hoc vltimum difficultatem non habet.

Homicidium dolosū morte naturali punitur secus in culposo, seu casuali, & declarantur termini isti.

70. LIMITATVR 2. principaliter Regula 1. in qua dicitur, quòd homicidium morte naturali puniatur; Vt procedat in homicidio doloso, non autem in culposo, seu casuali. Declaro terminos, & postea probabo limitationem. Homicidium dolosum dicitur, quòd committitur ex volūtate, & animo occidendi, secundùm Clar. *in §. homicidium vers. dolosum verò*, Carer. Plaz. & Far. *q.126. n.2.* Culposum dicitur homicidium, quòd committitur sine animo, & voluntate occidendi, *l.1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de sicarijs*, vbi glo. & Alber. *l.1. & ibi* Bal. & Odofred. *C. eodem*, Boss. Clar. & Farin. *n.4.* Homicidium autem casuale dicitur illud, in quo, nec dolus, nec culpa interuenit, Bar. & Alber. *in l. respiciendum, §. delinquunt*, Clar. Socin. & Far. *n.5.* Exemplum de homicidio culposo sit in eo, qui putando arborem, ramum deijciens, non præclamans, prætereuntem occidit, *l. in l. Cornel. ff. ad l. Cornel. de sicar. & ibi* glo. & *l. si putator, ff. ad l. Aquil.* vbi glo. Bal. Florian. & Odofr. & notat Farin. *n.21.* Exemplum verò in homicidio casuali est in eo, qui equo currens, non valens illum retinere, equus incidens in transeuntem, illum in terram prosternit, & occidit, *c. significasti, il.1.* vbi glo. & cōmuniter omnes Canonistæ hoc procedere declarant, quando equitans non est in aliqua culpa, *de homic.* Bal. Cæpol. Far. & alij, *n.25.* Alia exempla homicidij culposi, & casualis habes apud Farin. *à n.17. vsque ad* 41.

Pœna homicidij culposi.

71. His stantibus dico; homicidium culposum non ordinaria pœna mortis naturalis, sed extraordinaria, & m tiori, arbitrio Iudicis, iuxta facti, & personarum qualitatem, esse puniendum, Alber. *in l.1. §. Diuus, & ibi* Ang. & Mars. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Bar. Clar. Menoch. & Farin. qui ait, hoc ab omnibus receptum esse, & alios inducit *q.126. nu.42.* Et hæc pœna extraordinaria, erit pecuniaria, aut ad summū relegationis, seu exilij. Far. *n.46.* Cæpol. Clar. Maran. & idem Farin. *q.87. n.73.* Et hoc quamuis culpa fuerit lata, nam in hoc casu pœna mortis naturalis non est imponenda, quia vbi agitur de pœna corporali, culpa lata non æquiparatur dolo, *l. lege Cornelia*, & ibi glo. Alber. Ang. Bar. & Mars. *ff. ad l. Cornel.* Menoch. & Far. alios inducens, *q.126. n.50.* At homicidium casu commi sum nulla pœna punitur, glo. *in l.1. §. Diuus*, vbi concordantia iura allegat, *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Abb. *in c. exhibita*, & ibi Felyn. & alij Canonistæ, *de homic.* Bar. Ang. Alber. & Far. *n.56.*

Casuale nō punitur.

72. LI-

Clericus de iure Canonico, pro homicidio, qua pœna puniatur?

72. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt de iure Canonico, Clericus pro homicidio non puniatur morte naturali, sed detrudatur in perpetuum, vel ad tempus in Monasterium, vel in carcerem, iuxta declarationem, quam inuenies apud Far. *q.* 119. *n.* 48. *vsq. n.* 55. Et dicam hic *inf. n.* 74. *in princ.*

Si verò homicida sit laicus.

73. In laico autem homicida, quid, de iure Canonico, seruādum sit, vide Far. *q.* 119. *n.* 57. Et nota quod Concil. Trident. *sess.* 14. *c.* 7. *de reform.* sanciuit, vt is, qui homicidium voluntarium cōmisit, nullo tempore ad Sacros Ordines sit promouendus, nec illi beneficium Ecclesiasticum conferri possit. Et præterea, de iure Canonico, homicida, etiam occultus, est irregularis, & neque post peractam pœnitētiam administrare potest glo. *in c. fin. de temp. Ordina.* glo. *in c. sicut dignum, il* 1. *§. Clericos*, & ibi præsertim Abbas, *de homic.* Maria. Soc. Far. & alij ab eo relati, *n.* 56.

Clericus nō incorrigibilis, nec pro homicidio qualificato morte naturali punitur.

74. AMPLIATVR limitatio 3. Vt non modo procedat in simplici homicidio, pro quo omnes concludunt, Clericum non esse puniēdum morte naturali, nec curiæ sæculari tradendum, nisi fuerit incorrigibilis, teste Far. *q.* 8. *n.* 80. citans præsertim Ang. Diaz, Rolan. & Socin. Sed etiam idem dicēdum sit in homicidio qualificato, puta Sacerdotis, traditorio, per insidias, parricidio, & similibus enormissimis delictis, vt in combustione Ecclesiæ, pro quibus Clericus morte naturali non punitur, & cōsequenter, nec curiæ sæculari tradendus est, nisi sit incorrigibilis, ita Bonacos. Couar. Diaz. Foller. Villalob. Albert. & hos referens Far. *n.* 81. ait, horum opinionem iuri magis consentaneam videri, & pro ea inducitur *tex. in cap. Clerici, de excess. Prælat. in c. felicis, de pœnis in 6. & in c. cum ab homine de iudic.* vbi huic sententiæ subscribit, & dicit communem Aret. & de magis communi testis est Placha *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 43.

Nec pro alijs enormissimis.

Quid si veneno in Sāctissimo, vel aliàs occidat?

75. LIMITATVR 1. hæc Ampliatio; In Clerico, veneno intērimēte in Eucharistiæ Sacramento, qui non expectata eius incorrigibilitate, curiæ sæculari tradendus est, ex Papæ declaratione, testibus Diaz. Decian. & Far, *q.* 122. *n.* 8. Licèt dum Clericus alio modo aliquem veneno occidit, non sit tradendus curiæ sæculari, sed plusquam homicida ordinarius sit puniendus, grauiori detrusione, & longiori carcere, Diaz. Montel. & Far. *n.* 7.

Vel si sit assassinus.

76. LIMITATVR 2. Ampliatio, in Clerico assassino, qui (non expectata eius incorrigibilitate) potest a Iudice Ecclesiastico tradi curiæ sæculari, secundùm magis communem DD. de qua testantur Boss. *tit. de foro compet. num* 42. & Clar. *q.* 36. *vers. quæro etiam, & est textus in c.* 1. *de homic. in* 6. Et hoc habet locum in Clericis etiam Religiosis, in Prælatis, in Episcopis, & Archiepiscopis, qui pro hoc crimine, curiæ sæculari sunt tradendi, secundùm Clar. Decian. Curt. sen. qui testatur de communi, & Far. *q.* 123. *& est textus in c. pro humani, §. sacri*, & ibi glo. Archid. & Hostien. *de homic. in* 6.

Qui, quomodo à Iudice laico possit puniri?

77. Sed nota; quod Clericus non potest à Iudice sæculari, vt assassinus puniri, nisi prius ab Ecclesiastico, vt assassinus fuerit declaratus, & condemnatus, vel nisi aliter ipsum assassinum esse constiterit, vt ex facti notorietate, vel ex eius confessione, ex quibus, nedum Ecclesiasticus, sed etiam Iudex sæcularis poterit illum, assassinum declarare, & postea condemnare, secus nulla interueniente declaratione, vt solidè probat Far. *q.* 8. *n.* 85. *&* 86. vbi testatur de vera, & communi, in consulendo, & iudicando, sequenda opinione.

Quid in hæresi, in falso in literis Apostolicis, & in conspiratione in Episcopum? cũ n. seq.

78. Videtur aliquibus, iterum Ampliationem limitari posse in tribus enormissimis criminibus, in iure Canonico, expressis, nempe hæresi, falso commisso in literis Apostolicis, & conspiratione in Episcopum, *c. abolendum, de hæret. c. super eo, & c. accusatus, de hæret. in 6. c. cum non ab homine de iudic. c. ad falsariorum, de crim. falsi*, & notant Couar. & Clar. *q.* 36. *vers. scias etiam*, Ang. Boss. & Far. alios inducens, *q.* 8. *n.* 75.

79. Sed aduerte, quòd, pro hæresi, Clericus non traditur curiæ sæculari, nisi fuerit relapsus, vt loquuntur citata iura, secus si non relapsus, & velit se corrigere, quia in carcerem, ad pœnitentiam agendam, esset detrudendus *c. penul. de hæret.* Boss. *tit. de foro compet. n.* 137. Soc. & Far. *q.* 8. *nu.* 76. Similiter nota, quòd quamuis de iure, Clericus de crimine falsi conuictus, sit statim deponendus, & curiæ sæculari tradendus, *d. c. ad falsariorum*, regulariter tamen hoc non seruatur, testibus Anan. Clar. *q.* 36. *vers. videmus etiam*, & sequitur Far. *n.* 77. Pariter nota, quòd Clericus propter d. conspirationem, non est tradendus curiæ sæculari, nisi sit incorrigibilis, secundùm Clar. *q.* 36. *vers. hinc infertur*, vbi testatur de communi, & alios id attestantes adducit, & tenuit glo. *in c. cum ab homine, de iudic.* quæ tamquam mitior, teste Socin. communiter est recepta, & sequitur Far. *n.* 78.

In qualificato homicidio, & in alijs grauissimis non expectatur incorrigibilitas, quidã aiunt.

80. Non est hic reticendum, grauissimos DD. tenere, quod Clericus in qualificatis homicidijs, alijsq; grauissimis delictis, non expectata incorrigibilitate, curiæ sæculari, sit tradendus, ita Albert. qui alios allegat, Abb. Anchar. Feły. & Gugliel. de Benedic. qui testatur de magis cõmuni, & hæc opinio, testibus Far. & alijs ab eo relatis, *q.* 8. *n.* 81. sæpius seruata fuit. Et idcirco Iudicis prudentis Ecclesiastici arbitrio totum hoc Far. remitteret, qui curiæ sæculari Clericum non tradet, nisi dum crimen inspectis loci, temporis, & personarum qualitatibus, iudicauerit adeo perniciosum Reipublicæ Christianæ, vt necesse sit, ob scandali timorem, ad hoc deuenire, & subscribunt Clar. Couar. Foller, & Placa locis citatis à Farin. vbi sup. sed distinguentes. Et in dubio Clericum non incorrigibilem Iudex non arbitrabitur tradẽdum curiæ sæculari, Didac. & Clar. *q.* 36. *vers. pariter etiam*, & sequitur Far. *d. n.* 81. *in fine*.

Alij remittunt Iudicis arbitrio.

* Plures in ista quæst. & alibi in hac Epit. insinuatæ sunt pœnæ, qui-

quibus Clerici pro diuersis delictis plectendi sunt, de quibus pariter sæpè sæpius in iure, & apud DD. agitur; Vnde, opere prætium erit solidè ostendere, in pœnalibus nomine Clericorum, Regulares non venire, & consequenter, pœnas contra Clericos taxatas, Regularibus non esse infligendas; Quòd probatur; Primo; Quia licèt in fauorabilibus nomine Clericorum Regulares veniant, Syluest. *in ver. Clericus* 1. *num.* 1. post Io. Andr. & Abb. & not. Bonac. *de ll. disp.* 10. *q.* 2. *pu.* 1. *§.* 2. In odiosis tamen minimè, Coninc. Laym. Vgol. Alter. Portel. & Diana *par.* 5. *tr.* 10. *resol.* 81. Syluest. *vbi sup.* qui plures Canones inducit, & sequitur Ang. *in ver. Clericus*; Materia verò pœnalis odiosa est, Syluest. *in ver. lex q.* 18. in qua propterea verba strictè, & propriè sumenda sunt, *c. statutum, de electione in* 6. & ponderauit Suar. *de ll. lib.* 6. *c.* 4. *n.* 3. At in stricta significatione, sub nomine Clerici, non venit Regularis, Sylu. & Ang. *vbi sup. p c. quam periculosum, de sent. excom. in* 6. Et ideò Regulares, pœnis in iure contra Clericos latis, non subiacere dicendum est.

* Cõfirmatur secundo. Lex pœnalis, neque in casu, in quo eadem militat ratio, extendenda est, Dia. *par.* 1. *tr.* 10. *resol.* 26. *&* *par.* 5. *tr.* 10. *resol.* 81. Sanch. *lib.* 10. *de matrim. D.* 4. *n.* 3. *& alibi*, vt refert, & sequitur Pelliz. *in Man. Regul. tr.* 7. *c.* 1. *n.* 37. Vt plurimum autem, in pœnis pro delictis infligendis, diuersa militat ratio inter Clericos, & Regulares, eorumque crimina se habent tamquam excedentia, & excessa; Et dato, quòd aliquando in vtrisq; eadem vigeret ratio, tamen secũdùm proximè citatorum DD. sententiam lex pœnalis contra Clericos, ad Regulares minimè extendenda est. Et ideò pœnæ in iure, contra Clericos taxatæ, quoad Regulares, directiuè tãtùm videntur, illasque diuersimodè infligendas, pro delictorum diuersitate, quæ aliquando grauiora, quandoq; leuiora, seu æqualia sunt in Clericis Sæcularibus, & in Regularibus; Et ita pro mensura peccati, erit, & plagarum modus, *Deuteron. c.* 25 *n.* 2.

* Probatur 3. intentum; Nam quamuis Bullæ Pontificiæ, quæ ius sunt Canonicum, continentes Regularia priuilegia, vni Mendicantium Religioni cõcessa, alijs etiam Mendicantibus communia sint, vt not. Lez. *to.* 2. *c.* 1. *nu.* 52. præsertim, quia Pius V. *in Bulla Romanus Pontifex*, *anno* 1567. ita debere esse, declarauit, tamen in pœnis, vni Ordini Mendicantium impositis, alij Mendicantes minimè communicant, Garcia, & Dia. *par.* 10. *to.* 12. *res.* 55. Confect. Sorb. & Lez. *d. n.* 52. Rodr. Miran. Sigisin. Portel. & Bordon. *to.* 2. *resol.* 52 *n.* 24. Nec in talibus nomine, e. g. Obseruantium, veniunt Capuccini; Vnde multò minus in pœnalibus nomine Clericorum veniunt Regulares, ne in pœnis communicatio detur, vbi non inuenitur aliqua Pontificia Cõstitutio, de huiusmodi communicatione, & maior distantia est inter communicantes; cum magis distent Clerici a Regulari-

laribus, quam Obseruantes à Capuccinis.

* Corroboratur 4. ex Legislatorum mente, eorum namq; mens videtur, pœnas contra Clericos, statutas, ad Regulares non extendi, nisi hi in specie nominetur; Et hinc deducitur, quòd, quando volūt eos comprehendi, solent eosdem in constitutionibus specificare, prout *in pœnali Bulla Vrbani VIII. Apostolatus Officium, an. 1628. contra non Præsbyteros missas celebrantes.* Item toties *in Decretis de celebrat. Miss.* Sac. Conc. Trid. editis auctoritate *eiusdem Vrbani*, 21. *Iunij* 1625. Similiter *in Bulla Gregorij XV. anno 1622. contra Sacerdotes in Confessione ad turpia solicitantes*; Pariter *in Clem. quoniam, de vita, & honest. Cleric.* & toties alibi.

* Tandem 5. Cum hanc propositionem; Nomine Clericorum in pœnalibus, Regulares non venire; expressè tot graues teneant DD. nempe Caiet. *in sum. verbo, Excommunicatio c.* 64. Nauar. *in Man. c.* 27. *n.* 101. Syluest. *verbo Clericus* 1. *n.* 1. quia, inquit in Regularibus est qualitas super alios, quæ in Clericis simplicibus non reperitur; Angel. Tabie. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *de censur. in partic. D.* 2. *q.* 9. *pu.* 5. *n.* 12. Et iterum, *in tr. de censur. & pœn. Eccles. D.* 3. *pu.* 1. *§.* 1. *n.* 1. vbi dicit, quod in pœnis Regulares non dicuntur Clerici, ex Vgol. *vbi inf. proximè*. Et eamdem propositionem tenet Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 29. *n.* 27. & iterum, *lib.* 4. *c.* 13. *n.* 21. vbi testatur de veriori, & communiori opinione, quam diffusè probat, & tuetur Vgol. *de censur. Eccles. tab.* 4. *c.* 11. *§.* 2. Quamuis Gemin. *in c. si sententia n.* 3. *de sent. excom. in* 6. existimet, Regulares, in censuras in Clericos simpliciter latas, incidere.

81. REGVLA 2. sit. Animus occidendi (& sic dolus, iuxta tradita hic n. 70. homicidio secuto, in dubio præsumitur, Bar. Bal. Alber. Cyn. & alij, *in l.* 1. *C. ad l. Cornel. de sicar.* Boss. Chart. qui testatur de magis communi, Carer. & Farin. concordantes inducens *q.* 126. *nu.* 103. Licèt alij cōtra relati, *n.* 104. Et ex d. præsumptione iuris, concurrente aliquali exteriori præsumptione, vt inimicitia, qualitas armorū ad occidendum aptorum, &c. potest imponi pœna mortis, Carer. Lauren. ab Occa, Vulpel. & Far. *q.* 126. *n.* 113. Licèt alij contra sentiant, relati n. 112. Animus occidēdi in homicidio præsumitur.

82. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt animus occidendi probetur exterioribus signis, & coniecturis, gl. *in l.* 1. *& ibi* Alber. Ang. Bellaper. Cyn. & Salyc. *C. de sicar.* Carer. Mars. Mascar. Menoch. & Farin. cum alijs *q.* 126. *n.* 93. Quæ autem coniecturæ sint sufficientes in proposito, remittitur Iudicis arbitrio, secundùm Bertaz. Bursat. Carer. et Farin. *n.* 95. Vna tamen coniectura non sufficeret, sed plures requiruntur, vt tenent Cæpol. et Far. *n.* 97. Et hæ coniecturæ, in genere suo, debent esse plenè probatæ, ita Cason, et Far. *n.* 98. Et coniecturis probatur.

83. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt adeò præsumatur animus occidendi, homicidio sequuto, quòd inquisito hoc neganti cum iuramento, non credatur, ita Alber. *in l.* 1. Animus non occidendi, an Rei probetur iuramento?

§. Diuus ff. ad l. Corn. de sicar. Masc. qui alios refert, et testatur de communi, Marsil. et Beluis. quos sequitur Farin. q. 126. n. 109. Intellige, dum non concurrit aliqua præsũptio pro iuramento, hac enim concurrente, animus non occidendi iuramento probatur, Bertaz. cons. 85. n. 23. lib. 1. Bursat. cons. 271. n. 16. Carer. Masc. et Farin. n. 111.

Occidẽdi animus ex qualitate armorum præsumitur, & exemplificatur.

84. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt animus occidendi præsumatur ex qualitate armorum, dum quis vulnerauit cum armis, ex quibus verisimiliter, & vt plurimum, percussus mori solet, l. 1. §. Diuus vbi Alber. Ang. Fulgos. & Marsil. ff. ad l. Cornel. de sicar. Boss. Mascar. & Far. concordantes inducens, q. 126. n. 117. Vt e.g. cum lancea, seu, vt vulgo dicitur, arme in hasta, Bart. in d. §. Diuus, Masc. & Far. q. 126. n. 121. Cum ense, seu pugione, vel similibus armis, vt est textus in d. §. Diuus; & ibi Bar. Boss. Mascard. Menoch. & Far. alios etiam inducens, n. 122. Cum sagitta, & multo magis cũ archibusio, Ang. Bald. & alij relati à Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 40. nu. 7. & tenet Farin. n. 125. Cum securi, Vulpel. & Farin. n. 127. licèt Bald. ab eo relatus, dicat, quòd ex vulnere cum securi in brachio, animus occidendi non præsumatur.

Ex qualitate, & iteratione vulnerum.

85. AMPLIATVR 4 Regula 2. Vt animus occidendi præsumatur ex qualitate vulneris, nẽpè ex magnitudine, & lethalitate, c. si dignũ de homic. Alber. in d. §. Diuus, Bart. in l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. Bertaz. Blanch. & Far. q. 126. n. 189. Sicut etiam ex iteratione plurium vulnerum, & percussionum, Boss. tit. de homic. post nu. 37. Bursat. Carer. Marsil. & Farin. n. 186.

Ex parte periculosa vulnerata.

86. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt animus occidendi præsumatur ex vulnere illato in parte corporis periculosa, c. sicut dignum, & ibi Io. Andr. de homic. Bart. & Marsil. in l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Corn. de sicar. Boss. Mascard. Menoch. & Farin. concordantes citans, q. 126. n. 193. Puta ex percussione, & vulnere in capite, Bart. & Marsil. in d. §. Diuus, Felyn. Menoch. & Farin. n. 196. & est tex. in c. sicut dignum, & ibi Anchar. & Butr. de homic. secus si in facie, nisi in fronte, Fely. in c. significasti il 2. de homic. Boss. Carer. Cepol. Masc. & Far. n. 198.

Ex qualitate malæ personæ vulnerantis.

87. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt animus occidendi præsumatur ex qualitate personæ vulnerãtis rixosæ, insidiosæ, malæ vitæ, aliàs homicidæ, Cæpol. Gandin. Mascard. Marsil. & alij, quos sequitur Farin. q. 126. n. 161. Item si præcesserit inimicitia, Bart. in l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. Clar. in §. homicidium vers. ex proposito, Bertaz. Menoch. & Farin. n. 177. Intellige de inimicitia capitali, Bertaz. Bursat. Mascar. & Far. n. 179.

Ex verbis ante, post, vel in rixa.

88. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt occidendi animus præsumatur, ex verbis ante rixam, in rixa, & post rixam prolatis, vt si occisor dixerit in rixa occide, occide, Boss. Carer. Cæpol. & Farin. q. 126. n. 158. Vel si occisor, ante rixam dixerat, se velle occidere talem, secundùm præcitatos DD. immò ex minis, seu iactationibus, non solum ani-

Animus deliberatus ex minis præsumitur.

animus occidendi, verum etiam præmeditatus, & deliberatus præsumatur; Vt si ante homicidium dixerit occisor, se velle talem occidere, secundùm Cason. & Clar. Et hoc quamuis minans non esset solitus minas exequi, Mascar. Menoch. & Farin. testans de communi *nu.* 204. Item probatur animus occidendi, ex verbis confessionis extraiudicialis talis animi, Foller. Carer. Mascar. & Menoch. & tanto magis si confessio esset iudicialis, quæ dubio procul talem animum probaret, Afflic. Baiar. Carer. Gram. & Far. *n.* 159, & 160.

Quid ratione loci commissi homicidij, vt Ecclesiæ?

89. AMPLIATVR 8. Regula 2. Vt non modò occidendi animus, verum etiam deliberatus, & præmeditatus præsumatur ratione loci homicidij commissi, vt in Ecclesia, Alber. & Boss. *in tit. de homic. n.* 63. Bertaz. Marsil. & Far. *q.* 126. *n.* 164. dùm non probatur aliqua præcedens rixa, secundùm Bertaz. Menoch. & Farin. *ibid.*

Vel temporis, vt si de nocte?

90. AMPLIATVR 9. Regula 2. Vt animus occidendi, etiam deliberatus, & præmeditatus præsumatur ex qualitate temporis commissi homicidij, puta, de nocte, Boss. *tit. de homic. n.* 63. Alber. Cason. Mascard. Hercul. Menoc. qui ait, quod valida est hæc præsumptio, dum non constat de aliqua rixa, & Farin. *n.* 169.

Aut quia homicida antea incessit armatus.

91. AMPLIATVR 10. Regula 2. Vt animus occidendi deliberatus, & præmeditatus præsumatur, quãdo homicida ante homicidium fuit visus incedere armatus: dum non esset solitus arma illa portare, Iodoc. & Cason. & multò magis, si, ante homicidium, euaginata arma deferebat, idem Iodoc. Cason. Mascard. Menoch. & eo magis, si venenata arma, & prohibita deferebat, Ayrer. & Farin. hos omnes referens, & illis subscribens, *q.* 126. *n.* 202. Item præsumitur deliberatus, & præmeditatus occidendi animus, si fuit assistentia amicorum coadunatorum ante delictum, Cason. Menoch. & Vulpel. dummodo talis assistentia fuerit animo se immiscendi in homicidio, si oporteret, vt ex Cason. notat Farin. *n.* 201. & eo amplius, si prædicti eundem associãtes erant armati, cum eis ambulabat, & plures fuerunt ad occidendum, Cason. Bertaz. Menoch. Mascar. & Far. *n.* 199.

Vel euaginata arma deferebat.

Et arma venenata, & prohibita.

Cum assistentia amicorum

Armatorum.

Quid si præcesserit tractatus?

92. AMPLIATVR 11. Regula 2. Vt animus deliberatus, & præmeditatus occidendi, præsumatur ex præcedenti consilio, & tractatu, Alber. & Boss. *tit. de homic. nu.* 63. Clar. *§. homicidium vers. ex proposito.* Cason. Menoch. & Farin. *q.* 126. *nu.* 170. Sicut etiam idem dicendum est in eo, qui posuit se in insidijs ad occidendum, seu proditoriè occidit, Cason. Masc. Menoch. & Far. *n.* 171. & 172. Idem dicendum est, dum præcessit præparatio pecuniarum, equorum, & armorum, vt ea acuendo; seu ex trasportatione, vel alienatione bonorum ante homicidium, Cason. & Far. *n.* 173. *vsque* 175.

Insidiæ, seu interuenerit proditio?

Præparatio pecuniarum, equorũ, armorũ, &c.

Præmeditatio non præsumitur.

§ 93. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt licèt animus occidendi, homicidio secuto, in dubio præsumatur, non tamen est præsumendũ, quòd fuerit ex proposito, deliberatè, &

præ-

præmeditatè nisi probetur, Bosf. *tit. de homic. nu.*64. Baiar. Bertaz. Carer Cafon. & Far. *q.*126.*n.*106. saltem coniecturis, et signis, Clar. *§. homicidium, verf. ex proposito* Bertaz. Cafon. et Farin. *n.*96. Et præcedentibus inditijs sufficientibus, non tamē certis, quòd homicidium fuerit deliberatum, Iudex homicidā torquere potest, Burfat. Carer. et Baiar. ad Clar. *§. homicidium, n.* 16. et subscribit Farin. *n.*114.

Nec animus occidendi, ex ineptitudine armorum.

94. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt secuto homicidio, animus occidendi non præsumatur ex qualitate armorū, vt si quis occideret cum armis regulariter, et verisimiliter ad occidendum non aptis, *l.* 1. *§. Diuus, ff. ad l. Corn. de sicar.* vbi Alber. Ang. Fulgof. & Marfil. Ita pariter senserunt Bosf. Mafcard. Menoch. Farin. & alij, *q.*173.*n.*117. puta si homicida percussierit cum paruo gladio ad incidendum panē apto, Bosf. *in tit. de homicidio, n.*37. Alciat. Aret. & Menoch. *de præsumpt. lib.*5. *præsumptione* 40. *nu.*8. Blanc. & Far. *n.*123. *& seq.* Idem dicēdum esset, dum homicida percussit ense nō punctim, nec cæsim, sed vt vulgo dicitur, di piatto, Bar. *in l.* 1. *§. Diuus, & ibi* Marfil. *ff. ad l. Corn. de sicar.* Bertaz. Dec. & Far. alios etiam inducens, *n.*191. Idem dic si lapide, secundùm Foller. *in pract. crim. in verb. pœnis debitis feriantur.* Baiar. Blanc. Carer. Menoch. & Farin. qui testatur de magis communi, *q.*126.*n.*137. *& seq.* Et hoc nisi alias de animo occidēdi constaret; Puta cum ex proposito quis lapidem manu tenens pluries percussit in capite, vel dum

Vel ex modo percutiēdi.

Vel si lapide percusserit.

proiecit in capite lapidem magnum, Abb. *in c. exhibita, & ibi* Felyn. *de homic.* Bosf. *in tit. de homic. n.*39. Vulpel. & Far. *q.*126.*n.*141. Quòd multò magis procedit in percutiente pugno, seu manu vacua, qui non præsumitur animum occidendi habere, Clar. *§. homicidium, verf. dicitur etiam culposum,* Dec. Gomez. Mafcard. Menoch. & Far. alios inducens, *q.*126.*n.*145. 149. *& seq.* seu etiam calce, *l. cum C. ad l. Corn. de sicar.* vbi glos. Alber. Bald. & Odofred. & tenēt Mafcar. Menoch. Marfil. & Farin. *q.*126. *num.* 143. Et similiter, ex præcedente amicitia animus occidendi non præsumitur, Alber. *in d. §. Diuus*, vbi Ang. & Marfil. Bosf. *in tit. de homic.* Mafcar. Baiar. & Farin. plures alios inducens *nu.* 182. *&* 183.

Seu pugno.

Aut calce

Vel dum præcessit amicitia.

* Ante quam ad Regulam 3. formādam deueniam, præmitto; Vulnus dici mortale, ex quo secundùm regulas medicinæ, vulneratus non potest euadere sine magna difficultate; Non mortale verò, quòd de leui curari potest, & sine difficultate potest vulneratus mortem euadere, vt declarant Bald. Bai. Dec. Farin. & alij apud eum, *q.*127.*n.*2. *&* 3.

Mortale, vel non mortale vulnus, quod dicatur?

95. REGVLA 3. sit. Vulneratus mortaliter, si moriatur, præsumitur ex vulnere decessisse, & vulnerans de occiso tenetur, Clar. *§. homicidium, verf. quandoque etiam,* qui testatur, ita vbique communiter tenere DD. Boer. *decis.* 323. *nu.* 4. vbi pluribus relatis concordantibus testatur etiam de communi, Bart. Marfil. & Farin. & alij,

Vulneratus mortaliter, si moriatur, ex vulnere præsumitur obijsse, & de occiso vulnerās tenetur.

alij, *quæst.* 127. *num.* 10.

Quamuis mors ex interuallo sequatur.

96. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt procedat, quamuis mors sequatur ex interuallo, Marian. Socin. *in cap. Presbyterum*, & ibi Felyn. *de homic.* Affl. c. Anan. Boer. Carer. & Far. alios inducens, *n.* 11. Et hoc est verum, quamuis medicus non fuerit adhibitus, vel imperitus, vel etiam si probaretur aliquam culpam, seu negligentiam medici, vel vulnerati interfuisse, Blanc. quem sequitur Clar. & ad eum Baiar. *in §. homicidium vers. quandoq;* Ang. & ad eum Aug. Afflic. Carer. & Far. alios inducens, *n.* 12.

Secuta morte vulnus in dubio mortale præsumitur.

97. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt dum sumus in dubio, & an vulnus sit mortale, vel non mortale non constat, si ex eo sequuta sit mors, mortale præsumatur, Clar. & Baiar. *vbi sup.* Boer. *decis.* 323. *n.* 4. *iuncto* 8. vbi de communi, Abb. *c.* 2. *de Cleric. percuss.* Bar. Alber. Carer. & Soc. quos refert. Far. & eos sequitur *n.* 23. vbi hanc opinionem magis receptam existimat: Nō tamen negans propter graues DD.

Sed contra.

contrariū sentientes, hanc opinionem reddi dubiam, inter quos sunt Boss. *tit. de homic. n.* 116. Menoc. *de arbitr. q. lib.* 2. *cas.* 275. *n.* 13. Dec. Corn. & alij, relati a Far. *nu.* 22. *q.* 127. sed si vulnus fuerit omnino

De vulnere omnino mortale.

mortale, & certum ad mortē, vulnerans de occiso teneretur, etiam interueniente negligentia medici, & mala cura infirmi, seu quòd medicus nō fuerit adhibitus, vel imperitus, Aret. *in l. si ab hostibus, §. si vir.* & hoc videtur esse de mente etiam aliorū DD. *ibid. ff. solut. matrim.* & est de mēte glos. *in l. huic scripturæ, §. si seruus*, & ibi, Alb. *ff. ad l. Aquil.* Plaz. Boer. Salyc. & Farin. *nu.* 17.

Quid dū vulneratus mortuus fuit culpa medicorum vel ex malo regimine?

98. LIMITATVR Regula 3. Vt vulnerans non teneatur de occiso, quando constat vulneratum obijsse ex culpa Medicorum, tex. est a contrario sensu, *in l. si ex plagis, in prin.* & ibi communiter notat omnes DD. *ff. ad l. Aquil.* Clar. *§. homicidium vers. quandoq;* Masc. Menoch. Bar. Bal. Ang. Mars. & plures alij, quos sequitur Far. *q.* 127. *n.* 24. Quod intelligendum est interueniente culpa magna medicorum in medendo, vel vulnerati in regimine, ita vt culpa, & malum regimen prædominentur qualitati vulneris, secus si vulneris mala qualitas prædominetur culpæ, ita Bal. Boer. Socin. & Far. *n.* 25.

Quoad irregularitatem.

99. SVBLIMITA hanc limitationem; Vt quoad irregularitatē, Clericus vulnerans, eam incurrat, quamuis vulneratus, quocumque modo decesserit ex culpa medicorum, vel ex malo regimine; nec ad hunc effectum, est necesse, quòd de mortalitate vulneris constet, vulnus enim, quo ad hoc, mortale præsumitur, & vulneratum ex eo decessisse, Gram. *vot.* 24. *n.* 10. Mars. *cons.* 7. *post nu.* 59. Carer. Conrad. Plaz. qui testatur de veriori, & cōmuniori, & Far. *q.* 127. *n* 26.

Non tenetur quis de occiso dum constat, vulnus non fuisse mortale.

100. REGVLA 4. sit. Quando cōstat, quòd vulnus non erat mortale & hoc certum erat, non præsumitur mors ex vulnere, sed ex culpa medici, vel ex malo regimine sequuta, & probato tantum, quòd vulnus nō esset mortale, vulnerans de occiso nō tenetur, Feły. *in c. Presbyterum, de homic.* Clar. *in*

§. hor

§. homicidium, verſ. quandoq; Corn. & Dec. conſ. 415. poſt n. 6. Boer. qui teſtatur de communi, Marſ. Menoch. Boſſ. & plures alij, quos ſequitur Far. qui teſtatur de magis communi, q. 127. n. 13. Et hoc tūc præſertim eſt ſine dubio, dum conſtat de aliqua culpa in medendo, vel curando, quo caſu, vulnerans, non de occiſo, ſed de vulnerato tenebitur, l. qui occidit, §. fin. & ibi cōmuniter omnes DD. præſertim Flor. ff. ad l. Aquil. Ang. & ad eum Aug. de malefic. in verbo, ex interuallo, n. 12. Affl. Dec. Bal. Im. Soc. & Far. n. 16.

Quamuis intra paucos dies ſequatur mors.

101. AMPLIATVR 1. Regula 4. Vt procedat, quamuis vulneratus infra paucos dies fuerit mortuus, Anchar. & Fel. in c. Præsbyterum de homic. Bologn. conſ. 5. n. 3. Dec. conſ. 415. n. 7. Conrad. Salyc. Far. & alij n. 15.

In dubio an vulnus ſit mortale, quid?

102. AMPLIATVR 2. Regula 4. Vt in dubio, an vulnus ſit mortale, non præſumatur, vulneratum ex vulnere deceſſiſſe, nec infligēda ſit pœna de occiſo, quando Medicus nō fuit adhibitus, vel imperitus, vel interfuit culpa in curando, ſeu in regimine, Alex. qui alios refert in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir, vbi Aret. Bal. Iaſ. & Rō. ff. ſolut. matr. Ang. Clar. qui teſtatur de communi, Fely. & Far. alios inducens, q. 127. n. 20.

Ex cōiecturis ſcitur vulnus mortale, vel non.

103. Pro complemento propoſitæ materiæ in Regula 3. & 4. Nota 1. quod ad dignoſcendum, quando vulnus ſit mortale, vel nō mortale, coniecturæ, & præſumptiones ſunt attendendæ, Bart. in tract. de percuſſ. n. 1. Bald. conſ. 328. n. 1. Blanc. Corn. Marſil. & Far. n. 27.

104. Et quia Iudicis arbitrio remittitur iudicare, quādo, & ex quibus vulnus fuerit mortale, vel non, vt ſuum Iudex arbitrium ritè dirigat, perpendat, an ex vulnere, vel ex alia cauſa mors fuerit ſequuta, & omnia inſpiciat pro, & contra, Abb. in c. 2. & ibi Anan. & Butr. de Cler. percuſſ. Marſil. conſil. 7. n. 27. vbi ait, quod ita DD. omnes communiter tenent, de quo etiam eſt teſtis Clar. §. homicidium verſ. ſcias autem, vbi idem teſtatur Baiar. ſubſcripſerunt Maſcard. Menoc. Dec. Bald. & Far. q. 127. n. 48. qui n. 49. ait, hanc opinionem videri magis communiter receptam, & indubitanter procedere, quando arbitriū Iudicis eſt conforme relationi Peritorum; cui relationi, ſi Iudex errare nolit, ſuum conformet arbitrium, ſicut de iure tenetur, Bart. in tract. de percuſſ. nu. 1. Bald. conſ. 328. lib. 2. Boſſ. tit. de homic. n. 115. Crot. conſ. 132. vbi de communi, Baiar. Maſcar. Menoch. Soc. & & Farin. n. 50. & teſtatur de communi, n. 51. & quod ita ſemper vidit obſeruari in Vrbe, refert n. 52. Fraudibus verò, & corruptionibus peritorum occurrendum, ait, eligendo non ſuſpectos, ſed digniores, & peritiores, qui quatenus opus eſt, retractent etiam aliorum ſuſpectum, & iniuſtum iudicium ad quod vide ſcripta ab eodem, n. 128. An autem, & quando, & in quibus caſibus credatur, vel non, peritis referentibus ſuper mortalitate, vel non mortalitate vulneris? vide Far. à n. 101. vſque 150. An vero vnico perito credatur, vel plures requirantur? vide eundem, à n. 151. vſque 170.

Perpendenda à Iudice in propoſito.

Iudex ſequatur relationem Medicorum.

Quomodo occurratur fraudib. & corruptionib. Peritorū?

Quibus credatur?

Et an vnus ſufficiat?

105. Nota 2. Præcipuam coniecturam, an & quando vulnus sit mortale, esse illam, quæ ex tempore nascitur; Et ideo de hac diffusè tractauit Farin. *q.127.nu.28. & pluribus sequentibus*, tandemque, *n.46.* concludit, quòd si vulneratus obijt intra quadraginta dies post vulnus, præsumitur ex vulnere decessisse, secùs si post quadraginta dies, Clar. *§. homicidium, vers. cæterum*, vbi quòd ita seruat stylus cõmunis Boer. *decis.* 323. vbi testatur de communi medicorum opinione, sicut etiam Conrad. *in rubr. de vulnerantibus, num.* 18. & tenuit Ang. *in l.* 1. *C. de emendat. seru.* Afflict. Cæpol. Marian. Socin. & Farin. alios concordantes inducẽs *d.n.46.*

Ex tẽpore præcipua est coniectura mortalitatis vulneris.

106. Nota 3. Vulnus præsumi fuisse mortale, quando vulneratus nunquam cõualuit, & processit de malo in peius, nec contrarium præsumitur ex diuturnitate temporis, etiam octo mensium, Abb. *in c.2. & ibi* Anan. *de Cler. percuss.* Baiar. *in §. homicidium n.*154. Bolognin. qui ait, quod illam sententiam videntur secuti omnes Canonistæ, Plaz. dicens, omnes DD. ita concludere, & tenuerunt præsertim Felyn. Marsil. Mascard. & Far. *q.*127. *n.60.* Plures alias coniecturas, an vulnus fuerit mortale, vel non, inuenies apud Farin. *à n.53. vsque ad n.86.*

Quid dũ nũquam vulneratus cõualuit.

107. Nota 4. Quod vulnus præsumitur mortale superueniente intenso, & continuo dolore, Boer. *decis.*323. Marian. Soc. *in cap. Presbyterum, de homic.* Bianch. Mascar. Menoch. Farin. & alij, *n.61.* Idem dic, de superueniente spasmo Bal. Dec. Boer. Afflict. Baiar. & Farin. *n.62*

Vel dum superuenit dolor magnus, & continuus.

108. Nota 5. Quòd è contra, non mortale vulnus præsumitur, dum vulneratus conualuit, & ambulauit, sua negotia faciendo, & consequenter, si decedat non præsumitur ex vulnere decessisse, Anchar. *consil.* 283. Mantua. *consil.* 7. Plaz. *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 13. Mascard. Cæpol. Bianch. & Farin. alios etiam inducens, *num.* 73.

E contra dum conualuit.

109. Quid autèm de iure communi sit in proposito dicendum? vide DD. & præsertim Bart. *in suo tract. de percuss.* Et vlterius vnusquisque consulat proprias ll. Municipales, Statuta, seu Constitutiones, cum in vnaquaque Religione in proposito soleant esse speciales determinationes approbatæ, illasque seruet.

Quid de iure communi?

110. De materia totius huius *q.* diffusè agit Boss. *in tit. de homicidio*, Clar. *in praxi §. homicidium*, & latissimè Farin. *à q.*119. *vsque q.*128.

De pœna consulentis, auxiliantis, seu mandantis homicidium, seu aliud delictum. Quæstio 112.

1 REGVLA 1. sit. Consulens delictum punitur eadem pœna, qua delinquens, *c. si quis viduam, distinct.* 50. *l. nihil interest, ff. de sicar.* Bart. Dec. Felyn. qui testatur de communi, & Boss. *tit. de mandato ad homic. nu.* 59. glos. *optima in cap. nullus ex consilio, de reg. iur. in 6.* Diaz. Boer. & Farin.

Consulẽs eadem pœna, qua delinquens punitur.

cum

cum alijs *q.* 129. *n.* 23. qui *n.* 25. testatur de communi; licèt Butr. Hostien. Innoc. Io. And. & alij à Farin. relati *n.* 24. velint, quod mitius puniatur.

Item persuadēs, instigans, instruens

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat etiam in persuadēte, instigante, & instruente, hi enim idem significant, quod consulens, secundùm Bart. Alex. Ang. & Boss. qui de communi testatur, *n.* 61. Carer. Conrad. I nol. Marc. Sa yc. & Farin. qui de communi, *nu.* 26. & 27. Qui idem probat in hortante, inflammante, & incitante, cum omnibus istis modis, quem consulere DD. communiter dicant.

Hortans, inflāmās, & incitās

Ostendens delicti vtilitatē, laudans, &c.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt habeat locum etiam in eo, qui delinquenti delicti vtilitatem ostēdit, Imol. & Zabarel. *Clem.* 1. *de pœnis*, Cæpol. *conf.* 27. *n.* 4. Carer. Marcard. & Farin. cum alijs, *q.* 129. *n.* 28. & idem dicendum est in laudante, puta dicendo; Tu farai molto bene a farlo, Bald. *in l. ob hæc verba, ff de his, qui not. infam.* Ang. diffusè *conf* 22. Iaf. *in l.* 1. *C. de seru. fugit.* Cæpol. & alij cum Far. *n.* 29. Et idem dic in eo, qui volenti delinquere, ait, expedias te cito, Iaf. *vbi supra*, Alex. Carer. & Far. *n.* 30.

Quid in consentiente?

4. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt procedat etiam in consentiente delicto; Agentes enim, & consentientes, pari pœna puniuntur, *c.* 1. vbi glos. Anchar. Mantua, & communiter Canonistæ, *de offic. Deleg.* Cæpol. Marsil & Farin. cum alijs, *n.* 32. vbi testatur de cōmuni. Hanc Ampliationem simpliciter intellige in atrocissimis, vt in criminibus læsæ Maiestatis, & parricidij, secundùm Matthæum, Brunor. & Farin. *q.* 129. *nu.* 34. Nam in alijs criminibus, non procedit Ampliatio in simplici, & nudo consensu, sed in consensu importante externum consilium, aut auxilium, vel mandatum, seu defensionem, vt communiter dicunt Canonistæ, *in citato c.* 1. & declarant Cæpol. *conf.* 34. & Paris. *conf.* 152. & tenent Mascar. & Far. *n.* 33.

5. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt procedat sine dubio etiam in pœna statutaria, in tractantibus, & ordinantibus homicidiū, seu aliud delictum, Ang. Boer. & Far. *n.* 36. Quamuis, qui in tractatu tantùm fuit, pœna Statutaria delicti non teneatur Grat. & Far. *n.* 37.

In pœna statutaria cōtra tractātes homicidium.

6. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt magis procedat in dante simul consilium, & auxilium, licèt quis alias etiam esset facturus, Bald. *in l.* 1. *C. de seru. fugit.* Carer. Gand. & Far. *n.* 50. & 54. *q.* 129.

In dante simul cōsilium, & auxilium

7. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt procedat in cōsulente delictum innominatum, glos. *in l. qui seruo*, vbi etiam Alber. & Bart. *ff. de furtis*, Far. *n.* 55.

In delicto innominato.

8. AMPLIATVR 7. Regula 1. Vt Clericus consulens delictum, cuius pœna est irregularitas, fiat irregularis, secuto delicto, quamuis consuluisset alias facturo, *c. sicut dignum, §. Clericos*, & ibi gl. et communiter omnes Canonistæ, & præsertim Felyn. *de homic.* Carer. Couar. Conrad. et Farin. *q.* 129. *n.* 56. Qui *n.* 57. ait, consulens, è contra, percuti Clericum, est excommunicatus, *per c. mulieres, §.* 1. *de sent. excom.*

Clericus consulēs delictum cuius pœna est irregularitas, fit irregularis.

Vel consulēs percuti Clericum

9. AM-

Consulẽs tenetur ad interesse.

9. AMPLIATVR 8. Regula 1. Vt consulens teneatur etiam ad damna, et interesse in foro fori, Felyn. *in c. 1. de offic. Deleg.* Carer. et Boss. *in tit. de man. ad homic. post n. 59.* Menoch. et Farin. *n. 58.* et tenent DD. omnes *in cap. sicut dignũ, de homic.* Et hoc magis procedit in foro poli, secũdùm Innoc. Annan. et Farin. *n. 59.*

In delicto secuto ex interuallo.

10. AMPLIATVR 9. Regula 1. Vt procedat quamuis delictum secutum fuerit ex interuallo post cõsilium, Felyn. *in cap. sicut dignum* Cæpol. *caut. vltima, n. 2.* Carer. et Farin. *q. 129. n. 68.*

Quid in consilio sine dolo dato?

11. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt procedat in consilio doloso, secùs autem in non doloso, *l. consilij*, vbi notat glos. et alij DD. communiter, *ff. de reg. iur.* Notandùm hic, quòd non pauci, et graues Doctores hanc ipsam limitationem ampliare videntur, siue ille, cui datur consilium, aliàs esset facturus, siue non, vt notat Far. *q. 129. n. 71.* vbi etiam ait, in maleficijs dolum in consilio præsumi, nisi contrarium probetur, ex Regula, quod in delictis, et in his, quæ de se mala sunt, dolus præsumitur.

Quid in verbis non claris, sed dubijs?

12. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt procedat, dum verba sunt clara, quia in dubio consilium interpretatur in bonũ, Bart. Bald. Ang. Alex. Castren. et Dec. *in cap. 1. de offic. Deleg.* Baiar. Masc. et Far. alios inducens, *nu. 72.* Nisi inter consulentem, et occisum præcederet inimicitia, tunc enim verba in malum interpretanda esse, tenuit Boss. *in tit. de mand. ad homic. n. 49. 54. & 55.* et Far. *q. 129. n. 75.*

Delicto secuto, vel non?

13. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt non procedat nisi delicto secuto, Dec. et Bero. *in cap. 1. de offic. Deleg.* Ang. *in l. is, qui opem, ff. de furtis*, Boss. Menoch. Farin. et alij, *n. 81.* Licèt aliqua pœna debeatur propter malum consilium, Ang. et ad eum Aug. Conrad. Dec. et Farin. *n. 83.*

Dum consiliũ fuit reuocatũ

14. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt non teneatur consulens, dum, re integra, consilium reuocauit, dedit contrarium consilium, et est certus, quod ille, cui consilium datum fuit, amplius delictum non est commissurus, aliàs teneretur insinuare illi, in cuius necem, e.g. consilium præbuit, Innoc. *in c. ad audientiam, de homic.* Bart. *in l. non solum, §. si mandatum, ff. de iniurijs*, Gomez. *de delict. cap. 3. rubr. de homic. n. 44.* vbi alijs relatis testatur de communi, Ang. Felyn. Boer. Baiar. Menoch. et Farin. *q. 129. n. 90. & 92.*

Vel dum delinquens, etiam alias erat facturus?

15. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt non procedat, quando circumscripto consilio, delinquens nihilominus esset facturus, tunc enim consulens non eàdem pœna esset puniendus, qua principalis, secundùm Abb. *in cap. 1. & ibi* Butr. Anchar. Felyn. vbi testatur de communi, Dec. qui pariter de communi, *de offic. Deleg.* Boss. Ang. et innumerabiles alij relati à Farin. *q. 129. n. 108.* Clar. *q. 88. in princ.* vbi etiam, relatis alijs testatur de communi; Licèt alij relati à Far. *n. 110.* teneant Regulam currere, etiam in aliàs facturo. Sed nota, quòd in atrocissimis etiam in hoc casu Regula procedit, secundùm communem

nem

nem DD. de qua testis est Farin. *n.* 115. Quamuis, quod etiam in atrocissimis minor pœna imponatur pro consilio dato alias facturo, voluerint, Fely. Dec. & alij, *in c.* 1. *de offic. Deleg.* Baiar. Menoc. Cagnol. qui testatur de veriori, & communiori opinione, & alij, quos refert. Far. *n.* 116. licèt ipse, *n.* 117. dicat sibi videri tenendam oppositam opinionem, pro qua de communi testantur Rimin. Hippol. Giachia. & Matth. locis per eundem Farin. relatis, *n. præcitato* 115. & inde *vsque ad n.* 154. plura de hac materia disserit.

Auxiliãs ante delictum pœna punitur eadẽ.

16. Regula 2. sit; Auxilium præstans delinquenti ante delictum, vt delictum committat, eadem pœna punitur, qua ipse delinquens, Socin. *cons.* 188. *lib.* 2. vbi testatur de communi opinione, Legistarum, & Canonistarum, Clar. *§. fin. q.* 90. *in fin. princ.* Bero. qui de communi, Piaz. qui de magis communi, Menoc. qui de magis recepta, Bar. Mascar. & Far. qui etiam alios inducit, *q.* 130. *n.* 1. & ait, *n.* 3. hanc opinionem veriorem, & magis communem esse, quando auxilium fuit præstitum scientèr, dolosè, & præcedête tractatu, vt est de mente proximè citatorum DD. & in specie declarat Clar. vbi supra: Secus si sine dolo, & ignoranter, secundùm Carer. Marl. Menoch. & Far. *n* 58. Non desunt tamen aliqui, non sequendi, contra hanc Regulam tenentes relati a Far. *n.* 2.

Vt acomodans arma ad delinquẽdum.

17. AMPLIATVR 1. Regula 2. seu potius ex ea infertur; Vt tamquam auxilians eadem pœna, qua puniretur vulnerans, vel occidens, puniatur cômodans arma ad vulnerandum, vel occidendum, *l. nihil interest*, vbi Alber. & Marf. *ff. de sicar.* Bero. *cons.* 192. *lib.* 3. qui de communi Legistarum, & Canonistarum, Gom. *de delict. c.* 3. *rubr. de homic.* qui pariter de communi, Soc. Conrad. & Farin. *q.* 130. *nu.* 4. Et idem dic, de commodante ferramenta, vel instrumenta ad furandum, *l. si pignore §. si ferramentum, ff. de furt.* Seu in commodante scalam ad furandum, vel ad aliud delictum, *est tex. in d. §. qui ferramenta, & in l. in furti, §. ope, & ibi glo.* & communiter DD. *instit. de oblig. quæ ex delic. nascun.* tenent Bar. *in l. in furti §. ope, ff. de fur.* Ang. Bero. Gom. Soc. & Far. alios inducens, *n.* 20. Et sufficit, quòd commodans habeat scientiam furti, vt dicit *tex. in d. §. si ferramentum*, & voluit Bar. *in d. §. ope*, Boer. *vbi supra*, testans de communi, Ang. Soc. & Far. *n.* 5. Secus, si ignoranter quis commodauerit d. arma, & ferramenta, vt volunt præcitati DD. præsertim Ang. Marf. Mascar. Menoch. & Farin. *n.* 7. Et in dubio præsumitur, quòd quis prædicta commodauerit, non scienter ad committendum delictum, sed ignoranter secundùm Menoch *de arbitr. q. lib.* 2. *cas.* 349. *n.* 6. Boer. Mantua, & Far. *n.* 8. licèt alij ab eodem relati *n.* 6. inter quos sunt Ang. & Bal. velint, d. cômodantem præbere causam remotam, & ideò, in nullo casu, eadem pœna esse puniendum.

Ferramẽta, scalã.

Siue pecunia n.

18. Idem dicunt in commodante scienter pecuniam delinquenti ad delictum committendum Abb. & Bero. *in c.* 1. *de offic. Deleg.* Alber. &

Ang.

Ang. *in l. is qui opem, ff. de furt.* Boer. Gom. Soc. & Far. *q.* 130. *n.* 13. Licèt alij contra sentiant, ab eodem relati, *n.* 14. tenentes, etiam in hoc casu præberi causam remotam per talem cōmodantem. Et quòd Regula proposita procedat etiam in còmmodante dolosè equum delinquenti, dixerunt Cæph. Soc. & Far. *n.* 9. *&* 11. licèt etiam in hoc alij contra, relati ab eo *n.* 10. Nec non, quòd Regula procedat in commodante homines ad delinquendum, teneat Bal. quem sequitur Soc. *conf.* 188. *lib.* 2. Boer. Carer. Plaz. & Far. *n.* 17.

Equum.

Vel homines.

19. Idem dic in commodante scienter domum, in qua homicidium, vel aliud delictum committi debet, vel in qua commorari debèt delinquentes ad delictum committendum, vel ad tractandum de occidendo, Bar. *in d. §. ope,* Ang. *in l. nihil interest, ff. ad l. Corn. de sic.* Aret. Boer. Gom. & Far. *q.* 130. *n.* 25. vbi concordantes inducit; Licèt, quòd mitior debeat esse pœna in hoc casu, teneant relati ab eodem, *n.* 26.

Aut etiā domum.

20. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt procedat in associante delinquentem præcedente dolo, & consilio de delinquendo, si verò non præcesserit consilium, nec assistentia, vel auxilium, mitiùs est agendum, secundùm Far. *q.* 130. *nu.* 28. vbi sic concordat DD. in hoc puncto discordantes: Subdens, *nu.* 30. cum Menoc. & Ioseph. Ludou. quòd in dubio præsumitur quis potiùs casu fortuito associare delinquentem, quam scientèr, & dolosè.

Quid in associāte?

21. Quod dictum est de associante, dic de faciente scortam occisori, seu monstrante locum, in quo latet occidendus, nempè, quod interueniente dolo, eàdem pœna, qua principalis, talis puniendus sit, Iaſ. *in l.* 1. *C. de seru. fugit.* Bal. *in l. ob hæc verba, ff. de his, qui not. infam.* Soc. *conf.* 188. *lib* 2. Bero. Carer. Far. & alij, *q.* 130. *n.* 32. Licèt alij contra, relati ab eodem, *n.* 34. Et horum opinio sequēda tantùm est, quando exploratio non fuit causa homicidij, quia eodem modo commodè, & faciliter homicidium factum fuisset, secundùm Far. *n.* 35.

In faciente scortā vel indicante locū, in quo latet occidēdus.

22. AMPLIATVR 3. Regula 2. In tenente in sermone occidendū, donec inimicus eum aggrediatur, dum clarè constat, quòd ad hoc detinebat, Soc. *conf.* 188. *lib.* 2. *per l.* 1. *§. tulisse, ff. ad Syllan.* Mascar. Sforz. Odd. & Far. concordantes citans, *q* 130. *n.* 36. 37. *&* 38. Et tantò magis idem dicendum est, in tenente per pannos, Cæpol. & Vitalin. Vel in impediente insultatum, ne possit se defendere, Gabr. & hos sequens Far. *d. n.* 36.

Vel in tenente occidēdum in sermone.

Aut per pannos.

23. AMPLIATVR 4. Regula 2. procedat etiam in portante scienter literas, seu āmbasciatam homicidij, seu alterius delicti ad eum perpetrandum, Alber. Cyn. & Salyc. *in l. non ideo, C. de accusat.* Bar. *in l.* 1. *§. incidit, ff. ad Turpill.* Bal. *in l.* 1. *§. ne autem, C. de caduc. tollen.* Ang. Carer. Decian. Marſ. & Far. cum alijs, *n.* 41. & ita determinatur *in Constit. March. lib.* 4. *c.* 55. *n* 4.

In portāte ambasciatam.

24. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt præstans auxiliū ante delictum, seu etiam in ipso delicto, puniatur eadē pœna, sicut delinquens, quando cum auxilio dedit causam delicto;

Quid in auxiliante, dante, vel non, causam delicto?

cto; Aliàs mitior pœna esset infligenda, Dec. Fely. & Mantua *in c. 1. de offic. Deleg.* Blanch. Boer. Carer. qui testatur de communi, Gandin. Marf. Salyc. Soc. & Far. *q.* 130. *nu.* 42. *&* 43. vbi ait, quòd ab hac communi recepta opinione, non est recedendum in consulendo, & in iudicando; Quicquid absolutè contra sentiat Bar. Causam autem morti dat, e. g. ille, qui gladium furioso dedit, vt se, aut alium occideret; Seu quandò vnus tenuit, & alter interemit; Siuè quandò quis manibus, vel corpore auxilium prestitit in delicto, secundùm Cæpol. *cons.* 27. *nu.* 11. quem sequitur Far. *q.* 130. *n.* 45.

Remotā, vel prox. mam. 25. An autem requiratur in proposito, vt causa data delicto sit proxima, vel sufficiat remota, & quæ nam in hoc casu dicatur causa proxima, quæue remota? est controuersum inter DD. Et de hoc vide Guaz. *defens.* 33. *c.* 10. & Far. *q.* 130. *n.* 47. *vsq.* 57. Qui Farin. postquam attulit, *nu.* 47. opinionem Abb. & Menoch. & plurimorum aliorum, inter quos, de communi testantur Carer. Gom. Plaz. Bertaz. & Masc. requiri, ait, causam datam esse proximam; Et ad oppositum, *n.* 48. refert opinionem tenentium sufficere causam remotam, dum quis dolosè auxilium dedit, quam ipse, *ibidem*, tenet veriorem, & magis in praxi seruandam, pro eadem inducendo Bero. (qui testatur hanc opinionem communitèr approbatam à Legistis, & Canonistis) Bart. Theg. Rimin. & alios. Et pro hac, facit, *Regula* 2. *hic supra, n.* 16. cum tota Ampliatione 1. *n.* 17. *& seq.* vbi probatum fuit, pœnam ordinariā imponendam esse pro auxilio dato ante delictum, puta, in commodatione armorum, pecuniæ, domus, &c.

26. Tandem concludit Farin. *q.* 130. *n.* 53. 54. *&* 55. Quòd quandò propter auxilium, causa delicto data est, tunc per actum proximum dicatur præstitum auxilium; quòd contingit, dum sinè auxilio, quis non potuisset delictum committere, vel dum facilius cum tali auxilio commisit; Si verò propter auxilium data non fuit causa delicto, tunc per actum remotum auxilium præstitum dicatur; Et hoc tunc accidit, dum sinè auxilio quis potuisset delictum committere, & eàdem facilitate, & citat in proposito, & in comprobationem istius conclusionis, & resolutionis Couar. Gomez. Rimin. Menoch. & alios DD. Auxiliū quādo dicatur datum per actum remotum, vel per proximū.

27. LIMITATVR 1. Regula 2. vt non procedat effectu non secuto; Præstans enim auxilium antè delictum, non punitur, delicto non secuto, Ang. *in l. is, qui opem, ff. de furt.* Cæpoll. *cons.* 24. Foller. *in praxi ver. capiat informationē, n* 74 Baiar. ad Clar. *q.* 60. *n.* 1. Gandin. Masc. & alij, quos sequitur Far. *q.* 130 *n.* 59. Qui, *n.* 60. ait, hoc procedere in leuibus delictis, secùs in atrocioribus, in quibus cum attentatum non secuto effectu puniatur, ita auxilians in his, aliqua pœna punietur, secundùm Plaz. & Schrader. Quid delicto non secuto?

28. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt non puniatur quis ob non præstitum auxilium ad impediendum delictum e. g. dum quis non reuelat, De eo qui non præstitit auxilium ad delictum impediendū

seu non defendit, Carer. Conrad. Gram. Mant. & alij, quos sequitur Farin. qui testatur de communi, & dicit hoc procedere de Iure Ciuili, *num.61.*

De iure Canonico.

29. De iure verò Canonico, in foro contentioso, est cōtrouersum, an, aliqua pœna, negligens in auxiliando, sit plectendus? de qua controuersia, vide Farin. *q.130. nu.62. vsq 64.* Sed in casu punitionis, negligens in non reuelādo delictum, vel illi non obuiando, mitiori pœna, quam delinquens erit certè puniendus, secundùm Bero. Farin. & alios cum communi, *n. 71.*

In foro conscientiæ.

30. In foro vero conscientiæ, valens, e. g. obuiare homicidio, peccat mortaliter non obuiando, *c. sicut dignum, §. illi etiam, vers. qui potuit,* & ibi glo. & communitèr omnes DD. *de homic.* Carer. Conrad. & Farin. *q.130. nu.65.* vbi testatur de communi, & dicit in hoc dubium non esse.

Quid in Superiore nō obuiante delictis subditorum, vel eos nō defendente, & è contra?

31. SVBAMPLIATVR limitatio 3. Vt de vtroque iure, Dominus, Pater, Princeps, Prælatus, Officialis, seu Gubernator, teneantur, in quantùm possunt obuiare delictis eorum subditorum, & eos defendere; Sicut è contrà subditi tenentur Superiores defendere; & vnusquisque Clericū tueri obligatur, tenet, & probat Far. *n.67. vsq.70.*

Quid dū principalis fuit absolutus?

32. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt auxiliator non puniatur, quandò principalis fuit absolutus, Boss. Guaz. alios allegans *defen.33. c.10. num.16.*

Auxiliās in actu, delicti

33. REGVLA 3. fit. Auxilium præstans in actu delicti, eadem pœna punitur, qua delinquens, glo. *in c. 1.* & ibi Anchar. Bero. Butr. Dec. Fely. Hostien. Innoc. & communitèr alij DD *de offic Deleg.* Bar. & Ang. *in l. is, qui opem, ff. de furt.* Masc. Natta, qui testatur de communi, Menoch. qui de magis communi, Conr. qui putat, ab hac communi tutum non esse recedere, Blanc. Cæpoll. & plures alij relati à Farin. *q 131. n. 1.* Qui, *n. 3* testatur de recepta communitèr, & veriori opinione; Declarata tamen, vt hic supra, *nu 24. 25. & 26.* Et idem probat Farin. de socio criminis, *n.23 & seq.* Licèt contra, quòd mitior pœna in hoc casu sit adhibenda, teneant Dynus. Mars. Paris. Bertaz qui testatur de receptiori DD. & alij relati a Far. *n.2.*

pœna punitur eadem.

34. AMPLIATVR 1 Regula 3. Vt, etiam quando plures sunt auxiliatores in delicto, eadem pœna, qua principalis puniantur, dum crimen commissum fuit ex proposito, & præcedente tractatu; Quo stante; siue, e. g. in homicidio vnicum, siuè plura interuenerint vulnera; siuè vnicum, siuè plura fuerint lethalia; siuè sciatur, siuè ignorentur vulnerantes; siue vnus, siuè omnes vulnerauerint, omnes pœna ordinaria homicidij sunt puniēdi; licèt secus sit in rixa, glo. Alber. Bar. Fulgos. & Mars. *in l. si in rixa, ff. ad l. Corn. de sicar.* Couar. Ioseph Ludou. qui testantur de communi, Clar. qui de magis cōmuni, Chart. qui de communi, a qua in iudicando, & consulendò, ait, non esse recedendū, cum innumeris alijs, quos sequitur Farin. *q. 96. n. 72.* Qui in comprobationem, cumulat citationes aliorum DD. *q.131, n.4.* Li-

Quando etiā plures sunt auxiliatores præcedente tractatu, &c.

cèt aliqui contra senserint relati ab eodem Far. *n.* 73.

Tractatus, & deliberatio non præsumuntur.

35. LIMITATVR 1. Ampliatio 1. Vt tractatus, & deliberatio, non præsumantur, sed potius præsumitur, quòd casu quisque in rixa interuenerit, & ideo Fisco incũbit probatio tractatus, & deliberationis, secundùm Boss. Carer. Marf. & Farin. *q. 96. n.* 75. Et probatio non debet esse in hoc casu præsumptiua, sed certa, vt tenent Bal. & Carer. Licèt Clar. videatur contra sentire, nempè, quòd sufficiat præsumptiua probatio, & hunc sequitur Chart. & hos refert Far. *n.* 77. *&* 78

Multitudini auxiliatorum, an parcatur?

36. LIMITATVR 2. Ampliatio 1. Vt multitudini auxiliorum parcatur, ita vt non omnes eadem pœna, qua principalis puniantur, sed mitius, *est textus in c. dilectus, il* 2. & ibi glos. *in ver. multitudo*, & communitèr omnes DD. *de Simon.* Tiraq. *de pœn. temperan. cauf.* 47. *n.* 1. *& seq.* vbi iura, & DD. inducit, Clar. qui testatur, quòd ita quotidie seruatur, *§. fin. q.* 60. *vers. allegatur* Foller. Alber. & alij, quos sequitur Farin. *q.* 96. *n.* 1. Qui *vsq. ad n.* 12. de hac materia agit; Et præsertim, *n.* 11. *& seq.* multitudinem, in proposito, esse, ait, supra 40. vel remitti arbitrio Iudicis.

De auxilio verbali.

37. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt procedat in præstante auxilium tantùm verbis in actu delicti, vt acclamando contra insultatum, vel incitando, & animando aggressorem, suadendo, vel simile, Baiar. ad Clar. *q.* 90. *nu.* 25. Boer. *decis.* 167. *nu.* 4. vbi ait, quòd ita tenent omnes, Alex. Innoc. Marsil. Mascard. Carer. Conrad. & Farin. cum alijs, *q.* 131, *n.* 8.

Seu non cooperatiuo, præcedente tractatu, vt in assistentia cũ armis.

38. AMPLIATVR 3. Regula 3. Vt procedat etiam in auxilio non cooperatiuo, præcedente tractatu, & dum quis scienter, e. g. astat tantùm armatus, licèt manum delicto non apponat, Conrad. qui de communi, & Far. *q.* 131. *n.* 65. vbi de magis communi: dummodò ex assistentia delictum fuerit auctum, quia ex ea aggressor fuerit factus audacior, & insultatus timidior; his omnibus concurrentibus, Farin. *nu.* 71. verissimam dicit hanc doctrinam, licèt astans nullum faciat actum, & subscribunt Hippol. Rimin. qui de communi, Mascard. qui de communi practicata, Conrad. de communi Legistarum, & Canonistarum, Ang. Bal. Saly. & Farin. qui alios inducens, *n.* 69. hanc dicit videri magis communem opinionem, & de mente ad saturitatem ab eodem cumulatorum DD. *n.* 67. quamuis non pauci ab eo relati, *n.* 64. 68 *&* 70. contra sentiant. At si quis casu, & ignoranter, quamuis armatus, astet, nulla videtur pœna dignus, secundùm Bal. Boss. Felyn. Menoch. & alios, quos inducit Farin. *nu.* 78. dum statim cognito malo animo, potens, se retrahit, Conrad. Marsil. Mascard. & Farin. *n.* 87. Et in dubio præsumitur ignorantia, Baiar. Bal. Marf. Vulpell. qui de communi omnium DD. & Farin. alios inducens, *nu.* 80. *&* 81. Licèt alij contra relati, *n.* 82.

Vel ignoranter, & nullo præcedente tractatu præstito.

39. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt procedat in auxiliante in actu delicti dolo, & scienter, si enim ignoranter, & nullo præcedente

tractatu, non imponitur eadem pœna, isti, & principali, sed vnusquisque tenetur de eo, quòd fecit, ita Felyn. *in cap.* 1. *de offic. Deleg.* Soc. *consf.* 188. *lib.* 2. Foller. *in praxi in verb. capiat informationem*, *n.* 71. Boss. *in tit. de homic. n.* 22. Alex. Bertaz. Marsil. Menoch. & Farin. ad saturitatem citans, & testans de co mmuni, *q.* 131. *n.* 28. Licèt, *n.* 31. aliquid addat remissiuè in auxilio cooperatiuo; Subdens, *n.* 32. quòd in dubio, auxilium præsumitur non sci nter, ex Boss. Foller. & alijs; Et quòd arbitrio Iudicis remittitur, vt ex coniecturis, & circumstantijs arbitretur, puta, si amicus, vel inimicus occisi, fuerit auxiliator, Alex. *consil.* 148. *post nu.* 6. Cæpol. *consil.* 1. *nu.* 9. & 15. Mascard. Carer. & Farin. alios citans, *n.* 33. & 34.

Vel ex quo non datur causa delicto

40. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt non procedat, quandò cum auxilio non fuit data causa delicto iuxtà tradita, & probata *hic supra*, *n.* 24. *cum seq.*

Seu in auxilio nihil delicto adijciente.

41. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt multò minus procedat in auxilio nudo nihil delicto adijciente, vt quandò malefactor, omninò delictum commisisset, etiam sinè illo auxilio, mitiùs enim, sic auxilians, est puniendus, Ang. *in l. is, qui opem, ff. de furt.* Cæpoll. *consil.* 27. *nu* 12. Lader. Imol. *consil.* 194. vbi testatur de communi, Bertaz. Mascard. Marsil. & Farin. *q.* 131. *nu.* 42.

Nisi constet de delicto principalis cō trà auxi-

42. LIMITATVR 4. Regula 3. Vt procedi non possit contra auxiliatorem, & consultorem, nisi constet de delicto principalis, qui deliquit, Dec. Bero. & Mantua *in cap.* 1. *de offic. Deleg.* Mascar. qui, alijs relatis, testatur de communi, Foller. Mars. & Farin. alios inducens *num.* 54.

Iuxta consiliantem, seu consulentem non proceditur.

Auxiliās post delictum, mitius punitur.

43. REGVLA 4. sit. Auxilium præstans delinquenti post delictum non tenetur eadem pœna, qua principalis delinquens, sed mitiori; Propriè enim talis non præstat opem, Butr. Felyn. Dec. Bero. & Mantua. *in cap.* 1. *de offic. Deleg.* Ang. & ad eum Aug. qui testatur de communi, Bertaz. Clar. Conrad. & Farin. cum alijs *q.* 132. *nu.* 1. Et præsertim Regula est sinè altercatione, nulla præcedēte scientia, vt tenet Guaz. *defens.* 33. *cap.* 10. *n.* 7. citans Bursat. Gom. Paris. & alios.

Item associans.

44. AMPLIATVR Regula 4. Vt procedat etiam in associante delinquentem post delictum, vt euadat, qui mitiùs punitur, Butr. *in cap.* 1. & ibi Mantua *de offic. Deleg.* Bal. *in l. non ideo minus, C. de accusat.* Ang. & *de malef. in verb.* & *Andream auxiliatorem*, *n.* 5. Et ad eum Aug. qui testatur de cōmuni, Bar. Boer. Alb. Plaz. qui testis est de magis communi, & Far. *n.* 14. *q.* 132.

45. Declaratur hæc Ampliatio; Vt regularitèr associans post delictum sinè armis, & dum non longè associauerit, puta solum per 20. passus, nullo modo sit puniendus, secundùm Vulpel. *consf.* 99. Et idem dicendum est in eo, qui associauit homicidam, homicidium ignorans, secundùm Bal. *consil.* 250. *lib.* 1. Carer. & Farin. qui hos refert *q.* 132. *num.* 8. & 32. Sed in dubio, dum associatio fuit incontinenti,

præ-

præsumitur dolosè, & ex præcedente tractatu, secundùm Dec. *in cap.*1. *de offic. Deleg.* Blanc. Menoc. & Natta n, & ideo sic associans, potest, vel extraordinariè puniri, vel torqueri, vt probat Farin. alios inducens, *n.*33. 34. *&* 35. Nisi associans esset affinis, vel consanguineus delinquentis, quia tunc non oriretur indicium contra associantem, secundùm Menoch. *de præsumpt. lib.*1. *q.*89. *n.*111. & Far. *n.* 39.

46. LIMITATVR 1. Regula 4. Vt defendens, & auxilium præstãs delinquenti post delictum, ne ab inimicis offendatur, nulla pœna puniatur, glo. & Imol. *in Clemen.* 1. *de pænit.* Sforz. Odd. qui ait, quòd in dubio hoc præsumitur, *in cons.* 15. *& seq.* Horat. Lut. & Farin. *n.* 19.

Quid in auxiliante, ne delinquens offendatur?

47. LIMITATVR 2. Regula 4. Vt auxilium delinquenti præstans post delictum, præcedente tractatu, & promissione de sic auxiliando, puniatur eadem pœna, qua principalis, Bar. *in l. furti §. ope, ff. de furt* Clar. *q.* 90. *in princ.* Ang. Gram. Marf. Menoch. Mafcar. & Farin. plures inducens, *q.*132. *nu.* 29. licèt alij contra, relati, *nu.*30. ab eodem Far. Qui declarat, *n.*31. hãc limitationem procedere quatuor concurrentibus, & hoc probat pluribus DD. auctoritatibus; 1. quod talis prius fuerit cõsultor delicti; 2. vt, sine promissione de auxiliando post delictum, crimen cõmissum non fuisset; 3. quod habuerit specialem scientiam illius criminis committendi; 4. & etiam personæ occidendæ.

Vel in auxiliante præcedẽte promissione?

48. LIMITATVR 3. Regula 4. Vt receptans malefactorem eadem pœna, quam malefactor puniatur, *l.*1. *in princ. & ibi* Ang. Butr. Cyn. Alber. Odofr. & Saly. *C. de his, qui latron.* Foller. Gandin. & alij relati a Farin. *q.*133. *n.* 1. Sed contra, quòd non eadem pœna, tenuit Baiar. ad Clar. *q.*90. *n.*52. vbi testatur de communi, Plaz. qui pariter de communi *in epit. delict. cap.* 16. *n.*5. Affl. & Carer. Marf. & alij, relati à Farin. *n.*3. Pro concordia dic limitationem procedere in receptante, & simul occultante, & associante, in quibus terminis loquitur, *d. l.*1. *C. de his, qui latron.* vt aduertit Alber. *in l.*1. *ff. de receptator.* Opposita verò opinio locum habet in simplici receptatore occultante, sed non associante; Ita resoluit Far. *n.*4.

In receptante malefactore

49. Et hic nota, quod præsertim receptatores coniuncti a pœna ordinaria excusãtur, *l.*2. *ff. de receptator.* & ibi gl. & communitèr omnes DD. Ang. Masc. Marf. & alij cumulati à Far. *n.*32. *q.*133. At excusatio hæc in receptatione bannitorum in statu Ecclesiastico parum prodesset, attenta *Bulla* 6. *in ordine Syxti V.* in qua statuitur consanguinitatem non excusare etiam in primo gradu, dè qua mentionem faciunt Baiar. & Farin. *n.* 35. Sed receptans delinquentem, seù bannitum coactè, per vim, aut metum excusatur, secundùm Bal. Rom. & Alex. *in addit. ad Bar. in l. fin. ff. de receptator.* Foll. *in praxi crim. verb. banniantur n.*18. Menoch. Mascar. Ang. Baiar. & Farin. alios inducens, *n.*36. Qui, *nu.*41. obseruat, hanc

hãc excusationem in Statu Ecclesiastico parum prodesse, quo ad receptationem bannitorum, nisi is, qui coactè bannitos recepit, liberatus ab eorũ potestate, illos, quam primum curiæ denunciauerit, *iuxta d. Bullam Syxti.*

Sine dolo. 50. LIMITATVR 4. Regula 4. In receptante delinquentem, seu bannitum sine dolo, non ad malum finem, sed ad bonum, qui nullo modo est puniendus, Bal. *in l. quicumq; C. de seru. fugit. & cons.* 382. *lib.* 5. vbi, ait, receptationem, quæ fit ad bonum, præsumi ex qualitate personarum, & ex iuramento receptantis, Soc. *in l.* 1. *in princ. ff. de verb. oblig.* Baiar. Boss. Carer. Foller. Gandin. Tusc. & Farin. cum alijs, *q.* 133. *n.* 55. Quòd tunc præsertim est verum, dum in Statuto, seu prohibitione adsunt verba (audeat, seu præsumat) ita Hipp. Rimin. *cons.* 635. *n.* 43. *lib.* 6. & Farin. *n.* 56.

51. Et licèt *d. Bulla Syxti*, puniẽdos statuat grauissima pœna receptatores bannitorum, quamuis sine dolo, tamèn Sacra Consulta sæpissimè mandauit, non procedi contra prædictos conuersantes, receptantes, seu quomodolibèt auxiliantes, nisi id dolosè egerint, vt refert Farin. *q.* 133. *n.* 57. Vbi ait; Et meritò; Cum inhumanum sit, tam graui pœna, sinè dolo errantes punire; Et plurimi DD. relati à Farin. in proximè citatis locis, agentes de loquente, tractante, seu comitante sine dolo cum bannito, aiunt, nulla pœna talem puniendum. Et in receptante, vt supra, dolus non præsumitur, secundùm Hippol. Rimin. *vbi sup. nu.* 44. *& seq.* Gabr. *cons.* 168. *in princ. lib.* 3. Mascar. & Far. alios inducentem, *n.* 59. *&* 60. Baiar. ad Clar. *q.* 90. *n.* 41. vbi tamen ait, in sciente, vel scire debente dolum præsumi.

52. LIMITATVR 5. Regula 4. Vt receptans, & occultans furem, & insimul furtum, pœna furti puniatur; Si verò furem tantùm, vel furtum tantùm, mitius erit puniendus, Bar. *in l. furtum, ff. de furt.* Ang. *de malef. in verb. dicto maleficio semper astitit, n.* 23. Afflic. Gomez. & Farin. alios inducens, *nu* 96. Licèt alij, in superioribus ab eodem citati, fortè contra senserint. De receptãte furẽ, & furtum.

53. Et præsertim requiri animũ occultandi ad hoc, vt pœna ordinaria sit imponenda tenuerunt Odofr. Bal. & Castren, *in l. eos, C. de fur.* Mars. *cons.* 30. *n.* 20. Bonacos. Rolan. Tusch. & Farin. *q.* 133. *n.* 100. Vlterius ad pœnam ordinariam requiritur, vt receptãs non faciat gratis, sed animo lucrandi aliquid, Odofr. *vbi supra*, Baiar. ad Clar. *q.* 90. *n.* 59. Tusch. *litera R concl.* 47. *n.* 11. Mars. *cons.* 53. *n.* 28. *& seq.* vbi, non interueniente lucro, excludit omnem pœnam, Gram. Rolan. Rimin. Farin. & alij, *n.* 101. Sed receptans furem, vel rem furatam ignorantèr, nulla proculdubio pœna tenetur, Salyc. & communiter DD. *in l eos C. de furt.* Bald. Afflic. Gram. Roland. Tusch. & Farin. *n.* 99. De receptãte bannitos, & delinquentes ignoranter, diffusè agit Farin. *à n.* 103. *vsque ad n* 138. Qui formata Regula *in d. n.* 103. Talem nulla pœna puniendum; subdit huius

Regu-

Regulæ Ampliationes, & limitationes.

Mādatum inducitur quomodocunq; appareat voluntas mandantis.

54. REGVLA 5.fit. Mandatum inducitur quocunque modo,& quibuscunq; verbis, dummodo ex his appareat de intentione, & voluntate mandantis, sic volentis, prout postea mandatarius fecit, Bart. Ang. Iaf.& communiter alij DD. *in l.si quis mihi bona*, *§.sed quid*, *ff. de acquiren. hered.*Carer. Mafcard. & Far.*q.*134.*n.* 1. *&* 14. Et dummodo verba fint apta importare mandatum,alias fecus,glo.& Bart. *in l.*1.*ff. de mandat.* Aug.ad Ang. Carer. Monticel. & Farin.*n.*15.Et verba debēt effe clara, mandatum importantia, Boff. *tit. de mandat. ad homic.n.*49.Menoch.*confil.*283. *lib.* 3. Carer. Decian. Mafcar. & Farin.*n.*28. *&* 29. Nec nutu, vel fignis cum capite inducitur mandatum, Bald.& Decian *tract.crim. lib.*9.*c.*34.*n.*27. Carer, Mafcar. & Farin.*n.*40. Qui à *n.*41. *vfque ad n.*108. fubdit plurima exempla, de famulo, & de filio, ex diuerfis verbis prolatis à Domino, & à Patre occidendi, vbi,an, & quando præfumatur mandatum Domini, feu Patris ex verbis non manifeftis,declaratur.

Mandans eadē pœna, qua mādatarius punitur.

55. REGVLA 6.fit. Mandans delictum eadē pœna punitur, qua mandatarius, *l.fi per alium*, & ibi glof. & Bart. *ff. ne quis eum*, *qui*, Abb. *in c. mulieres*, *de fent. excom.* Gomez. *de delict. ca.*3. *rubr. de homic.*vbi relatis alijs teftatur de cōmuni. Bal. Boff. Alber. Menoch. & Farin. cum alijs, *q.*135.*n.*1. Et in atrocioribus, fi plures fint mandantes, & mandatarij, omnes eadem pœna puniuntur; licèt fecus in leuioribus, Bart. Caftren. Iaf. & Odofr. *in l. fi quis id*, *ff. de iurifd. omn. Iudic.* Baiar. ad Clarum, *q.* 89.*n.*6. Ang. Bald. Decian. Marfil. & Farin. *q.*135.*n.*10. *&* 11.

Quid fi non conftet de mādatario?

56. Sed hic nota, quòd,dum non conftat de mandatario, procedi non poteft contra mandantem, *l.fi is*, *qui rem*, *la* 2. *§.fi tu Titium*, *ff. de furt. & per hunc tex.* ita tenuit Boff. *tit. de delict.n.* 35. *& feq.* vbi diffusè, Chart. qui inducit plures teftātes de communi, Alex. qui ait, quòd hoc omnes fequuntur, Bart. Foller. Menoch. & Farin. *q.*3. *n.*1. vbi ait, omnes ita tenere, nemine, quem viderit, difcrepante. Et abfoluto mandatario, quia non fuit repertum delictum commiffum fuiffe, etiam mādans eft abfoluendus; Licèt fecus, fi abfolueretur mandatarius,quia non effet repertus culpabilis, Ang. *de malef. in verb. Sempronium mandatorem, nu.* 40. & ad eum Aug. citan. Dyn.& fequitur Gandin. Menoc. Decian. & Farin. *q.*135.*n.*33. An autem qualitas aggrauās in mandatario, etiam in mandante aggrauet? & è contra? agit remiffiuè Far. *n.*34. *& feq.*

Vel fuerit abfolutus.

De ratificante delinquente, qui eadē pœna punitur.

57. AMPLIATVR Regula 6. Vt ratificatio in delictis æquipararetur mandato, & ideò ratificans fit puniendus eadem pœna,qua delinquens, *eft tex.in l.*1.*§. deieciffe*, *ff. de vi*, *& vi armata*, vbi Bar. & tenuerunt Alber. Ang. Bal. Boff. & Farin. concordantes afferens, *q* 135.*n.*43. Quòd procedit etiam ad effectum incurrendi excommunicationem in percuffione Clerici,

ci, *vt est text. in c. cum quis, & ibi* notant omnes DD. *de sent. excom.* Alber. Dyn. & Far. *nu.* 55. Quòd tamen non procedit quo ad incurrendam irregularitatẽ, secundùm, Archid. Io. And. Specul, & Marsil. sign. 184 *vers. teneas autem menti*, Carer. Couar. & Far. *n.* 67. An autem ratificans puniatur eadem pœna, dum nihil ad eum ex delicto peruenit? est controuersũ, vt apud Far. *n.* 44. & 45.

Non tamen in dispositio ne Statutaria.

58. LIMITATVR 1. Ampliatio; Vt æquiparatio sit per fictionẽ, & ideò Statutum loquens de mandante, non erit extendendum ad ratificantem, Boss. Capreol. Carer. & Far. *q.* 135. *n.* 70. & 71.

Plura requirũtur, vt procedat Ampliatio.

59. LIMITATVR 2. Ampliatio; Vt procedat, dum delictum fuit commissum nomine ratificantis, aliás secus, *c. ratum, & ibi* communiter omnes *de reg. iur. in* 6. Bart. Bald. Ang. & de communi testantur Aret. Capreol. & Natta, quos sequitur, alios etiam referens, Farin. *q.* 135. *n.* 84. Vel saltem delictum, eius cõtemplatione, fit commissum, Bal. *in c. ob hæc verba, ff. de his, qui not. infam.* Anan. Conrad. & Farin. *n.* 88. vbi testatur de veriori; licèt alij ab eo relati, *n.* 87. contra sentiant. Vlteriùs, ad hoc, vt Ampliatio procedat, necesse est, vt delictum à ratificante, tanquam suo nomine gestum, sit ratificatum, aliás secus; potest enim quis ratificare factum, & non qualitatem facti, Alber. Cyn. Salyc. *in l. non ideò minus, C. de accusat.* Ang. Carer. Clar. Decian. & Far. *n.* 85. & 86.

60. LIMITATVR modò 1. Regula 6. Vt mandans delictum non verè, & propriè, sed fictè, & per interpretationem facere dicatur, Et ideò mandans, e.g. homicidium non dicatur homicida, Clar. *§. fin. q.* 89 *vers. sed quæro*, vbi de communi, Dec. qui pariter de communi, *in l. si quis id*, & ibi Ias. *ff de iurisd. omn. iud.* Bart. Bald. Boss. & Far. alios inducens, *q.* 135. *nu.* 97. *qui, n.* 99. ait, ab ista opinione, vt a veriori, & communiori in iudicando non esse recedendum.

Mandãs fictè facere dicitur

61. Et hinc infertur, quod Statutum puniens delinquentem, non comprehendit mandantem, Bar. *in l. si quis id, §. serui quoque & ibi* Alex. Castren. Dec. qui testatur de communi, & Ias. *ff de iurisd. omn. Iud.* iterum Alex. *in l.* 1. *ff. de verb. oblig.* vbi de magis communi, Boss. qui pariter de magis communi, *tit. de pœn. nu.* 14. Afflict. Ang. & Farin. alios concordantes citans, *nu.* 98. *q.* 135.

An mandãs comprehedatur a Statuto contra delinquentẽ?

62. Sed quia asserta in hac limitatione sunt valdè controuersa, ideò, quòd mandans delictum, dicatur verè delinquere, tenuerunt Gandin. Marian. Soc. & alij, relati á Far. *n.* 99. Et consequenter non desunt tenentes, quòd Statutum puniens delinquentem, habeat locum in mandante, vt sunt Cyn. Felyn. & de cõmuni testatur Osasc. nec non de magis communi Gandin. quos, cum concordantibus, habes apud Farin. *n.* 100. vbi inducit etiam *decis. Rotæ Romanæ*.

Controuersus est punctus.

63. Pro concordia huius controuersiæ potest sic distingui: Aut enim Statutum pœnale loquitur in rem, puta dicendo; Pro homicidio,

Pro concordia.

pro

pro vulnere, pro furto, imponatur talis pœna; Et mandans comprehenditur: Aut Statutum loquitur in personam, puta, dicendo, Si quis occiderit, vulnerauerit, aut furtum fecerit, & hoc Statutũ non ligaret mandantem; Ita Bart. *in l.* 1. *& ibi* Ang. & Castren. *ff. de eo, per quem factum est*, Dec. Bonacos. & Carer. qui testatur de communi, Abb. & Farin. *q.* 135. *n.* 142. *&* 143.

Sed contra.

64. Sed hic nota, quòd quam plures DD. relati à Farin. *q.* 135. *nu.* 144. voluerunt mandantem comprehẽdi etiam sub Statuto loquente in personam, inter quos Alciat. ait, hanc sententiam sibi videri magis communem, & Bolognet. dicit contrariam opinionem non habere fundamentum in iure, & quòd licèt ab aliquibus dicatur cõmunis, opinionem tamen contra Bar. ex authoritatibus moderniorum esse magis communem; Nec non Hieron. de Cæual. sentit opinionem contra Bar. & communẽ, & verissimam esse, alteram verò, & fundamento, & ratione carere. Et faciunt pro opinione contra Bart. inducta per Farin. *num.* 146. nempè, quòd, secũdùm Dyn Cyn. Ang. Bal. & alios, delictum mandantis, & mandatarij, est vnum, & idem.

An mandãs eadẽ pœna puniatur, dum mãdatarius excessit fines mãdati?

65. LIMITATVR 2. Regula 6. Vt non puniatur eádem pœna mãdans, qua mandatarius, sed mitiori, dum iste excessit fines mandati, dummodò id, quòd fuit mãdatum, fuerit in potestate mandatarij non excedere, alias secus, Bald. *in l. non ideo minus, C. de accusat.* Ang. *de malef. in verb. & Sempronium mandatorem, n.* 39. Dec. *in tract. crim. lib.* 9. *c.* 26. *n.* 6. vbi quòd ita communitèr concludunt omnes DD. Mars. Menoch. & Farin. *q.* 135. *n.* 163. Vbi ait, quòd ab ista Limitatione regulantur, inferuntur, & declarantur Ampliationes, & Limitationes occurrentes in hoc subiecto.

Exemplificatur.

66. Exemplis hanc limitationem 2. reddo clariorem. Mandatum fuit de percutiendo pugno, vel alapa, seu instrumento non apto ad occidendum, puta baculo; si mandatarius percusserit gladio, & occiderit, vel etiam si percusserit, & occiderit, baculo vtendo, non tenebitur mandans de homicidio, Gram. qui testatur de communi, Placa, & Clar *q.* 89. *vers. pone aliquis*, Bald. Carer. Mar. Menoch. Decian. & Far. alios inducens, *q.* 135. *nu.* 152. *& seq.* Sed è contra, mandans aliquem vulnerari, si talis occidatur, mandans de occiso tenetur, Boss. qui de communi, Gram. Placa, & Clar. vbi supra, qui ait, vulnera non dari ad mensuram, Ang. Marsil. Decian. qui de communi omnium DD. & Far. *n.* 168. Et hoc quamuis exprese, mãdans, homicidium prohibuisset, Bal. *in l. non ideò minus, & ibi* Alber. *C. de accusat.* Ang. *vbi supra n.* 39. Cæpol. *cons.* 34. *n* 61. vbi testatur, hanc opinionem de iure veriorem, melioribus rationibus, & pluribus authoritatibus comprobatam, tenẽdam in consulendo, & iudicando, Saly. Menoc. Decian. Boss. testans de communi, & Farin. *n.* 171. Qui ait, *n.* 173. in praxi ab hac opinione non recedẽdum, cum sit verior,

& communior; licèt alij ab eodem relati, *n.* 172. contra sentiant.

67. LIMITATVR 3. Regula 6. Vt mandans non teneatur, si mandatarius, post reuocationem mandati, deliquerit, glos. & communiter DD. *in cap. quicumq; de sent. excom. in 6.* Gomez. *de delictis, c. 3. in rubr. de homic. n.* 4. vbi de communi, Gram. Decian. Menoch. Far. & alij, *q.* 135 *n.* 174. Et sufficit tacita reuocatio, vt per pacem, vel parentelam factam cum inimico, quem occidi mandauerat, Alber. & Salyc. *in l. non ideò minus, C. de accusat.* Innoc. *in c. ad audientiam, de homic.* Bart. Ang. Plaz. Decian. & Farin. concordantes inducens, *n.* 175.

Quid si mandans reuocaue rit màdatum?

68. Sed nota, quod reuocatio mandati debet notificari mandatario, alias man lans nō excusaretur, Alber. Cyn. & Salyc. *in l. non ideò minus, C. de accusat.* Carer. Cōrad. Decian. & Far. cū alijs, *q.* 135. *n.* 181. At quòd etiam intimata reuocatione mandatario, si delictum sequatur, extraordinariè puniendus sit mādans, tenuerunt Decian. *in trac. crim. lib. 9. c. 36. n. 32. in fin.* Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. cas.* 352. & Far. alios etiam citans, *n.* 187.

Et notificauerit mandatario?

69. Nota tandem, ex diuturnitate temporis mandatum reuocatū non censeri, secundùm Decian. *vbi supra nu.* 22. & testatur de communi, Bar. *in l. non solum, §. mandato, ff. de iniur.* Bald. Ang. Alciat. & Far. cum cōcordantibus ab eodem relatis, *n.* 185.

Ex longo tempore nō reuocatur mādatum.

70. De materia huius q. latissimè pertractat Farin. *à q.* 129. *vsquè ad q.* 135. *inclusiuè.*

De pace coacta; Quibus modis pax rūpatur; Et de pœnis cōtra eam frangentes. Quæstio 113.

1 PATRATO homicidio, seu alias rixa facta, de pace efficacitèr tractari solet; Qua facta, præsertim si ex mandato Superiorum coactè conclusa sit, cum nonrarò violari contingat; Ideò post quam tractatum est de homicidio, hic agitur, prout in titulo q. huius.

2. Præmitto: Pacem esse finem discordiæ, perpetuam, & inuariabilem concordiam. Treguam verò esse, non perpetuam, sed ad tempus tantummodò, securitatem præstitam, rebus, & personis, Far. *q.* 107. *n.* 89. Vndè plurima, quæ de pace dicenda erunt, treguæ proportionatè accomodari poterunt.

Quid sit pax?

Tregua quid?

3. REGVLA 1. sit: Princeps suos subditos ad pacem faciendam cogere potest, Felyn. *in rubr. de treg. & pace*, Ias. *in l. quidam existimauerunt, ff. de reb. cred.* vbi citat Alex. Butr. & Castren. & tenuerūt Marsil. Viu. & Farin. alios inducens, *q.* 107. *n.* 8.

Princeps potest cogere ad pacem faciendam.

4. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt cogere ad pacem suos subditos, Iudices etiam inferiores possint, dū Ciuitatis, seu Reipublicæ quies, & status maximè turbaretur, nisi inimici ad pacem cogerentur, Bald. *in l. cum affines, C. de liberal. caus.* Bart. *in l. furta, §. qui iussu, ff. de infam.* Ang. Fely. Far. & alij, *n.* 6.

An hoc possit Iudex inferior? vsq; ad n. 6.

5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt dicti Iudices inferiores possint etiam subditos ad pacem cogere, quando offendens, iam debita pœna

na

na punitus fuit, & recõciliationem petit secundùm Iacob. de S. Georg. & Giachiar. ad Clar. *q.* 58. Bald. Salyc. & Farin. *q.* 107. *n.* 9. Et multò magis ad treguam, in casu huius, & etiam antecedentis Ampliationis, Abb. & Felyn. *in cit. rubr.* Baiar. Vulpel. & Far. *n.* 10.

6. LIMITANTVR propositæ duæ Ampliationes; Vt circumscriptis causis in eis insinuatis, Principe inferiores, ad pacem faciẽdam, subditos cogere non possint; Clar. *q.* 58. *in fi.* qui cum Mars. testatur de cõmuni, Alex. Bald. & alij, quos sequitur Far. *q.* 107. *n.* 3. Non desũt tamèn graues DD. relati a Far. *n.* 4. inter quos sunt Abb. & Viu. tenentes absolutè, posse etiam Iudices inferiores cogere suos subditos ad pacem faciendam.

7. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt præsertim nõ secuta pace, possit, & debeat Princeps, seu alius Iudex inferior, cognoscens imminere periculum, & ne partes se ad inuicem offendant, easdem cogere ad præstandam cautionem de non offendendo, & ex officio, & magis ad instantiam partis, Petr. Plach. *in Epitom. delict. lib.* 1. *cap.* 7. *nu* 1. vbi testatur de communi, & receptissima omnium opinione, & plurimos refert concordantes, Abb. Bar. Bald. & Far. cum alijs, *q.* 107. *n.* 11. *&* 14. Qui in seq. plura scribit, de cautione præstanda; à quibus, pro quibus, &c.

Vel coge re ad præ standam cautionem.

8. Sed apud Regulares poterit Iudex eorum, loco cautionis, facere subditis, interesse habẽtibus, pœnale præceptum; ne se inuicem offendant; Quod præceptum nõ nisi bonum effectũ producere potest, vt aduertit Andr. Gayl. *de pace publ. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 16. Felyn. *in rubr. de treg. & pace, n.* 10. & tenuit Far. *n.* 20. & faciunt dicta *ab eodem, n.* 13. Vel dum Iudex ex officio cogit in proposito, potest admittere in personis bonæ famæ iuratoriam cautionem, Clar. *§. fin. q* 47. *vers. sed quæro*, Hercul. Vulpel. & Far. *n.* 38.

Quid inter Regulares?

9. REGVLA 2. sit. Pax, seu simplex cautio de non offendendo, dicitur rupta, non solùm dum quis offendit personam, sed etiam per quemcumq; actum, ad iracundiam prouocantem, & punibilem, Vulpel. *consi.* 82. *n.* 4. *&* 5. Surd. *decis. Mantuan.* 79. *in princ.* Talis enim verè offendit secundùm Bart. Bero. Cæphal. & Far. alios inducentem, *q.* 107. *n.* 144. Accipe plures illationes Ampliatiuas in terminis Regulæ.

Quib. modis dicatur rupta pax, vel cautio, &c. & vs. que ad n. 24.

10. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt pax frangatur per exonerationem archibusij, licèt nulla sequatur vulneratio, Viu. *decis.* 368. Vulpel. quem sequitur Honded. *consil.* 103. *lib.* 1. & Farin. alios citans, *q.* 107. *n.* 174. *& seq.* Immò sufficit ad hoc sola rotæ exoneratio, secundùm omnes proximè citatos.

11. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt procedat in insultu facto cum proiectione teli, vel lapidis, licèt vulneratio nõ fuerit secuta, Corn. *cons.* 51. *lib.* 1. nec corpus tactum, Vulpel. *tract. de pace, q.* 91. & Far. *n.* 168.

12. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt procedat in insultu facto cum euaginatione armorum, & admenatione ictuum cum eisdem armis,

quamuis non sequatur vulnus, Barbat. & Vulpel. *d.q.91*. Parif. & Farin. *q.107.n.165*. Immò sufficit insultus cum simplici armorum euaginatione, secundùm Vulpel. *tract. de pace, q.102*. Paris, Grat. & Far. *n.160*. Itèm sufficit insultus ad domum alicuius animo offendendi, licèt nulla offēsio secuta fuerit, Vulpel. *consil. 67*. & Farin. alios inducens, *n.163*.

13. AMPLIATVR 4 Regula 2. Vt fracta pax dicatur, in insultu facto à paciscente cum percussione super vestibus, puta vestes scindendo sine læsione corporis, Vulpel. *tract. de pace, q.91. nu.1*. Honded. *consil.103. n.26. & seq. lib.1*. Hæc namquè offensio est, si non in personam, saltem personalis, secundùm Bald. & Dec. *consil.406. lib.2*. Bart. & alios, quos sequitur Farin. *q.107. n.180. vsque 183*. Licèt alij cōtra sentire videantur, ab eodem relati, *n.178*. Et quòd plus est, sinè percussione, puta trahendo per mantellū, pax fracta dicitur, Aret. Bald. & Claud. ad Bertaz. *consf.147. lit. B*. Bart. Honded. Vulpel. & Farin. *nu.183*. Quamuis alij contrà, relati à Far. *n.176*.

14. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt qui pacem fecit cum alio eam frangat excerpendo rem de manibus eius, Bart. quem refert, & sequitur Claud. ad Bertaz. *conf.147. lit. B*. & Far. *n. 173*. licèt Hercul. dissentiat.

15 AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt pax frangatur ex illatione metus deducti ad aliquem actum, Vulpel. *q.101*. Marsil. *consil 21. n. 39. & seq.* & Far. alios citans, *qu. 107. nu.197*. Non desunt tamèn multi DD. simplicitèr asserentes, per metus illationem pacem frangi, vt sunt, Ang. Parif. Viu. & alij, relati à Far. *n.196*.

16. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt per solas minas pax rupta dicatur, Parif. *consil.165. lib.4*. Bertaz. conf.248. *lib.2*. Mascard. Far. & alij, *nu.201. & seq.* Et idem dic de inuitante ad dimicandum, Bertaz. *conf.245*. Vulpel. *cōs.67*. & Farin. *n.204*. Idem prorsus dic de iniuriam grauem verbalem facien-te, quæ pœnam mereatur. Bero. *consil.302. lib.2*. Vulpel. *d.q.91*. Bertaz. & ad eum Claud. Farin. & alij, *n.187*. Licèt alij contra relati à Far. *n.188*.

17. AMPLIATVR 8. Regula 2. Vt pax, & cautio de non offendendo, generaliter loquendo, rupta censeatur ex modica offensione, secūdùm Grat. *consil.44. n 13. lib.2*. Vulpel. *consil.51. per totum*, vbi benè respondet contrarium tenentibus; Hanc tamen Ampliationem intellige dum offensio leuis illata fuit malo animo, & dolosè, vt declarat Farin. *q. 107. n.219*. & sequitur Petr. Bel. Mascard. & iterum Farin. *n.221*. qui *n.226*. ait, indistinctè verius esse, ex leui offensione personæ, & corporis, si dolo illata fuerit, rumpi cautionem, etiám quòd non fuerit promissum non offendere, per verba vniuersalia, etiam quòd offensus, non sit nobilis, & licèt facta fuerit sine dolore, tumore, aut liuore, & quamuis ex percussione nō sequatur grauis offensa, & *ibi* testatur, semper se ita practicari vidisse.

18. Exem-

18. Exemplificat Farin. *q.*107.*n.* 217. vt propter impulsum frangatur pax, ex Grat. Vulpel. & alijs. Similitèr ex consputione in faciē, *nu.* 170. Item ex alapa infringitur pax, idem Farin. *q.*105.*n.*210. alapa enim dicitur grauis iniuria, secundùm Carer. Bero. Mascard. & alios, quos sequitur Farin. *nu.* 207. Sed quia fuit opinio grauium DD. pacem non rumpi ex prædictis, & ex similibus modicis offensionibus, quos refert Farin. *q.*107.*n.*210. *& seq.* Ipsemet ait, illorum opinionem procedere posse, dum offensio leuis illata fuit sinè malo animo, & sinè dolo, sinè quibus pax, & cautio minimè rumpitur, secundùm Parif. *conf.*165.*lib.*4. & Hercul. *in tract. de caut. de non offenden. cap.*34. & Farin. *q.*107.*n.*219.*& seq.*

19. AMPLIATVR 9. Regula 2. Vt pax, & cautio simplex de non offendendo frangatur per verbalem iniuriam, Cæphal. *consil.* 190. Vulpel. *in tract. de promiss. de non offen. q.*91. vbi declarat, dummodo verba iniuriosa sint grauia, & punibilia, Brunòr. a Sole, qui alijs relatis testatur de communi, Bertaz. & ad eum Claud. Bero. Honded. & Farin. *q.* 107, *num.* 187. Ex iniuria enim verbali offensio resultat, vt benè dixit Cæphal. vbi sup. & Far. *nu.* 184. vbi, quòd hoc omnes admittant.

20. LIMITATVR Ampliatio 9. Vt non procedat, dum promissum tantummodo fuit, nō offendere in personam, tunc enim per iniuriam verbalem non esset tali promissioni contrauentum; secùs si fuisset promissum non offendere personam, vel personaliter. Pro declaratione, nota, quòd est differentia intèr offensionem in personam, & offensionem personalem, seu personæ: Offensio enim in personam, requirit tactum, & læsionem corporis, secundùm Bart. *in l. licitatio, §. quod illicitè, n.*8. *ff. de publican. & vectig. per tex. in l.* 1. *§. hac autē, ff. de his, qui deiecer.* vbi Bald. & Florian. & tenent Dec. *conf.*406. Hercul. *de caut. de non offend. c.*24. *&* 25. Vulpel. Cæphal. & Far. concordantes inducens, *q.*107. *nu.* 147. Offensio verò personalis, seù personæ non requirit corporis læsionem, seù tactum, secundùm Bal. *in l. si quæ per calumniam, nu.* 1. *C. de Episc. & Cler.* Dec. & Hercul. *locis suprà citatis,* Vulpel. Cæphal. & Far. *n.* 150.

21. Dix igitur, quòd pax, seù cautio de non offendēdo in personam, non frangitur per iniuriam verbalem, & ita tenent Cæphal. & Vulpel. *locis sup. relatis,* Bertaz. Masc. & Far. alios citans, *q.* 107. *nu.* 192. dicens, hoc omnes admittere: Verbalis enim iniuria non dicitur offensio in personam, cum per eam corpus non percutiatur, aut tangatur; Quamuis dicatur offensio personalis, seu personæ, secundùm Vulpel. & Cæphal. vbi supra, Gugliel. quem sequitur Bal. *in l. si quæ, C. de Episc. & Cler.* Rom. & Far. concordantes inducens, *n.* 185.

22. Et consequenter pax, & cautio facta cum promissione non offendendi personam, seu personaliter, frangitur per verbalem iniuriam, vt expressè voluit Bero. *conf.* 202. *lib.*2. *num.*22. *&* 23. Cæphal. Honded. & Far. *q.*107. *n.* 189.

23. AM-

23. AMPLIATVR 10. Regula 2. Vt pax, seu cautio indistinctè dicatur rupta ex falso testimonio, seu accusatione, secundùm Surd. Far. & alios ab eo citatos, *n.*247.*&* 254

24. AMPLIATVR 11. Regula 2. Vt omnes propositæ Regulæ Ampliationes multò magis procedant, dùm pax, seu cautio de non offendendo fuit celebrata cum promissione de non offendendo directè, seu indirectè, vel quocumq; modo; siuè sub alijs clausulis, & verbis vniuersalibus, secundùm Bert. & ad eum Claud. *consil.* 147. *lit. B.* Concordantes inducens, Lud. Piguer. *decis. crim.* 21. *nu.* 6. & Farin. *q.*107. *n.* 157. Et omnes probationes Regulæ 2. à fortiori, hanc probant Ampliationem.

Plures casus enumerátur, in quibus ex offensione pax seu cautio rupta non dicitur, vsq; ad n.38.

25. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt quando pax facta fuit cum cautione de non offendendo tantùm in personam, non dicatur fracta, nisi promittens tangat, & lædat principaliter corpus, *l.* 1. *§. hac autem*, vbi Bald. & Florian. *ff. de his, qui deiecer.* Vulpel. *in tract. de promiss. de non offend. q.*92. *nu.* 8. *&* 17. vbi testatur de cõmuni DD. Bart. Dec. & Far. plures concordantes citans, *q.* 107. *n.* 147. Vel quandò promittens tangeret res corpori cohærentes inseparabiliter, vt vngues, pilos, seu capillos, Vulpel. vbi supra, *q.* 91. *num.* 4. Viu. *decis.* 368. Bart. Hercul. & Farin. *n.* 149. Vel saltem quando tangeret res cohærentes separabiliter, puta accipiẽdo vi rem de manu alteriùs, siuè eiusdem vestes scindendo, Vulpel. *ibidem*, *n.* 1. latè Onded. *cons.* 103. *nu.* 26. *& seq.* Bart. magistraliter, & Farin. *num.* 148.

26. Ex hac limitatione, moderãtur plurimæ ex suprapositis Ampliationibus, præsertim illa de proiectione lapidis, seu teli, dum persona tacta non fuit, de qua Farin. *q.* 107. *nu.* 169. Alia de euaginatione armorum, & admenatione sinè læsione, de qua Far. *nu.* 166. Et idem dic de similibus offensionibus, seu iniurijs, quæ, dato, quòd sint personales, non tamen sunt in personá.

27. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt pax, seu cautio simplex de non offendendo, non rumpatur propter furtũ ei factum, cum quo quis pacem fecit, Bar. quem sequitur Ang. *in l. verum, ff. de furt.* Ea ratione, quia fur non animo se vindicãdi, sed lucrãdi furtum fecit: Quamuis alibi idem Bar. oppositum sentiat, Luc. Cac. qui de communi testatur, Castren. Corn. Onded. & Farin. *q.* 107. *n.* 238. Viu. opinione 566. vbi de magis communi, Bal. ad Clar. *q.* 47. *num.* 65 Licèt Bal. Rom. & alij relati a Farin. *n.* 239. contradicant: Quorũ opinio procedere posset, quando furtum factum esset causa offendendi, & se vindicandi, in quibus terminis ita tenent Viu. *opin.* 565. Gozzad. *consil.* 31. & Farin. *n.* 242.

28. AMPLIATVR limitatio 2. Vt pax seu cautio de non offendendo nec etiam rumpatur propter offensionem illatam in bonis, secundùm Bertran. Castren. quos sequitur Hercul. *de caut. de non offenden. cap.* 25 *nu.* 1. Corn. & Bar. qui citatur etiam pro opposita opinione, quos refert Farin. *q.* 107. *n.* 240. Qui *n.* 241. dicit, hanc Ampliationem

nem reddi dubitabilem, cum contra eam teneant Luc. de Pen. Gozzad. qui loquitur in combustione fœnilis, Aluarot. Nouel. & Surd. *locis ab eo citatis*.

29. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt pax, seu cautio de non offendẽdo non censeatur rupta, propter offensionem secutam, non ex veteri causa, propter quam fuit facta pax, seu cautio data, sed ex noua causa, Clar. *§. fin. q. 47. vers. quæro nunc*, vbi concordantes inducit, & testatur de communi, Hercul. *trac. de caut. de non offen. cap.* 13. vbi de magis communi, & ab omnibus approbata, & obseruata opinione, Bar. Bal. Mascar. qui de receptissima opinione, & Farin. innumeros cumulans, *q.* 107. *n* 403. qui ait, in consulendo, & iudicando ab hac communi non esse recedendum.

30. Vnde si vnus paciscens alium vulnerauerit, si vulneratus vulnerantem occidat, etiam ex interuallo, non tenebitur occidens pœna pacis, seu cautionis ruptæ, Castren. Ias. & omnes DD. *in l. qui seruum, ff. de verb. oblig.* Clar. vbi supra, *vers. sed quoniam*, vbi alijs relatis, ait, in hoc omnes concordare, Bertaz. Masc. & Farin. plures citans, *q.* 107. *n.* 404. Et hoc est verum, quamuis in instrumento pacis sit iuramentum, Paris. *cons.* 165. *lib.* 4. Mascar. Far. & alij, *n.* 411. Non tamen per hoc occidẽs euitabit pœnas homicidij Iuris communis, vel Statuti, secundùm Imol. *in l. qui seruum, ff. de verb. oblig.* Vulpell. *cons.* 89. Hercul. Far. & alij, *n.* 427.

31. Sed animaduerte, quòd ad hoc, vt noua causa excuset, debet esse grauis, & iusta, secũdùm Aret. & Imol. *in d. l. qui seruum, per illum tex.* vbi communiter alij DD. Cæphal. & Clar. *§. fin. q.* 47. *vers. quæro nunc*, Rom. & Hercul. cum concordantibus, inductis a Far. *q.* 107. *n.* 462. *& seq.* Licèt Alex. Ias. & alij permulti relati a Farin. *nu.* 460. *& seq.* sentiant sufficere in proposito etiàm leuem, & iniustam causam.

32. Iusta autem causa noua, ex qua offendens à pœna ruptæ pacis, seu cautionis excusatur, dubio procul, est omnis ea, quæ prouenit ex facto aduersarij punibile ad iracundiam prouocante, secundùm Hercul. Mascar. Far. & alios, *q.* 91. *nu.* 12. *&* 13. Immò etiam ex facto ad iracundiam prouocante impunibili; Quamuis enim ad incurrendam pœnam fractæ pacis, vel cautionis, factum punibile requiratur, tamen ad effectum excusandi à fractura pacis, vel cautionis propter præcedentem offensionem, & sic ex noua causa, sufficit, quòd offensio oriatur ex facto ad iracundiam prouocante, licèt non punibile, Hercul. *tract. de caut. de non offend. cap.* 24. Claud. Noni. & Far. *q.* 107. *n.* 146. *&* 466. *cum seq.* ex Soc. iun. Vulpel. Rom. & alijs.

33. Exemplificatur. Vt noua iusta causa sit reoffendendi, mentita iniusta, Hercul. *vbi supra*, *n.* 24. *c.* 51. Soc. iun. & Far. *q.* 107. *n.* 481. Item iniuria verbalis, Farin. *n.* 483. Seù verba iniuriosa, vel infamatoria, prolata etiam in absentia partis, Hercul. *de caut. de non offend. c.* 134. Far. alios citans, *n.* 88. Item minæ de occidendo, Hercul. *ibidem*, Far. *n.* 491. & Vulpel. *cons.* 67.

Item

Item damnificatio in bonis etiam cum modica iactura, Hercul. *d. cap.* 13. Vulpel. & Farin. *n.* 494. Item vrtata cubitalis, etiam in pallio, animo iniuriandi, Hercul. *ibidem*, Mascar. & Farin *n.* 497.

34. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt pax, seu cautio de non offendẽdo, in dubio, non censeatur rupta, Hercul. *de caut. de non offend. cap.* 33. Vulpel. *consil.* 2. Alex. *cons.* 19. *li.* 1. Masc. Honded. & Far. concordantes inducens, *q.* 107. *n.* 398. Licèt enim d. pax, & cautio antequã fiat, sit fauorabilis, tamẽ postquam facta est, & secuta offensio, & dubitatur de fractione, est odiosa, Alex. Dec. & Hercul. *cap.* 1. *&* 20. Vulpel. Farin. & alij ab eo relati, *n.* 397.

35. Hæc limitatio 4. propriè intelligitur, quandò agitur de exactione pœnæ, pro offensione facta ab ipsomet promittente: Sed multò magis procedit, dum agitur de exactione pœnæ pro offensa facta ab alijs, pro quibus paciscens promisit, hoc enim casu agitur de odio irrationabili, vt scilicet vnus teneatur pro delicto alterius, ita Bar. *in l. licitatio*, §. *quod illicitè*, *n.* 5. *&* 6. *ff. de publican. & vectigal.* & latè probat Honded. *consil.* 103. *nu.* 26. *& seq. lib.* 1. & tenuit Farin. *q* 107. *nu.* 148. 156. 183. *&* 191. qui præsertim dixit, *d. n.* 148. quòd dum agitur de hoc odio irrationabili, ad escl/udendam pœnam, verba conuentionis strictè sunt interpretanda.

36. Vndè quamuis promissio de non offendẽdo personam, seu personaliter, frangatur ab eo, qui promisit, dum ipsemet offendit, vt supra, etiam si corpus non tangatur; tamen, dum alij, pro quibus paciscens promisit, offendunt, fracta pax, & promissio non dicitur, nisi ab illis corpus tangatur, ita vt paciscens pro ijsdem teneatur pœnam soluere, Bal. *in rubr. ff. solut. matrim. col.* 1. *ad fin.* Cæphal. *cons.* 190. *lib.* 2. Dec. Hercul. & Farin. *q.* 107. *num.* 150. Similitèr, licèt ex iniuria verbali paciscentis frangatur pax, secùs tamen est in iniuria verbali eorum, pro quibus promisit paciscens, qui proptèr hoc ad pœnam fractæ pacis non tenetur, Farin. *nu.* 191. Idem dic de insultu sinè armis, vel etiam cum armis, sinè percussione, secundùm Simon. de Præt. *consil.* 188. & Farin. *n.* 160. Idem, in insultu in vestibus sinè læsione corporis, & in ablatione violenta alicuius rei de manibus, Bar. Honded. Vulpel. & Far. *n.* 183.

37. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt ex mandato de offendendo, seu occidendo, offensione non secuta, non frangatur pax, & cautio de non offendendo, Bertaz. & Farin. *q.* 107. *n.* 205. Bero. *consil.* 202. *lib.* 3. vbi ex professo tractat, & ampliat: Immo idem dicendum est offensione secuta, quia in materia ista, strictè intelligenda, qui per alium facit per seipsum fecisse non videtur, nisi expresẽ promissum sit non offendere per se, nec per alium, Hercul *de caut. de non offend. c.* 36. Gozzad. & Far. *n.* 208.

38. AMPLIATVR limitatio 5. Vt nec pax frangatur ex consilio, seu persuasione de offendendo, offensione non secuta, secundùm

Bero.

Bero. & Hercul. locis supra proximè citatis, & sequitur Far. *n.* 206.

Pœnæ diuersæ frãgentis pacem.

39. REGVLA 3. sit. Occidenti sub pace, capitalis pœna imponitur; Vulneranti pœna amputationis manus; Fustibus percutiẽti, barbam, vel crines expilanti, pœna librarum decem; Percutienti manu vacua, quinque librarum pœna: Ita determinatur *in c. 1. de pace tenen. in vsibus feud.* iuxta declarationem illius tex. Vulpel. *in tract. de pace q.* 51. *nu.* 1. quam sequitur Farin. *q.* 107. *n.* 57.

47. Animaduerte, quòd licèt *dictum cap.* 1. loqui videatur de violantibus pacem publicam, puta inter duas Ciuitates; tamen idem esse dicendum in violatoribus pacis factæ inter personas singulares, expressè tenuit Bal. *in d. cap.* 1. *n.* 1. *in fi.* & Vulpel. *vbi sup. n.* 2. licèt h c videatur requirere, quòd pax iuramento firmata sit, aliàs secus, & idem requirere videtur Viuius, *opinione* 567. *n.* 2. & est de mente Alber. Marf. & Far. *q.* 107. *nu.* 63. & 64. sentientes pœnas, *in d. c.* 1. taxatas, contrà pacem frangentes, intèr priuatos infligendas esse.

Si Clericus sit fractor pacis.

41. LIMITATVR 3. Regula, in Clerico pacis violatore, qui pœna 20. librarum punitur, dum est præsens, dum verò absens est, eo quòd aufugit, & inobediens est, beneficio Ecclesiastico priuatur, & tanquam proscriptus, seu bannitus habetur, *c.* 1. *§. Clericus, de pace tenen.* & ibi notauit Bal. *nu.* 1. Vlterius tali Clerico non comparenti, etiàm bona publicantur, nec non excommunicatur, vt not. Io. Berber. *in viatorio iuris rubr.* 29. *n.* 3. *per c. illi, qui* 24. *q.* 3. & tenet Far. *q.* 107. *n.* 73. Et ex his poterit Iudex Regularis arbitrari, quibus pœnis suos subditos coercere possit, dum eos, fractores pacis inueniet: Dimitto hic agere de pœnis impositis fractoribus pacis publicæ, de quibus Farin. *q.* 107. *n.* 58. *& seq.*

De prohibitione delationis armorum, & de pœna inobedientium,
Quæstio 114.

1 CVM tam antea, quam postea, & etiam in actu homicidij, interuenire soleat armorum delatio; De hac, & eius pœna, post discursum de homicidio, in hac q. est agendum. In qua pro intelligentia, quid veniat appellatione armorum, remitto lectorem *ad tex. in l. armorũ*, & ibi glo. & DD. & pręcipuè Alciat. *ff. de verb. sign.* Nec nõ ad ea, quæ remissiuè notat Far. *q.* 108. *n.* 1. & tangitur, *hic supra, n.* 6. — Appellatione armorum quid veniat, remissiue?

2. REGVLA sit; Armorum delatio de iure prohibita est, *vt est tex. in l.* 1. *vbi* Bar. & Ang. *ff. de vi publ. & in l.* 1. *& ibi* gl. Ang. & alij, *C. vt armorum vsus*, Decian. Menoch. & tot alij relati à Farin. *n.* 3. vbi probat, omni iure, videlicet, *ff. C. et Auth. armorũ delationẽ prohibitam esse*. — Armorũ delatio prohibita est.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt deferens arma contra iuris prohibitionem, teneatur pœna *l. Iul. de vi publ. est tex. in l.* 1. vbi glo. *ff. de vi publ.* Decian. Ias. Menoch. & alij cum Farin. *q.* 108. *n.* 4. Et hæc pœna est arbitraria secundùm Clar. Gram. Osasch. & Menoc. *de arbitr. qq. lib.* 2. *casu* 394. *n.* 1. Dec. & Far. *n.* 5. Intellige non existentibus Statutis, — Pœna deferentis arma.

tutis,

tutis, quæ cessare faciunt pœnam iuris, sicut bandimenta, pœnam iuris, & Statutorum cessare faciūt, Decian. & Farin *q.*108.*n.*13.

Clericis prohibetur delatio armorum, & sub qua pœna?

4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt delatio armorum etiam Clericis sit probibita, *in c. Clerici, de vita, & honest. Cleric.* vbi, vt notat Lezan. *to.3. vers. arma, n.2.* sub excommunicationis ferendæ pœna, hoc illis expresse prohibetur, & consequentèr sub culpa læthali, vt ibi notat gl. & obseruauit Menoch. *vbi sup. nu.* 31. *& seq.* Afflic. Decian. & Farin. *n.*21. Et ista pœna, arbitrio Iudicis Ecclesiastici, erit infligenda, Clar. Afflic. & Farin. cum alijs, *n.*24. *&* Menoch. *ibidem, n.*34.

Pœna cōtra Monachos tenentes arma intra septa Monasterij.

5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt Monachi tenentes arma intra septa, seu clausuram Monasterij, sinè licentia Abbatum, in excommunicationem latæ sententiæ incurrāt, *Clem.* 1. *§. quia verò, in fin. de statu Monach.* & notant Miran. *in man. to.* 2. *q.*35. *art.*18. & Lezan. *to.*1. *c.*9. *n.* 26. nec non *tom.*3. *verb. arma, n.*1. Nulli tamen hæc excommunicatio reseruatur, secundùm Nauar. Suar. Tolet. & Lezan. *d. n.*1. Qua nihilominus ligantur omnes Monachi, siue nigri, siue albi, siue alterius coloris habitus, Syluest. Tolet. & Leza. *d. n.*1. Venientes autem Monachi ad Monasterium cum armis, non animo ea retinendi, non excommunicantur, Tolet. & Leza. *d. n.* 26. & notat glo. *in d. §. quia verò, in fi.* vbi etiam ait, in hoc Canone, armorum delationem non videri Monachis prohibitam.

6. Nota hic, quòd nomine armorum intelligūtur tam arma defensionis, vt galeæ, Loricæ &c. quam offensionis, vt gladij, lanceæ, archibusij &c. quia *tex in d. §. quia verò*, indefinitè loquitur, & ita tenent Graff. Syluest. Suar. & Lez. *in d. verbo arma, n.*1. Sed oportet, quòd sint propriè arma, idest instrumenta ad bellicum vsum per se instituta, non autem baculi, ligna, lapides, & similes, quibus homo potest ad alios offendendū vti, cum hæc communi vsu arma non vocentur, & consequentèr, *in d. Clement.* non videntur comprehensa, secundùm Suar. & Lezan. vbi sup. proximè, licèt Syluest. *in ver. excommunicatio* 9. *nu.* 73. oppositum teneat, & ideò Graff. *decis. aur. lib.*4. *cap.* 21. *n.* 19. dicit, tutius esse ab his omnibus abstinere.

Siuè defensiuā, siuè offensiua.

Dummodo sint propriè arma.

7. AMPLIATVR 4. Regula; Vt procedat in omnibus Regularibus. Licèt enim Regulares non astringantur à citato *c. Clerici, de vita, & honest. Cleric.* quod loquitur de Clericis; Appellatione namque Clericorum in odiosis, & pœnalibus Regulares non veniunt, Sylu. *in sum. ver. Clericus* 1. *n.* 1. & Leza. *tom.* 3. *ver. arma, nu.* 2. Nec etiam per *d. Clem.* 1. cum tantùm loquatur de Monachis; Verba autem in pœnalibus restringi debeant, Suar. *to.*5. *de censur. disp.*23. *sect.*5. *n.*4. *&* 8. & Lez. *in d. ver. arma, n.*1. De quibus vide *sup. q.*111. *n.*81. *& q.*129. *nu.* 14. (quamuis prædictis, minimè subscribat Graff. *decis. aur. lib.*4 *cap.* 21. *n.*19.) Nihilominus armorum delationem omnibus Regularibus prohibitam esse tenedum est, attentis iuribus Imperialibus citatis in Regula huius q. *n.*2. Deficiente enim

Armorū delatio Regularibus prohibita est

De iure Ciuili.

enim Canone, Leges iustæ, quæ sunt in corpore iuris communis, prout sunt præcitatæ, seruandæ sunt, etiam in foro Ecclesiæ, ita Hostien. receptus ab omnibus, *in c. vlt. de solut.* vt testatur, & sequitur Rodr. *q. Regul. tom. 1. qu. 66. art. 2. vers. prima Regula*, & tenuerunt Abb. Dec. & Fely. *in c. 1. n. 8. de nouis oper. nuncup.*

Leges Ciuiles obligant omnes Ecclesiasticos, quoad vim directiuam.

8. Et quidem, quòd prædictæ leges Imperiales, & in corpore iuris insertæ obligent, quo ad vim directiuam, seu in foro cõscientiæ omnes Ecclesiasticos, tenuerunt Medina, qui testatur de communissima opinione, *in 1. 2. q. 96. ar 5.* vbi etiã cæteri Theologi moderni, Syl. *ver. Lex, qu. 15.* & diffusè Sayr. *in Clau. Reg. p. 1. lib. 3. c. 4. n. 16* Abb. Dec. Fel. & communitèr alij, *in c. Ecclesia, de Constitut.* Bar. & alij DD. *in l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. & fid. Cath.* & hanc tenet, & asserit cõmuni consensu receptam, Suar. *de ll. lib. 3. c. 34. n. 6.* vbi concordantes alios inducit, *& n. 22. in fin.* expressè asserit præd. ctis ll. quo ad vim directiuam, obligari omnes Ecclesiasticos, etiam Regulares.

Etiã Regulares.

Ratio.

9. Plures rationes huius veritatis inducuntur à DD. sed præcipua, & conuincẽs est illa; Quia tales leges Imperiales in corpore iuris insertæ, per Sũmos Pontifices, in Sacris Canonibus, approbantur, & quoad hunc effectum, quasi canonizantur præsertim *in c. de capitulis dist. 10.* & in alijs locis relatis a Suar. *n. 14.* Et hanc rationem ponderarũt, & explicarunt, Dec. *in c. Ecclesia, de Constit. n. 27.* & Suar. *vbi sup. n. 13 & ibi* comprobationes adducit.

Non autẽ quoad coactiuã.

10. Quo verò ad vim coactiuam, an Leges Ciuiles, scilicèt, imponẽtes pœnam ferentibus arma comprehendant Regulares, & alios Ecclesiasticos? Dico, quod auctores harum Legum, non possunt cogere Ecclesiasticos ad illarum obseruantiam, nec punire trãsgressores, hanc enim coactiuam non habent Principes, vel Iudices laici in Ecclesiasticos, nec quo ad hoc Canones approbant ll. Ciuiles, vt obseruat Suar. *vbi sup. n. 15.* & tenent, Soto, Sylu. & Rodr. in q. Reg. *to. 1. q. 66. vers octaua Regula*, & fauent omnes DD. *in cap. 1. de constitut.* Sed possunt Ecclesiastici, & Regulares à suis Prælatis, seu Iudicibus cogi, & puniri propter transgressiones talium ll. Ratio est, quia illa trãsgressio est delictum contrarium bono communi, ergo potest per potestatem aliquam puniri, non per Ciuilem, ergo per Ecclesiasticam. Et pœna imponenda est arbitrio talis Ecclesiastici, licèt per ll. Ciuiles essent taxatæ pœnæ pro tali delicto, non enim Iudex Ecclesiasticus illã imponere tenetur, ita Couar. Salsed. *d. c. 34. n. 18.* & tenet Rodr. *in d. ar. 2. vers. octaua Regula*, vbi reddit rationem, quia Lex illa, quo ad illam partem, qua pœnam taxat, pertinet ad vim coactiuam, & ideo non habet vim in Ecclesiasticum; Subdens esse prudens consilium, & Canonibus consentaneum, vt Iudices Ecclesiastici, vbi desunt Canones imitentur ll. iustas Ciuiles: Sed, vt notat, vbi sup. Rodr. non sunt imponendæ huiusmodi pœnæ secundùm rigorem, sed secundùm id, quod dictat paterna charitas:

Vnde superior Ecclesiasticus puniet eius arbitrio.

Mmm 2 Immo

Immo quandò pœnæ impositæ à iure Ciuili essent corporales, vel aliàs inducentes Ecclesiasticam personam, tunc nullo modo essent infligendæ, vt notat Suar. *vbi sup.*

An Ecclesiasticus possit per curiam sæcularē armis spoliar prohibitis?

11. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 4. in eo, quod dictum est de vi coactiua hic sup. *nu.* 10. Vt Iudices, seu ministri curiæ sæcularis nō possint spoliare Ecclesiasticos armis prohibitis, sed tantùm eos mittere, seu ducere ad eorum Iudicem Ecclesiasticum, vt docent DD. quos citat, & sequitur Barbosa, *in suis collect. to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 2. *n.* 6. Bonacin. Megala, Riccius, Salas, & Dian. hos, & alios inducens, *par.* 1. *tr.* 1. *resol.* 9. Couar. & alij, quos sequitur Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *c.* 29. *col.* 2. *in princ.* Et hoc procedit, quamuis arma adeò essent prohibita, vt nec domi concessum esset ea retinere, Suar. & Dian. *p.* 3. *tract.* 1. *resol.* 28. Hanc subampliationem vocat probabiliorem Leza. *to.* 3. *ver. arma, n.* 5. Cum sint plurimi, & grauissimi DD. tenentes, Ecclesiasticos expoliari posse armis prohibitis per ministros curiæ sæcularis, vt sunt Clar. *§. fin. q.* 36. *n.* 26. Couar. Bann. Graff. & permulti alij, relati à Dian. *d. resol.* 9. quos tamen ipse ait, falli.

Ex necessitate defferre potest arma Ecclesiasticus.

12. LIMITATVR 1. Ampliatio 4. Vt in casu magnæ necessitatis, puta dum Clericus, vel Religiosus timeret sibi mortem ab inimicis, vel in via à latronibus spoliari, possit arma gestare, etiam specialiter prohibita, si huic periculo sinè illis obuiare non posset: Ius enim naturale, vitam, & bona conseruandi, præponitur Legi positiuæ, Graff. Barbosa, & Lezana, *tom.* 3. *ver. arma, n.* 6.

Ad necessariā defensionē.

13. LIMITATVR 2. Ampliatio 4. Vt Clerici, etiam Regulares, arma, quamuis offensibilia, generaliter deferre possint, ad necessariā defensionem personarum, & rerum suarum, *vt est tex. in c. dilecto,* & ibi glo. *de senten. excom. in* 6. *& in c. olim, il* 1. vbi glo. *de restitut. spoliat.* & tenuerunt Bertaz. Carer. Marsil. & Farin. *q.* 108. *n.* 69. Sed hoc in praxi non valet, vt dicam, *in hac q. n.* 19.

Grauius puniēdus est deferēs arma venenata

14. AMPLIATVR 5. Regula; Vt multo magis procedat in deferentibus arma venenata, nam tales grauiori pœna plectendos esse, certum est, vt not. Petr. a Plac. in Epitom. *delict. lib.* 1. *cap.* 8. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *casu* 394. Decian. Claud. & Farin. cum alijs, *q.* 108. *n.* 51.

Seu magis insidiosa, vt archibusetta, &c.

15. AMPLIATVR 6. Regula; Vt etiam multo magis sit vera, in deferentibus arma magis insidiosa, & perniciosa, vt balestræ paruæ, & parua archibusetta; Hos enim grauiori pœna puniendos esse sensit Decian. & post eum Far. *q.* 108. *n.* 52. Et, vtiq; de archibusettis, *est Bulla Pij IV.* 65. *in par.* 1. *Bullar. & Pij V.* 151. *par.* 2. in quibus illa deferentibus læsæ Maiestatis pœna, & rebellionis imponitur. Et vlterius, *in d. Bulla Pij V.* imponitur eadem pœna contra deferentes alia arma breuiora, vt sunt pugiones, & cultelli cū cuspide, maiores vno palmo, & minores tribus palmis. Sed, vt not. Far. *vbi sup.* præsertim, dum non constat, quòd talia arma deferens haberet animum aliquod deli-

delictum cum illis committendi, in praxi pro simplici delatione pugionis, solet imponi pœna pecuniaria, vel trium ictuum funis; Et hæ pœnæ ligant etiam Ecclesiasticos.

Venditio & quilibet alius contractus, nec non retêtio prohibitorũ armorũ innibetur.

16. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 6. Vt emptio, venditio, permutatio, datio in pignus, & quilibet alius contractus archibusettorum sit prohibitus *à d. Constitutione Pij IV.* Subampliatur 2. Ampliatio 6. Vt in eadem Constitutione sit prohibita retentio domi archibusettorum sub eadem pœna delationis, pro vt notat Far. *q.* 108. *n.* 41. Nisi quis paruo temporis spatio d. archibusetta retinuisset, quo casu non intraret d. rigorosa pœna, Claud. Bertaz. Bursat. & Far. *n.* 43. Sed licèt *Pius V.* vbi proximè, dicta extenderit ad pugiones, & alia arma breuioris mensuræ tribus palmis, tamen nisi fuerint stilletti, aut balestrinæ, hæc Constit. non fuit posita in praxi, vt testatur Far. *n.* 37. *&* 41. vbi notat, quo ad stillettos, se non vidisse propter eorum venditionem, seu retẽtionem, vnquam deuentum ad corporalem pœnam.

Deportãtes baculum aptũ ad offendendum, vel pilã plùbeã.

17. AMPLIATVR 7. Regula; Vt procedat in portante baculum aptum, & accomodatum ad offendendum, talis enim punitur, secundùm Menoc. *de arbitr. qq. casu* 394. *n.* 70 Baiar. ad Clar. *q.* 82. *n.* 68. & Far. *q.* 108. *n.* 89. Idem dic in portante pilam plumbeam, cum Arnon. & Bonacos. *in q. crim. in ver. de armis ad. fi.* Dec. & Far. *n.* 90.

18. LIMITATVR 1. Regula; In deferente arma offensiua ad sui corporis defensionem, qui non videtur puniendus, gl. *per illum text. in l. pen. ff. ad l. Iul. de vi publ.* Afflic. & Mars. *per text. in c. dilecto*, & ibi gl. *de sent. excom. in 6.* Bertaz. & Carer. locis relatis à Farin. *nu.* 68. *&* 69.

Quid in offensiuis delatis ad defens.

19. Sed vt not. Decian. Menoc. & Far. qui concordantes citat, *q.* 108. *nu.* 70. in praxi hæc excusatio non valeret, arma enim, etiam ad propriam defensionem, ex Superioris licentia deferenda sunt: Et vlterius nisi quis probet contrarium, ex delatione taliũ armorum non permissorum, non præsumitur, quod ad defensam deferantur, sed potius ex malo animo, glo. & Bal. *in c.* 1. *§. si quis rusticus, de pace tenen.* Ang. Alex. Decian. Menoc. & Far. *n.* 71. Nec desunt DD. tenentes, nec ad defensam posse impunè arma defensibilia deferri, vt sunt Alber. & Clar. *§. fin. qu.* 83. *vers. quæro nunquid*, Mars. Rolan. & alij relati a Far. *n.* 74. Licèt in hoc vltimo alij contra sentiant, ab eodem citati, *n.* 72.

Vel in defensiuis.

20. LIMITATVR 2. Regula; Vt stans armatus in sua domo non incurrat pœnam delationis armorũ, quamuis stet in ostio propriæ domus, Bursat. *cons.* 141. & Farin. *q.* 108. *num.* 40. Nisi arma illa essent adeo prohibita, vt nec etiam domi permitterẽtur retineri, vt sunt archibusetta, quorum retentio domi, *per d. Constit. Pij IV.* punitur eadem pœna, qua delatio.

Quid in eo, qui in sua domo stat armatus?

21. LIMITATVR 3. Regula; In deferente arma extra Ciuitatẽ, itineris causa, hoc enim iura permittunt, *l.* 1. *ff. ad l. Iul. de vi publ.* vbi

Vel defert causa itineris, seu venationis.

vbi Ang. & Bar. notãt quòd quamuis de iure Authen hoc non liceat, vsus tamen communis idem admisit, subscribit Clar. vbi sup. Menoch. & alij, quos sequitur Farin. *n.* 105. Qui, *n* 114. cum Bar. Decian. Menoch. & pluribus alijs, ampliat ad deferẽtes arma venationis causa: Et vlterius *n.* 110. ampliat Far. ex Decian. (qui ait, quòd ita tradunt omnes) Menoch. & alijs ad Clericos, qui transeuntes per loca periculosa, ad defensam corporalem, arma deferunt.

Vel dum cõsuetudo permitteret. 22. LIMITATVR 4. Regula; Vt non procedat, quando consuetudo armorum delationem permitteret, talis enim consuetudo valeret, vt probat Far. *q.* 108. *nu.* 146. Et eadem consuetudo vtique à pœna excusaret, secundùm Paris. *conf.* 171. *lib.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *c.* 3. *n.* 60. Bertaz. Bursat. & Far. *d. n.* 146. Qui, *nu.* 148. tangit, in Bullis Pontificijs præcitatis videri reprobatas consuetudines circa delationem armorum in ipsis prohibitorum.

Seu dum quis non est apprehẽsus cũ armis. 23. LIMITATVR 5. Regula; Vt quamuis sit aliquis conuictus de delatione armorum, dum cum illis non fuit inuentus, & apprehensus, non sit puniẽdus, Bal. Cyn. & Ang. *de malef. in ver. dictus Andreas*, Carrer. *in praxi, tr.* 1. *de appell.* §. *in tex. n.* 22. *& seq.* vbi dicit hanc cõmunem, & in praxi seruandam opinionem, Clar. § *fin. q.* 82. *ver. Statutũ* 6. vbi plures concordantes inducit testãtes de magis communi, & seruata opinione, a qua ipse nullo modo recedendum putat; Viu. *opin.* 767. vbi de communi seruata opinione, & ait ab ea tanquã à tutissima in decisiuis non esse recedendum, Gomez. & Far. cum concordantib. *q.* 108. *n.* 132. *& seq.*

24. Licèt contra, quòd puniatur deferens arma, si constiterit de delatione; quamuis cum eis repertus non fuerit, tenet Imol. & hunc sequitur Amad. *trac. de syndc. n.* 9. & pro hac opinione citatur Ang. *vbi sup. n.* 7. qui hanc dicit veriorem, Iaf. Rom. Præsertim, si cum eis deferens fuerit inuentus, & si non captus, secundùm Menoch. testans de veriori, & concordantes citans, & hos, & alios refert Far. *q.* 108. *n.* 138. qui tandem concludit, *n.* 143. pro sola delatione armorum, se numquam vidisse processum per inquisitionem, præterquam in archibusettis paruis, prohibitis a Bullis citatis *Pij IV. & V.* inducens pro limitatione etiam alios DD.

25. LIMITATVR 6. Regula; In deferente saxa, vel fustes, hæc enim non sunt arma propriè, cum secundùm ordinationem naturæ non sint ad offendendum, vndè ea deferens non punitur pœna delationis armorum, Nauar. *in c. quorumdam in* 1. *notab. de Iudæis*, Clar. *vbi sup. vers. & scias*, Bar. Alex. Rom. & alij, quos sequitur Farin. *q.* 108. *nu.* 88. Idem dic in rustico, deferente accettam, roncam, falces, rastra, ligones, perticas, & similia, non ordinata principaliter ad offendendum, ita Afflic. & Far. *n.* 33. Idem in deferente gladiolum ad scindẽdum panem, vel ad temperandos calamos aptum, Bar. Alex. & Ang. *in l.* 1. *ff. ad l. Iul. de vi publ.* Iaf. Rom. Menoch. & Farin. — Seu in deferẽte, saxa, vel fustes.

Pœna delationis armorũ, an cum pœna vulneris cõfundatur?

rin. concordantes inducens, *n.*77.

26. LIMITATVR 7. Regula; Vt si quis cum armis vulnerauerit, nõ puniatur pœna delationis armorum, sed tantùm vulneris, pœna, cum qua confunditur pœna delationis armorum, secundùm Bart. *in authen. de armis §. denunciamus, n.*3. Decian. *tract. crim. lib.*8. *ca.*4. *n.*19. Bonacos. Cæphal. & Farin. concordantes citantem, *q.*108. *nu.* 66. Hoc tamen procedit, quandò pœna vulneris est maior, quã pœna delationis armorum, tunc enim minor pœna cõfunditur cum maiore, alias secus, Decian. vbi sup. & Farin *n.*168. Superaddit Iacob. de Beluis. quẽ sequitur Ioan. de Plat. vt hæc limitatio 7. procedat, quãdò quis arma detulit ad aliquem vulnerandum; sed si quis arma detulerit contra prohibitionem, & non ad effectum vulnerandi aliquem si postea aliquem cum illis vulneret, duplici pœna videtur puniendus, secundùm eosdem DD. Quorum declarationem subtilem ait esse, Far. *n.* 167.

27. De materia huius q. diffusè agit Far. *q.*108. ad quem lectorem remitto.

De simplici fornicatione, & eius pœnis. Quæstio. 115.

1 ACTVM est in Superioribus de homicidio, alijsq; delictis sanguinis; In hac q. & quibusdam seq. de carnis delictis, agẽdum erit.

Dupliciter fornicatio sumitur.

2. Præmitto 1. quod fornicatio dupliciter in iure accipitur, largè scilicèt, & generalitèr, pro illicito quocunque coitu; Et specialiter, & strictè, pro concubitu soluti cum soluta, ita declarat Bermon. *de publ. concub. in rubr. de fornic. n.*1. *per tex. in c. lex illa*, 36. *q.*1. & sequitur Ghirald. & Far. *q.*137. *n.*6.

Fornicatio, alia est simplex, alia duplex.

3. Præmitto 2. iuxta propositam distinctionem, fornicationẽ aliam dici simplicem, aliam duplicem. Fornicatio simplex est coitus soluti cum soluta, secundùm S. Thom. *in* 4. *senten. distin.*41. Menoch. *de arbitr. q. casu* 289. *n.*2. vbi ait, quòd vt fornicatio propriè dicatur simplex, soluta debet esse à quolibet vinculo coniugij, consanguinitatis, affinitatis, Ordinis, Religionis, seu voti, vt declarat etiam Syluest. *in sum ver. luxuria*, & sequitur Far. alios inducens, *q.*137. *n.*7. Duplex autem fornicatio dicitur ea, quæ fit cum coniugata, vel cum soluta, & coniugato, aut talibus personis, cum quibus de iure nuptiæ prohibentur, ita Bermon. *in tract. de publ. concub. in rubr. de forn. n.*3. In hac q. cum hoc opus principaliter sit pro Regularibus, paulo latius agam de simplici fornicatione, nempè de peccato cum soluta, licèt non soluti.

Simplex fornicatio de iure Canonico prohibetur.

4. REGVLA sit; Fornicatio, etiam simplex, nempè soluti cum soluta, quamuis cum meretrice, de iure Canonico prohibita est, *c. audire*, 34. *dist. & c. fornicatio*, 80. *dist.* & notant Abb. Farin. & alij, *n.*11. sicut etiam de iure Diuino, vt probat Bermon. *in d. tract. in præfat. n.* 8. & Far. *n.*12. Vndè in foro conscientiæ, sub culpa mortali, est prohibita, vt ait Leo X. *in par.* 1. *Bullarij, Bulla* 16. & Viu. *opinione* 98. *n.*4.

Est peccaminosa mortaliter. nu.4. & seq. testatur de communi opinione omnium Sanctorũ DD. Quòd adeo verum est, vt si quis cõtrarium pertinaciter assereret, esset hæreticus, Aufrer. quem sequitur, & comprobat Bermon. & Farin. concordantes inducens, q.137. n.13.

Clericus, præsertim Religiosus, propter fornicationẽ deponitur. 5. AMPLIATVR 1. Regula; Vt cuicumque Clerico, & præsertim Regulari, seu Religioso, adeo fornicatio sit prohibita, idest peccatum cum soluta, vt propter hoc delictum deponi possit, Card. & Paul. *in Clem. ad nostram, de hæret.* Dec. *in cap. at si Clerici, n.234. de iudic.* Decian. *tract. crim. lib.6.c.21.n.33.* Bosl. Menoch. & Farin. *q.137.n.26.*

Pœna Clerici concubinarij. 6. AMPLIATVR 2. Regula; Vt concubinatus iure Diuino, & etiã Canonico improbatus, vt probat. Far. *q.138.n.27. & 29.* pœnis congruentibus tali delicto puniatur, præsertim in Clericis; Quibus verò pœnis Clerici concubinarij sint plectendi, pertractat Farin. *d n.37. per totam illam partem*; Vbi quod Clerici concubinarij ipso iure sunt excommunicati; Itẽ quòd sunt suspensi, & deponi possunt, nec nõ Beneficijs priuantur; Præcedente tamen monitione de concubina dimittenda, & dum concubinatus est publicus: Ex quibus colligi potest, quam grauiter Regularis plectendus esset, qui esset, concubinarius: Et nota, quòd concubina Clerici dicitur illa, quæ ad libidinem domi quocumque modo à Clerico retinetur, Bermon. Diaz. & Farin. *q.138.n.6.* Licèt vt propriè aliqua concubina dicatur, plura requirantur, enumerata à Far. *vbi sup. n.8. vsq; ad n.24.* (Quid in Regulari?)

Stuprum quid. 7. AMPLIATVR 3. Regula; Vt multò magis sit prohibitum stuprum; quod strictè sumptum, est virginis illicita defloratio. *c. cum ergo, 31. q.6.* & not. Farin. *q.147. n.4.* Quod crimen, licèt, dum non interuenit violentia, morte naturali non puniatur, secundùm Bermon. *de publ. concub. rubr. de stupro, num.34.* vbi testatur de communi, Clar. *in praxi, §. stuprum, vers. quæro, quæ sit pœna,* Aret. Menoch. Farin. & alij, *n.7.* Tamen tale facinus in stupratore, alias honorato, de iure Ciuili puniatur publicatione dimidiæ partis bonorum, in vili verò coërtione, idest fustigatione, & relegatione, *§. item l. Iulia,* vbi gl. Aret. & alij, *instit. de publ. iudic.* glos. *in cap.2.* vbi Abb. Butr. Hostien. Innoc. & alij, *de adulter.* Gom. qui de communi, Menoch. Tusch. & Farin. concordantes inducens, *n.6.* Et nota quòd stuprator. vt sup. est puniendus, quamuis puella consenserit, citati namque DD. loquuntur de stupro sine violentia; Et expressè tenuerunt Abb. Anan. Anchar. Soc. & alij *in c.1. de adulter.* In dubio autem virgo præsumitur seducta, & decepta, non spõtanea, Bermon, *vbi supra, n.18.* Afflic. Gom. & Farin. *n.34.* (Qua pœna de iure Ciuili puniatur.)

Pœna de iure Canonico pro stupro. 8. Sed animaduerte, quòd ius Ciuile in hoc correctum est a iure Canonico, quòd debet attendi, & seruari, vt not. Clar. *in praxi, § stuprum, vers. sed quæro, quæ sit pœna stupri,* Et voluit Peguer. *decis. crim. 42. n.3. & 4.* quos sequitur Farin. *q.147. nu.113.* De iure autem Canoni-

nonico, *in c.1. & 2. de adulter.* expressè determinatur; stupratorē, mulierem stupratam, & dotare, & in vxorem ducere teneri, vt not. in citatis Canonibus gl. & omnes Canonistæ, teste Farin. *n. 97.* vbi citat Bermon. Ghirland. Gomez. Tusch. & alios cōcordantes: Quòd si stuprator eam ducere non velit, tenetur, & dotare, & stupri pœnas pati; Nempè debet excommunicari, in Monasterium trudi, & alia etiam pœna, arbitrio Iudicis plecti, *iuxta d. c.* 2. vbi omnes Canonistæ, & not. glos. Abb. Butr. *in d. c.* 1. Salyc. Hostien. & Farin. *n. 100.* qui, *n. 104.* testatur de magis communi, & quòd Romæ seruatur, vt nolens stupratam ducere, vltra dotem, adhuc pœna exilij, vel pecuniaria arbitrio Iudicis puniatur.

Quid in Clerico? 9. Si verò stuprator fuerit Clericus, hodie pœna arbitraria punitur, quandòquè pecuniaria, quandòquè depositionis, quandòque suspēsionis, sed semper cum præstatione dotis, ita Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu* 288. *n. 6. &* 8. & Far. *q.* 147. *n. 65.* Qui in antecedentibus numeris affert opiniones DD. diffusè, *& n. 96.* concludit, quòd non modò in ordine ad Clericos, sed generalitèr, quò ad omnes, pœna stupri est arbitraria, ex Gram. Menoch. & alijs.

Pœna stupri per vim. 10. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 3. Vt stuprator per vim, pœna mortis naturalis puniatur, Menoch *de arbitr. q. lib. 2. casu* 288. *n.* 10. *&* 12. vbi ait, hoc esse fine cōtrouersia, Clar *in praxi §. raptus, in princ.* testans de praxi communi, Bart. & Alber. *in l. 1. §. qui puero, per illum tex. ff. de extraord. crim.* glos. Abb. & Hostien. *in c. 2. de adulter.* Boss. & Farin. alios inducens, *q. 147. n. 22.* qui *n. 25.* declarat DD. hic sup. proximè relatos, loquentes de pœna capitali, intelligere de morte naturali; Licèt Castren. Decian. & plures alij relati a Farin. *n. 28. & seq.* teneant, nec in stupro violento mortis naturalis pœnam intrare. Dum verò non vis, sed blanditiæ, promissiones, dona, & similia, interueniunt, æquius est, vt mors naturalis non infligatur, secundùm Boss. Gram. Tusc. & Farin. *n.* 35. Licèt alij contra, relati ab eodem, *n. 34.* Per blanditias, promissiones.

11. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 3. Vt si quis stupretur virginem minorē 12. annorum, acriùs sit puniendus; Et vtiquè vi interueniente, proculdubio pœna mortis naturalis est stuprator puniendus, secundùm Boss. *de coitu damn. n. 67.* cum, vt dictum est, hæc pœna infligatur etiām stupranti per vim virginē maturam, ergo multò magis, dum virgo immatura stupratur & tenent Cabal. Gom. & Farin *q. 147. n. 43.* qui, *nu. 45.* ait, stuprum semper dici per vim in puella minore 7. annorum: In puella verò doli capace, sed 12. annorum minore, vim etiam præsumi, nisi clarè contrarium probetur, & ibi hanc benè fundat doctrinam, a qua, *n. 46.* dicit, quòd in iudicando, ipse non recederet, Circumscripta verò vi, in stuprata minori 12. annorum, doli capace, licèt certum sit stupratorem acrius puniendum esse, sunt nihilominus variæ DD. opiniones, quæ pœna Cum minore 12. annorum

Nnn præ-

præcisè sit infligenda, vt videre est apud Farin. *n.38. vsq; 48.*

Quid in virgine vili.

12. LIMITATVR 1. Ampliatio 3. Vt non procedat in stuprata virgine vili, puta existente in caupona, vel famula, in qua non videtur locum habere pœna stupri, sed mitior; Attamèn hic punctus controuersus est, de quo vide Farin. *q. 147. n.70. & seq.*

Vel in stupro tantum attẽtato?

13. LIMITATVR 2. Ampliatio 3. Vt tunc pœna ordinaria stupri sit infligenda, quandò stuprum secutum fuit, secus si tantummodò fuerit attentatum, quamuis etiàm deuentum ad aliquem actum, *l.1. §. qui puero, ff. de extraord. crimin.* vbi perfecto flagitio capitis pœna imponitur, sed deportatio in insulam imperfecto, *&c.1. de adulter.* vbi, ad effectum; vt pœnæ stupri incurrantur, requiritur dormitio cum puella, idest corruptio, vt *ibi* omnes intelligũt Canonistæ, præsertim Hostien. Abb. & Anchar. Et hoc procedit etiam in stupro attentato per vim, secundùm Baiar. ad Clar. *§. stuprum, nu.37.* Afflict. *decis.276.n.7.* & tenet Farin. concordantes inducens, *q.147.nu.74.* Nec non idem dicendum est in stupro tantùm attentato, & non secuto effectu cum puella minori 12. annorum, Clar. *d.§. stuprum, vers. fin.* vbi in hoc casu ad triremium pœnam in perpetuum, vel per decennium inclinat, & sequitur Far. *n.47.* concordantes citans; ad quòd facit etiam id, quod idem tractat, *n.74.* vbi ex Baiar. Bertaz. & alijs tenet pœnam in hoc casu ordinariam imponendam non esse. Quid autem dicẽdum sit in foro cõscientiæ, in stupratore virginis, consentientis, vel precibus, seu fraude, vel vi inductæ, an dotare, siuè aliam restitutionem facere teneatur? habes apud Azor. *par.3. lib.5. c.5.* vbi distinctè omnia pertractat: De inducẽte verò virginem ad peccandum, non vi, nec dolo, sed importunis precibus, & suasionibus, vide Dia. *par.2. tract.16. resol.50.*

Raptus quid?

14. AMPLIATVR 4. Regulam; Vt multò magis etiam prohibitus sit raptus, qui crimen est grauius stupro, secundùm Farin. *q.145. n.1.* Raptus autem committitur ab eo, qui mulierem de loco, in locum conducit libidinis causa, secundùm Clar. *in pract. §. raptus, in princ.* & sequitur Farin. *n.5.* Pœna verò raptus est mortis naturalis, *l.1. C. de rapt. virg.* vbi glos. Alb. Bal. Mars. & Salyc. *& l. raptores C. de Episc. & Cler.* & ibi glo. Bellaper. Odofr. & alij, Clar. Menoch. & Farin. concordantes plures inducens, & testans de communi, *n.7.* Et hæc Ampliatio se extendit etiàm ad auxiliatores, *l. raptores, §. pœna autem,* vbi glos. Bald. Castren. Cyn. & Saly. *C. de Episc. & Cler.* Marsf. Conrad. & Far. alios citans, *n.11.* Et (vltra supradictam pœnam) raptores declarantur perpetuò infames a Conc. Trident. *sess.24. c.9.* & not. Far. qui DD. concordantes allegat, *n.16. & 17.*

Eius pœna.

Etiã contra auxiliatores.

Dũ rapitur mulier ingenua.

15. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 4. Vt raptor ingenuæ mulieris, vltra pœnam mortis, pati debeat priuationem omnium bonorum, quæ ipsi mulieri raptæ, si laica sit, applicari debent, *l.1.* & ibi gl. *in ver. transferantur,* Bal. Cyn. Marf.

Marſ. Odofr. & Salyc. *C. de rap. virg.* & tenet Far. alios inducens, *q.*145. *n.*10. Qui, *n.*11. hoc extendit ad auxiliatores, qui in ipſa rapina, & inuaſione opem tulerunt, vbi diffusè hoc probat: Quid autem dicendum ſit in raptu Monialis? vide infra, *q.*116. *nu.* 34. *vſque* 39.

Pœna raptus, an locū habeat, dum mulier conſenſit? vſque ad n. 19.

16. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 4. Vt raptus pœna locum habeat, etiam dum rapta, raptui conſenſit, *l.*1. *§. pœnas autem*, vbi gloſ. Alber. Marſil. Salyc. & alij, *C. de rapt. virg.* Abb. Clar. Hoſtien. & tenent, teſtanturq; de communi, Barbat. Ang. & Maſcard. quos refert Farin. *q.*145. *n.*105. *&* 108. Quòd intellige, vt procedat, quandò rapta conſenſit, ſed doloſa perſuaſione fuit inducta, vt blanditijs, promiſſionibus, pecunia, aut ſimili deceptione, prout tangit apertè, *d. l.*1. *§. pœnas*, vbi notāt gl. Bal. Cyn. Alber. Ang. Salyc. & alij, & de communi teſtantur, & ſubſcribūt Berber. & Clar. necnon tenuerunt Baiar. Menoch. & Far. cum concordantibus relatis, *nu.*110. Licèt alij contrà, relati, *n.*113.

17. Ceſſantibus autem omnibus blanditijs, perſauſionibus, & omni alia deceptione, dolo vero, & præſumpto, dum mulier raptui liberè conſentit, non intrat pœna raptus ſecundùm Alber. Bal. Cyn. Marſil. & Salyc. *in l.*1. *C. de rapt. virg.* Decian. *lib.*8. *cap.*7. *n.*19. vbi hoc benè probat; & ab hac doctrina in iudicando, & conſulendo, ait, recedendum non eſſe, Sanchez; *de matr. lib.*7. *diſp.*12, *n.*6. *&* 9. vbi benè declarat, Baiar. Menoch. & Farin. *q.*145. *nu.*131. Et hæc doctrina procedit etiàm in caſu, in quo rapta eſſet in poteſtate parentum, & ipſis inuitis raperetur; Quia dùm ipſa volēs, & nullis præcedentibus ſuaſionibùs, à domo receſſit, putà cum ſuo amatore, amator acriter quidem, ſed tantùm extraordinariè, eſſet puniendus, ſecundùm *Boſſ. de rapt. mulier. nu.*7. Decian. Menoch. Sanch. & Far. *n.*120.

18. Sed animaduerte, quod in dubio in propoſito caſu, doloſa perſuaſio præſumitur, ſecundùm Marian. Soc. qui teſtatur de communi, *in c.*1. vbi Abb. & Anchar. *de adult.* Bal. Boſſ. Maſc. Menoch. & Farin. *q.*145. *nu.* 147. & tenent Odofr. & iterum Far. *n.*140. qui in ſeq. format 6. concluſiones, quomodò raptæ conſenſus probetur.

19. Animaduerte vlterius; Vt multò magis raptus in puellam volentem committatur, dum ipſa non eſt ſui iuris, ſed in poteſtate alterius, putà parentum, ita Butrig. *in l.*1. vbi etiam Alber. Cyn. Marſil. & Saly. *C. de rap. virg.* Bermon. Sanc. & Farin. teſtans de communi, & cōcordantes inducens, *q.*145. *n.*118. Et nō modò, dum rapta fuit filia, parentibus contradicentibus, ſed etiam ipſis neſcientibus, ita Abb. Boſſ. Peguer. & Fari. *n.*121. Sed è contra licèt parentes cōſentiant, dùm rapta eſt inuita, raptus intrat pœna, ſecundùm Nauar. Hoſtien. Turrecrem. & hos ſequēs Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſput.*12. *n.* 8. & Far. *n.* 125. Violentia autèm raptæ illata dicitur cum armis, & etiam ſinè, vel cum violentiæ metu, vt probat Sanch. *n.* 5. Decian.

lib.8.c.7.n.6. & tenet Far. *n.*130.

20. SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 4. Vt non modò raptus, vt suprà puniatur de iure Ciuili, sed etiam punibilis sit de iure Canonico, pro quo delicto, si rapiēs sit Clericus, deponitur, si laicus excommunicatur, *c. raptores; c. eos, c. de puellis, & c. nullus 36. q. 2.* quibus iuribus, vt notat Far. *q.*145. *n.*19. plenè hoc probatur, & statuit Cōc. Trident. *sess.24. cap.6. de reform.* & obseruat Sanc. *n.*1.3. & 4.

Pœna raptus de iure Canonico.

21. SVBAMPLIATVR 4. Ampliatio 4. Vt dictæ pœnæ habeant locum nō modo in raptu virginis, sed etiam viduæ, nuptæ, desponsatæ, &c. siue nobilis, siue quantumcumq; vilis, cum *l.1. C. de rap. virg.* loquatur generalitèr, per dictionem (quarumlibet,) quæ comprehendit omnes fæminas, cuiuscumque gradus, status, & conditionis sint, vt ponderant, *ibidem* glos. Marsil. & Odofr. & sequitur Conrad. Decian. & Far. *n.*30. & 31.

Pœnæ raptus habent locum, quæcumque sit, rapta.

22. SVBAMPLIATVR 5. Ampliatio 4. Vt pœnas raptus subire multò magis debeat quis, interuenientibus circumstātijs aggrauantibus crimen, puta si factum fuerit cum magna copia hominum armatorum, Barbat. quem sequitur Decian. *lib.8. c.7. n.6.* & Farin. *q.*145. *n.*60. Item ex qualitate personæ raptæ, vt si illa fuerit ingenua, si filia in potestate parentum, Decian. & Farin. *n.*61. Et idem, nota hic obitèr, de raptu coniugatæ, quia sicut adulterium est grauius delictum, quam stuprum, ita grauius, coniugatam rapiens, puniendus est, quam in raptu virginis, aut viduæ, vt deducitur *ex d. l.1. §. quæ multo magis, & ibi* Alber. & Bald. *C. de rap. virg.* Hostien. Decian. & Farin. concordantes inducens. *n.*59.

Quid in raptu qualificato?

23. LIMITATVR 1. Ampliatio 4. Vt ad hoc, vt pœna raptus imponatur, non modò requiratur, vt rapta, si vel inuoluntaria, vel decepta, vt probatum est *sup. n.*17. sed etiam, vt mulier de loco, ad locū traducatur, nec sufficeret, quòd raptor incontinenti cogniturus, per aliquod passus abduceret, sed necesse esset, quod abductio fieret principaliter animo mulierem abducendi de vna domo ad aliam, alias raptus non esset, nec pœna raptus infligenda esset, Cuman. *consil.*95. vbi ait, raptum non induci ex aliqua momentanea abductione, de loco, in locum, sed ex ea, quæ fit animo retinendi, & occultandi, Clar. *§. raptus in princ.* Sanch. vbi sup. *n.*21. Mascard. Far. & alij, *q.*145. *n.*74.

Non est raptus, nisi fit abductio mulieris de loco, ad locum

24. LIMITATVR 2. Ampliatio 4. Vt dum non rapitur mulier causa libidinis, pœna raptus non sit imponenda, Baiar. ad Clar. qui de magis communi, *§. raptus, in princ.* Dec. Mascar. & Farin. concordantes inducens, *q.*145. *n.*75. Sed causa libidinis præsumitur, dùm rapta ad libidinem est apta, putà quia iuuenis, Baiar, vbi sup. Dec. Masc. Far. & alij, *n.*78. Nec etiam raptus intrat pœna, dum delictum plenè, & concludentèr non est probatum, *l.1. §. sin autem*, & ibi Bal. Cyn. Marsil. & Salyc. *C. de rap. virg.* Alber. & Far. concordantes citans, *n.*80. & *seq.*

Neque si abductio nō fit causa libidinis.

25. LI-

Nec in meretrice rapta pœna intrat raptus, neque in muliere alias inhonesta.

25. LIMITATVR 3. Ampliatio 4. Vt procedat in muliere honesta, prout sunt termini, in quibus loquitur *l.1. C. de rap. virg.* meretricẽ enim rapiens, pœna raptus non punitur, vt ibidem not. gloss. Alber. Ang. Bald. Cyn. Marsil. & Salyc. & tenet Gom. *in l. tauri* 80. *n.*45. vbi, alijs relatis, testatur de communi, Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*12. *n.*22. & 23 Bart. Boss. Mascard. & Far. cum concordantibus *q.*145. *n.*153. Similiter rapiens mulierem inhonestam, licèt non meretricem, pœna raptus non tenetur, Marsil. qui concordantes refert. & Salyc. *in d.l.*1. Sanch. *n.*22. Baiar. Mascar. & tot alij, quos sequitur Farin. *n.*157.

Quid dũ rapta cũ vno tantum peccauit, vel desijt meretricari?

16. SVBLIMITANDA videtur 1. limitatio 3. In muliere rapta, quæ cum vno tantùm rem habuit, non quæstus, sed libidinis causa, & quæ publicè honesta reputatur; si enim hæc raperetur, pœna raptus plectendus esset raptor, vt tenet Decian. *lib.*8. *cap.*7. *n.*11. & 12. vbi refert DD. in hac materia loquentes, & sequitur Farin. *q.*145. *n.*160, Et idem dic de meretrice, quæ desijt meretricari, & honestè viuit, Sanch. *vbi supra*, *nu.* 23. Baiar. ad Clar. *§. raptus*, *n* 24. Marsil. & Salyc. *in l.* 1. *C. de rap. virg.* Bald. Bermon. & Farin. *n.*179 Et multò magis si meretrix sit maritata, & honestè viuat, Castren. Conrad. Clad. Masc. Far & alij, *n.*176. & 177.

Pœna rapiẽtis meretricem.

27. SVBLIMITATVR 2. limitatio 3. Vt rapiens meretricem, licèt non puniatur ordinaria pœna raptus, extraordinariè tamèn sit plectendus, Iudicis arbitrio, Alber. & Salyc. *in d.l.*1. Bertaz. & Bursat. qui testantur de communi, Baiar. Giachar. Menoch. & Farin. plures concordantes inducens, *n.* 188.

Pœna raptus non secuta copula carnali, vsq. ad n. 30.

28. LIMITATVR 4. Ampliatio 4. Vt raptus pœna ordinaria non sit infligenda, dùm raptor carnalem copulam non habuit cum puella post raptum, eo quod ipse raptor noluit, & forsan pœnituit; Licèt è contra pœna raptus esset plectendus, dum copula carnalis non fuit secuta, quia raptor non potuit, aliqua de causa impeditus. Pro hac distinctione est gloss. *in l. si quis non dicam*, vbi Bal. Bellaper. Butr Castren. & alij, *C. de Episc. & Cler.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 12. *n.* 18. vbi testatur de communi, Bermon. *de publ. concub. rub. de stupro n.* 32. Clarus & ad eum Baiar. *in §. raptus*, Marsi. Masc. Menoch. & plures alij, quos sequitur Farin. *q.*145. *n.*209.

29. In hoc casu huius limitationis, nempè dum copula non fuit secuta post raptum, quia raptor noluit, procedit illa opinio, absolutè tenentium, non secuta copula, pœnam raptus non intrare, vt sunt Viu. qui testatur de cõmuni, Boer. Decian. Masc. & plures alij, relati à Farin. *q.*145. *n.*198. Dum verò è cõtra, copula secuta non fuit, quia raptor non potuit, procedit opposita oppinio absolutè tenentium, copula non secuta, pœnam raptus imponendam esse raptori, vt tenet Boss. qui testatur de communi, & plures alij, relati à Farin. *n.*196.

30. Sed nota, quòd etiam in hoc casu, in quo copula secuta non fuit, quia raptor non potuit, non est lo-

cus

cus pœnæ ordinariæ raptus, quandò deuentum non fuit ad aliquem actum proximum maleficio, sed tantùm ad remotùm, Gram. quem sequitur Clar. *§. fin. q. 92. vers. fin.* vbi testis est de communi, Menoc. & Far. *q. 145. n. 212.* Raptus enim, non secuto effectu, in nullo casu, debet puniri pœna ordinaria, attenta generali consuetudine, qua, omnibus legibus punientibus conatum, non secuto delicto, derogatum est, vt in specie voluit Barbat. & sequuntur Bertran. Clar. Gabriel. qui testatur de veriori, & receptiore opinione, & Far. concordantes inducens, *n. 213.* Et tantò minus, quandò non fuit deuentum ad actum proximum, sed tantùm ad remotum.

31. Prætermitto hic agere de raptu Monialis, de quo congruentius agetur infra, *q. 116. n. 33. vsque 38.*

32. AMPLIATVR 5. Regula; Vt fornicatio quæcunque homini Ordinato in Sacris, adeò, sub titulo matrimonij, sit prohibita, vt si talis matrimonium cōtrahat, non modò sacrilegium committat, *iuxta tex. in c. de his etiam, dist. 28.* Sed vlterius de hæresi sit suspectus, & contrà eum Inquisitores Sancti Officij procedere possint, secundùm Butrid. & Bal. *in l. 3. C. de Sum. Trin. & fid. Chat.* Bermon. *de publ concub. in glos. & alios non publicos concubinarios, nu. 4.* Dec. qui declarat hoc procedere, quandò Ordinatus in Sacris contraxit matrimonium, putans sibi id licere, alias secùs; qui etiam facit conclusionem; hæreticum esse professum, recedentem

Pœnæ cō stituti in Sacris du cētis vxo rem; vsq. ad n. 35.

à Religione, & publicè matrimonium contrahentem, ex Bal. & Salyc. Et in proposito est decretum Conc. Trid. *sess. 24 c. 9.* vbi habetur: si quis dixerit, Clericos in Sacris Ordinibus const tutos, vel Regulares castitatē solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, anathema sit.

Seu Regularis.

33. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 5. Vt Clericus in Sacris cōstitutus, si vxorem duxerit, irregularis efficiatur, ita vt administrare in susceptis Ordinibus non possit, nec ad Maiores Ordines suscipiendos admitti valeat, *c. 1. & ibi* Abb. *in 2. notab. & est etiam textus in c. 2. qui Cleric. vel vouen.* Bermon. vbi supra, *n. 3.* Decian. & Farin. *q. 138. num. 96.*

34. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 5. Vt Clericus in Sacris, matrimonium contrahens, ipso iure sit excommunicatus, *Clem. 1. de consang. & affin.* & notat Bermon. *in d. n. 3.* Decian. Diaz. & Farin. *q. 138. n. 97.*

35. SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 5. Vt in Sacris constitutus ducens vxorem, deponatur ab officio, & Beneficio, vt dicitur expressè *in cap. decernimus, 28. dist.* & tenet Abb. *in cap. at si Clerici, de iudic.* Bermon. *vbi sup. n. 2. & 3.* Decian. Lopez, qui allegat Conc. Trident. hos nubentes Clericos, omni Ecclesiastica Dignitate priuans, vt apostatas habens, & mandans, in Monasterium, donec vixerint sub pœnitentia detrudi, & refert, & sequitur Far. *q. 138. n. 98.*

36. Plura, & diffusè de tota mate-

teria huius q, Farin. agit, *q.* 137. 145. *&* 147.

De duplici fornicatione, & de eius pœnis, Quæstio 116.

1 ACTVM est in præcedenti *n.* q. de simplici fornicatione; In hac de duplici agendum est fornicatione; Et dicitur illa, quæ fit cum talibus personis, cum quibus, de iure, nuptiæ esse prohibentur, ita Bermon. *de public. concub. in rubr. de fornicatione, n.*3. & Farin. *q.* 137. *n.* 8. Personæ autem prohibitæ, sunt, putà, nuptæ, consanguineæ, vel affines, Moniales, seu infideles, & de his formandæ erunt Regulæ in hac q. Et initium sumẽdo ab adulterio, quod vt habetur *in c. non mœchaberis*, 32. *q.* 6. est alieni tori violatio.

Fornicatio duplex qua dicatur.

Adulteriũ quid?

2. REGVLA 1. sit. Pœna mortis viro pro adulterio imponitur, *in l. quamuis, la 2. C. ad l. Iul. de adult.* Nempè cum vir nuptam carnaliter cognoscit; Et licet d. lex correcta fuerit *per Authen. sed hodiè, C. eodem tit.* quo ad mulierem, non tamen correcta est, quo ad virum adulterum, sic enim videtur, dispositum *in §. si quandò verò, Authen. vt nulli Iudicum*, vbi glo. & Ang. & tenent Bal. & Saly. *in d. l. quamuis*, Clar. *in §. adulterium, vers. in masculo*, vbi relatis alijs testatur de communi, & seruata opinione, Butrig. Cyn. & Farin. concordantes inducens, *q.* 141. *n.* 21. Et hæc quidem procedunt de iure, sed de consuetudine, aliter videtur dicendum; qua consuetudine attenta, potius formari deberet Regula ex tradendis infra *in hac q.* in 1. limitatione, *n.* 6.

Adulterij pœna.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt in iure Canonico laicus, tam masculus, quã fœmina pro adulterio excommunicentur, *c. intelleximus, de adulter.* & notat Clar. *in §. adulterium, vers. de iure autem Canonico*, Menoch. & Farin. plures inducens, *q.* 141. *n.* 23. Clericus autem de iure Canonico deponitur, & in Monasterium detruditur pro adulterio, *c. si quis Clericus, & c. Romanus* 81. *dist.* Bermon. *de publ. concub. rubr. de adult. n.* 24. *& seq.* vbi testatur de cõmuni, à qua, ait, quòd temerarium esset in consulendo, & iudicando recedere, Foll. Menoc. & alij, cumulati à Farin. *n.* 29. inter quos plures testantur de communi, Clar. *in §. adulterium, vers. in masculo*, pariter testans de communi, & concordantes referens.

In iure Canonico adulterij pœna.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt adulterij pœna puniatur accõmodans domum ad adulterium committendum, *vt est tex. in l. qui domum, ff ad l. Iul. de adult.* Bermon. *de publ. concub. rubr. de adult. n.* 85. Azo. Hostien. & Far. *q.* 141. *n.* 49.

Accomodans, domũ, pœna adulterij punitur.

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt si Clericus rem habeat cum meretrice nupta, non excusetur a pœna adulterij, Bermon. *nu.* 26. Diaz. Lopez. & Farin. *q.* 141. *n.* 89. Quamuis ab hac pœna excusetur sæcularis habens rem cum meretrice nupta, secundùm DD. cumulatos a Far. *n.* 82. sed quia hic punctus controuersus est, alij contra tenent, ab eodem relati, *n.* 84. qui controuersiam resoluit, *nu.* 85. *& seq.* ad quem lectorem remitto;

An hac pœna puniatur, rẽ habens cũ meretrice nupta?

Apud

Apud quem etiam inueniet resolutionem alterius difficultatis; an adulterium propriè dicatur committi, & punibile sit, quando coniugatus solutam cognoscit? nempè, *n.75.cum seq.* in quibus non immoror, cum non faciant ad rem pro Regularibus.

Pœna adulterij, de cõsuetudine.

6. LIMITATVR 1. Regula 1. cum suis Ampliationibus; Vt de consuetudine, hodie adulteria sine vi, non puniantur morte, sed tantùm pœna pecuniaria, & extraordinaria, secundùm Aym. & alios apud Farin. *q.*141.*n* 67. Qui, *n.*72. alios citans, vult hodiè hanc pœnam esse arbitrariam, sicut etiam tenuit Tiraq. quem sequitur Menoch. *de arbitr.q.lib* 2.*casu* 419. *n.* 1. *&* 66. Vide sup. *q.* 13.*nu.* 3. *ver. Nota*; vbi; An in adulterio procedatur ex officio?

An de adulterio puniatur, qui à se cognitam ignorat esse nuptam?

7. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt de adulterio non puniatur, qui à se cognitam, nuptam esse ignorat, Anan. qui ait, in dubio ignorantiã præsumi, Alber. Baiar. Hostien. Saly. & Far. *q.*141.*n* 97. Sinè dolo enim adulterium non committitur, Cyril. Hostien & Farin. *n.*110. Licèt Diaz. Decia. & Ghirlan. ab eodem relati, *n.*101. teneãt ignorantem, in hoc casu de adulterio puniri, cum prædictus det operam rei illicitæ.

Incestus quid?

8. Antequam veniam ad Regulam 2. præmitto; Incestum esse coitum inter consanguineos, vel affines, nequeuntes, ex prohibitione iuris, matrimonium inter se contrahere, ita Baiar. ad Clar. *§. incestus*, *n.* 1. & probatur *per c. lex illa, §. cum ergo, n.*36. *q.*1.

Pœna incestus.

9. REGVLA 2. sit; Incestus, pœna deportationis, seu potius arbitraria, punitur. Dixi plecti incestum pœna deportationis, *per l. si quis viduam.ff.de quæst.* tenent Alex. *cons.*229.*lib.*6. vbi alios refert, Bermon. *de publ. concub. rubr. de incestu*, vbi ait, se credere, hanc veriorem opinionem; Sicut etiam de veriori, & æquiori sunt testes Baiar. & Vinc. de Franc. & subscribunt Foller. qui pariter testatur de communi, Cabal. Menoch. & Far. *q.* 149. *num.* 11.

10. Dixi, seu potius arbitraria pœna incestum puniri, quia deportationis pœna, hodiè non est in vsu; Ideòq; potius Regula hæc erit. Hodiè pœna incestus est arbitraria, secundùm Bal. *cons.* 429. *in fin. lib.*5. Gom. *in l. tauri, n.*15. vbi arguit pro, & contra, & tandem, ita concludit, Cabal. & Farin. *q.*149. *nu.* 12. Licèt non pauci, & graues DD. teneant, pœnam incestus esse mortis, relatia Farin. *n.*9. Qui, *n.* 14. ait, sententiam, quòd pro incestu non sit vllo modo mortis pœna infligenda, sed alia arbitraria, tamquam veriorẽ, & magis communem in iudicando omninò amplectendam esse, se credere; Nisi in incestu cum ascendentibus, & descendentibus, de quo dicam *infra, n.*23. 24. *&* 25.

Cum quibus incestus committatur, vsque ad nu. 17.

11. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt generaliter incestus committatur, (& consequenter puniatur, iuxta eandem Regulam) cum omnibus illis personis, cum quibus de iure non potest esse matrimonium, ratione consanguinitatis, vel affinitatis, ita Foller. *in praxi crim.p.*6. *fol.*

fol. 378. Bermon. *vbi supra num.* 1. Baiar. ad Clar. *§. incestus, n.* 1. Alex. Couar. qui latè declarat, inter quos sit prohibitum matrimonium, & Far. iura, & alios DD. inducens, *q.* 149. *n.* 38. Intellige, quo ad pœnas, iuxta declarationes hic infra, notandas.

12. AMPLIATVR 2. Regula 2. (& descēdendo ad specialia,) Vt incestus cōmittatur intèr collaterales consanguineos, & affines vsque ad gradum 4. inclusiuè, quià sic etiā de iure Canonico prohibitæ sunt nuptiæ *c. fin.* vbi DD *de consang. & affin.* & declarani Bermon. *de publ. concub. rubr. de incestu, n.* 2 Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 15. *nu.* 4. *& disp.* 53. vbi de prohibitione inter cognatos, *et disp.* 67 *inter affines*, Alex. & Far. alios inducens, *q.* 149. *n.* 57.

13. Computatio autem horum graduum, facienda est, secundùm ius Canonicum; & quomodò id fiat, agit Bermon. *n.* 22. Sanch. *disp.* 50. *per totam*, glo. & DD. *in d. c. fin. vbi in ver. remotior.* eadem glo. ita docet gradus esse computandos, nempè. Recurrēdum ad communem stipitem, siuè parentem, & desdendendum æqualitèr computando, e. g. per duas lineas, quousque altera illarum primò occurrat; Et si ambæ simul occurrant, erunt in eodem gradu 1. 2. 3. vel 4. Sed si vna prius occurrat, quam altera, tunc descēdendum erit per lineam alterius vsque ad illam, & semper post illum gradum, in quo persona prima occurrit, gradus additur pro personarum numero, & ita inuenies quoto gradu vna distet ab altero; & quoto gradu remotior persona distat à communi parente, eodem distat à quolibet alio descēdente per aliam lineam.

14. Subnectam hic quædam exempla, quæ ex prædictis sequuntur, & in quibus præsertim est aliqua controuersia circa pœnas infligendas. Incestus igitur committitur ab eo, qui sororem carnaliter cognoscit; seu matrimonium contrahit cum ea, Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *casu* 502. *n.* 14. *& seq.* Foller. Conrad. & Farin. *n.* 79. *q.* 149. Bermon. *vbi sup. n.* 1. Et hoc casu pœnam mortis imponendam esse de iure cōmuni, existimat Far. dum cum incestu sororis concurreret defloratio, vel dum sub facie matrimonij quis carnaliter sororē cognosceret, nempè, *n.* 82. vbi ita moderat opinionem Boer. Cuman. & Iodoc. in hoc incestu pœnā mortis admittentes; Subdens, quòd, in alijs casibus, ipse grauissimam pœnam imponeret, morte excepta, per ea quæ probauit, *n.* 11. *& seq.*

15. Item incestus committitur inter fratres, & sorores sobrinas inuicem se cōmiscentes, inter quos de iure Canonico, certum est nuptias incestas esse, *c. si genus Anglorum*, 36. *dist.* & notat Farin. cum alijs, *q.* 149. *nu* 83. *&* 85. Idem dicendum est in eo, qui rem habuit cum filia sui fratris, vel sororis; Et isto casu pœnam mortis imponendam esse voluerunt relati à Farin. *n.* 87. Qui, *n* 88. vult hanc esse pœnam arbitrariam mitiorem citans Alex. & Cabal. & hanc credit veriorem.

16. Item incestus committitur à cognoscente amitam, vel mater-

teram, & è contra; & licèt etiam isto casu graues DD. velint pœnā mortis intrare, ipse tamèn Farin. qui alios refert, *q.149.n.92.* tenet, *n. seq.* verius mortis pœnam non esse infligendam, per dicta ab eo, *n.11. & seq.* Idem dicendum in cognoscente vxorem fratris sui, vel sororem vxoris suæ, vt probat Farin. *n.94. vsque 96.*

17. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt incestus cōmittatur ab eo, qui rem habet cum consanguinea meretrice, & committens, pœna vtiq; arbitraria est puniendus, sed mitiore, vt tenet, & comprobat Far. *n.97. & 98.*

Affinitas ex illicito coitu contrahitur, vsque ad gradum 2.

18, AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt (quicquid sit de iure Ciuili) hodiè ex decreto Conc. Trid. *sess.* 24. *cap. 4. de reform.* affinitas ex illicito coitu contrahatur vsque ad secundum tantùm gradum inclusiuè, & vsque ad hunc gradum consequenter committitur incestus, & procedunt, quæ supra dicta sunt de carnali cognitione, & matrimonio consanguineorum, & affinium, Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 52. n. 4.* & latius, *disput. 67.* & Farin. *q. 149. nu. 116.* Vnde incestum committit, qui rem habet cum matre, & eius filia; Cum patre, & eius filio: Et licèt de iure communi imponēda sit pro hoc incestu pœna arbitraria, tamèn, secundùm *Constit. Syx. V. in ordine* 55. pro hoc crimine, mortis pœna imponitur, vt notat Far. *n. 103. vsq. 105.* Et in eādē Constitutione pœna mortis statuitur contra carnaliter cognoscentem duas sorores, etiam meretrices, vt obseruat Farin. *n.* 108. *vsq.* 114. In qua Constit. idem statuitur, dum vnam mulierem duo fratres cognoscunt, vt refert Far. *n.*115.

19. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt pœna arbitraria incestæ nuptiæ incestuosi puniantur, grauius quidem, dum scienter, leuiùs verò, dum ignoranter, tenet, & probat Far. *q.149. n.125. & 126.* vbi in seq. vsq; ad finem illius partis 2. notātur diuersæ pœnæ incestarum nuptiarum, vt confiscationis bonorum, amissionis Dignitatum, &c.

Incestæ nuptiæ scienter, vel ignoranter contractæ, qua pœna puniātur?

20. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt incestus committatur etiam inter cognatos cognationis legalis, puta per adoptionem, vt intèr adoptantem, & adoptatam, Cabal. *resolut. crim. cons.* 200. *n.55. & seq.* vbi pluribus iurium, & DD. authoritatibus sententiam hanc probat, Cōrad. & Far. plura Iura inducēs, *q.149. nu.* 44. Sed cum veritas sit, quòd in hoc casu non est propriè incestus, nec propriè incestæ sunt nuptiæ, vt not. glo. *in l. incestæ, ff. de rit. nupt.* Ideò prædicta carnalis cognitio, inter cognatos legali cognatione nō ordinaria pœna incestus, sed arbitraria mitiori, punienda est, Cabal. *vbi sup. n.60.* qui relatis aliis testatur de communi DD. opinione, Bal. Saly. & Far. *n.46.*

Incestus cognationis legalis, qua pœna punitur?

21. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt incestus committatur inter cognatos spirituali cognatione, mediantibus Sacramentis Baptismatis, vel Crismatis, dùm tales intèr se rem habent, *l. si quis alumnam, C. de nuptijs, c.1. de cognat. spiritual.* Et ideò carnalis cognitio inter hos pœna incestus est plectenda; & si cum matrimonio sit talis cognitio, intra-

Item cognationis spiritualis.

intraret pœna incestarum nuptiarum, Ghirlan. quem refert, & sequitur Boer. *decis.* 318. *nu.* 3. Bermon. *de publ. concub. rubr. de incest. n.*14. & 15. Verum Farin. *q.*149. *n.* 50. existimat, & probat in tali casu, non esse locum pœnæ ordinariæ incestus, sed mitiori, arbitrio Iudicis, ex Cabal. pœnæ enim impositæ incestus nuptijs non procedunt in illis inutilibus, secundùm Clar. *in* §. *incestus, vers. itē quæro*, vbi concordantes inducit, & de communi testatur. Et hic nota, hanc cognationem spiritualem in Baptismate, comprehendere tantùm suscipientem, & susceptum, illiusque patrem, & matrem, nec non baptizantem, & baptizatum, & ipsius baptizati patrem, & matrem, iuxtà dispositionem Concil. Trid. *sess.*24. *de reform. matr. cap.*2. Quòd idem voluit in Sacramento Confirmationis, *ibidem*, §. & *quoque cognatio*: Et hæc confirmata fuerunt à Pio V. vt refert Far. *q.*149. *n.*51.

22. SVBAMPLIATVR Ampliatio 7. Vt Clericus rem habens cum filia spirituali ex Sacramento Baptismatis, deponatur, Bermon. *de publ. concub rubr. de incest. nu.* 3. Menoch. & Farin. *q.*149. *n.* 53. & faciunt scripta per Decian. *in tract. crim. lib.*6. *cap.*23. *n.*8. Quid autem dicendum sit in filia spirituali ex Sacramento Confessionis, & in ea, quam Episcopus confirmauit, seu in commatre à Clerico cognita, insinuat remissiuè Farin. *n.* 53. *vsque* 56.

Pœna incestus inter ascendētes, & 23. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt quamuis regulariter pro incestu non imponatur pœna mortis, sed arbitraria, tamen si incestus perpetretur per filium, cum matre, auia, aut alia ascendente, vsque in infinitum, tale facinus pœna mortis puniatur, Baiar. §. *incestus, n.*4. Boer. *decis.*318. Cabal. & Farin. alios inducens, & testans *de communi, q.* 149. *n.*61. & voluit gl. *in l. quamuis, la* 2. *C. de adult.* Idem dic omnino de patre incestum committente cum filia, aut alia descendente in infinitum, proptèr quòd morte punitur, glo. Baiar. & Boer. locis supracitatis, Bosſ. Clar. Menoch. & Farin. cum alijs, *n.* 64. Talis enim coitus cum ascendentibus, & descendentibus non modo est incestuosus, sed etiam nefarius, vt probat Far. *n.* 60. & 65. descendentes.

24. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt incestus priuigni cum nouerca, quæ est loco matris, & vitrici cum priuigna, non pœna arbitraria, sed mortis puniatur, secundùm Bermon. *de publ. concub. rubr. de incestu, n.*14. Boer. vbi suprà, Ghirlan. & Cabal. quos refert Farin. *q.*149. *n.*67. & 71. Qui. *nu.* 68. & 72. in hoc valdè dubitat, quo ad pœnam mortis, *per d. hic supra, nu.* 10. & 11. Priuigni cum nouerca, &c.

25. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt incestus soceri cum nuru, seu generi cum socru, morte puniri possit, secundùm Ghirlan. Bermon. & Cabal. relati à Far. *q.*149. *n.* 74. & 77. qui, *nu.* 75 & 78. dissentit quo ad pœnam mortis, & consentit quo ad aliam grauem pœnam, etiam corporalem, per ea quæ dixi *hic supra, n.* 10. & 11. Soceri cū nuru, &c.

26. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt ignorantia excuset ab incestu,

 c. qui-

Ignorantia facti, vel iuris, an excuset ab incestu?

c.quidam fornicatus est, 34. *q*.2. Bar. *in l.si adulterium,ff.ad l.Iul.de adult.* Viu. *opin.* 487. Baiar. *in §. incestus, nu.* 4. Bermon. Diaz. qui de communi, Foller. Menoch. & Farin. *q.* 149. *n.*161.

27. Et quidem, dum iusta, & probabilis ignorantia, seu error facti fuit, certum est excusationem intrare, *per l. qui contra, C.de incest.nupt.& c.qui propinquam*, 35. *q*.3. Clar. *§.incestus, vers. excusatur*, vbi alijs relatis testatur de communi, Alb. Menoch. & Far. concordantes inducens, *n.*162.

28. Interueniente verò in incestu ignorantia iuris, an hæc excuset, controuersum est inter DD. De qua controuersia agit Farin. *q.* 149. *n.* 163. vbi cum Ang. Menoc. & alijs concludit, talem ignorantiam non in totum, sed in parte excusare: Et addit, *n.* 181. ignorantiam iuris Ciuilis, etiam iniustam excusare è pœna corporali, & bonorum, secùs in ignorantia iuris gentium: Vlterius, ex Bar. Ang. & alijs, tenet, & probat, *num.*186. quòd dum incestus ex ignorantia committitur, non sub facie matrimonij, sed cum fornicatione, cum, in hoc casu, detur opera rei illicitæ, tenetur quis de incestu; Licèt alij, relati, *nu.*187. contradicant. Plura, an, & quandò ignorantia iuris, vel facti ab incestu excuset, habes apud Farin. *nu.* 161. *vsque ad* 206.

29. Ante formationē seq. Regulæ in materia sacrilegij; Præmitto; pluribus modis sacrilegiu committi, de quibus latissimè Decian. *in tract. crim. lib. 6. à cap.* 14. *vsque ad* 40. & DD. *in c.felicis, de pœnis, in* 6. Sed ad præsens de illo sacrilegio est agendum præcipuè, quod perpetratur, dum quis rem habet cum Moniali; Et describitur; quòd sit, fornicatio habita cõtra votum Religionis, secundùm Bermon. & Farin. *q.*146. *n.*2.

Sacrilegiũ cum Moniali quid?

30. REGVLA 3. sit. Rem carnalem habens cum Moniali sacrilegium committit, & pœna mortis est puniendus, *§. penul. Auth. de Sanctiss. Episc.c.si quis rapuerit.*27. *q.*1. not. Bermon. *de publ.concub.in rubr. de sacril.in princ. & n.*4. Clar. & ad eum Baiar. *§.fornicatio, vers. cum Moniali*, Menoch. Mars. Decian. & Farin. *q.*146. *n.*3. concordantes inducens; Qui in sequentibus meritò hoc exagerat delictum; Quòd multò magis punitur, dùm fit sub facie matrimonij, Farin. *n.*14.

Cognoscẽs Monialem morte punitur de iure Ciuili.

31. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt eadem pœna mortis puniatur cognoscens carnaliter Sororem Tertij Ordinis, quam Bizzocam appellamus, Carer. quem sequitur Giachiar. ad Clar. *§.fornicatio*, vbi etiam Baiar. *n.*22. Decian. & Far. *q.*146. *n.*19.

Idem de Sorore Tertij Ordinis.

32. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt de iure Canonico, laicus rem habens cum Moniali excommunicetur, *c.si qua Monacharum, in fi.*27. *q.* 1. Bermon. *de publ. concub. rubr. de sacrileg.n.*6. Decian. Foller. Menoch. & Farin. *q.* 146. *nu.* 24. Et hæc excõmunicatio Episcopo reseruatur, Bermon. *n.*5. & Farin. *n.* 25. Clericus autem de iure Canonico beneficijs priuatur, deponitur, & in Monasterium detruditur, *d. c. si qua Monacharum*, Bermon.

Quid de iure Canonico.

vbi sup. nu. 1. Decian. Marsil. Menoch. & Farin. cum concordantibus, n. 26. Et hoc procedit, quamuis fornicatio non sit diu continuata, nec scandalosa, Decian. qui testatur de communi, tract. crim. lib. 6. cap. 20. n. 6. Anan. Far. & alij, n. 27.

Idem magis procedit in raptu Monialis. 33. AMPLIATVR 3. Regula 3. Vt multò magis mortis pœna puniatur rapiens Monialem, l. raptores, C. de Epis. & Cler. vbi Bal. Odofr. & Saly. & l. si quis non dicam, vbi communiter omnes DD. C. eodē, c. si quis rapuerit, 27. q. 1. Decian. Bal. Boss. Mascar. & Far. cum concordantibus, q. 145. n. 215. Et hoc quamuis Monialis consenserit, se rapi, c. raptores, & ibi gl. 36. q. 2. Alber. Butrig. & Saly. in l. 1. C. de rap. virg. & tenet Farin. cum alijs, n. 220. Et ridiculum esset dubitare, hoc locum habere etiam in rapiente Abbatissam, Afflict. Carer. & Far. n. 224.

Seu Bizzocæ. 34. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 3. Vt mortis pœna sit puniēdus raptor mulieris Tertij Ordinis, seu, vt vocant Bizzocæ, secundùm Afflic. Carer. Mascar. & Farin, q. 146. n. 222.

Quid si raptor sit Clericus. 35. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 3. Vt Clerici rapientes Moniales, grauius, quam laici delinquant, & ideò Beneficijs, sint priuandi, & in arctum Monasterium ad perpetuam pœnitentiam sint detrudendi, c. si quis, 27. q. 1. Et hoc quamuis raptus non fuerit publicus, Anan. Couar. Diaz. & Decian. hos referens, lib. 8. c. 11. n. 2. quos sequitur Farin. q. 145. nu. 228. & q. 146. n. 26. & 27.

36. SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 3. Vt rapiens de Monasterio sæcularem mulierem, ibi existentem, putà educationis, vel custodiæ causa, nō modò sit grauius, quam pro alio raptu extra Monasterium puniendus, secundùm Decian. n. 12. Sed pœna mortis sit plectendus, Far. q. 145. n. 230. Vel raptus fit in Monasterio per educatio[illegible]?

37. AMPLIATVR 4. Regula 3. Vt in raptu Monialis intret pœna ordinaria raptus ex solo conatu, etiam copula non secuta, nec raptu, est tex. expressus in l. si quis non dicam, & ibi glo. & communiter omnes DD. C. de Epis. & Cler. & in c. si quis rapuerit, & ibi glo. in ver. solicitauerit, 27. q. 1. Sanchez. de matrim. lib. 7. disput. 12. nu. 18. Vbi loquitur, siuè raptor non potuerit, siuè noluerit, Boss. de rap. mulier. n. 2. Alber. in l. 1. n. 13. C. de rap. virg. Baiar. Menoch. & Farin. concordantes inducens, q. 145. n. 204. Quid in conatu?

38. SVBAMPLIATVR Ampliatio 4. Vt raptor in hoc casu morte puniatur, qui deuenit tantùm ad actum verbi, puta, si laicus dicat Moniali; Si vis exire de Monasterio, ducam te in vxorem, ita Odofr. in l. si quis non dicam, nu. 1. & 4. C. de Epis. & Cler. & facit tex. in c. si quis rapuerit, & ibi gl. in ver. solicitauerit, 27. q. 1. Et hæc refert Farin. q. 145. n. 205. Qui ait, n. 206. Bart. in l. 1. in prin. ff. de extraord. crim. videri contrarium voluisse, dùm tenuit, raptus pœnam ordinariam nō intrare, quandò solùm deuentum fuit ad colloquia, & ad idem Farin. citat Gomez. Et dùm ibidèm, remittit Far. lectorem ad Seu attentato verbo tantū.

ea,

ea, quæ ipsemet dixit generaliter. q. 124. n. 44. & seq. Innuit consequenter, quòd, & ipse cum Bar. inclinet, cum in d. n. 44. asserat, & in comprobationem inducat eúdem Bar. Bal. & tot alios, quòd, quandò non fuit deuentum, nisi ad actum verbi, delicto facti, non secuto, conatus non puniatur eadem pœna, sed extraordinaria; & hoc idem cum Afffic. Bar. & Menoch. sustinet, n. 46. in attentante corruptionem, & raptum mulieris verbis tantùm, nempè locum esse solummodò pœnæ extraordinariæ.

Pœna osculantes Monialem.

39. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt non procedat in osculante monialem, dum aliud non fecit, qui non morte, sed mitius, arbitrio Iudicis, puniendus est, secundùm Afflic. Decian. & Far. q. 146 n. 33.

Clericus, seu Sacerdos solutã cognoscens, quod delictũ committat?

40. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt licèt aliqui dixerint, Clericum, seu Sacerdotem sæcularem rem habentem cum soluta committere adulterium, aliqui incestum, aliqui sacrilegium, verior tamèn, & magis recepta opinio est, apud Iuristas, quòd non committat talis, nisi simplicem fornicationem, ita Fely. qui alios refert, in c. at si Clerici, & ibi Dec. & Butrig de indic. Boss. in tit. de coitu damn. n. 15. & 16. vbi de communi, Clar. in praxi, §. fornicatio, vers. cum Presbytero, vbi alijs relatis etiam de communi testatur, Decian. Menoch. & Farin. q. 146. n. 30.

41. Sed Lopez, Sarmient, & Rolan. relati à Far. q. 146. n. 31. tenēt, quòd fornicatio Clerici, qui est in Sacris cum soluta, sit sacrilegium, & idem voluerũt S. Bonau. S. Tho. & Riccar. in 4. dist. 23. cum in susceptione Sacrorum Ordinum solemne fiat castitatis votum, c. 1. de voto, in 6 At qui peccat contra votum facit sacrilegium, vt notat, & tenet Azor. 3. p. lib. 3. c. 27. in 7. q.

Quid de Regulari?

42. Hæc quæ modo dicta sunt, multo magis locum habent in Ordinato in Sacris Regulari, qui expressè solemne castitatis votum in professione emisit, circumstantia enim, expressi solemnis voti castitatis, grauiter auget sacrilegium, Azor. vbi sup. q. 9. licèt sacrilegium factum ab Ordinato in Sacris, seu ab eo, qui solemniter in professione castitatem vouit, specie non sit distinctum, Azor. ibid. q. 11.

Resolutio.

43. Et vtiq; videtur omnino sacrilegium cõmittere Ordinatum in Sacris, vel Regularem professum, qui rem habet cũ soluta, cum faciat cõtra votum Religionis, vel Ordinis, vt enim ad rem nostram sacrilegium describit Bermon. de publ. concub. in rubr de sacril. quem sequitur Far. q. 146. nu. 2. Sacrilegium est fornicatio contra votum Religionis, vel Ordinis: Et hinc est, quòd etiàm illi DD. qui sustinent in confessione nõ esse necesse exprimere circumstantias aggrauantes, dum speciem peccati non mutant, tamen circumstantiam, quòd sit in Sacris, vel Professus ille, qui carnaliter peccauit, exprimendam asserunt, vel saltem, vt dicat, se violasse votum castitatis, vt his verbis sacrilega circumstantia speciem mutans exprimatur, Villalob. Henriq. Fagund. Filliuc. & Sanch. quos refert, & sequitur

tur Diana, *p. p. tract. 7. resol. 4.*

44. Et quamuis aliquando in Sacris Canonibus, fornicatio facta ab Ordinato in Sacris cum soluta; fornicatio simplex dicatur, hoc nō est, quia non sit etiam sacrilegium, sed ita dicitur, vt distinguatur ab alijs luxuriæ peccatis, specialiori qualitate affectis, vt ab adulterio, stupro, seu incestu, quæ aliquando à prædictis committuntur, vt obseruat Azor. *in d. q. 7. in fin.* & vno verbo talis vocatur simplex fornicatio respectu obiecti, quamuis sacrilegium sit respectu subiecti.

Satisfit obiectioni.

45. Cum autē nuptiæ inter Christianum, & infidelem prohibitæ sint, ad duplicem fornicationem spectabit coitus cum infideli; Vnde.

46. REGVLA 4. fit. Christianus fornicans cum Iudea morte puniendus est, ac si cum bruto rem haberet, Vital. *tit. de raptor nu. 7.* Boer. & alij relati à Farin. *q. 139. n. 28.* Hanc tamèn sententiam ipse Farin. *n. 29.* sic generaliter conceptam nimis duram existimat: *Vnde* ait, attendendas esse qualitates grauantes, & minuentes delictum, & resoluēdum iuxta tradita ab eo, *n. 2. & 8.* vt citra mortem hoc puniatur delictum. Et quòd dicitur de fornicatione cum Iudea, idem dicendum est de Christiano rem habente cum Turca, cum Mora, seu alia infideli, Menoch. *de arbitr. q. lib. 1. casu 290. n. 18. & seq.* Ghirlan. Far. & alij, *n. 32.*

Fornicatio Christiani cū infideli, qua pœna plectatur.

47. Plura, & diffusè de totius huius q. materia, agit Farin. *q. 137. 138. 141. 145.* cum duobus seq. nec non, *q. 149.*

De damnato coitu contra naturam, & eius pœnis. Quæstio 117.

1 REGVLA fit. Vitium nefandum masculi, cum masculo, pœna mortis naturalis punitur, cum sit contra naturam sexus humani, *l. cum vir, & ibi* notant communiter omnes DD. *C. ad l. Iul. de adult. auth. vt non luxurientur contra naturam, §. propterea, & ibi* glos. & Ang. Item de communi testatur Gomez. tenent Clar. Viu. & Far. concordantes cumulans, *q. 148. n. 4.* qui, *n. 5.* meritò exaggerat contra hoc atrox, detestandum, & pessimum vitium.

Nefandū inter masculos pœna mortis punitur.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt multò magis procedat interueniēte raptu masculi libidinis causa, Baiar. & alij adden. ad Clar. *§. raptus,* Cyn. & Salyc. *in l. 1. c. de rap. virg.* Conrad. qui testatur de veriori, Carer. Hostien. & Farin. concordantes inducens, *q. 148. n. 5.*

Magis cū raptu.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt pro hoc vitio post mortem pœna ignis infligatur, Bernon. *de publ. concub. rubr. de peccato sodomit. nu. 29.* Clar. & ad eum Baiar. *in §. sodomia,* Menoc. & Far. *q 148. n. 7.* alios inducens, & testans de cōsuetudine generali.

Et per ignem.

4. AMPLIATVR 3. Regula; Vt tentans aliquem de hoc vitio, à tētato possit impunè occidi, secundùm Ant. Scap. quem sequitur Baiar. *in d. § n. 15.* Petr. Greg. & Farin, *q. 148. n. 18.* Intellige in foro fori.

Tentans impunè occiditur.

5. AMPLIATVR 4. Regula; Vt de iure Canonico pro hoc crimine laicus excommunicetur, & à ce-

Pœna de iure Canonico.

à cetu fidelium penitus arceatur, *c. Clerici*, & ibi communitèr notant omnes Canonistæ, *de excess. Prælat.* Diaz. qui testatur de communi, Decian. Mascar. & Far. alios inducens, *n.23.* Bermon. *n.27. vers. si verò*, Menoch. *lib.2. casu 286. n. 9.* Clericus verò de iure Canonico Beneficijs priuatur, deponitur, & in Monasteriũ detruditur pro hoc delicto, *d. c. Clerici*, & ibi paritèr notant omnes DD. Bermon. *n.26.* Menoch. *nu.9.* Viu. Abb. & alij, quos sequitur Far. etiàm alios inducens, *q.148. n.25.* Immo Clericus pro hoc crimine degradari potest, & potestati sæculari tradi, & ita quotidiè seruari testatur Bermon. *de pub. concub. rubr. de peccato sodom. n.29.* nec dissentit Far. *n.26.* Et vigore Bullæ Pij V. *in ordine 5. in vers. si quis crimen nefandum, & ex alia Bulla eiusdem in ordine 70.* huius criminis Rei, si Clerici fuerint, siue seculares, siue Regulares, etiam in Dignitate positi, à Iudice Ecclesiastico degradãdi, potestati sæculari, sunt tradendi, capitali supplicio, sicut laici, puniendi, vt refert, & ponderat Farin. *n.28.* Et hæc pœna tota imponitur etiam pro vnica tantum vice, vt vult Far. *nu.30.* asserens, omnes DD. communitèr ita tenere, & quòd praxis ita recepit.

Etiã pro vna vice.

6. AMPLIATVR 5. Regula; Vt locum habeat in habẽte rem cum fœmina præposterè, *l. cum vir nubit, C. ad l. Iul. de adult.* vbi hoc præsertim notat Butrig. Bermon. *n.1. & 3.* Viu. *opin.726. n.25.* vbi testatur de communi, & veriori DD. sententia, eamq; latè à contrarijs defendit, Clar. *§. sodomia, vers. vide quandòque*, Cabal. *resolut. crim. casu 16.* Menoch. *de arbitr. q. lib.2. casu 286.* qui omnes testantur de communi, Dec. Gomez. & Farin. concordantes citans, *q.148. n.35.* Quòd multò magis procedit, dum d. mulier esset delinquentis vxor, grauiùs enim tale esset delictum, *c. adulterij, 32. q. 7.* Menoch. casu eodem Gom. Plat. Peguer. & Far. *n.37.* Idem dic de fœmina agente, vt vir in aliam fœminam patientem, nempè, vt morte puniatur; Sicùt etiam si mulier agat vt vir, cum masculo patiente, Far. *n.40. vsque 44.* vbi probat, &c.

De peccato contra naturam viri cum fœmina.

Cum propria vxore.

Fœminæ cũ fœmina, vel cũ masculo.

7. AMPLIATVR 6. Regula; Vt multo magis morte puniatur, qui rem habet cum animali bruto, qui vlterius cõburi debet insimul cum animali, *c. mulier, 15. q.1.* Bermo. *de publ. concub. rubr. de peccato sodom. nu.28.* Gom. *in l. tauri, 80. n. 35.* vbi alijs relatis, testatur de communi, Clar. *in §. fin q.99. vers. quæro etiam*, Stephan. Quarant. qui dixit, *Bullam citatam Pij V.* multò magis locum habere in Clerico hoc delictum perpetrante, Menoc. & Far. alios inducens, *q.148. n.46.* Et propter criminis huius detestationem pœna mortis intrat, dum deuẽtum est ad actum proximum, licèt flagitium non sit consumatum, Boer. *decis 316. n.1. vsque ad 5.* Clar. *in §. fornicatio, n.22. vers. cum animali*, Menoch. Roland. & inclinat Farin. *nu. 60.* sed postea, *n.61. cum seq.* propendit, cum citatis ab eo, ad pœnam extraordinariam.

Cũ bruto.

Conatus.

8. AMPLIATVR 7. Regula; Vt mul-

Cum dæmone. multò magis procedat in rem habente cum Dæmone fuccubo, & incubo, cum hoc etiam delictum fit beſtialitatis, eſt enim coitus cũ re alterius ſpeciei, vt tenet Caiet. quem refert, & ſequitur Azor. *in 3. p. lib. 3. cap.* 22. & præter malitiam beſtialitatis, habet hoc delictum aliam malitiam, nempè ſuperſtitionis, quatenùs includit ſocietatem cum Dæmone, vt not. Bonacin. *de matrim. q.* 4. *punct.* 12. *n.* 3.

Præſumptionib. probatur. 9. AMPLIATVR 8. Regula; Vt crimen contra naturam probetur præſumptionibus, vt declarabitur *infrà, q.* 120 *n.* 22.

Quid in minoribus? 10. LIMITATVR 1. Regula; In minoribus, quibus propter ætatem pœna huius criminis mitigatur, ſecundùm Baiar. *in §. ſodomia, n.* 13. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2 *caſu* 286. *n.* 18. & Farin. *q.* 148. *n.* 76. Qui *n.* 77. not. quòd pro hoc crimine mortis pœna imponitur, *in Conſtit. Marchiæ*, r. 66 *lib.* 4. ſi Reus fuerit maior 18. annorum.

In eo qui per vim fuit paſſus. 11. LIMITATVR 2. Regula; In eo, qui per vim in hoc vitio paſſus eſt, qui nulla pœna punitur, eſt tex. apertus, *in l fœdiſſimam*, & ibi glo. & communitèr omnes DD. *C. ad l. Iul. de adult.* gloſ. *in l. cum vir, C. eodem*, item eſt *tex. l.* 1. *§. remouet*, vbi gloſ. Ang. Bal. Caſtren. & Odofr. *ff de poſtulan.* Bermon. Far. & alij, *q.* 148 *n.* 79.

Pœna mollium. 12. LIMITATVR 3. Regula; Vt licèt, molles, qui ſe ipſos polluunt, nefandi vocentur, à Bermon. Firma. & Menoch. vt refert Farin. *q.* 148. *n.* 38. tamèn iſti non puniantur pœna ordinaria mortis debita nefandis, ſed extraordinaria mitiori arbitrio Iudicis, Aug. ad Ang. *de malef. verſ. che hai adulterato la mia donna, n.* 53. Conrad. qui vult prædictos puniri exilio, vel alia pœna extraordinaria, Cabal. qui ait, hoc eſſe crimen contra naturam, ſed non nefandum, & Farin. hos ſequens, *q.* 148. *n.* 39.

13. LIMITATVR 4. Regula; Vt dum hoc crimen eſt tantùm attentatum, effectu non ſecuto, nec peccato conſummato, non intret pœna mortis, ſed mitior, iuxta tex. expreſſum *in l.* 1. *§. fin. ff. de extraord. crim.* vbi habentur hæc verba; Perfecto flagitio, punitur capite, imperfecto in inſulam deportatur; & idem habetur *in c. ſolicitatores, §. qui puero*, 33. *q.* 3. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *caſu* 286. *n.* 16. vbi teſtatur de communi omnium DD. Clar. Gomez. & Far. *q.* 148. *n.* 61. Qui, *n.* 64. concludit, hanc opinionem veriorem, magis communem, & in praxi receptam; Nec non teſtans, Afflict. Clar. Carer. & omnes DD. tenere, quòd dum etiam ſeminatur, ſed non intra vas, extraordinariè pœnæ tantùm ſit locus. Pœna attentati nefandi, vſque ad n. 15.

14. Et ita poſſunt interpretari DD. rela i ab eòdem Farin. *q* 148. *n.* 56. *& ſeq.* dicentes, crimen hoc punibile eſſe, etiam dum conſummatum non fuit, quando ad actus proximos, puta ad oſcula, amplexus, & tactus partium inhoneſtarum deuentum fuit; nempè, vt intelligas punibile eſſe crimen in hoc caſu, non ordinaria, ſed mitiori extraordinaria pœna.

15. SVBLIMITA limitationem

4. Vt procedat, dummodò non fuerit penetratum vas nefandum, quia data d. penetratione, licèt postea extra vas seminetur, mortis pœna esset infligenda, secundùm Afflict. Cabal. & Farin. *q.*148. *nu.* 65. & fauent Iodoc. *in praxi crim. c.*96. *n.*11. & Conrad. *in praxi, rubr. de sodom. n.*3. qui tenent, quòd sodomita dicatur ille, qui vas penetrauit, quàmuis extra postea seminauerit, At, quòd in hoc casu sublimitationis peccatum non sit propriæ nefandum, sed tantùm contra naturam, tenuit Cabal. *resol. crim. cas.*16. *n.* 8. *& seq.* & consequentèr in hac opinione non intraret pœna mortis, pro qua sententia faciunt scripta à Far. *nu.*64. & hic *sup. n.*14.

16. Plura de hoc innominabili vitio Farin. *q.* 148. *per totam*, vbi diffusè.

De pœna osculi. Quæstio 118.

Pœna osculantis mulierē honestā.

1 REGVLA sit. Vir osculans mulierem honestam, nuptam, virginem, aut viduam, punitur pœna extraordinaria, *l.*1. vbi glos. *ff. de extraord. crim.* Boss. *de extraord. crim. n.*3. Baiar. ad Clar. *q.*83. *n.*31. Bal. Menoch. & Farin. cum alijs, *q.*142. *n.*154. Qui tamèn cum Cabal. *n.*156. dicit, quòd apud sæculares, osculū, de mulieris consensu datum, criminaliter non punitur.

2. Sed cum hoc sit, vel turpium perpetratio, vel saltem sollicitatio factis ad turpia, *vide infra hic q.* 121. *n.*3. *vsque ad n.*7.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt vir, libidinis causa, puerum, aut adolescentem osculans, deportetur, *l.*1. *§. qui puero, ff. de extraord. crim.* Baiar. vbi sup. Menoch. *de arbitr. q. lib.*2. *cas.*287. *n.*2. Cabal. & Farin. *q.*142. *n.*158. vbi ait, quòd cum pœna deportationis ab aula recesserit, pœna in hoc casu erit arbitraria.

Vel puerum.

4. AMPLIATVR 2. Regula; In deosculante mulierem per vim, qui pœna extraordinaria est puniendus, Cuman. & Dec. alios inducens, *in l. si fugitiui, n.*44. *& seq. C. de seru. fugit.* Afflict. *decis.*276. Clar. *q.*83. *vers. osculum*, Cabal. qui de communi, *resol. crim. cas.*96. Gram. Menoc. & Far. alios citans, *q.*142. *nu.*160. Et DD. loquuntur etiàm, quandò vis illata fuit in publica via, vel platea, præsertim Afflict. Dec. Gram. & Peguer. relati a Farin. *n.*161. Qui, *n.*163. ab hac opinione non putat recedendum, ita tamèn, vt hæc pœna extraordinaria sit corporalis, putà ad triremes. Sed subdit, *n.*167. ex Clar. & Menoch. quòd, quandò in osculo dato puellæ, concurrerent magnæ circumstantiæ aggrauantes factum, tunc fortè posset deueniri ad pœnam mortis.

Seu mulierē per vim.

5. AMPLIATVR 3. Regula In osculante mulierem, vt eam in vxorem ducat, contra parentum voluntatem, qui arbitrariè est puniendus, iuxta facti, & personarum qualitatem, Cabal. & Far. *q.* 142. *n.*168. nisi osculum fuerit datum de consensu osculatæ, ad hoc, vt sequeretur matrimonium, quo secuto, nulli pœnæ esset locus, Cabal. Dec. & Far. *n.*169.

Aut mulierem, vt eā ducat in vxorē.

6. Sed

Quid secundum Constitutiones Marchiæ? 6. Sed nota, quod in statu Ecclesiastico seruanda est Constit. Marchiæ, *lib.4.c.72.* qua cauetur, quòd amplexantes mulieres virgines, seu viduas, incurrant pœnam fustigationis, amissionis bonorum, & aliás pœnas, de quibus in ea; cuius Constit. meminit Bai. ad Clar. *q.83.n.33.*

Et vbi est cõsuetudo osculandi mulieres. 7. LIMITATVR Regula; Vt nõ procedat, quandò in loco, vbi casus accidit, cõsuetudo est mulieres osculandi, vt apud Gallos, Bertaz. *cons.20.n.51. lib.1.* Cagnol. Menoch. & Far. concordates inducens, *q.136.n.130.*

De lenocinio, & pœnis contrà hoc facinus infligendis. Quæstio 119.

Lenocinij diuersæ pœnæ etiam, n. seq. 1 REGVLA 1. sit. Lenocinij pœna arbitraria est, ita Iodoc. quem sequitur Clar. *§. fin. q. 68. vers. lenones*, Menoch. *de arbitr. q. lib.2. cas.535. n.45. centur.6.* Peguer. Cabal. & Far. *q.144. n.12.* Et de consuetudine, arbitrium in hoc casu non se extendit ad pœnam capitalem, sed ad mitiorem, variam quidem iuxta stylũ varium diuersorum locorum, secundùm proximè citatos DD. & Far. *n. 1.* testatur de magis communi.

2. Vnde quandoquè pro lenocinio inflicta fuit tantùm pœna exilij, Menoch. *cas 34. n.42.* Iodoc. & Far in. *q.144. n.6.* Quandoquè pœna fustigationis, & mitræ, Clar. *vbi sup.* Cabal. Peguer. & Farin. *n.7.* & Paul. IV. *in Bulla in ordine* 47. statuit, quòd lenones, & lenæ mulierum fustigentur, & ad perpetuum exiliũ damnentur, & si mulier prostituta, fuerit virgo, mortis pœnam imponit. *At in Aut. de lenonibus, §. præconizamus, col.3.* statuitur pœna vltimi supplicij contrà lenones, & ideò huic pœnæ subscribunt, Afflict. Beluis. Iodoc. Foller. Menoc. & tot alij, relati à Far. *n.10.* inter quos Berber. vult hanc pœnam mortis locum non habere nisi in publico lenone, in reliquis verò seruanda videtur cõsuetudo, de qua, *hic sup. n.1. in fin.*

3. REGVLA 2. sit. Lenocinij pœna locum habet in eo, qui quæstuarias fœminas habet, & in illis quæstum exercet, talis enim leno est, *l. athletas, §. ait Prætor, & ibi* Odofr. *ff. de his, qui not. infam.* Cabal. *resol. crim. cas.181. n. 11.* Hostien. & Far. concordantes inducẽs, *q.144. n.17.* In quo habeat locũ pœna lenocinij fœminarum.

4. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt lenocinij pœna puniatur, non modò, qui principaliter lenociniũ exercẽt, sed etiam, qui secundariò, seu accessoriè sub nomine alterius, licici, exercitij, quæstus causa viris fœminas prostituunt, apertè ita sancitur *in d. §. ait Prætor, vers. si verò*; Vbi exemplificatur in cauponibus, & balneatoribus, qui fœminas seruientes in caupona, seu balneo retinent, vt viris, quibus ministrant, se prostituant, & ibi not. glo. Alber. Bal. & Odofr. & obseruant Menoch. & Cabal. quos, cum concordantibus, sequitur Far. *q.144. n.21.*

5. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt multò magis lenocinij pœna sit infligenda ei, qui puero nefanda cum alio persuadet, & talis leno consummato delicto, capite puniteur, Quid in persuadẽte puero nefandũ.

nitur, non consumato, in insulam deportatur, *l. 1. §. fin. ff. de var. & extraord. crim.* Et licèt videatur dubitari posse, an d. capitis pœna intelligatur de vltimo supplicio? Tamen dubium remouet Constit. Pauli IV. 49. *in par. 1. Bullar. c. 637.* vbi clarè loquitur de morte naturali.

Vel puellas in seducente fallacijs, &c. ad peccādū?

6. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt propriè leno sit, & vt talis puniatur, qui blanditijs, promissionibus, muneribus, seu alijs artibus, & fallacijs puellas seducit ad peccandum cum alijs, *Auth. de lenonibus §. praeconizamus, col. 3. & ibi* glos. & Ang. & subscribunt Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu. 534. n. 3. centur. 6. vbi* alios refert, Berber. Beluis. & Far. *q. 144. n. 24.*

Vel in eo operante.

7. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt pœna lenocinij puniantur, qui aliquo modo, consilio, fauore, ope, & consensu lenocinia adiuuant, & aliquo modo cooeperantur, Iodoc. quem sequitur Cabal. *resol. crim. cas. 171. n. 4.* vbi hoc maximè notandum aduertit, Berber. & Farin. concordantes citans, *q. 144. n. 30.*

Vel accōmodando ad inhonesta perpetranda domum.

8. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt leno sit, & vt talis puniatur, accōmodans domum ad adulterium committendum, *l. auxilium, §. fin.* ibi, Aut domum præbuit ad id, *ff. de minor.* quòd apertius probatur *in l. qui domum, vbi* glos. & Ang. *ff. ad l. Iul. de adult.* & notat Farin. *q. 144. nu. 42.* Idem dic in accommodante domum ad stuprandam virginem, vel viduam, & magis si ad stuprandum puerum, quo vltimo casu pœna est capitalis, *d. l. qui domum, vbi* glo. & not. Farin. *num. 43. vsque 45.* Quæ procedunt quamuis accōmodetur domus conducta, siuè aliena, secūdùm Alber. Ang. Bar. & Farin. *n. 48.*

Agrū hortum, vineam.

9. Idem iuris est in accommodāte agrum, hortum, vineam suam, vel alienam, etiam amicis, & sinè quæstu ad prædictos effectus, *l. & si amicis, ff. ad l. Iul. de adult.* Farin. hoc specialiter notat, *q. 144. n. 49. & 50.* Et hoc siuè accommodans sit masculus, siue fœmina, *l. mater,* & ibi Alber. not. quòd in delict. masculinum cōcipit fœmininum, *ff. ad l. Iul. de adult.* & Far. *nu. 51.* Idem dicendum in accommodante domum, ad tractandum de adulterio, vel de stupro, flagitio secuto, siuè in eodem, siuè postea in alio tempore, dum sinè illo tractatu nō fuisset perpetratum, *d. l. & si amicis,* & ita declarat hunc textum Ang. & post eum Far. *n. 47.*

Masculinum in delictis cōcipit fœmininū.

Quid in lenone patre, fratre, &c.

10. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt parentes lenones suarum filiarum, puniri possint, etiam pœna vltimi supplicij, & ex causa rationabili alleuiante, pœna extraordinaria, Foller. *in praxi crim vers. itē, quod fuit leno, nu. 8.* Peguer. *decis. crim. 15. n. 10.* Cabal. *resol. crim. casu 171. n. 8.* vbi etiam de fratribus prostituētibus sorores, & aliàs sanguine coniunctas, & de hoc dubitandum non est, ait Far. *q. 144. n. 60.* Licèt dum prostitutæ non sunt virgines, mitius sit agēdum, secundùm Farin. *n. 65.* Sicut etiam, dum parentes prostituunt filias volentes, tantùm consentiendo, non recepta pecunia, Afflict. Menoch. & Farin. *n. 68.*

11. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt

Vt mariti lenones vxorum, de iure communi, morte naturali puniantur, sed Iudicis arbitrio remittitur, ex causa pœnam mitiganti, præsertim, dum non interuenit quæstus diffusè probat Farin. *q.* 144. *§. maritus*, præsertim, *n.* 77. & 80. Notans, *n.* 79. quòd, *iuxta Constit. Syx. V.* 49. imponitur pœna vltimi supplicij viro lenoni suæ vxoris, siuè fecerit propter quæstum, siuè alia ex causa. Immò maritus punitur, vt leno vxoris, dum consentit eius adulterio, secundùm *l.* 1. *§. lenocinij, & ibi gl. ff. ad Iul. de adult.* Far. *n.* 81. qui hoc vltimum ampliat, & limitat *vsque ad n.* 99.

Quid si non sit secutus effectus?

12. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt lenocinij pœna, locum non habeat, effectu non secuto, *l.* 1. *§. fi. ff. de extraord. crim.* Foller. *in praxi crim. vers. item, quod fuit leno, n.* 31. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *cas.* 534. *n.* 48. *centur.* 5. Afflict. Cabal. Conrad. Gom. & Far. q. 144. *n.* 33. & concordat *Bulla Paul. IV* 47. & alia *Six. V. etiam* 47. in quibus non alitèr, quam secuto effectu, vltimi supplicij pœna imponitur contrà maritos, & parentes lenones filiarum, & vxorum, vt obseruat Far. vbi sup. Quicquid alij non benè alitèr dixerint.

Vel dum leno fuit vna tantum vice, vel altera?

13. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt leno non dicatur, nec lenocinij pœna puniatur, qui semel tantùm lenocinium fecit, ad hoc enim requiritur consuetudo, ad minus per trinum actum, Foller. *vbi sup. n.* 37. Menoch. *centur.* 6. *n.* 49. Cabal. Peguer. Far. & alij. *n.* 35.

Aut sine quæstu?

14. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt lenones non dicantur, nec pœna lenocinij puniantur, nisi illi, qui quæstus causa mulieres alijs prostituunt, glos. *in l. athletas, §. ait Prætor, vbi* Odofr. *ff. de his, qui notantur infamia*, Beluis. Afflict. & Far. iura, & DD. inducens, *q.* 144. *n.* 39. Contrarium tamen tenuit glos. *in l. palam, §. ignoscēdum, in ver. prostituunt, ff. de rit. nuptiar.* Nempè pœnam lenocinij intrare, dum tale facinus pluries fuit exercitum etiam sine quæstu: Hanc contrariam opinionem, ait Farin. *n.* 80. transire posse quo ad imponendam pœnam extraordinariam.

15. Plura, & diffusè, pro more, de materia lenocinij agit Farin. *q.* 144. *per totam.*

Quomodo carnalis copula probetur, seu præsumatur? Quæstio 120.

Copula carnalis præsumptionib. & coniecturis probatur.

1 REGVLA 1. sit. Copula carnalis, præsumptionibus, & coniecturis, non modo præsumitur, sed etiam probatur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 58. *nu.* 3. *& consil.* 31. *li.* 1. *n.* 25. vbi testatur de veriori, Bertaz. *consil.* 20. *n.* 6. *& seq. lib.* 1. vbi de communi, Anan. Anchar. & Imol. *in cap. literis, de præsump.* Dec. Mars. & Farin. concordantes ad saturitatem citans, *q.* 136. *n.* 2. *&* 3. Sanch. *in tract. de matrim. lib.* 10. *rubr. de diuort. disp.* 12. *n.* 40. Ratio Regulæ est; Quia carnalis copula difficilis est probationis, Soc. Menoch. & Farin. cum concordantibus, *n.* 4.

Præsertim, dum indè probanda est innocētia alicuius.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt copula carnalis, seu vita inhonesta alicuius mulieris magis probetur præsumptionibus, etiam leuibus,

uibus, quandò agitur de probanda innocentia alicuius, & ad illius defensionem, Bursat. *consil.* 445. *n.* 7. *lib.* 4. Caphal. *consil.* 140. *nu.* 8. *& seq.* & Farin. *n.* 5.

Ex præparatorijs oritur præsumptio.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt copulæ carnalis præsumptio oriatur, ex præparatorijs eiusdem copulæ, Bar. *in l. quod ait lex, ff. ad l. Iul. de adult.* Dec. Masc. & Farin. cum alijs, *q.* 136. *nu.* 109. Puta ex allocutione viri, & mulieris in loco, & horis ad copulam commodis, Anchar. Felyn. Innoc. & Io. Andr. *in c. præterea, de testibus*, Mascar. Farin. & alij, *nu.* 113. Et hoc magis præsumitur, dum præcessit trina monitio, de non alloquendo, qua stante, si quis Clericus confabuletur cum muliere, excommunicatur, *c. si quisquam, de cohabit. Cler. & mulier.* glos. & Hostien. *in c. literis de præsumpt.* Alber. & Farin. *n.* 115. Qui, *n. seq.* inducit Menoch. tenentem oriri præsumptionem iuris, & de iure sufficiétem ad condemnandum criminaliter eum, qui loquitur cum vxore alicuius, post trinam monitionem, ne cum ea loquatur.

Vt ex allocutione &c.

Quid dũ præcessit trina monitio?

4. Nota hic, quòd hæc 2. Ampliatio, nec non sequentes intelligendæ sunt cum moderationibus, de quibus infra, in limitationibus 3. & 4. huius Regulæ, *n.* 26. *vsque* 29.

Ex risu, & ioco.

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt ex risu, & ioco, inter virum, & mulierem, oriatur aliqua præsumtio copulæ, Abb. Anchar. Butr. Felyn. & Io. Andr. *in c. præterea, de testibus*, Barbos. Bertaz. & Farin. *q.* 136. *n.* 117.

6. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt copula carnalis præsumatur ex ingressu, & egressu viri in domum mulieris, & è contra, præsertim de nocte, & quandò nulla alia causa huius ingressus, & egressus dari, vel præsumi potest, quam copula, secùs quandò afferretur alia verisimilis causa, Bertaz. Masc. & Far. cum alijs, *q.* 136. *n.* 118. *cum seq.*

Ex ingressu, & egressu, præsertim de nocte.

7. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt copula præsumatur ex trãsmissione nunciorum, & literarum amatoriarum, & ex earum receptione, Abb. Anchar. Butr. Felyn. Hostien. & Io. Andr. *in dict. c. præterea*, Menoc. *de præsump. lib.* 5. *præsumpt.* 41. *n.* 39. vbi ait, attendendum esse tenorem literarum, ex quibus quandoq; oritur inditium commissæ, aliquandò committendæ copulæ; Sanch. *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuor. disp.* 12. *q.* 3. *n.* 48. Vbi relatis opinionibus DD. ait, quòd si in literis, scribens fateatur fornicationem, licèt recognoscat suas literas, ex ista confessione extraiudiciali, ad torturam tantùm inditiabitur, Mascard. & Farin. *q.* 136. *n.* 126. *& seq.* Qui, *n.* 128. ex reciproco amore viri, & mulieris, ait, præsumptionem copulæ oriri, vt tenuit Rota Rom. *diuers.* 95. *par.* 2. *n.* 6. Sicùt etiam eadem præsumptio oritur ex transmissione munerum, & iocalium, Bertaz. Farin. & alij, *n.* 125.

Ex transmissione nunciorũ literarũ, munerũ.

Ex reciproco amore

8. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt copula carnalis præsumatur ex osculis intèr virum, & mulierem, Anchar. Butr. Felyn. Hostien. & Io. Andr. *in c. præterea, de testibus*, Bart. Menoch. & Farin. cum alijs ad saturitatem, *q.* 136. *n.* 129. *& seq.*

Ex osculis.

Qui,

Qui, *n.* 131. citat decis. Rotæ, dicentis, ex osculo copulam carnalem non probari, nisi fuerit voluntarium, & in locis secretis, aptis ad reliqua perficiéda, et tenuit Sanch. vbi sup. *nu.* 45. 46. & 47. Et licet Menoch. quem refert Far. *n.* 133. velit, & probet, osculum facere violentam præsumptionem copulæ committendæ, ta nen communis DD. opinio, de qua testis est Far. *n.* 134. tenet præsumptionem facere, tam de futura, quam de præterita copula; Et his subscribens idem Far. ait, hanc præsumptionem ad torturam sufficere, non autem ad condemnationem. De pœna osculi dictum est *sup. q.* 118. vbi, *n.* 7. quid in locis, in quibus est consuetudo mulieres osculandi, vt apud Gallos.

Ex amplexu. 9. AMPLIATVR 7. Regula 1. Vt copula carnalis præsumatur ex amplexu inter virum, & mulierem, ita Anchar. Butr. Fely. Hostien. & Io. Andr. *in c. praeterea, de testibus*, Bertaz. Masc. & Far. cum concordantibus, *q.* 136 *n.* 136. Sed Nauar. quem refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuort. disput.* 12. *q.* 3. *n.* 45. *cum seq.* tenent, quod ad hoc, vt amplexus inducant violentam copulæ præsumptionem, debent cum eis cócurrere circumstantiæ loci, temporis, & personarum, & quòd per tantum temporis spatium vir, & mulier steterint simul, quòd potuerint copulam perficere; Et fauet Rota citata a Far. *n.* 138. quæ vult, ex d. amplexu, non oriri probationem copulæ, nisi id contingat in locis secretis, & aptis ad consummandum.

Ex tactu mamillarum. 10. AMPLIATVR 8. Regula 1. Vt copula præsumatur, dum vir mulieris mamillas tangit, Fely. *in c. praeterea, de testibus*, Mascard. *de prob. lib.* 1. *concl.* 59. *n.* 15. vbi testatur de communi, Blanc. Conrad. & Far. alios inducens, *n.* 140.

Ex omni impudico tactu seu actibus venereis. 11. Et generaliter præsumptio copulæ procedit in omni impudico tactu inter virum, & mulierem, Abb. Anchar. Butr. & Hostien. *in c. praeterea, de testibus*, Bart. Paris. & Farin. cum concordantibus, *q.* 136. *n.* 141. & 142. Et idem dicendu est in omnibus actibus venereis, secúdùm Abb. *in c. tertio loco, de praesump. l. quòd ait lex, in prin.* & ibi glo. & Bar. *ff. ad l. Iul. de adulter.* Ang. Mascar. Far. & alij, *n.* 193. & *seq.* Qui declarat hoc procedere in actibus propinquis ipsi copulæ, népè, *n.* 197. *vbi* ait, de illis propinquis loqui DD. vt videre est apud Butr. *in c. literis*, & ibi Imol. Anan. Abb. & Fely. *de praesump.* Mascar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 810. *n.* 5. Secùs ex actibus remotis, Imol. *vbi sup.* Abb. *in d. c. tertio loco*, Ruyn. *cons.* 53. *n.* 10. *lib.* 5. & voluit Rota, quam refert, & sequitur Far. *n.* 198.

Ex loci solitudine. 12. AMPLIATVR 9. Regula 1. Vt præsumatur copula ex loci solitudine, & diuersitate sexuũ, Abb. Masc. & Farin. citans alios DD. & etiam Rot. *nu.* 143. Vnde oritur præsumptio, seu potius probatio copulæ ex solitudine viri cum muliere in eadem camera, secundùm Menoch. *lib* 5. *praesump.* 41. *nu.* 11. Abb. Bar. Far. qui alios permultos inducit, *q.* 136. *n.* 144. Et licèt hæc probatio, sit præsumptiua, tamèn in proposito, probatio præsumptiua

Vt in eadé camera clauso ostio.

ua

ua sufficiens est, vt dicam *infra in Ampliatione 2. Regula 2. n.* 40. tenet Menoch. & sequitur Farin. *n.* 146. Qui hoc rationabiliter moderat, *n.* 147. vt procedat, dum cameræ ostium clausum erat, in quibus terminis plerique ex præcitatis DD. loquuntur; Secùs si ostium cameræ erat apertum, citans ad hoc Io. de Amicis, Hippol. Rim. & Rotam.

Ex loco secreto.

13. AMPLIATVR 10. Regula 1. Vt copula præsumatur, dum vir, & mulier insimul sunt in locis secretis, *c. literis*, & ibi Anch. Hostien. & Imol. *de præsump.* Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præsumpt.* 41. *nu.* 11. Bal. Masc. & plures alij, relati à Farin. *n.* 148. *q.* 136. Sed nota, quod *in d. c. literis*, vbi dicitur violentam, & certam fornicationis suspicionē oriri ex locis secretis, dicitur etiam quòd concurrebat, quòd vir, & mulier fuerunt visi in eodem lecto iacentes, nudus cum nuda, & solus cum sola.

14. Vndè secùs videtur dicendū, dum cum secretis locis aliud non concurrit, secundùm Nauar. quem sequitur Sanch. *de matrim. tit de diuors. disp.* 12. *q.* 3. *n.* 45. qui dicunt, hanc solam præsumptionem solitudinis in locis secretis non sufficere ad probandam copulam, nisi aliæ concurrant circumstantiæ, loci, temporis, & personarum, ac etiam amplexuum, osculorum, & commorationis in loco, quantùm requiritur ad copulam perficiendam, & subscribit Farin. *q.* 136. *n.* 150. *& seq.*

Ex vacatione per inuia, & nemorosa, seu in obscuris.

15. Quòd dictum, & conclusum est in hac 10. Ampliatione dicendum, & concludendum etiam est, in viro, & muliere solis, vacantibus per inuia, & nemorosa, vt tenet, & solidè probat Farin. *q.* 136. *nu.* 153. *& seq.* Et idem omninò in viro, & muliere repertis solis in latebris, & locis obscuris dicendum est, cum Far. *n.* 56. *&* 57.

Ex despectoratione, caligis dissolutis, clausis ianuis, &c.

16. AMPLIATVR 11. Regula 1. Vt sit maxima fornicationis præsumptio, quandò iuuenis clausis ianuis, despectoratus, & caligis dissolutis cum muliere in camera repertus fuit, Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præsump.* 41. *n.* 11. Grat. *cons.* 50. *lib.* 2. *ante n.* 1. Sed Aymon *consil.* 205. *n.* 21. voluit in isto casu censeri probatum conatum, non autem consummationem copulæ, tenuit Masc. & verius existimat Far. alios inducens, *q.* 136. *n.* 166. Qui. *n.* 168. (contra Io. Zanger.) existimat, in hoc casu inditium indubitantèr oriri ad torturam.

Ex egressu mulieris cū rubore crinibus dissolutis.

17. AMPLIATVR 12. Regula 1. Vt præsumptio copulæ carnalis oriatur, quandò postquam vir, & mulier in eandem cameram ingredi visi fuerunt, postea, mulier visa fuit egredi cum rubore faciei, & crinibus dissolutionis, secundùm Ferret. *cons.* 389. *num.* 11. Hippol. Rim. *cons.* 274. *nu.* 48. *& seq.* Hector. Aemil. & Far. *n.* 169.

Ex eo quòd solus cū sola, & nudus cum nuda in codē lecto visus est.

18. AMPLIATVR 13. Regula 1. Vt copulæ carnalis præsumptio violenta, & certa oriatur, dum vir cum muliere, solus cum sola, nudus cum nuda, visus est, in eodem lecto iacere, *c. literis*, vbi Anchar. Abb. Butr. & Io. Andr. *de præsump.* Mascar. Fely. Rom. Boss. & alij, quos cumulat, & sequitur Farin. *q.* 136. *n.* 171. vbi etiam Rotæ citat decisio-

sionem; Qui, *n.*174. ait, veritatem esse, quòd hæc præsumptio sola non concludit per necesse, sed tantùm præsumptiuè, quæ tamẽ præsumptiua probatio sufficit in hac materia, secundùm mentem omnium DD. & tenent præsertim Aret. Ang. & alij, relati ibidem à Far. & dicam infra *n.*40. Sed, quòd in hoc casu locus sit torturæ tenet pro certò idem Farin. *n.*175.

19. AMPLIATVR 14. Regula 1. Vt præsumptio copulæ oriatur ex mala qualitate personarum viri, & mulieris, & ex retroacta vita eorũ, Menoch. *consil.* 31. *n.* 24. *lib.* 1. Bertaz *consil.* 273. *n.* 11. *lib.* 2. Masc. Cæphal. & Farin. concordantes inducens, *n.*188.

Ex qualitate temporis. 20. AMPLIATVR 15. Regula 1. Vt copula præsumatur ex qualitate temporis, in quo vir, & mulier cõuersãtur, præsertim si de nocte, Abb. *in c tertio loco, de præsump.* Rot. *diuers. decis.* 65. *n.* 10. *par.* 2. Masc. Bal. Hostien. Far. & alij, *n.*190.

Ex nutu, & signis amoris. 21. AMPLIATVR 16. Regula 1. Vt copulæ præsumptio oriatur etiàm ex nutu, & signis amoris intèr virum, & mulierem, Gofred. Innoc. & Io. Andr. qui hos, refert, *in c. præterea*, vbi etiam Anchar. Butr. & Feiy. de testibus, & tenuit Far. post Abb. *antiq. q.* 136. *n.* 201.

Nefandũ probatur ex præsũptionib. 22. AMPLIATVR 17. Regula 1. Vt etiàm vitium innominabile præsũptionibus probetur, Dec. *cons.* 83. *lib.* 3. *nu.* 11. & per totum, Masc. Calcan. & Far. *q.*148. *n.*66. Anan. Corn. Soc. & Monticel. *Reg. crim.* 11. *n.*16. Vnde non modicã oritur præsumptio, quod puer vim passus fuerit, ex eo quod auditus fuit clamans, & vociferans, vt not. & remissiuè probat Farin. *nu.* 68. Vt ex clamore pueri.

Similitèr hoc Peccatum probatur, vel saltèm oritur validum inditium ad torturam, ex dormitione viri cum puero, dum nulla alia redditur huius dormitionis causa; Et tunc maius inditium orirerur, quãdò pueri subbucula reperta fuit sanguinolenta, Montelcon. & Far. *q.*148. *n.*69. & 70. Item oritur attentati huius facinoris probatio, ex osculo, & amplexu pueri maioris 10. annorum, Paris. nec dissentit Farin. *n.*71. & 72 qui, *n.*75 ait, stuprati dictum inditium facere contra stuprantem; Et, *n.*73. quod fama multum adminiculatur in probatione huius criminis, ex Calcan. & Dec. Et idem Calcan. quem sequitur Farin. *nu* 67. tenet, hoc peccatum probari per testes, dicentes, se audisse tergiuersationes, quassationes, & similia; Prout in simil, notauit, & probauit Far. de probatione adulterij, *q.*136. *n.*40. & dixit solidè, *q.*69. *n.*197. & *seq.* Ex dormitione viri cum pueio. Ex osculo, amplexu. Ex dicto pueri. Ex fama. Ex quassationib. & tergiuersationibus.

23. AMPLIATVR 18. Regula 1. Vt arbitrio Iudicis circumspecti remittatur, an præsumptiones, & coniecturæ copulam probent, *cap. præterea, in fin. de testibus*, vbi glos. Abb. Anchar. Butr. Hostien. & Imol nec non Zabar. qui aduertit, quòd Iudex non debet in arbitrando à iuris dispositione recedere, tenent Dec. Masc. Soc. & Far. *q.*136. *n.*6. & 7. Sed an præsumptiones probent? remittitur Iudicis arbitrio?

24. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt copula non legitimè probetur vnica præsumptione, seu coniectura, ad hoc enim requiruntur plures probatæ coniecturæ, & præ- Vna præsumptio non probat copulam.

ſumptiones, Anan. *in c. literis*, vbi etiam Anchar. *de præſump.* Abb. Felyn. & Far. cum alijs, *q.* 136. *nu.* 8. *& ſeq.* vbi de communi.

Violentæ & certæ debent eſſe præſũptiones.

25. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt ad hoc, vt copula probata dicatur ex præſumptionibus, iſtæ debeant eſſe violentæ, & certæ, *cap. literis*, vbi Abb. gl. Butr. Hoſtien. Fely. Imol. & alij, *de præſumptionibus*, Menoch. Maſcar. Farin. & alij apud eum, *q.* 136. *n.* 13.

Quæ probãt conatum, non conſummationẽ.

26. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt præſumptionibus, coniecturis, & præparatorijs ad copulam, hæc probetur, quo ad conatum, non autem quoad conſummationem copulæ, Grat. *conſ.* 50. *nu* 9. *lib.* 1. Maſc. *de probat. lib.* 1. *concl.* 57. *n.* 4. *&* 5. Aym. & Far. alios inducens, *q.* 136. *n.* 16. *&* 166.

Quid dũ ciuiliter agitur?

27. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt copula carnalis violentis præſumptionibus, & coniecturis abſolutè probetur, quandò agitur ciuiliter, vel ad impediendum matrimonium, ne contrahatur, ſeu ad tori ſeparationem, ſiuè etiam ad dotis amiſſionem, vt tradunt communiter DD. *in c. præterea, de teſtibus*, tenet, & probat Farin. teſtans de communi, *q.* 136. *n.* 18.

In criminalib. eſt cõtrouerſia?

28. An autem violentis præſumptionibus, & coniecturis copula probetur, quãdò criminaliter agitur ad pœnam? controuerſia eſt inter DD. Et pro affirmatiua, puta in caſu ſolitudinis, & nuditatis in eodem lecto viri, & mulieris, ſunt, Abb. & Fely. *in c. literis, de præſump.* Gom. *in l. tauri* 80. *nu.* 17. *vbi* de communi, Petr. Barboſ. qui de magis communi, Boſſ. Maſcar. & alij, cumulati à Far. *q.* 136. *n.* 20. Pro negatiua verò ſunt plurimi DD. præſertim cõſulentes, vt Menoc. *conſ.* 31. *n.* 25. *lib.* 1. Rom. *conſ.* 167. *n.* 3. & alij relati à Far. *n.* 19.

29. In hac contrarietate, diſtingues intèr præſumptiones iuris, & de iure, iuris tantùm, & hominis tantùm, iuxta declarationem de qua *hic ſupra, q.* 72. Et totam hanc controuerſiam reſolues, *vt ſupra, q.* 74. per totam, ad quam lectorem remitto. — Reſolutio remiſſiué.

30. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt quamuis adſint quædam præſumptiones, & coniecturæ copulæ, tamèn, vel excludantur, vel minorentur ex circumſtantijs loci, & temporis ad copulam non accommodatorum, ſicut etiam ex qualitate honeſtarum perſonarum, Carer. *in praxi, in* 3. *tract. de homic. & aſſaſſ. §. Nono excuſatur maritus, nu.* 13. e.g. in fratre Religioſo oſculante propriam ſororem coram multis in Eccleſia, ſecũdùm Franc. Niconit. nec diſſentit Far. *n.* 203. Et huic limitationi fauet Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 59. *n.* 16. *verſ. non omnino*, vbi ait, quòd non præſumitur copula ratione qualitatis perſonæ, dum mulier eſſet vetula ad minus 60. annorum, vel deformis, & turpiſſima, & huic ſubſcribit Far. *q.* 136. *n.* 204. Et generalitèr, ceſſare ſuſpicionem libidinis in hominibus ſanctæ vitæ, Religione, & caſtitate inſignibus, tenet Maſc. *concl.* 810. *n.* 13. — Ex quib. præſumptiones, excludantur, vel minorentur.

31. Sed è contra non ceſſaret copulæ præſumptio in viro quamuis Clerico, & Religioſo, quandò fuiſſet inuentus cum muliere iuuene — In quibus non.

in

in loco abdito, & secreto, præsertim eam amplexando, & osculando, Menoch. *de præsump. lib.5. præsump.* 41. *num.* 19. Et ideò quamuis quandam gl. faueant Alex. Carer. & Mascar. tamèn eam reprehendunt Ang. & Fely. *in c. præterea, de testibus*, quòd impudentèr locuta sit, dum dixit, in Clerico osculante, seu amplexante mulierem, cessare carnalis copulæ suspicionem; Et reprehendendos aiunt quosdam spirituales, qui sub specie boni, sæpè mulieres visitant. Et quòd Clericalis Ordo in his casibus malam præsumptionem non tollat, tenuit Abb. *in cap.* 1. *de Cler. non residen.* Bermon. *de publ. concub. rubr. de adult. n.*82. Polidor. Rip. *in trac. de noctur. temp. cap.* 36. *n.* 6. *&* 8. *vbi* de Clericis intrantibus in domum mulieris nocturno tempore, Diaz. Mascar. & Farin. cum alijs *q.* 135. *num.* 113.

Quid ex consanguinitate in proximis gradibus? 32. LIMITATVR 6. Regula 2. Vt similitèr oriatur præsumptio exclusiua fornicationis ex consanguinitate in proximis gradibus, vt est intèr parentes, filios fratres, & sorores, Aym. *cons.* 321. *per totum*, Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præsump.* 17. *n.* 1. *& seq. vbi* facit Regulam, & benè probat ex consanguinitate præsumptionem fornicationis excludi, & ampliat in filio, osculante matrem, & è contra, Mascar. & Far. *q.* 136. *n.* 209. Dummodò non vrgeat in contrarium aliqua violenta præsumptio copulæ, prout erat, *in c. literis, de præsump.* in reperto consanguineo nudo, cum nuda, & solo, cum sola, vt not. Alciat. cui adhæret Farin. *n.* 210. Et dummodò prædicti, in proximis gradibus consanguinei, in casu, quod simul dormiant, sint cohabitantes, & dormitio non occultè, sed palam fiat, Menoch. vbi sup. *n.* 4. Gom. Masc. & Far. *n.* 210.

33. Secùs igitur erit in consanguinitate in remotiori gradu à prædictis, quæ non est, vt sup. exclusiua præsumptionis copulæ, secundùm Aym *cons.* 321. Gom. & Far. *q.* 136. *n.* 209. Menoc. *vbi sup. n.* 4. *&* 5. qui vlteriùs limitationem tantummodò admittit in senio cõfectis; Et Bellouis. *in praxi crim. rubr. de lenon.* loquens in terminis, *d. c. literis*, dixit, probari copulam cum consanguinea, dum nudus, cum nuda, & solus, cum sola in eodem lecto reperti fuerunt; Et addit, tunc ex his coniecturis, cum prædictis consanguineis copulam non probari, quãdò excusaret paupertas, carentia pannorum ad se cooperiendum, regionis consuetudo, seu senectus, secùs si nulla ex his concurreret excusatio, Mascar. qui dicit consanguinitatem non tollere præsumptionem copulæ, orientem ex cubatione viri, & mulieris in eodem lecto, Aemil. et alij relati à Far. *nu.* 208. Nisi hæc fierent palam, secundùm Aym. *cons.* 331. *n.* 1. *&* 2. Bolognet. Gom. Mascar. nec dissentit Far. *n.* 213. — Quid in remotis?

34. Sed nota, quòd quandò constaret, prætensam excusantè consanguinitatem, seu affinitatem non esse veram, sed fictam, et simulatam, tunc non solum non excusaret, sed ex ea induceretur maior suspicio, Bellouis. quem sequitur Aemil. *in tract. de testibus, ver. testis* *adul-* — Vel si probetur parentelam esse fictã?

adulterium, *n.* 15. Et hoc, non habere difficultatem, asserit Farin. *q.* 136. *n.* 212.

Quid in sene, seu senibus?

35. LIMITATVR 7. Regula 1. Vt excludatur præsumptio copulæ, dum mulier erat vetula, Zabar. *in c. tertio loco, de præsump.* & tantò magis, dum mulier, & vir erant senio confecti, Menoc. *de præsump. lib.* 5. *præsump.* 17. *n.* 2. Quòd non admittit Farin. *q.* 136. *n.* 215. in vetula muliere, sed benè in sene viro: Sicut è contrà, dum ambo sunt iuuenes robusti, copula præsumitur in propositis casibus, Rim. & Far. *vbi sup.* Similiter infirmitas copulæ præsumptionē excludit, Aym. *consil.* 321. *n.* 3. Masc. & Far. *n.* 216

In deformi muliere, vel formosa?

36. LIMITATVR 8. Regula 1. Vt sit præsumptio contra copulam deformitas mulieris, sicut è contrà, formositas in propositis casibus auget suspicionem, Masc. alios referens, *de probat. lib.* 1. *concl.* 59. *n.* 16. *& concl.* 61. *nu.* 2. *& seq.* Et Rota Rom. quam refert, & sequitur Far. citans alios, *q.* 136. *n.* 217. considerauit pulchritudinem mulieris pro adminiculo copulæ.

37. Plura de præsumptionibus dicta sunt *sup. q.* 72. *vsq.* 77. De inditijs vero abundè tractatum est *supra, q.* 61. *vsq. ad q.* 71.

Fornicatio probatur testibus.

38. REGVLA 2. sit; Copulam carnalem, testibus probari, compertum est, ita Abb. Bar. Socin. & Masc. qui hos sequitur, *de probationibus, lib.* 2. *concl.* 810. *nu.* 17. & ita tenent omnes DD. teste Farin. *q.* 136. *n.* 26.

Licèt per foramen videant vnus post alterum.

39. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt testes dicentes, vidisse vnum post alium per foramen copulam carnalem, benè probent, vt ostensum est hic *sup. q.* 44. *n.* 41.

Dicentes vidisse virum, & mulierē, se commiscentes.

40. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt copula probetur per testes deponentes vidisse virum, & mulierem insimul commiscentes, talis enim depositio de visu, de iure Canonico, in hac materia satis conuincens reputatur, *vt est tex. in cap. præterea*, vbi glos. Anan. Butr. Hostien. Abb. Felyn. Io. Andr. *de testibus, & ibidem* Innoc. qui ait, quòd hæc doctrina nullam recipit dubitationem, nec non Zabar. qui dicit, quòd licèt possit vir in tali casu esse frigidus, & mulier arcta, tamen hoc non præsumitur, & ideò dictum testimonium de visu sufficit: Et quamuis verum sit, quòd hi testes de visu deponentes de carnali commixtione, non probent concludenter, & per necesse, quia opus hoc oculis non subiacet, præsumptiuè tamen probant, & hæc præsumptiua probatio in proposito casu sufficiens est, Marsil. *consil.* 1. *nu.* 48. Mascard. *lib.* 1. *consil.* 452. *n.* 3. *& seq.* & est secundùm mentem omnium, proximè citatorum DD. & hoc specialitèr tenet Aret. *in tract. de testam. gl.* 46. *nu.* 4. benè declarat Lap. *alleg.* 53. Ang. *de malef. in ver. che hai adulterato, nu.* 41. Grat. Bertaz. Campeg. & Far. *q.* 136. *n.* 62. qui totæ huic Ampliationi subscribit, concordantes inducens, *nu.* 37. 58. & 147. Licèt alij contra, relati ab eodem Farin. *n.* 55. Qui, *n.* 63. addit ex d. depositione, vidisse hominem super mulierem, oriri indiciū ad torturam pro habenda veritate secutæ copulæ, & consummati

Vel hominē super mulierē.

col-

coitus, se credere indubitantèr, multò magis, cum vt probatum est, inde præsumptiua, & sufficiens fornicationis probatio oriatur.

Vel audisse, vt supra: ex tenui pariete, vel cortina, alijs cōcurrētibus.

41. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt testes probent carnalem copulam, dum deponunt audiuisse virū, & mulierem insimul in camera se commiscentes, puta ex tenui pariete, vel cortina, dummodo cum eorum dicto concurrat fama cum alijs adminiculis, *c. præterea, vbi* glo. Abb. Anchar. Anan. Butr. Hostien. Imol. Fely. Innoc. & alij, *de testibus*, Conrad. Mascard. & plures alij, quos sequitur Far. *q.* 136. *n.* 40. & dixi supra, & probaui, *q.* 49. *n.* 30. & 31.

Quid si dicant vidisse per vitrum?

42. LIMITATVR Regula 2. Vt copula carnalis non probetur per testes deponentes vidisse per speculum vi um super mulierem se carnaliter commiscētes, ita Hect. Aemil. *in trac. de testibus, ver. testis adulterium, n.* 28. & de hac doctrina rationes affert Campeg. & ante eum Bal. quos sequitur Farin. *q.* 136. *n.* 66.

43 Plura specificè de tota materia huius q. agit Farin. *q.* 136. *à n.* 1. *vsq; ad n.* 73.

De solicitatione ad carnalem actum, & de suspecto consortio, deq. pœnis horum delictorum.

Quæstio 121.

1 PRAEMITTO 1. Quòd licèt Iuristæ vix mentionem faciant de solicitatione ad actū carnalem, & de suspecto consortio, sub his terminis terminantibus, eo quòd, de iure communi, pro verbalibus tantùm solicitationibus, & pro suspicionibus, pœna, saltem ordinaria, regulariter non infligatur: Cum apud nos hæc delicta iure speciali (vt videbimus) punibilia sint, de eis, hanc q. formandam esse, existimaui.

Suspecta consortia prohibita in Regula Minorū.

2. Præmitto 2. Suspecta consortia, seu suspectæ conuersationes, Fratribus Minoribus sub præcepto formali, *esse in Regula Minoritana, in cap.* 11. a S. P. Francisco interdicta, his verbis. *Præcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia* (id est in gestu, declarat, *ibi* Politius,) *vel consilia mulierum* (idest, exponit idem Auctor, in affatu.)

Pœna solicitationis ad turpia.

3. REGVLA 1. sit. Punitur solicitatio cuiuscunque personæ ad turpia pœna, de qua *vt sup. q.* 116. *n.* 39.

An sufficiat solicitatio verbalis tantum?

4 AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt pœna solicitationis ad actum carnalem, non modò sit ille plectendus, qui muneribus, promissionibus, blanditijs, seu alijs artibus, & fallacijs inhonesta attentauit, verùm etiam, qui simplicibus tantùm verbis actum carnalem requisiuit; Quamuis enim verū sit, quòd quandò non fuit deuentum, nisi ad verba solicitationis, delicto facti non secuto, talis conatus non puniatur pœna ordinaria delicti operis, sed extraordinaria, vt probatum est supra, *q.* 116. *n.* 39. *vers. qui ait, vsq; in finem*. Et quòd vt inferius solicitatio, licèt tantùm verbalis, comprehendatur in proposito, manifestum videtur, cum nihil aliud sit, in casu nostro, solicitatio, quam incitatio, seu tentatio ad

tur-

turpia, quæ, dubio procul, simplicibus etiam verbis, adimpletur, ad mentem *c. solicitatores*, vbi gl. 33. *q.* 3. Sed videtur contra *infra, q.* 132. *n.* 181. Nisi velis dicere, aliud esse conatum, aliud solicitationem.

Verbis solicitans Monialē ad eā rapiendam. 5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt si quis tantùm verbis solicitaret Monialem ad exeundum è monasterio, & sic ad eam rapiendam, multò grauiùs talis esset puniēdus, etiam nullo effectu secuto, nempè pœna ordinaria raptus, vel saltem extraordinaria admodùm graui, vt probatum est *sup. q.* 116. *nu.* 38. & 39.

Solicitās factus, vel vi interueniente. 6. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt magis procedat in solicitante factis, & multò magis vi interueniente, quo casu, pœna videretur augenda, pro grauitate attentati: Vnde osculo mulierem solicitans, de iure communi pœna extraordinaria punitur, vt ostensum est *supra, q.* 118. *n.* 1. vi verò mulierem osculans, pœna extraordinaria triremium est plectendus, vt *ib dem* firmatum fuit, *nu.* 4. At secundùm Constit. Marchiæ, pœna pro hoc delicto infligenda est, iuxta notata, *in eadem q.* 118. *n.* 6.

Solicitās ad nefāda. 7. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt pœna in ea indicata, infligenda sit, mulierem solicitanti; Sed longè grauius puniendus videtur ad nefanda puerum, seu adolescētem solicitans, putà eum osculando luxuriosè, quamuis nō per vim; Hæc autem pœna erit arbitraria deportationi proportionata, vt probatū est *supra, q.* 118. *n.* 3. Sicut etiam grauior est pœna, quæ pro nefando, quam pro commixtione cum muliere taxatur; Ita enim via, prout decet, proportionem cum suo termino habebit; Et iuxta mensuram delicti, vt ait Scriptura Sacra, erit, & plagarum modus. De hac nefāda solicitatione, & de eius pœna, etiam in attentato, per actus proximos, vide supra, (hic enim non repeto) *q.* 117. *n.* 14. 15. & 16. De solicitatione autem ad turpia non pro se, sed pro alijs, nempè de lenocinio, & qua pœna tale facinus sit plectendum, visum est *sup. q.* 119. *per totam*. De solicitatione verò ad turpia in confessione agēdum erit *in proxima, q.* 122. — Pro alijs. — In cōfessione.

8. REGVLA 2. sit; Suspecti cōsortij, legitimè probati pœna statuitur, vbi quædam alia ad rem in omnibus Ampliationibus, & limitationibus vsq; in finem. — Pœna cōsortij suspecti.

9. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt suspectum consortium multò magis legitimè probatum dicatur, dum probata fuit præsumptiuè copula carnalis, aliquo ex multis modis, hic supra, explicatis, *q.* 120. *à n.* 1. *vsq; ad* 23. Probatur hæc Ampliatio. (quæ tamen intelligenda est cum moderationibus, de quibus *in ead. q.* 120. *n.* 27. *vsq;* 37.) Nam suspicio à præsumptione differt in hoc, quòd minus est suspicio, quàm præsumptio, secundùm Bar. quem sequitur Gabr. *lib.* 7. *de criminal. conclus.* 6. *n.* 3. Dec. *cons.* 575. *nu.* 5. Cæphal. Natta, Nouel. Petra. & Far. *q.* 36. *n.* 251. Vnde multæ suspiciones requiruntur ad faciēdam vnam præsumptionem, Bal. & Saly. *in Auth. si quis ei, in fin. C. de adulter.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 54. Dec. Petra, & Farin. *n.* 252. — Præsumptione copulæ probata, etiā suspectū consortiū probatū dicitur.

n.252. Et ad inducendam præsumptionem, euidentiora requiruntur inditia, quam ad suspicionem, cum antea quis suspicetur, & postea præsumat, secundùm Alber. Bar. Saly. & Farin. q.36. n.254. Et consequenter probatis sufficiéter præsumptionibus copulæ, censentur plusquam probatæ suspiciones, seu suspectum consortium.

10. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt quamuis S. P. Franciscus, in c. 11. *Minoritanæ Regulæ*, tantùm prohibere videatur suspecta cõsortia, seu conuersationes cum mulieribus, dum ait; Præcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum: Tamen Minoribus Fratribus prohibita, dubio procul, sũt etiam suspecta consortia cuiuscunq; personæ, vt tenet S. Bonau. & cæteri Expositores, *in citatio tex.* & præsertim P. Polit. *in n.* 2. vbi probat hanc veritatem tali ratione: Quia sicut Deus mechiam, prohibendo, non solùm minorem lapsum prohibet, nempè fornicationem, sed etiam omnem maiorem inhonestatem, qua corpus seminaliter inquinatur, Ita prohibendo S. Franciscus consortia suspecta mulierũ, etiam prohibet masculorum quorumcumq; consortia suspecta.

Minorib. prohibẽtur suspecta cõsortia cuiuscũq; personæ.

11. Et in comprobationem addit Capistran. quem refert, & sequitur P. Sanctes Romanus, *in d. tex.* Minoritis prohibita esse suspecta consortia, non modò cum mulieribus, sed etiam cum quacumque alia persona, tam extrà, quam intrà eorum Conuentus, cum quibus possit votum castitatis offendi. Et hinc sequitur, quòd hæc suspecta consortia sunt ijsdem pœnis insinuatis plectenda, immo fortè grauioribus, argumento, *hic sup. n.7.*

12. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt suspectum consortium sit, non modo cum muliere, seu alia persona in se suspecta, sed etiàm cum omni alia, dum locus, tempus, gestus, aspectus, & alia inditia suspicionem probabilem, & rationabilem immunditiæ generare solent; Ita, *in d. c.* 11. S. Bonau. cui subscribit Sanctes, & Polit. *ibidem n.*4. E.g. si ad colloquendum cum in se non suspectis personis, obscurus, & solitarius quæratur locus; si tempus nocturnum, aut aliud importunũ, puta, dum Fratres omnes in choro, vel in refectorio cõmorantur; Si manuum interueniat tactus, nimia appropinquatio ad mulierem, vel nimia ad faciẽ eius oculorum affixio, & gestus dissolutio, ita vt dignoscatur, quòd modus procedẽdi modicè honestus sit, ex quo possit rationabiliter dubitari de mala Fratris intentione; Sic exemplificant, & declarant Pisan. Sanctes, Hugo. S. Bonau. & Polit. vbi supra, qui vult, idem dicendum esse, si talia consortia, & colloquia fiant exclusò aliorum auditu, licèt non visu, dum sunt cum eadem persona per longum temporis spatium, aut frequentata, ab que vlla manifesta pia, seu rationabili causa; Quòd tamen vltimum, ego neque affirmo, neque nego: Subdens idem Polit. quòd prædictis concurrentibus in toto, vel in parte, suspecta ipsa consortia, vel colloquia redduntur; In quibus tamen, ait, maximè

Cũ persona in se nõ suspecta, est suspectum cõsortiũ alijs concurrentibus indicijs.

ximè ætatem, & conditionem personarum esse attendendam.

Etiam in absentia, cadit quis in suspectũ cōsortiũ.

13. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt suspecta consortia non solum per mutuam præsẽtiam, sed etiam contrahantur in absentia, vt per frequentes literas, dona, nuntios, & similia secundùm Petr. Io. quem sequitur Polit. vbi supra.

Quid stãte prohibitione, vel dissuasione Superioris in proposito?

14. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt si per Superiores alicui Fratri dissuadeatur, & tãtò magis, si prohibeatur, alicuius mulieris, vel alterius personæ, cum qua suspicio possit oriri, colloquium, vel familiaritas, quià timeatur de aliqua impudicitia, si, hoc non obstante, idẽ Frater colloquia, & familiaritates reiteret, se de facto suspectum reddit, & de consortio suspecto est puniendus, secundùm Hugon. Pisan. Io. de Valen. & Polit. *vbi suprà; Et habetur in Constit. Capistrani:* Et hæc Ampliatio multò magis procederet, si plures monitiones præcesserint, iuxta tradita *sup. q. 120. n. 3. vers. & hoc, vsque in fin.*

Non ex vna, sed ex pluribus cōditionibus cōsortiũ suspectũ dignoscitur.

15. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt suspectum consortium non dignoscatur, nec probetur ex vnica, sed ex pluribus cõditionibus, & circumstantijs, suspectum iudicantibus, vt ex qualitatibus personarum, loci, temporis, frequentia, generis actus, &c. secundùm quatuor Magistros, & Polit. *d. n. 4.* vbi testatur de communi, tenet S. Bonau. quem sequitur Sanctes, vbi supra.

Quod ex multis excusatur.

16. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt ex pluribus excusetur quis a suspecto consortio, & eius pœnis, nēpè ex circumstantijs loci, & temporis ad inhonestè agendum non accomodatis; Ex qualitate personarum honestarum, senium, seu deformium, vt in simili dictum est, *supra, de præsumptione, q. 120. n. 30. & 36.* Item ex consanguinitate, præsertim in proximis gradibus, *ibidem, n. 32.* Et ad rem etiam erit considerare illam distinctionem præsumptionum, iuris, & de iure; Iuris tantum; & hominis tantum, de qua *hic sup. q. 72. & 74.*

De solicitatione ad turpia, in Confessione facta, eius pœnis, & de obligatione Confessarios solicitãtes denunciandi. Quæstio 122.

QVAMVIS huius delicti solicitationis ad turpia in Confessione iudicium, non pertineat ad Iudices Regulares, quibus præsertim hoc dirigitur opusculũ, sed, vt infra videbimus, ad Sancti Officij Inquisitionis tribunal; Nihilominus post q. de solicitatione ad actum carnalem, de eodem crimine, vt in tit. huius q. hic agēdum esse existimaui; Tum, vt cognitis casibus huius delicti, nec Regulares, nec alij Iudices, præter Inquisitores, & Ordinarij locorum, in illis nullatenus se ingerant, prout prædictis casibus ignoratis, ex imperitia culpabili non pauci se ingererent, & in excommunicationem, nec non in alias pœnas inciderent, iuxta tradita *hic sup. q. 5. n. 4. & 5.* Tum etiam, vt Pœnitentes, & Confessarij casus dignoscant, in quibus idem delictũ ad S. Officium denunciandum sit, vt propriæ obligationi satisfacientes, in pœnas contrauenientium non labantur.

2. RE-

Solicitãtes Sacerdotes in Confessione, à quibus puniatur, & quibus pœnis?

2. REGVLA I. sit; Sacerdotes omnes, & singuli, qui personas (quæcumque illæ sint) in actu Sacramentalis Confessionis ad inhonesta, siuè intèr se, siuè cum alijs solicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, in Officio S. Inquisitionis, ab Inquisitoribus, & locorum Ordinarijs seuerissimè erunt punièdi. Videlicèt. In eos pro criminũ qualitate, pœnas suspensionis ab executione Ordinis, priuationis omnium Beneficiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & passiuæ, si Regulares fuerint, dãnationis ad triremes, & carceres, etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasq; pœnas, decernẽdo; Eos quoq; si pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, curiæ sæculari puniendos tradendo; Ita exprefsè statuit *Greg. XV. in Cõstit. quæ incipit, Vniuersi. 30. Augusti 1622.* & ideo alia probatione in proposito non est opus.

Quicũq; sint Sacerdotes, solicitãtes, dum proxima est Cõfessio, seu eius occasione, siue ea simulata in cõfessionario.

3. AMPLIATVR I. Regula I. Vt procedat in Sacerdotibus quibuscunq; Sæcularibus, & Regularibus cuiuscunq; Dignitatis solicitantibus, vt suprà, siuè in actu Sacramentalis Confessionis, siuè antè, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu Confessionis, etiam Confessione non secuta, siuè extrà occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocũque, vbi Confessiones Sacramẽtales audiuntur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, ita conceptis verbis habetur, *in citata Constit. Vniuersi*; & ponderat Dia. *p. p. tr. 4. resol. 13. & 14.* vbi refert plures DD. ita post *d. Constit.* sentientes, necnon alios, *ante eandem Constit.* contrarium tenentes.

Solicitãs Sacerdos ante quã pœnitẽs signet se signo Crucis?

4. SVBAMPLIATVR Ampliatio I. Vt attenta *Constit. Greg. XV.* clarè statuentis, Confessarios solicitantes in actu Sacrametalis Confessionis, siuè antè, siuè post immediatè, punièdos in Tribunali S. Officij, in hoc cessat omnis quæstio, quæ inter DD. prius erat; Et hinc infertur comprehendi in d. Const. Confessarium, qui mulierem, ad Confessionem accedentem, ante Crucis signum, illam ad turpia solicitat, quamuis ad aliud tempus Confessione dilata, *Lez. to. 3. vers. denunciatio, nu. 6.* & Dia. *p. 4. tr. 5. resol. 46. & 39.* vbi ait, in terminis Constit. Greg. in hoc dubium non esse. Idem dic de Confessario, qui sciens mulierem confiteri velle, illam solicitat, quamuis confessio non sequatur, Acugna, Palaus, & Sousa; Intellige, quando fœmina statim confiteri vellet, Sancius, & Dia. qui hos refert, *p. 4. tr. 5. resol. 11.*

Quid in solicitante pœnitẽte post longum tẽpus extra Confessione?

5. LIMITATVR I. Ampliatio I. Vt non procedat, dum Confessarius post longum tempus, extra Confessionem pœnitentem solicitat, Sousa, & Lez. *to. 3. vers. denũciatio, n. 6.* Dia. *par. 1. tr. 5. resol. 14.* Putà, dũ literis amatorijs, lenonibus, & internuncijs solicitat, Acugna, *tr. de Confes. solic. q. 5. n. 15.* & Dia. *vbi sup.* Sicut nec etiam, si Confessarius, post auditã Confessionem, accederet ad mulieris domum ad

 illam

illam solicitandam, Molfes. Scortia, & Dia. *d. resol.*14. Sed contradicit Lez.*to.*1.*cap.*19.*n.*34.qui cum Graff.tenet, Confessarium,qui audita Confessione mulieris,animaduertēs in ea mulierem leuem esse, finita Confessione,lenonem mittit ad ipsius domum, vt eam solicitet, in prædictas pœnas incurrere, hoc enim facit occasione Confessionis, & subscribit Peirin. relatus à Dia. *par.*4.*tr.*5.*resol.*7. fauet huic cōtrariæ opinioni Sousa, *in aphor. Inquisit. lib.*1.*c.*34.*n.*49. dum sustinet in prædictas pœnas Confessarium incurrere, qui post pueri Confessionem, eum ad cellam statim ducit, vt ei Confessionis chirographum tradat, & ibi eum solicitat.

6. In hoc puncto Dia. *par.*4.*tr.*5. *resol.*7. postquam præcitatorum Lez. Graff. & Peirin. opinionem retulit, statim subdit. Sed tu cogita, nam, secundùm aliquos, si Confessarius ad alios diuertat actus post auditam Confessionem, solicitatio, neq; physicè, neq; mortaliter, cum iam a Confessionario discesserit, in locis a Pontificibus prohibitis, incepit; ergo, &c. Et licèt Confessarius Confessionis scientia vtatur; non tamen in locis prohibitis pœnitentem solicitat, ergo non incidit. &c. immò putant nō esse contra dictas Pontificias Cōstit. si Confessor fœminam solicitaret antè discessum ab Ecclesia, dummodò id efficeret extra tempora, & loca, *in Constit. Greg. XV.* contenta. Et ita sentiunt docti recentiores à me cōsulti, & præsertim nonnulli Magistri Societatis Iesu; prætextus enim Confessionis, de quo, *in d. Constit.* proximus esse debet, non autem à loco, & statu Cōfessionis remotus, secundùm Sousam, *opusc. de Confess. solicit. in addit. n.* 10. & de occasione, idem dicēdum putant; Vsq; huc Dia. qui terminat, *ibid.* Sed ego in hac difficultate de meo nihil afferere volo; Sicut, & ego ipse de meo nihil assero.

7. LIMITATVR 2. Ampliatio 1. Vt verba illa, de quibus in eadē Ampliatione, nempè (In Cōfessionario, aut in loco ad Confessionem electo) intelligenda sint, dum solicitatio ibidem fit, Cōfessionem simulando; secus si in prædicto loco quis similia perpetrauerit, non simulando Confessiones audire, quia *Constit. Greg.* habet hæc verba (*simulantes ibidem Confessionem audire*, ita Plaus, *to.*1 *tr.*4. *disp.* 9.*punct.*8. *nu.*4. & Lez. *to.* 1 *c.*19. *n.*34. vbi exemplificat in Confessore, qui non simulando Confessionem audire, de nocte in tali loco inhonestum cum pœnitente facit, Freitas, qui exemplificat in Cōfessore sedente in Confessionario, & solicitante extra Confessionis occasionem, Confessionem, non simulando, sed mulierem stantem, vel ante Cōfessionarium sedētem alloquendo, hic enim compositionis modus, à communitèr accidentibus, Confessionis speciem excludit, Sousa, & Sancius relati à Dia. *par.*4. *tr.*5. *resol.*38. Quid in sollicitāte in Cōfessionario, sed non simulādo Cōfessionē?

8. Sed animaduerte, quod Dia. *ibidem* recedendum non esse, ait, à *declaratione Sancta Romana Inquisitionis vniuersalis, coram Pau. V.* ab eodem relata, quam benè ponderabis, in qua decretum fuit, quòd

con-

contra Confessarios, de inhonestis cum mulieribus in Confessionario tractantes, quamuis extra Confessionis occasionem in S. Officio procedatur: Quòd nihilominus decretum citati Freitas, & Sousa restrictum, seu declaratum putant *à Greg. in sua Constit.* ad simulationis terminos, Sàcius verò docuit, idem in hoc casu, *Paul. & Greg.* decreuisse, prout hæc latius refert Dia. *vbi supr.*

Iudices huius delicti.

9. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt cum tales solicitantes, an de fide Catholica rectè sentiant, suspecti sint, vt habetur, *in Constit. Pij IV.* quæ incipit, *cum sicut, 16. Apr. 1561.* totalitèr cõfirmata, nec non ad omnes Christiani Orbis partes extensa *à Greg. XV. in d. Constit. Vniuersi*; In hac eàdem, conceptis verbis, priuatiuè quoàd omnes alios, in his delictis Iudices delegantur Inquisitores, & locorum Ordinarij in suis quemq; Diœcesibus, & Territorijs, simul, vel separatim, in omnibus prout in fidei causis.

Qui etiã nõ repertũ suspectum de hæresi, puniũt.

10. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 2. Vt quamuis Confessarius solicitans, in d. tribunali Inquisitionis repertus fuerit de heresi nõ suspectus, non per hoc ad suum Ordinarium sit remittendus, sed ab Inquisitoribus, pro culpæ qualitate, puniendus erit, licèt enim ratio cõmissionis, factæ Inquisitoribus, sit d. suspicio, commissio tamen absoluta est, Molfes. Sousa, & Dia. *p.4. tr.5. resol.55.*

Quomodo solicitans, de hæresi suspectus sit?

11. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 2. Vt Confessarius solicitãs in Confessione, de vehementi suspectus sit, deque vehementi abiurare debeat, Modius, Pegna, & Genuen. qui ferè ait, ita declarasse *Clem. VIII.* & ideò Bariola tenet, quòd de vehemẽti regularitèr abiuratio esse debet.

12. Sed è contra cum hic punctus sit controuersus, quòd de leui d. solicitans sit suspectus, deq; leui debeat abiurare, voluerunt Acugna, Sousa, & Iosep. Sesse, quos omnes refert Dia. *resol.51.*

Regulares puniti in Sancto Officio inhabiles remanent.

13. SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 2. Vt Confessarius Regularis punitus ob solicitationem in Confessione, inhabilis ad officia Religionis remaneat, iuxtà *decr. Vrb. III. Ann. 1626.* in quo Regulares puniti in S. Officio, inhabiles esse decernuntur ad Gradus, & Officia Religionis, & quòd minimè possint rehabilitari nisi per Papã, vel per Eminentiss. Inquisitores Sac. Congreg. & not. Barbos. Bariola, Peir. Tambur. & Dia. *par.4. tr.5. resol.48.*

An causa solicitationis, æque ad Inquisitores, & ad Ordinarios pertineat?

14. LIMITATVR 1. Ampliatio 2. Vt si eodem tempore, Confessarius solicitans, & persona solicitata ab Inquisitore, & Episcopo citentur, non coram isto, sed coram illo comparere debeant, quia iurisdictio Episcopi est minor, cum sit Ordinaria, Inquisitoris verò superior, & maior, quia à Papa delegata, ita Sousa, *de Confess. tr.2. c.2.* & alij penes ipsum, quem sequitur Dia. *resolut. 52. in fin.* Vbi subdit, quod si Confessarius, esset Regularis exemptus, corã Episcopo posset in hoc casu comparere, quia contra ipsum iurisdictione à Papa delegata Episcopus procedit. At ego existimarem, quòd idem dicen-

dum esset, dum proceditur contrà non exemptos, Episcopus enim, sicut etiàm Inquisitor in hoc casu procedit, vt Delegatus Papæ per illa verba in d. Constit. *Vniuersi*, nempè; Inquisitores, & locorum Ordinarios specialitèr perpetuo Iudices delegamus: Vndè æque ad Episcopos, & ad Inquisitores huiusmodi causæ pertinere videntur.

Qui simul sententiã ferunt.

15. LIMITATVR 2. Ampliatio 2. Vt quamuis Inquisitores, & Episcopi possint in d. crimine, etiàm separatim procedere, tamèn soli sententiam condemnatoriam, vel absolutoriam proferre nõ possint, sed simul, Pegna, *in direct. Inquisit. par. 3. commen.* 97. Azor. Palaus, & Dia. concordantes inducens, *par.* 4. *tr.* 5. *resol.* 53.

An testes singulares probent?

16. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt Sacr. Congregat. Cardinalium generalis Inquisitionis, in hoc enormi delicto solicitationis ad turpia in confessione, testibus etiàm singularibus, præsumptionibus, inditijs, & alijs adminiculis concurrentibus, arbitrio suo, iudicare possit, delictum probatum esse, nec non pronunciare Reum curiæ sæculari esse tradendum, vt expressè determinatur *in d. Constit. Greg. XV. in §. d antes.*

Quãtum apud Inquisitores & Ordinarios probent testes singulares.

17. LIMITATVR Ampliatio 3. Vt illa sit specialis concessio facta Sac. Congreg. Vndè Ordinarij, & Inquisitores non poterunt iudicare hoc crimen probatum, & ad cõdemnationem deuenire, quamùis, de diuersis actibus, duæ mulieres deponerent, Sanctarel. *tr. de hæresi. c.* 44. *dub. vn. n* 6. Bonaci. *tr. var. disp.* 6. *pu.* 3. *n.* 26. Sancius, Peir. locis citatis à Dia. *p. p. tr.* 4. *resol.* 28. Acugna, *de Confess. solici. q.* 24. *n.* 4. Sousa, *eod. tit. tr.* 2. *nu.* 12. *concl.* 4. Immo nec duarũ mulierum complicum testimonium, ad Confessarij carcerationem sufficere, sed ad minus ad hoc trium requiri, tenuit Acugna, *q.* 23. *nu.* 9. Subdens, *ibidem*, tunc duarum tantùm testimonium ad carcerationem sufficere, quandò mulieres probatæ vitæ, & famæ essent. Sed Sancius, & Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 54. putant hoc remittendum esse prudentiæ Inquisitorum, qui diligentèr qualitates, & mores denuntiati, & denunciantium inspiciant.

An Confessor solicitatus cõsentiẽs incidat in pœnas, & sit denũciandus?

18. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt Confessor solicitatus à pœnitente, vt sup. si consentiat, in pœnas, de quibus in Regula, incidat, Sousa, Freitas, & Dia. *resol.* 14. Talis enim consensus, cum nõ sit tantum mentalis, sed verbalis, eo ipso dicitur Confessor, inhonestos cum pœnitente habere sermones, prohibitos à *Greg. in sua Constit.* vt not. Dia. *resol.* 4. & consequentèr ab alijs scientibus erit denunciandus: licèt in terminis *Const. Greg. XV.* quidam DD. relati à Dia. *resol.* 13. & 14. contrà hanc Ampliationem sentiant; Quibus etiàm in terminis *Constit. Greg. XV.* subscribunt Sancius, *in select. disp.* 11. *n.* 25. & 26. Bonaci. Homob. & Sanctarel. locis relatis à Dia. *p.* 1. *tr.* 4. *resol.* 11. Peirin. qui, *vt ibidem*, refert Dia. ait verba *Greg.* intelligi posse, non de Confessario consentiente solicitationi pœnitentis, sed de eo, qui cum pœnitẽte de rebus turpibus in Cõfessionario confabulatur, absquè

soli-

solicitatione ad inhonesta facienda, Lez. *to.* 1. *c.* 19. *n.* 34. qui *tom.* 3. *vers. denunciatio, n.* 6. hanc opinionem, vt probabilem, ratificat; Addens tamen etiàm satis probabile esse, Confessarium, in hoc casu, in pœnas incurrere, ex Fagundez, & Dia. *par.* 4. *tr.* 5. *resol.* 42.

19. Et nota, quòd in opinione DD. qui tenent Confessarium in proposito casu in pœnas non incurrere, dicendum etiam est, nec alios scientes teneri eundem denunciare, etiam post *Constit. Greg. XV.* Et hanc opinionem sibi probabilem, & tutam videri, ait Dia. *p. p. tr.* 4. *resol.* 11. pro ea citans Bonaci. Homob. Peir. Sancium, & Sanctarel.

Quid si consentiat metu graui?

20. LIMITATVR Ampliatio 4. Vt Confessarius, metu cadente in constantem virum, in solicitatione consentiens, puniendus non sit rigorosis pœnis, de quibus in Regula 1. Acugna, Graff. & Sancius, *in selec. disp* 11. *n.* 30. Peirin. quem refert Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol* 15. vbi inducit Freitam, dicentem, talem Confessarium Inquisitoribus non esse denunciandum, neq; ab illis arbitrariè puniri posse; Quòd est contra Sousam, dicentem in hoc casu pœnæ arbitrariæ esse locum; Exemplificat Sancius in fœmina egrotante, quæ vocatũ Confessorem ad eius audiendam Confessionem, eum solicitat, minando, se exclamaturam, ab illo sibi vim inferri, nisi consentiat.

Paruitas materiæ in hoc nõ excusat.

21. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt Confessarius solicitans, vt sup. ob paruitatem materiæ non excusetur; Sancius, *in selec. disp.* 11. *nu.* 22. exemplificans in premente manum, bracchium, vel pedem pœnitentis, vellicante, digitos intorquente, &c. sine fine mortali, & periculo pollutionis, quæ, in se non sunt mortalia, sed in casu nostro, ob illatam iniuriam Sacramẽto mortalia essent, Anton. Nouarin. Freitas, Fagundez, & Dia. *p.* 4 *tr.* 5. *resol.* 5. vbi ait, sibi opinionem oppositam displicere; Acugna, qui asserit, Confessarium à pulcritudine pœnitentis faciem laudando ad eam alliciendam, omissis expressioribus alijs verbis, in solicitantium incidere pœnas, & hæc opinio probabilior, & sequenda videtur Dianæ *p. p. tr.* 4. *resol.* 21. Et incurri dictas pœnas ob verba non expressa, sed tantùm tacita, & occulta allicientia pœnitentem ad inhonesta, vt ob laudationem de pulcritudine, & venustate, tenent etiam Barbosa, Bonaci. Peirin. Sanctarel. & Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 18. vbi præsertim subscribit in terminis *Constit. Greg. XV.* citans Sousam, qui hoc probabilius iudicat; Præterea, quòd licet materia sit leuis in genere luxuriæ, posito, quòd in tali occasione Confessionis, peccatum sit mortale, d. pœnæ incurrantur; quia grauis Sacramento sit iniuria, voluerunt Sancius, & Lez. *tom.* 3. *vers. denunciatio, n.* 5. *circa finem*.

22. Sed è contra paruitatem materiæ in proposito a d. pœnis excusare, credit Port. *in add. ad dub. Regul. ver. solicitare fœminas, nu.* 4. & exemplificat in leuibus verbis, signo, vel opere indicatiuo amoris lasciui, ad iudicium prudentis viri Sed contra.

non

non mortalibus, nec ad persuadẽdum sufficiẽtibus; Subscribunt Palaus, & Sousa relati à Dia. *p.4. tr.5. resolut.* 5. & excusari à dictis pœnis Confessarium, pœnitẽtem laudantem ex pulchritudine, venustate, &c. etiàm in terminis *Constit. Greg.* tenuit Freitas, *in editione nouissima de Confess. solicit. q.7. n.44. & 45.* & probabile existimat Sousa, *In aphor. Inquisit. lib. 1. c. 34. nu. 5.* & tenuit hanc opinionem, *in opusc. de Confess. solicit. tr. 1. c. 1. n.10.* Quòd præsertim verum esset, dum constaret, vel rationabilitèr præsumeretur, Confessarium, qui, vt sup. mulierem laudauit, hoc non fecisse ad eam incitandam ad inhonesta, sed potiùs ad alium finem, secundùm Barbos. Bonaci. & Dia. *pa. 4. tr.5. resol.* 18. Acugn. *de Confess. solicit. q. 7. n.* 13. & Sanctarel. de hæresi, *c. 44. dub. vn. n. 9.*

An incidat tradens cartã solicitationis legendã post Confessionẽ?

23. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt in dictas pœnas incidat Confessarius, qui in confessione cartam, postea tamen legendam, pœnitenti tribuit, in qua ad venerem eam solicitat, Sancius *in selec. disp.* 11. *n.* 11. qui ait, quòd in cartæ traditione, cum Sacramenti iniuria, solicitatio incipit, Fagundez *de præceptis Eccles. in edit. nouissima, p.2. li.2. c.3. n.62.* & Dia. *p. 4. tr. 5. resol.* 2. vbi improbat Palaum, oppositam opinionem probabilem iudicantem, quamuis rationes afferentem.

Sacerdos non Cõfessarius, solicitàs, incidit.

24. AMPLIATVR 7. Regula 1. Vt puniendus sit in S. Officio Sacerdos, qui excipiendo Confessiones, ad turpia solicitat, quamuis verè Confessarius non esset, quia nõ admissus ab Ordinario, Acugn. Sancius, & Lez. *tom. 3. ver. denunciatio, n.6. erga fin.* Quod quidem stante *Constit. Greg. XV.* certum est, hic namq; Sacerdos se Confessiones audire simulat, & ita simulans solicitat; Et vlterius, cum Ordinis potestatem habeat, venialium, & mortalium iam Confessorum verè Confessarius est, vt not. Palaus, & Dia. *p. 4. tr. 5. resol.* 8. vbi inducit etiam Fagundez, in terminis *d. Constit.* contrarium tenentem.

Solicitãs masculũ &c.

25. AMPLIATVR 8. Regula 1. Cum omnibus suis Ampliationibus; Vt procedat non modò in Confessario, in Cõfessione ad turpia fœminam solicitante, verùm etiam masculum; est indubitatum, per illa verba Greg. (*Qui personas quascumque*) & ita in terminis *huius Constit.* docet, Belloc. Nald. Peir. Vener & Dian. *p.p. tr.4. res.12.* & *Pau.V. die 6. Febr. 1619.* conceptis verbis decreuit, solicitantes pueros inclusos in Bullis, vt ponderant Hieron. Rodriq. Sousa, & Dia. *p. 4. tr.5. resol.33.*

Regula habet locum tantùm in solicitante in Sacramẽto pœnitentiæ.

26. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt non procedat in solicitantibus ad turpia in alijs Sacramentis, vt in Baptismo, Eucharistia, seu Matrimonio, sed tantùm in Sacramento Pœnitentiæ, de quo *Pontificiæ loquuntur Constit.* Bonaci. Sanctarel. & Lez. *to. 1. cap. 19. n. 34.* Acugn. Freitas, Palaus, Peirin. Dia. & alij, *par.4. tr.5. resol.16.* vbi notat, Pontifices obuiare intendisse abusibus, commodius, & frequentius occurrentibus in Pœnitẽtiæ Sacramento, in quo pœnitens carnalia peccata, & inclinationes ad ipsa manifestat.

27. LI-

Et in sollicitatione ad inhonesta.

27. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt non habeat locum in sollicitante Confessario ad alia peccata non carnalia, cum *Constit. Papales* loquantur tantùm de solicitantibus ad inhonesta, Peirin. & Lez. *to.* 1. *c.* 19. *nu.* 34. Bonacin. *in tr. var. disp.* 6. *punct.* 3. *n.* 7. Homob. Sousa, & Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 17. & ita in terminis *Constit. Clem. VIII.* & *Pau. V.* docuerant Acugn. Bariola, Molfes. Paramus, & Scortica, sicut post *Greg. XV. Constit.* ita tenent Peir. Sancius, Sanctarel. & Venerus, quos omnes refert, & sequitur Dia. *p. p. tr.* 4. *resol.* 20. Nec obstat, quòd *Greg.* agat de sermonibus inhonestis, & illicitis, quià debet intelligi de illicitis in eadem materia carnali, e. g. si Confessor fungeretur officio lenonis; vel lenocinium peteret a pœnitente, hi enim actus per illud verbum (*inhonestis*) non ita clare comprehenduntur, sicut in alio verbo (illicitis,) vt ponderat Dia. *resol.* 20. Licèt contrà hanc limitationem sentiant Moula, Zecchius, & Pegna, & horum opinionem probabilem Palaus existimet, in locis relatis a Dia. *d. resol.* 17.

Quid si solicitãs non sit Sacerdos?

28. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt laicus, vel Clericus non Sacerdos, si fingens se Confessarium, Confessionem audiat, in eaq; pœnitentem solicitet, in dictas Constitutiones non incidat, Sanctarel. & Lez. *to.* 3. *vers. denunciatio, nu.* 6. *in fin.* Portel. *in add. ad dub. Reg. vers. solicitare fœminas*, *n.* 14. qui dictæ *Constit. Clemen. Paul. & Greg.* loquuntur contra Sacerdotes solicitantes, ergo non Sacerdotes minimè comprehẽdunt, verba enim pœnalia ad casus similes non extenduntur, Dia. *p.* 1. *tr.* 4. *res.* 15.

Sed formam absolutionis pronunciet.

29. Dummodò dictus non Sacerdos formam absolutionis non pronunciauerit, si enim absolutionem impenderit, in S. Officio esset puniendus, non ex prædictis, sed per *Constit. Gregor. XIII.* in qua causæ contrà eos, qui non sunt Præsbyteri, si Confessiones audiant, & absolutionem impertiantur, Inquisitoribus committuntur, vt not. Rodriq. *in q. Reg. to.* 2. *q.* 28. *art.* 2. & *in sum. to.* 2. *c.* 83. *n.* 3. Sancius *in selec. disp.* 11. *nu.* 36. & hos referens, non dissentit Dia. *p. p. tract.* 4. *resolut.* 16.

Obligatio pœnitentis denunciãdi.

30. REGVLA 2. sit. Pœnitens sub mortali Confessarium solicitãtem, seu de inhonestis tractantem, iuxtà terminos Regulæ 1. denunciare tenetur, Acugn. *de Confess. solicit. q.* 21. *n.* 6. Henriq. & Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 6. Præsertim attenta *Constit. Greg. XV. ibi, moneant pœnitentes de obligatione denunciandi solicitantes*, & not. Sancius, *in selec. disp.* 11. *nu.* 22. Sanctarel. & Lez. qui *to.* 3. *ver. denunciatio, nu.* 5. ait, Regulam sinè dubio veram esse, & subscribit Rodr. *to.* 2. *q. Regul. q.* 27. *ar.* 1. *in prin.*

Sub pœna censurarum.

31. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt in hoc casu non denũcians, non modò mortalitèr peccet, sed etiam in censuras incidat, quia Confessarius d. de hæresi vehementer, vel saltem leuitèr suspectus est, iuxtà tradita *hic sup. n.* 783. & 784. & tenens DD. relati a Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 41. Adest enim præceptum *Sac. Vniuersalis Inquisitionis Romanæ, die* 3. *Ian.* 1623. de denunciando iudi-

iudicialitèr infra duodecim dies proximè computandos (idest, ait Dia. ibidem, a die notitiæ delicti) ipsi vniuersali Inquisitioni Romanæ, Vel eius Commissario; extra Vrbem verò Inquisitoribus, vel locorum Ordinarijs, seu eorum Vicarijs Generalibus, hæreticos, seu de hæresi quomodolibet suspectos, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ, & eidem vniuersali Inquisitioni reseruatæ, ergo &c. Tenor prædicti præcepti refertur à Dia. *ibidem*, vbi propter idem præceptum ita tenet, & antè eum Peirin. *to.* 2. *de Triuil. Minim. in Constit.* 9. *Pau. V.* §. 2. *n.* 27. & Sancius, *in select. disp.* 11. *n.* 62.

An nolēs denunciare sit absoluendus?

32. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt pœnitentes, vt sup. solicitati, Confessarium denunciare renuentes, non sint absoluendi, Sanctarel. *tr. de hæresi, c.* 46. Rodr. & Lez. *to.* 1. *c.* 19. *nu.* 34. *erga fi.* Et secundùm Auilam *de censur. p.* 2. *c.* 7. *dub.* 7. pœnitens non debet absolui, nisi prius denunciet; intellige, nisi necessitas communis vrgeret, & persona timoratæ conscientiæ, denunciare, quàm citius, promitteret, Rodr. Zanar. & Dia. *p. p tr* 4 *res.* 27. Immo ait Peirin. *in priuil. Minim. tom.* 1. *Constit.* 4. *Greg. XV.* §. 9. *nu.* 24. quòd dum adest causa prudenter differendi denũciationem, pœnitens firmiter promittens, Cõfessarium denunciare, absolui potest; Et sufficere saltem denũciandi propositum, asserit Sanctarel. *c.* 9 *dub. vn n.* 16 *in fi.* ex Nauar. testante de praxi Romanæ Pœnitentiariæ, & loquitur de denunciante hæreticum.

33. Sed si pœnitens ob non denunciationem, iam excommunicationem incurrit, absolui non potest, nisi prius satisfacta parte, idest S. Officio, quamuis promitteret illico posteà denunciare, Sancius, *in selec. disp.* 11. *nu.* 62. Auila, Aegid. Trullench. & Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 25. vbi nihilominùs tenet, quòd ex iusta causa, de qua dictum est in hac Ampliatione, potest etiam in hoc casu dari absolutio.

Qui audiuit solicitationẽ, an denũciare teneatur?

34. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt non modò persona solicitata, sed etiàm quælibet alia persona, quæ solicitationem audiuit, & de ea à fide dignis certiorata fuit, denunciare, vt sup. teneatur, Nauar. *de hæret. cons.* 3. *n.* 1. Less. *lib.* 2. *de iust. & iur. c.* 3. *dub.* 7. *n.* 49. Io. de la Cruz. Genuè. Nauar. Pitignan. Reginal. Villalob. & Dia. qui ait, hoc esse certum, *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 28. Si persona solicitata non denunciauerit, Dia. *p. p. tr.* 4. *resol.* 24.

Si sciuit sub secreti promissione.

35. SVBAMPLIATVR, Vt non excusetur à denunciationis obligatione ille, qui delictum sub sigillo naturalis secreti sciuit, Palaus, *to.* 1. *tr.* 4. *disp.* 9. *pun.* 10. *n.* 5. ratio est, quia, vt probat Less. *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 6. *n.* 47. & DD. communitèr, dum denunciatio necessaria est ad obuiandum alicui damno publico, vel priuato, secreti promissio, etiã iuramento firmata, non obligat, nullum enim iuramentum, resultans in damnum Reipublicæ, vel tertij obligat, vnde talis denunciare tenetur, ac si non promisisset, hæc verò omnia, vt obseruat Dia. *p.* 4. *tr.* 5 *res.* 32. accidũt in casu nostro, Reipublicæ enim Christianæ expe-

expedit, tales Confessarios puniri. Vnde *Greg. XV. in sua Constit.* voluit in hac causa, sicut in causis fidei procedēdum esse, & ideò Dia. *ibid.* & etiam, *in p p tr. 4. resol.* 24. huic sententiæ cōtra Fagund. subscribit.

Vel à leuibus personis.

36. LIMITATVR, seu declaratur Ampliatio 3. Vt denunciare non teneatur, qui a leuibus audiuit personis, hac namque notitia nullam generat fidem, Corduba, Nauar. & Lez. *tom. 3. ver. denunciatio, n.* 4. Portel. *in add. ad dub. regul. ver. solicitare fœminas, n.* 22. Fagundez, *de præcept. Eccles. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 31. Homob. *in consult. moral. to.* 1. *p.* 4. *resol.* 51. & faciunt ea, quæ docet Rodr. *tom.* 2. *q. Regul. q* 6. *ar.* 7. Sed Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 28. in hoc casu contra tenet, cum pertineat ad S. Officium, & sit res nocens bono communi, inducens pro hac opinione fauentes Spatar. & Thom. à Iesu; Concludens nihilominus, *eandem resolutionem* his verbis; Tenetur igitur, qui audiuit denunciare, saltem si à fide dignis.

In quib. casib. Regula procedat?

37. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt procedat in omnibus casibus in hac q. explicatis, *à n.* 1. *vsq. ad n.* 12. Cum enim, vt *ibidem* probatum est, in omnibus illis delinquentes in tribunali S. Officij puniendi sint, apud idem tribunal denunciatio facienda est.

Cessante præsumptione hæresis, an cesset obligatio denunciandi?

38. AMPLIATVR 5. Regula 2. secundùm Freitam, *in add. ad trac. Acugnæ, de Confess. solic. q.* 21. *n.* 26. Vt quamuis sciat quis, in Confessione solicitantem, de fide rectè sentire, & consequenter præsumptionem in tali casu deficere, in qua *dictæ Constit. Pij IV. & Gregor. XV.* fundantur, denunciare tamèn teneatur, cum iudicium discernendi circà suspicionem de fide, non alijs, sed Inquisitoribus competat, vt ait Freitas, *ibidem*.

39. Non desunt DD. tenentes, quòd in isto casu quis minimè denunciare teneatur, vt sunt Riccius, *p.* 3. *decis.* 278. *n.* 6. & Valerus, *in differen. vtriusque fori, ver. hæresis, differ.* 1. *n.* 4. qui loquitur, dum quis certè scit præsumptionem cessare, in dubio enim (ait) denunciandi est obligatio: Quòd verò lex in præsumptione fundata, ea cessante, non obliget, multipliciter probat Homob. in *exam. Eccles. p. p. tr.* 5. *cap.* 8. *q.* 53. quòd & probabile sentit Becan. *in sum. Theol. p.* 2. *tr.* 3. *c.* 6. *concl.* 4. *n.* 5. & subscribunt alij, teste Dia. *p. p. tr.* 4. *resol.* 10. Vbi licèt in hac controuersia nihil determinet, sed tantùm referat, vt hic sup. aliorum opiniones, concludit nihilominus his verbis. Ex quibus (ait) Confessarij infinitos poterūt extricare casus, circa obligationē denunciādi ex vi edicti Inquisitorū fundati in præsumptione.

An denūciandus, non diffamatus?

40. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt quamuis Confessarius de solicitationis delicto diffamatus non sit, denunciari debeat, Portel. *in add. ad dub. Regul. ver. solicitare, n.* 11. & 20. Sanctarel. Lez. *tom.* 3. *ver. denunciatio, n.* 5. vbi testatur, hanc esse S. Inquisitionis praxim, Acugn. Moura, Palaus, Peirin. Sousa, & Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 1. dicens, quòd alias destruerētur Pontificiæ Constit. praxisq. tolleretur, & ibi refert Megal. qui priùs contra senserat, sed postea sentētiam mutauit, sicut

Fagundez, qui ante cum Megal. tenuit, tandem autem suum iudicium praxi S. tribunalis subijcit, quæ est, vt sup. proximè dictum est. Neque obstant illa verba *Constitut. Pij IV.* (quomodolibèt diffamatos) quia vt obseruant Acugn. Moura, & Dia. vbi sup. illa particula (quomodolibèt) significat, veram infamiam non requiri, sed qualemcũq; sufficere, vt est illius, e. g. qui iam non habet integram, & illæsam famam, sed laceratã, per notitiam, præsertim fœminarum, & in proximo periculo publicationis.

An non potẽs probare, teneatur denũciare?

41. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt sciens, dictum solicitationis delictum fuisse commissum, licèt probare non possit, denunciare teneatur, Portel. *in add. ad dub. Reg. ver. solicitare fœminas, n.* 19. In casibus enim ad S.Officium pertinentibus, denunciatio facienda est, licèt denuncians delictum probare non possit, Farin. *tr. de hæresi, q.97. §.2. n.36.* Barbosa, Bonaci. Peirin. Sanctarel. Scacc. Suar. & Dia. *p.p. resol.* 1. *tract.* 4. vbi præcitatos, & decem alios Doctores inducit, & ratione probat.

42. Quicquid è contra velint alij, non sequendi.

An antè denunciationẽ correctio sit præmittẽda?

43. AMPLIATVR 8. Regula 2. Vt antè huius criminis solicitationis denunciationem, fraterna correctio præmitti non debeat, sed delinquens, absque præuia fraterna correctione, sit denunciandus, ita Henriq. Paramus, Roderic. Acug. & Nauar. locis relatis à Hieron. Rod. *in compen. q. Regul. resol.* 131.

44. Subscribunt huic Ampliationi, Azor. Bonaci. Sanctarel. Sancius, Simanc. Siluius, Suar. Turrian. Villal. & Dia. *p.p. tr.4. resol.* 2. Iacob. Gordon. & iterum Dia. *p.4. tr. 5. resol.* 24. vbi ex Sancio, & Suar. huius opinionis affert rationes.

45. Quicquid in hoc puncto contra sentiant alij. Sed tu non recedas ab hac Ampliatione.

46. AMPLIATVR 9. Regula 2. Vt Confessarius solicitãs, &c. denunciandus sit, quamuis emendatus, Suar. *de fide, disp.* 40. *sec.6. n.*13. Sancius, *in selec. disput.* 11. *num.*52. Azor. Bonaci. Paramus, Royas, Salonius, & Dia. *p.p. tr.* 4. *resol.* 3. vbi reddit rationem, quia videlicet istorum denunciatio, non ad correctionem, sed ad punitionem tendit, & subscribit Sanctarel. *de hæresi cap.9. n.*11.

Emendatus Confessarius an sit denunciandus?

47. SVBAMPLIATVR Ampliatio 9. Vt quamuis dictus Confessarius post solicitationem statim pœniteat, nihilominus denunciandus sit, Bonaci. *in trac. var. disp. 6. punc.* 3. *n.*4. & puniendus, Sanctarel. *c.44. dub. vn. n.*18.

48. Licèt contrà quidam alij; tu tamen, Ampliationem, & Subampliationem sequere.

49. AMPLIATVR 10. Regula 2. Vt, ex mandato Papæ, teneantur Confessarij, suos pœnitentes, quos nouerint, vt supra, solicitatos, monere, vt solicitantes, seu tractantes, &c. denuncient; Quòd si hoc officium prætermiserint, vel eosdem ad denunciandum non teneri docuerint, ab Ordinarijs, & Inquisitoribus pro modo culpæ puniendi erunt ita expresſè *in Constit. Gregor. XV. in §. mandantes*, & not. Lez. *to.* 1. *cap.*19. *nu.* 33. *in fin.* faciunt

Puniũtur Confessores non monẽtes pœnitentes denũciare soli citantes.

ciunt in proposito dicenda *hic infra, n.*59.

Dum tenetur denunciare. 50. LIMITATVR Ampliatio 10. Vt procedat in casibus, in quibus solicitantes Confessarij denunciandi sunt, iuxtà explicata, & explicanda in hac q. aliàs secùs: In quibus tamen casibus cautissimè circa suos pœnitentes ab alijs solicitatos, Confessarij procedere debent, vt monent Peirin. & Lez. *to.* 2. *c.*19. *n* 34.

Non tenetur quis denunciare cum damno notabili, vsq; ad n.54. 51. LIMITATVR modò 1. Regula 2. Vt non teneatur quis in casu nostro denunciare, dum ex denunciatione in bonis externis, in fama, seu in vita damnum notabile rationabilitèr timet, Sancius, *in selec. disp.*11. *nu.* 55. Sousa, *in aphor. Inquis. lib.*1. *c.*34 *n.*58. Acugn. Fagun. Lez. Peirin. & Dia. *p.* 4. *tr.* 5. *resol.*19. Homob. & iterum Dia. *p. p. tract.*4. *resol.*7. Pegn. Scaccia, & Sanctarel. *de hæresi, c.* 9. *n.* 16. Immò, secundùm Fagun. idem dicendum est in damno notabili patris, matris, mariti, vxoris, fratris, aut aliorum coniunctorum, Et Sousa, *in aphor. Inquis. c.*34. *n.* 58. ad consanguineos, & affines vsque ad 4. gradum hoc extendit.

52. Hinc sequitur 1. Quòd, si mulier solicitata, sinè infamia Inquisitorem adire non posset, denunciãdo per Epistolam, seu per alium Confessarium, vel mediante alia persona satisfaceret, Acug. Lazarius, Molfes. & Dia. *p. p. tr.*4. *resol.* 7. Portel. *in add. ad dub. Reg. ver. solicitare fœminas, n.*21.

53. Causa, quam sæpè honestæ mulieres solicitatæ afferre solent, ad se subtrahendum à denunciando, est ista. Dicunt enim, non posse denunciare solicitantem sinè notabili proprij honoris præiudicio, statim enim (inquiunt) ex denunciatione, Iudici, cui denunciatio porrigitur, occasio datur rationabiliter credendi solicitatam honestam non esse, & ex manifestatione in Confessione suarum inhonestatum, Confessarium eam solicitare ausisse, aliàs vix quis in tali Sacramento personam honestam prouocare præsumeret; Quãtùm valeat iste prætextus iudicent alij, eo enim admisso, nimis obligatio denunciandi destrueretur.

54. Sequitur 2. ex suprad ctis; Vt quis denunciare non teneatur, dum ex denunciatione notabile damnum probabilitèr proximè sibi euentùrum credit, facilèque ei occurrere non potest, & qui illud minatur, est solitus similia exequi, nisi ex omissione, fidei bonum periclitaretur, Sousa, *in aphor. Inquis. lib.*1. *c.* 34. *n.*58. & Dia. *p.* 4. *tr.*5. *resol.*19. Sed metus excusans debet esse instans, & iniustè illatus, secundùm Frei. & Dia. *resol.*36. Qui, *resolut.* 41. *§. vlt.* cum eodem Freit. ait, metum iustum, vt sunt pœnæ, secundùm leges impositæ, non excusare.

55. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt filius patrem denunciare non teneatur, Alensis, Royas, Riccius, & Valerus, *locis relatis* a Dia. *p. p. tract.*4. *resol.*4. *in princ.* vbi ait, prædictos loqui in patre hæretico; Qui tamen Dia. *ibidem, in vers. Secunda,* in patre hæretico tenet, & admodum probabiliter, esse obligationem filij eum denunciandi, cum Filius nō tenetur patrē denunciare.

Azor. Bonaci. Comit. Far. Lopez, Reginal. & Suar. Istis DD. subscribunt, sed tantummodò, quandò hæresis patris, e.g. dogmatizantis, in publicam perniciem tendit, Genuen. & Simanc. locis relatis à Dia. ibidem, ver. Tertia.

56. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt extra hæresim formalem, prout in casu nostro, vxor maritum denunciare non teneatur, Lazar. qui loquitur in marito hæreticalitèr blasphemare solito, & hoc ob arctissimam coniunctionem, quæ est intèr eos; Et in ijsdem terminis oppositum in praxi, non facilè sequendum, ait Homob. cum de iure non teneatur filius denunciare patrem, nec vxor maritum, neque frater fratrem, hi enim (subdit) inter se vna, & eadem persona censentur, & iuri naturali repugnat, seipsum prodere. In hac limitatione ego cum Dia. *p.p. tract.* 4. *resol.* 6. nihil affero, sed tantummodò, quòd præcitati sentiunt Authores, refero.

An solicitata, quæ actibus carnalib. cōsensit, denūciare tenea-tur? vsq. ad n. 59. 57. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt (circumscripta *quadam epistola Card. Mellini*, de qua dicetur *proximè, n.* 57.) secundùm Pegnam, Simanc. & Suar. qui hos refert, *tract. de fide, disp.* 20. *sec.* 4. *n.* 18. tenendum sit fœminam solicitatam in Confessione, dum consensit cum actibus carnalibus, Confessorem denunciare non teneri, complex, enim, complicem, sicut nec in alijs delictis, ita neque in hoc denunciare tenetur, Megala, *in p.p. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 30. & Portel. *in add. ad dub. Regul. ver. denunciatio, n.* 10. *& ver solicitare fœminas, n.* 15. quia, vt refert Dia. *in p.p. tract.* 4. *resol.* 9. denuncians in hoc casu exponeret se ad periculum infamiæ, & seipsum prodendi, ad quòd nemo tenetur, non enim potest quis manifestare socium criminis, quim manifestet seipsum; Denunciatus namque vt Reus interrogatus, denunciantem complicem tenebitur denunciare, & ita complex solicitatus, virtualitèr, se ipsum manifestare teneretur; Hæc refert Dia.

58. At his non obstantibus pœnitentem teneri, complicem Confessarium denunciare, voluerunt, Aug. Bonaci. Sanctarel. & Peirin. *locis relatis* à Dia. *d. resol.* 9. *ex quadam epistola* Card. Mellini, ex officio scripta Card. Borromæo Archiep. Mediolanen. cuius tenor in summa est talis. *Post longam, & maturam considerationem circa dubium ex diuersis partibus insinuatum, Vrbanus VIII. & Sacra Congregat. coram ipso, audito etiam sensu vnius particularis Congregat. ad hunc effectum deputata, in hanc conuenerunt resolutionem, nempè: Quemlibet pœnitentem, quamuis complicem, teneri ad denunciandum solicitantem Confessorem in loco, seu in actu Confessionis, non tamèn teneri proprium propalare consensum, de quo, nec debet à Iudice interrogari, sicut nec solicitās in suo constituto, qui si ex se hoc propalare velit, non scribatur, vt res ad Officium S. Inquisitionis non pertinens:* Et paulò post, in eadem epistola subditur. *Quòd si, vltra prædicta, alius grauis acciderit casus, in quo pœnitens ad denunciandū induci non possit, idem Vrbanus vult, vt ad d. Sacr. Congreg. scribatur, à qua responsum expectetur, & in-*

& interim ab absolutione supersedeatur. Ibidem, iniungitur Card. Borromæo, vt hæc in sua Diæcesi obseruet, & vt *d. epistolæ* copiam Episcopis eius suffraganeis transmittat, vt idem obseruent.

59. Huius Epistolæ tenor per extensum reperitur apud Dia. *par.* 4. *tract.* 5. *resol.* 31. Vbi in fine notat cum Peirin. datas esse quasdam alias literas eiusdem Card. Mellini nō vtique, vt prædicta epistola quæ dirigitur Archiep. Mediolanen. tantùm, & eius Suffraganeis, sed datas omnibus Episcopis, & Vicarijs Generalibus, quibus de mandato eiusdem Vrbani VIII. præcipitur: Vt omnibus Sacerdotibus, tam sæcularibus, quā Regularibus ad Confessiones audiendas approbatis, in actu approbationis, *d. Cōst. Greg. XV.* & præsertim, *§. mandantes*, legatur, & intimetur, de qua obligatione dictum est sup. *nu.* 49. Hæ igitur literæ vbiq; proculdubio, stringent; An autem illa Borromæo directa, pro se, & eius etiā Episcopis Suffraganeis; extra Mediolanēsem Metropolim obliget? alij iudicent, ego namque in hoc quicquam affirmare, vel negare non intendo.

60. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt è contra; mulier Confessarium solicitans, neq; ab ipso, nequè ab alijs scientibus, ad S. Officium denuncianda sit, Bonaci. *in tract. var. disput.* 6. *punct.* 3. *n.* 20. Riccius, Sancius, & Diana, *par.* 1. *tract.* 4. *resol.* 23. *Constit. enim prædictæ pœnales*, contra Confessarios loquuntur, & quia pœnales, ad aliū casum, nempè ad pœnitentem, quæ solicitat Confessarium, extendendæ non sunt, *c. statutum, de elect. l. cum quidam, ff. de liber. & posthum.* Sanch. & alij communitèr, quos refert, & sequitur Dia. *vbi supra*; quicquid dicant Belloch. & Param. *ibidem*, à Dia. relati.

Mulier solicitans Confessarium, nō cōprehēditur, &c.

61. Pro coronide huius q. perpende, quòd licèt, in foro cōsciētiæ, tutus quis sit, opiniones probabiles, in eadem q. insinuatas, sequendo, iuxta dicenda, *infra, q.* 143. *n.* 16. Attamen cautus sit confessor, circà monitionem, & consilium dandum ab eo pœnitenti, in ordine ad obligationem denūciandi solicitantem Confessarium, oculatusque sit Iudex in se ingerendo in casibus solicitationis, licèt probabilem aliquam habeat opinionem, quòd casus occurrentes, non ad S. Officium, sed ad eius spectent Tribunal: immò potius, tam Confessor, quam Iudex; in foro fori, quòd magis tutum est, sectentur, ne Iudices Tribunalis S. Officij, aliam forte probabilem contrariam opinionem sequentes, tanquam Reos in grauissimas pœnas ipsosmet Confessarios, Iudicesque condemnent.

Cautus sit Cōfessarius, nec non Iudex in sequen. opinionibus in foro fori, &c.

62. Plura resolutoriè, sed diffusè, de materia huius q. pertractat Dia. *in par.* 1. *tr.* 4. *& par.* 4. *tr.* 5. *per totos*.

Qua pœna sit puniendus Religiosus proprietarius, seu fur?
Quæstio 123.

1 CVM in superioribus de personalibus criminibus actū sit, idest de delictis contrà propriam,

priam, vel alienam personam, vt de homicidio, & delictis carnis; In hac q. agendum erit de criminibus realibus, idest contrà res, vt sunt proprietas, seu furtum, de quibus hic simul agitur, cum secundùm Valēt. & Less. quos, tanquàm probabiliter loquentes, sequitur Leza. *to. 3. ver. furtum, nu.* 2. Religiosus fur, etiàm proprietarius existimari debeat.

Religiosus fur, est etiam proprietarius.

2. REGVLA 1. sit. Qui repertus fuerit proprietarius, apud nos priuatur actibus legitimis, qui sunt, legere, prædicare, eligere, eligi, visitare, diffinire, & ad Ordines promoueri; Quòd si in morte talis repertus fuerit, priuatur sepultura Ecclesiastica, iuxtà decreta Conc. Trid. & Ordinis nostri Statuta, nempè, *in cap. 6. Constit. nostrarum, vers. & perche la volontà*: Sed nota, quòd in Conc. Trid. *sessione* 25. *de Regul. c.* 2. determinatur, vt Religiosus proprietarius biennio actiua, ac passiua voce priuatus existat, atque etiàm iuxta suæ Regulæ, & Ordinis Constitutiones puniatur: Et propterea vnusquisq; propriam Regulam, & Constitutiones consulat.

Proprietarij Religiosi pœna.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt proprietarius quilibèt Religiosus sit, qui vult habere alicuius rei temporalis dominium, vsumfructum, vsum iuris, possessionem, administrationem, seu peculium, prout hæc, quid iuris important, ista enim omnia voto repugnant paupertatis, Nauar. *com.* 2. *de Regul.* Sanch. *lib.* 7. *decal. c.* 18. *n.* 25. & Lez. *to.* 1. *c.* 6. *n.* 2. *&* 3.

Quis sit proprietarius? vsq; ad n. 10.

4. Hanc Ampliationem, quoad alios Regulares intellige, vt non possint habere prædicta in particulari, licèt ea non sint illis interdicta in communi; Minoribus verò Fratribus S. Francisci, & in particulari, & in communi omnia, & singulla illa prohibita sunt, *c. exijt, de verb. signif. in* 6. *Clem.* 1. *§. proinde*, & tenent omnes Expositores, *in c.* 6. *Regulæ Minorum*, præsertim Polit. *n* 10. Qui *n.* 2. declarat, quid sit proprietas, dominium, vsusfructus, &c.

Differentia in hoc inter Minores, & alios Regulares.

5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt proprietarij pœna teneatur Religiosus, qui quácunq; rem temporalem sinè sui Superioris licētia, recipit, vel retinet, Azor. *to.* 1. *instit. lib.* 12. *c.* 12. Maior, *in* 4. *dist.* 38. *q.* 9. Lez. *to.* 1. *c.* 6. *n.* 12. *&* 30. vbi cōcordantes, & tenēt communitèr Expositores, *in d. c.* 6. *Regulæ Minoritanæ*, intèr quos Polit. qui *n.* 38. enumerat 19. casus proprietatis, de quibus etiam apud S. Bernardin. *in fi. tract. de obedientia Fratrum Minorum*: Et de pluribus, actibus proprietatis, & signanter de multis casibus, in quibus temporalia Religiosi retinētes sinè facultate, proprietarij sunt, agit diffusè Leza. *in d. c.* 6. *per totam*, ad quem lectorem remitto, nō enim hic opportunum est, nisi de aliquibus præcipuis disserere, qui ad iudicialē hāc Theorìam pertinent.

6. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt Religiosus, qui aliquam rem habuit temporalem de licentia Superioris, cuius auctoritas iam expirauit, illam celans, & occultās, ne præsens Superior illam videat, & auferat, proprietarius sit; Ratio est,

est, quia aliquid contrà præsentis Superioris volūtatē retinet, Graff. *par.* 1. *decis. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 28. S. Antonin. *p.* 3. *tit.* 16. *n.* 11. & Leza. *to.* 1. *c.* 6. *nu.* 17. Vbi generalitèr ait, Religiosum occultantem à suo Superiore aliquid, quòd retinet, vel Prælato interrogante, seu visitante res subditorum, nō manifestantem, delicto proprietatis peccare, citans Cord. & Mendoz. Ibidem Leza. cum Less. & Nauar. sustinet, teneri Regularem ad habendam animi præparationem dimittendi quicquid retinet, Superiore præcipiente.

7. AMPLIATVR 4. Regula; Vt proprietarius sit Religiosus, qui aliquid dat, seu donat alicui de bonis Monasterij, vel de his, quæ ad suum habet vsum, dum sinè licentia Superioris dat, Cord. Mendoz. & Leza. *p.* 1. *c.* 6. *n.* 52. Dia. *tr.* 6. *de pauper. Relig. p.* 1. *præsertim, resol.* 5. Bonaci. *de largit. mun. disp.* 3. Et hinc sequitur, quòd recipiens a Religioso aliquid, sinè Superioris licentia, ad restitutionem tenetur, Nauar. Less. Bonaci. & Lez. *p.* 1. *c.* 6. *n.* 53. Ex eodem fundamento sequitur, quod ludens cum Religioso, & lucrans vltra eam quātitatem, quam potuit Religiosus ludere, ad excessus restitutionē tenetur, Alcozer. Ledes. & Leza. *n.* 51.

8. Et vniuersalitèr Religiosus dilapidator bonorum Monasterij, & modo indebito disperdens, & consumens, in pœnam, omni dignitate, & administratione priuandus est in perpetuum, & ad infamiæ notam carceri mancipari, Archid. Abb. & Rodr. *to.* 2. *q.* 35. *ar.* 1. & subscribit Diaz. *in pract. c.* 71.

Dilapidatoris bonorū Monasterij pœna.

9. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt pœna proprietarij, vt sup. puniatur, qui libros, vel quamcunq; aliam rem deposuit extrà nostra Monasteria, sine licentia Prouincialis, aut Superioris localis, vel saltem, non sciente aliquo ex Fratribus illius familiæ, iuxta nostras Constitutiones, *cap.* 9. *vers. e perche la volontaria.*

10. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt pœnæ in ea assignatæ, ab illis propriè incurrātur, qui aliqua contrà Superiorum voluntatem retinent: Dantes verò aliquid sine Superiorum licentia, contrà paupertatem quidem peccant, sed non illas præcisè pœnas incurrunt, at potius taxatas *à Clem. VIII. in Bulla de largitione muner. in vers. quod si quis*; iuxta tamen moderationem eiusdem *Bullæ factā ad Vrb. VIII. mediante quadam Congr. coram Em. Card. S. Onufrij*, super quibus expeditum fuit Breue *datum Romæ, die* 15. *Septembris*, 1640. Totaque moderatio, cum Bulla eiusdem Clem. typis data fuit.

Dātes sinè licentia, an dictas pœnas, vel alias incurrant?

11. Tenor verò Bullæ Clem. hic est. *Quod si quis Regularis huiusmodi Bullæ transgressor fuerit, obtentis Dignitatibus, & Officijs, eo ipso priuatus, & ad illa, & alia obtinenda perpetuò sit incapax, & perpetua infamia notatus existat; nec non priuationem vocis actiua, & passiua, ipso facto incurrat; & vltra dictas pœnas, tanquam contra furti, & Simoniæ Reum, condignis supplicijs affici debeat.*

Verba Bullæ Clē. VIII.

12. Non est hic prætermittendum, quòd circumscripta d. moderatione, *eadem Bulla Clem.* secundùm

An Bulla sit recepta?

dùm Dia. *in par.1.tract.6. resol.1.* recepta non fuit, *& ibidem*, hoc pluribus auctoritatibus cōprobat; sed quia, *in eàdem moderatione* in his, quæ *eidem declarationi, seu moderationi* non sunt contraria, *Vrb. Bullam Clem.* obseruari iubet, eamque innouat, non obstante non vsu, seu vsu, & cōsuetudine in contrarium: Hoc præcepto, & innouatione attentis, modo *d. Bulla, iuxta insinuatam moderationem*, certè stringit, præsertim apud nos, cum singulis annis in executionem Pōtificij præcepti, mense Ianuario in publica mensa, *cum prædicta moderatione*, in signum acceptationis perlegatur.

Summarium moderationis dictæ Bullæ.

13. Summarium *prædictæ moderationis* est tale. Declaratur, munera à Religiosis vtriusq; sexus tribui posse ex causa gratitudinis, cōciliationis beneuolentiæ, eiusque cōseruationis erga ipsam Religionem, vel Conuentum, alijsque causis ex sui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modestè tamen, & discretè, & dummodò id non fiat, nisi, ex Superiorum Localium licentia, nec nō cum consensu maioris partis Conuentus, si talis consensus de iure, vel ex Cōstitutionibus, seu consuetudinibus cuiusque Religionis respectiuè in his casibus requiratur. Consensum verò Conuentus, *in d. Bulla, §. id autem, erga finem*, ad leuiora esculenta, aut poculenta, siue ad deuotionem, & Religiositatem pertinētia munuscula largienda requisitum, intelligi debere de consensu, alias de iure requisito, & vbi cōcurrit ambitionis suspicio, qua cessante, nec in his requiri licentiam Superiorum in scriptis, *in d. Bulla, vers. neque verò, in fi.* requisita, sed sufficere licentiam etiam oretenus eisdem cōcessam, declarat. *Ibidem*, declaratur, & moderatur *prædicta Bulla Clementis*; Vt cōmessationes, compotationes, & conuiuia, in excipiendis præsertim benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinarijs honorificè, & lautè, de quibus, *ibidem, in §. insuper*, censeri tantùm prohibita; dum aduersantur decētiæ status Regularis, Restitutionē autem, à receptore, Conuētibus faciendam, de qua in *eàdem Constitutione, §. hanc autem*, intelligi debere de Conuentibus, ad quos prædicta dona de iure pertinēt, si id commodè fieri potest, alias restituātur Conuentui eiusdem Religionis viciniori loco, vbi absolutio petita fuit.

14. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt (quicquid sit de peccato mortali, & casu reseruato proprietatis) quo ad pœnas criminales, non videntur incurri, nisi summa perueniat supra duos aureos; prout de largitione munerum *viuæ vocis Oraculo declarauit, prædictus Clem.* vt not. Filliuc. Homob. & Dia. *in p.1. tract.6. resol.5.* Et ratio declarationis fuit, quia cōmunitèr summa duorum aureorum in iure modica dicitur summa, *l. si oleum*, vbi glo. *ff. de dolo*, & obseruat Dia. *in d. resol.5.* — Summa ad hoc vt incurrantur pœnæ proprietatis.

An autem constare debeat de corpore delicti, vt quis tanquam proprietarius puniatur? dicetur *hic infra. n.26. vsque ad finem huius quæst.* — An constare debeat de corpore delicti?

2. RE-

Pœna cõtra Regularem furem rerũ sæculariũ

15. REGVLA 2. sit. De Religioso rem sæcularis furans, eòdem modo sentiendum est, ac si ipse fur esset sæcularis, quia qualitas Religiosi non minuit, sed potius auget malitiam furti, ita Lez. *to.3. vers. furtum, n.2. in princ.* Furtum autem tale consequenter pœna criminali punietur, *vt in tit. C. de furtis, & in Authent. de nouo iure, C. de seru. fugit.* per quæ iura ita tenuit Boss. *tit. de furtis n.30.* Qui, *n.32.* not. per Statuta vbique pœnas furtis imponi, & ea obseruanda.

Perquisitio rei furatæ, an, & qua auctoritate facienda?

16. Antequam deueniatur ad Regulæ huius declarationes, prænotandum 1. Quòd cui res furto subtracta fuit, non potest propria auctoritate perquirere rem furatam in alicuius domo, sed officium implorare potest Iudicis, qui sibi de furto constito, & suspicione aliqua præcedente, quòd furtum in domo sit, vbi perquisitionem fieri instatur, suum impertietur officium, suis mandando executoribus, vt talem perquisitionem faciant, Clar. qui testatur de communi, & practicata opinione, Conrad. qui de magis communi, & Far. *q.165. n.31.* vbi, cum concordantibus, iudices monet ne, ad d. perquisitionem concedendam faciles sint in domo personæ integræ famæ, ne eius lædatur honor, præsertim si perquisitionem petens esset inimicus, qui ad famam, & honorem aduersarij denigrandum instaret. Prænotandum 2. quod solent in proposito Regulæ 2. esse specialia Statuta, quæ vtique seruanda esse, testes sũt Bart. Bald. Salyc. & alij, in Authen. de nouo iure, *C. de seru. fugit.* nec non Ang. Couar. & Far. qui etiàm testatur de communi DD. omniũ, *q.167. n.40.*

Pœna furti rei sacræ, cum fractura muri Ecclesiæ.

17. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt furtum rerum Ecclesiæ, puta calicum, paramentorum, reliquiarum, &c. à Religioso patratum, interueniẽte violenta fractione muri, seu portæ Ecclesiæ, vel Sacristiæ, vbi res furatæ erant, vltrà prædictas pœnas, etiàm in excommunicationem incidat fur, secundùm Suar. *to.5. in 3. p. disp. 22. sect. 2. n.1. & 12.* Syluest. *in sum. ver. furtum, n.8* Tolet. & Lez. *to.3. vers. furtum, n.4. & est tex. in cap. conquesti, de sen. excom.* Et hæc excommunicatio, vt patet, *in tex.* & notant citati DD. ipso facto incurritur: Sed si furtum sinè effractione fuerit, controuersum est, an fur excommunicandus sit, vel ipso facto sit excommunicatus? de quo vide Lez. *n.5.*

Vel sine fractura.

Et intrat pœna sacrilegij.

18. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 1. Vt de iure Canonico tale furtum sacrilegũ sit, de hoc nanque iure, dum rapitur res sacra de sacro, vel res sacra de non sacro, vel etiam res non sacra de sacro, sacrilegium committitur, *c. si quis contumax, §.1. 17. q.4.* Bart. Boss. Clar. & Farin. concordantes cumulans, *q.172. n.7.* Et consequentèr in casu propositæ Ampliationis, nec non in prælibatis alijs casibus, fur sacrilegij pœna arbitraria erit plectendus, maiori, vel minori, iuxta facti, & personarum qualitatẽ, Clar. *in praxi, §. sacrilegium,* vbi de communi, *n.4. in princ.* citans Boer. & Salyc. & sequitur Far. concordantes inducens, *nu.11.* Et aliquandò carceris pœna, aliquandò

dò exilij, imponitur, secundùm Decian. & Far. n.16.

Etiam dũ in Monasterio sit furtum. 19. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 1. Vt Monasterium locus sacer dicatur, ad effectum, vt in eo aliqui furripiẽs sacrilegium committat, ita Bonifac. Vital. & Far. n.52. q.172.

Vel furãtur Reliquiæ. 20. SVBAMPLITAVR 3. Ampliatio 1. Vt Sanctorum reliquiæ res sacræ dicātur, & ideò illas surripiens, pœna sacrilegij puniendus est, Alber. Bald. Decian. Foller. & Far. n.64. alios DD. citans.

Seu pixis cum Eucharistia. 21. SVBAMPLIATVR 4. Ampliatio 1. Vt grauissimum sacrilegium sit, pixidem cum Eucharistia rapere, & seuissimè plectendus sit rapiens, vt probat Far. nu.62. vbi tangit pœnas; & à n.48. vsque ad 76. quis sacer locus dicatur, fusè declarat, nec non res sacra ad effectum, vt sacrilegij pœna habeat locum, dicenda sit.

Religiosus auferens rem sui, vel alterius Monasterij de furto tenetur. 22. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt Religiosus rem aliquam communitatis, sui, vel alieni Monasterij surripiẽs, furti pœnas incurrat, rem enim alienam, inuito domino, contrectat, Leza. to.3. vers. furtum, nu.3. comprobans ex Bulla Clem. sup. citata, n.9.

Vel rẽ ad vsum alterius cõcessam. 23. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt procedat in Religioso rem alterius Religiosi vsui applicatam surripiente, prædicta nanque res Monasterij esse non desijt, Peirin. Suar. & Lez. n.6.

Magis procedit in rapina. 24. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt multò magis procedat in rapina, quæ palam, & vi ex sui natura fit, Alex. & Boss. tit. de furtis, n. 5. qui de hoc agit, in tit. de rapinis.

De summa. 25. De quantitate autem, pro qua furtũ criminalitèr puniri potest, vide sup. in h.tc q. n.14.

Ante cõdemnationem pro furto, cõstare debet de corpore delicti. 26. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt in furto ad condemnationem deueniri non possit, nisi prius constet de corpore delicti, nempè de re furata, Boer. decis.164. n.8. Boss. tit. de delictis, n.32. vbi plures concordantes inducit, Masc. de probat. concl.829. n.1. lib.2. & de communi testatur Brunor. à Sole, in vnico suo cons. crim.54. Vndè dato, quòd quis ritè de pecuniæ furto denuncietur, & sumptis informationibus inditia legitima inueniantur ad constituendum Reum, & iste constitutus delictum fateatur, ad condemnationem in ordinariam pœnam deueniri nõ deberet, nisi prius de furto confesso constaret, & ideò ad verificationem confessionis deueniendum esset, & ad hoc interrogandus esset Reus, quid fecerit de re furata? Et eius responsione verificata, in pœnam ordinariam condemnari posset, aliàs secùs; Tali enim modo in furto iam confesso, de corpore delicti constare dicitur, ita specialitèr docet Ang. de malef. in ver. & vestem candidam, n. 15. vbi ait, quòd Iudex pro delicti verificatione, nuntiũ ad loca confessa mittere debet, & quòd alitèr faciendo, animam, & corpus suum damnat, Boss. de delictis, n.15. Clar. §. fin. q.55. vers. quomodò autem, Menoch. de arbitr. q. casu 269. Bal. Foller. Marsil. & Farin. cum pluribus alijs, q.2. n.15. qui hanc putat esse meram veritatem.

Quid in mariolis? 27. SVBLIMITA hanc 1. limitationem, vt locum non habeat ab-

absolutè in mariolis, vulgo dicti, taglia borse, qui fatentur innumera furta se cõmisisse: In istis enim sufficit ex confessis furtis, duo, vel tria verificari, ex quibus, etiam alijs non verificatis, ad mortem condemnari possunt, dummodò aliquorum querela adsit, qui asserant pecunias in illo loco, sibi furatas, in quo prædicti marioli eadem furta commisisse fatentur, optima est decisio in hoc casu Grãm. quem refert, & sequitur Far. *q.* 2. *n.* 15. *vers. quæ tamen.*

Quid in furto cũ fractura?

28. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt multò magis constare debeat de corpore delicti, in furto perpetrato cum fractura domus, vel capsæ, vbi v.g. asseritur fuisse pecuniam furatam antequam enim deueniatur, non modò ad condemnationem, sed etiam ad inquisitionem, prætèr cætera, debet cõstare de dicta fractura, alias non diceretur cõstare, de corpore delicti, Clar. *qu.* 4. *vers quandò verò, in fin.* Foller. *in praxi crim. vers. capiat informationem, n.* 17. *&* 19. & Far. *q.* 2. *n.* 19. *vers. ideo.*

Item cõstare debet, rem fuisse in loco furti.

29. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt antè condemnationem, pro verificatione corporis delicti, requiratur vlterius, constare, rem furatam antè commissum furtum, in loco fuisse furti cõmissi, ita expressè Marsil. *cons.* 8. *n.* 4. Rolan. *cons.* 51. *n.* 17. & *seq. vol.* 1. *Brunor.* Masc. qui testatur de communi, & Farin. *d. vers. ideo.*

Quid quo ad capturam, & torturã?

30. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt etiam antè capturam, & torturam funis, constare debeat, & sufficiat per legitima inditia de corpore delicti, furtum enim est difficilis probationis; In delictis verò occultis, & difficilis probationis, quoàd prædicta, sufficit, & requiritur de eorum corpore per coniecturas constare, secundùm Boss. *tit. de delict. n.* 20. Gabr. *concl.* 17. *n.* 14. *lib.* 7. Bal. & Farin. qui alios inducit, & testatur de communi, *q.* 2. *n.* 12. Et prætereà furtum post se vestigia non relinquit; In his autem similiter sufficit probatio corporis delicti per inditia, Boss. *tit. de delict. n.* 19. *&* 23. *in fi.* vbi testatur de quotidiana obseruantia; Masc. & Farin. *n.* 13. & totum hoc in specie de furto idem Far. cõfirmat, *n.* 15.

31. Pro declaratione huius limitationis 4. quasdam cõiecturas propono, quibus in furto delicti corpus probatur. Coniectura 1. ad rem nostram est querela partis bonæ famæ, quæ in criminalibus ad inquirendum sufficit, Clar. *§. fin. q.* 4. *vers. scias tamen*, vbi ait, quòd statim porrecta querela prædicta, Iudex debet contrà furem inquirere, & siue alia inuestigatione corporis delicti informationes assumere, & quòd hoc nullam habet difficultatem, Marsil. Mascar. & Farin. *q.* 2. *n* 16. Sed ad torturam, & tantò minùs ad condemnationem, d. querela non sufficit, Farin. *ibidem.*

Coniecturæ, quibus in furto delicti corpus probatur, vsque ad n. 36.

32. Coniectura 2. est acclamatio, seu conquæstio, incontinenti, furto secuto, facta per illum, cui res subtracta dicitur, & de hac cõiectura idem sentiendum est, quòd de proposita 1. Marsil. *consil.* 8. *n* 5. Clar. *q.* 60. *in princ.* Aret. Blanc. & alij relati, & secuti à Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 830. *n.* 13. *&* 14.

 Foller.

Foller. & Far. qui testatur de communi, *q.2.n.17.*

33. Coniectura 3. ad delicti corpus probandum in furto, ex fama legitimè probata, orta in vicinia de re certa, sumitur, quæ ad inquirendum sufficit, Bal. Brunor. & Farin. *q.2.n.18.* Dum autèm in furto interuenit fractura, de qua dictum est supra, *n.28.* de ea, proculdubio, constare debet, secundùm Bar. *in l. si quandò, in fi. C. vnde vi*, Gramm. Vulpel. & Clar. *q.66. in princ.* vbi etiàm plures alios refert, Foller. Grat. Ias. & Far. *n.19.*

34. Coniectura 4. ad delicti corpus in furto probandum, est fuga famuli, iuncta domini conquestione, Rimin. & Clar. *q. 66. in princ.* Marsil. & Far. qui de communi, *q. 2. n.20.* vbi ex Masc. & alijs, inter coniecturas etiàm enumerat, scalas ad fenestram domus inuentas, in qua furtum patratum fuit; Nec non strepitum, & rumorem à vicinis in loco commissi furti auditum. Quale verò inditium faciat, res furata in Rei domo reperta dictum est supra, *q.70. n.1. vsque ad 4.*

35. Posito casu, quod in inquisitione ex prædictis coniecturis formata, inditia sufficientia resultent ad capturam, & ad torturam deuenire poterit Iudex, Clar. *q.4. vers. scias tamen.* Masc. & Far. *q.2. n.16.*

Qui aufert rem de domini voluntate non furatur.

36. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt dum res, de voluntate domini ipsius rei, contrectata fuit, nec furtum dicatur, nec intret pœna furti. Clar. *in praxi, §. furtum, vers. item excusatur*, Hostien. Tusc. & Farin. *q.174. n.137. & est tex. in §. placuit*, & ibi gl. & communitèr DD. *Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Immo credēs probabilitèr dominum permittere, licèt non permittat, à furto excusatur; vt quandò contrectās est cōsanguineus, vel magnus amicus domini rei, Menoch. Farin. & plures apud eum, *n.142.*

Voluntas domini debet probari.

37. Nota tamèn, quòd, in dubio, res contrectata præsumitur contrà domini volūtatem, & qui contrarium dicit, probare tenetur, *l. si vas, §. vectare*, vbi glo. & Bart. *ff. de furtis*, Gom. qui testatur de communi, Aret. Menoch. Boss. & Far. *q.174. n.148.* Immo non creditur domino rei, asserenti rem sibi subtractam fuisse ex eius voluntate, nisi talis assertio alijs inditijs adiuuetur, puta, paruitate rei furatæ, consuetudine talia furta permittendi, amicitia, vel consanguinitate contrectantis, & similibus, aliàs enim de facili dominus furem liberaret, quod est absurdum, Bar. *in l. inter omnes, §. rectè, n.2. ff. de furt.* Bald. Menoch. Abb. & Far. plures inducens, *n.155.* Clar. *in praxi, §. furtum, vers. item excusatur*, vbi testatur de communi, & practicata opinione.

Et an sufficiat assertio domini?

Iuristæ pœnā taxant pro 1. furto.

38. Animaduertendum est igitur, quod Iuristæ pro primo furto imponunt pœnam fustigationis, vt probat Far. *q.177. n.35.* licèt non omnes in hoc conueniāt, & nō desint, vt habetur apud Far. *n.36.* qui dicant, hanc non infligi pœnā, nisi nocturnum sit primum furtum; Et Romæ, teste Far. *n.37.* fur pro 1. vice non semper fustigatur, sed aliquandò tribus ictibus funis, aliquandò pœna exilij, quandòque vtraq; punitur, iuxta furti magnitudi-

tudinem, & personæ qualitatem furis: Et quamuis non desint tenentes, pro vnico magno furto imponi mortis pœnam, quos refert Far. *n.*45. & hi permulti, & graues sint DD. tamèn si Iudex errare non velit, mortis pœnam pro magno vnico furto, non imponet, cum & opinio opposita, plures, & graues habeat defensores, cumulatos, à Far. *q.*167. *n.*47. Furtum autem, quandò graue dicatur, vide Far. *q.* 165. *n.*13. *vsque ad n.* 23.

Pro 2. furto. 39. Similitèr Iuristæ, nec pro secundò furto mortis pœnam imponunt, sed grauiorem, quam pro vnico furto, Aret. qui testatur de communi, *in Auth. sed nouo iure*, & ibi Bal. Salic. & alij, *C. de seru. fugit.* Gom. qui paritèr de communi, qui ait, quòd apud eum pro 2. furto, communitèr imponitur pœna flagellorum, & abscissionis auricularum, Afflict. Boer. Tusc. & alij relati à Farin. *q.*167. *n.* 42. Quicquid alij cōtradicant ab eo citati, *n.* 43. Subdens, *n.* 44. quod Romæ, dum furta non sunt modicæ quantitatis, vel cum aliqua etiàm qualitate aggrauante, fur pro 2. furto, aut fustigatur, & in exilium mittitur, aut ad triremes ad tempus trasmittitur; Immò est punctus controuersus, an, & quando pro 3. furto, mortis pœna infligi possit; vel potius pœna fustigationis cum exilio; seu triremium ad tempus, vel in perpetuum? vt videre est apud Farin. *n.*48. *vsque ad nu.* 84. Hæc de iure Ciuili. (Pro 3.)

Quid de iure Canonico. 40. De iure vero Canonico, Clericus pro furto, de quo non est publicè diffamatus, si spontè confiteatur, læso satisfacere debet, & pœnitentiam agere, quibus præstitis, leui pœna per modum pœnitentiæ erit puniendus, *c. fi. de furtis*: Si verò de furto publicè diffamatus fuerit, non erit promouendus, & promotus deponetur, & in Monasterium ad pœnitentiam agendam detrudetur, vt probat Far. *q.* 167. *n.* 9. Qui iterum de hac materia agit, in suis Fragm. *ver. Clericus, & c. n.* 316. *& seq.* Et vtrobique pœnas latronibus infligēdas insinuat.

41. De hac materia, an, & quandò constare debeat de corpore delicti in crimine furti? latè tractat Farin. *q.*2. *à n.*14. *vsq. ad n.* 20. Ex cuius doctrina videbit lector, punctum hunc apud DD. controuersum esse: Sed quod hic supra scritum est, verius omnino videtur. Generalitèr verò de corpore delicti, quandò, & quomodò constare debeat, antequā ad inquisitionem, capturam, seu condemnationem, Iudex procedat? diffusius agit, *ibidem*, Farin. *in d. q.* 2. *per totam*, & visum est hic supra latè, *q.*12. similitèr per totam.

De Delicto incendij, & eius pœna, Quæstio 124.

1 PRAEMITTO, inter cætera realia delicta, incendij crimen, quo alienæ res tolluntur, pessimum vtique esse, *cap. pessimam* 23. *quæst.* 8. Vbi delinquenti, qui pro odio, & vindicta, studio, ignem appofuit, vel apponi fecit, consilium, vel auxilium dedit, excommunicationis pœna imponitur, & si mortuus fuerit sepoltura priuatur, (Incendiarij, & cōplices excommunicantur &c.)

tur, & statuitur non debere absolui, nisi damnum refecerit.

Incendij pœna est arbitraria.

2. REGVLA 1. fit. Incendij pœna arbitraria est, ita Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu 390. n. 1.* Qui, *n. 25.* & sequenti plures distinguit casus, ex quibus Iudex benè dignoscere, & iudicare possit, quomodò suum regulare debeat arbitrium: Et etiàm ait, quòd quandò, in aliquo casu, mortis pœna est imponenda, in arbitrio Iudicis est, mortis qualitatem mutare, & huic Regulæ subscribit Farin. concordantes inducens, *q. 110. n. 6.* Hæc autem Regula declaratur, & firmius stabilitur ex infrascriptis Ampliationibus.

Quid, dũ fuit dolo commissum incẽdium?

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt procedat in incendio dolo cõmisso, quod de iure Ciuili arbitrariè punitur; modò incendiarium tradendo ad bestias, & postea eum comburendo; Modò eum decapitando; modò eum deportando; modò relegando, secundùm qualitatem incendij, & personarum, iuxtà varias legum sanctiones, quas refert Farin. *q. 110. n 5.* vbi cum seq. inducit etiàm ad saturitatem DD. ita tenentes, & declarantes; Subdens, *n. 9. & seq.* cum Cyn. Salyc. & pluribus iuribus, incendiarium vlterius prædictum teneri ad omnia damna, & interesse secuta ex incendio. De iure vero Canonico, *in c. pessimam, 23. q. 8.* incendiarijs excommunicationis pœna infligitur, Menoch. vbi sup. *n. 3. & seq.* Dec. Foller. & Farin. *n. 15.*

Vel lata culpa?

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt quandò incẽdium fuit commissum, non dolo, sed lata culpa, possit incẽdiarius puniri ad arbitrium Iudicis, etiam corporaliter, sed non ita grauiter, ac si dolum interuenisset, Farin. *q. 110. n. 17.* testans, in hoc omnes cõcordare, Cyn. Salyc. *in l. data opera, & ibi* Bald. qui ait, in hoc casu non imponendam esse pœnam mortis, nec abscissionis membri, sed mitiorem aliam corporalem, vel magnam pecuniariam, *C. de his, qui accus. non poss.* Bald. *in l. 1. ff. de offic. Præfec. vigil.* vbi ait, aliquandò in hoc casu flagellationi locum esse, Menoch. Ang. & Far. *n. 17* Qui, *n. 18.* cum ijsdem Menoch. Ang. & alijs, vult, talem incendiarium teneri pariter ad damna, & interesse.

Seu leui culpa?

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt quandò incendium fuit cõmissum leui culpa, pœna arbitraria videatur infligenda, attenta diuersitate opinionum DD. Cum vna fuerit opinio, in hoc casu pœnam esse pecuniariam, & in subsidium corporalem, dum incẽdiarius non est soluendo, Bald. *in d. l. 1.* cum quo videtur residere Ang. nec dissentit idem Bald. *in l. data opera, C. de his, qui accus. non poss.* At Berber. tenet, pœnam fustigationis posse infligi; Et Franc. Mar. ait, hic non intrare pœnam criminalem saltem corporalem: Et has varias opiniones refert Far. *q. 110. n. 19.* ex quibus arbitrium Iudicis regulari posse videtur.

Quid in incendiario ex leuissima culpa?

6. Incendium autem ex leuissima culpa, pœna criminali non punitur, Afflict. qui de communi, Ang. Conrad. & plures alij, quos sequitur Farin. *q. 110. n. 20.* vbi testatur, quòd hoc omnes admittunt. Quid

verò

verò dicendum sit in proposito de pœna ciuili, & de damnis, & interesse? vide eundem Farin. *n.* 21. *vsque* 32. Incendium verò ex casu fortuito proueniens, ad nullam pœnam obligat, *l. fortuito, ff. de incend. &c.* vbi glos. & tenent Bart. Ang. & Farin. concordantes inducens, *nu.* 33. qui cum Bald. Ang. Menoch. & alijs, sentit huiusmodi incendium, nec ad damna, & interesse obligare.

Vel ex casu fortuito?

Incendiũ præsumitur ex culpa habitantiũ, & côuersantium causatũ.

7. REGVLA 2. sit. Incendium in dubio præsumitur causatum culpa inhabitantium, & conuersantium in domo combusta, *l. si vendita, vbi* Alber. & Salyc. *ff. de peric. & commod. rei vend.* Conrad. qui de communi, Ang. Bald. Iason, & Far. ad saturitatem concordantes inducens, *q.* 110. *n.* 41. *vbi in sequentibus* diffusè, *vsq; ad n.* 77. hanc Regulam pluribus ampliat modis; sicut è contrà, diuersimodè limitat eandem *à n.* 78. *vsq. ad n.* 110.

8. Plura de materia huius q. Far. *q.* 110. vbi præsertim *à n.* 111. *vsq. ad n.* 160. proponit, & resoluit in hac incendij materia quæstiones varias.

De iniurijs verbalibus, & earum pœnis, Quæstio 125.

1 CVM pauca sint delicta, vt notat Far. *q.* 105. *in princ.* quæ in se iniuriam non contineãt, antequam in hoc Tractatu de delictis, & pœnis ad vlteriora procedam, de iniurijs, earumque pœnis agere decreui, vt etiam mihi viam sternam, post delicta personalia, & realia, de quibus in hoc eodem Tractatu visum est, de verbalibus delictis aliqua insinuare, iniuriæ enim non rarò tantùm verbales sunt, vt conuicia; quamuis etiàm scripto inferantur, puta per libellum famosum, seu per epistolam, *l. lex Cornelia, §. si quis librum, ff. de iniurijs*; Nec non factis, *l.* 1. *§. iniuriarum, ff. eodem*, Clar. *in §. iniuria, in prin.* Hostien. & Butr. *in c. cum te, de re iudic.* Et sic tribus modis iniuria infertur, verbis, scriptis, & factis, vt probat *tex. in §. iniuria autem, instit. de iniur.* & tradunt Alber. & Cyn. *in l. si non conuitij, C. eodem; In hac q.* agam de his iniurijs, quæ verbis tantùm inferuntur, *in sequentibus* verò de reliquis.

Multis modis iniuria infertur.

2. REGVLA sit. Iniuriarum verbalium criminalis pœna est arbitraria, Abb. & Fely. *in c. cum te, de re iudicata*, Aret. & Nicas. per illum tex. *in §. in summa, instit. de iniur.* Ang. & Alber. *per illum tex. in l. fin. ff. eodem*, tenent Clar. & ad eum Baiar. *in §. iniuria, vers. sed quæro*, Hostien. Far. & alij, *q.* 105. *nu.* 56. Et hæc arbitrariâ pœna potest etiam esse corporalis, quamùis tãtùm verbalis fuerit iniuria, secundùm Abb. Bal. & Fely. *in d. c. cum te*, Bai. & Far. *n.* 59. vbi concordantes.

Pœna iniurie verbalis arbitraria est.

3. Declaro hanc Regulam; Vt vnica tantùm reputetur iniuria, & vnica debeat esse pœna, in pluribus iniurijs verbalibus vnico impetu illatis, Ang. *in l. si non conuitij, C. de iniur.* Bar. & Far. *q.* 105. *n.* 174. plures concordãtes citans, & idem iterum tenet, *q.* 22. *n.* 28. *& seq.* Alber. *in l. Prætor edixit, §. si mihi plures, ff. de iniurijs*, vbi ait, hoc procedere, dum vnus tantùm sectuus est

An vna sit pœna plurium verbaliũ iniuriarũ, vnico impetu illatarũ?

esse;

effectus, secùs si ex qualibet iniuria effectus sit separatus secutus. Vide sup. *q.* 108. *n.* 24. *vsq. ad n.* 27.

Condemnatus actione iniuriarum, an fiat infamis?

4. AMPLIATVR 1. Regula; Vt condemnatus actione iniuriarum, vltra pœnam arbitrariam, fiat infamis, siuè agatur ciuilitèr, siuè criminalitèr, Diaz. & Far. cum alijs, *q.* 105. *n.* 62. glo. Abb. Innoc. Hostien. Fely. & alij, *in c. cum te, de re iudic.* vbi præcitati, & alij DD. & per illum tex. tenent hoc procedere etiam in Clerico, & in specie notauit Diaz. *in praxi crim. Can. c.* 62. *rubr. de maledicis, n.* 6. & dum iniuria fuit grauis, cum hac Ampliatione consentiunt omnes, teste Clar. *in d. §. iniuria, vers. item condemnatus*: si verò iniuria fuerit leuis, & minima, controuersum est, an infamia incurratur, ad quod *ibidem*, Clar. inducit DD. nec non Far. *n.* 65. & 66.

Pœna arbitraria punitur improperans turpe.

5. AMPLIATVR 2. Regula; Vt pœna arbitraria iniuriarum puniatur, qui in alterum quodlibèt turpe verbis improperat, Bal. & alij, *in l.* 1. *in prin. ff. de liber. & posthum.* & est tex. *in l. item apud Labeonem, §. qui turpibus, ff. de iniurijs*, & tenent Far. cum alijs, *q.* 105. *n.* 10.

Siue in specie, siuè in genere.

6. SVBAMPLIATVR; Vt hoc sit verum, siuè in specie, siuè in genere delictum improperetur, Bar. Bal. & DD. *in l.* 2. *ff. de liber. posthum.* Ang. Aret. Felyn. & Far. concordantes inducens, *n.* 12.

Quid in pœna statuti?

7. LIMITATVR hæc Subampliatio; Vt non procedat, quandò Statutum puniret iniuriantē, quià, vt tali Statutariæ pœnæ esset locus requireretur, vt improperiū esset non in genere, sed in specie; Putà si improperaretur, quod quis sit fur, homicida, &c. hæc enim est specifica improperatio; nec sufficeret, si quis vocaret alterum, malum hominem, impium, pessimum, aut simile, hæc enim generica sunt improperia, ita Ruyn. quem sequitur Baiar. *in §. iniuria, n.* 29. & 36. & tenet Far. *q.* 105. *n.* 14.

Pœna iniuriarum punitur lædēs Dignitatē, vel infamās personam.

8. AMPLIATVR 3. Regula; Vt pœna iniuriarum puniatur, qui verbo lædit Dignitatem alicuius, vel eius personam infamat, vel opinionem minuit, *l. item apud Labeonem, §. generaliter, ff. de iniur.* Ang. Bar. & Far. *q.* 105. *n.* 15.

Item qui aliū blasphemat, vel defectum naturæ obijcit.

9. AMPLIATVR 4. Regula; Vt procedat in blasphemāte aliquem optando ei malum de præterito, præsenti, vel futuro, Bar. Gom. & Farin. *q.* 105. *n.* 23. Vel dum alicui exprobratur defectus naturæ, vt quòd sit spurius, monoculus, cæcus, &c. Gram. *decis.* 14. *n.* 10. Iodoc. & Far. *n.* 24.

Absenti iniuria an fiat?

10. AMPLIATVR 5. Regula; Vt procedat in iniuria verbali facta absenti, *l. item apud Labeonem, §. conuitium, & ibi* glo. *ff. de iniur.* Boss. *tit. de iniur. n.* 35. Anchar. & Abb. *in c.* 1. *de maledicis*, vbi etiam Marian. Socin. qui cum Saly. ait, hoc habere locum etiam in dispositione Statutaria; Subdens nisi Statutum loqueretur in datiuo.

Vt ad domum.

11. Ex hac Ampliatione sequitur Regulam procedere in iniuria illata ad domum alicuius, quæ vtique grauis dicitur iniuria, *in l. quod ait, §.* 1. *ff. de adult.* Carer. & Far. *n.* 218.

Quid in iniuria nutu facta?

12. AMPLIATVR 6. Regula; Vt procedat in iniuria nutu facta, quæ arbitrariè punitur, dummodò

cx

ex nutū appareat aliquòd signum, quòd voluntatem iniuriantis designet, vel appareat ex verbis præcedentibus, seu subsequentibus, Baiar. ad Clar. *in §. iniuria*, *n.* 15. Iodoc. Conrad. & Far. cum alijs, *q.* 105. *n.* 87. *&* 88. Et idem dic de minis, quamuis enim in minis verbum iniuriosum non dicatur, per eas, iniuriam illatam esse, dicitur, Baiar. *vbi supra*, *nu.* 33. Bertaz. & Farin. *n.* 89.

Vel minis?

In mandante, cōsulente, persuadēte, &c.

13. AMPLIATVR 7. Regula; Vt iniuriarum arbitraria pœna locum habeat non modo in iniuriam inferente, verùm etiam in mandante, consulente, procurante, incitante, seu persuadente, vt habetur, *in l. item apud Labeonem, § fecisse, ff. de iniurijs, vbi* Ang. & facit tex. *in §. non solum*, & ibi DD. *instit. de iniur.* Bar. Hostien. & Farin. alia iura, & DD. citans, *n.* 90. *&* 91.

In ironicè alteri bonū dicente, vel indirectè iniuriā: e?

14. AMPLIATVR 8. Regula; In dicente ironicè alteri bonum aliquòd, cum animo iniurandi, puta tu sei vna buona Donna, vn buon' Huomo, & similia, ita Clar. *in §. iniuria*, *&* *ibi* Baiar. *nu.* 21. *&* 44. Bellaper. Boer. & plures alij, quos sequitur Farin. *q.* 105. *n.* 103. Beluis. *in praxi, lib.* 1. *cap.* 3. *rubr. de iniur.* vbi generalitèr de omni iniuria illata per verba indirecta, & subdola, & ait quòd in istis verbis multùm attenditur modus pronūciādi; Sed in his malus animus probādus est, Far. cū alijs, *n.* 117. *& seq.*

An veritas illatæ iniuriæ excuset?

15. AMPLIATVR 9. Regula; Vt veritas illatæ iniuriæ, contumeliæ, seu conuitij à pœna arbitraria nō excuset, dum adfuit iniuriandi animus, & illatio sinè causa fuit, Boss. *in tit. de iniur. n.* 3. *vbi* ait; quòd in dubio, animus præsumitur iniuriandi, dùm sinè causa conuitiū pronunciatū fuit, & consentit Far. *q.* 105. *n.* 229. & habetur, *in cap. cum te, & per illū tex.* ita ibi tenent, Abb. & Fely. *de re iudic.* Alber. Hostien. Rom. Menoc. Baiar. & de communi testantur Alex. de Neuo, & Lopez, quos cum concordantibus sequitur Far. *n.* 227. Dixi sinè causa, vt puta in rixa, secùs si cum causa, vt per modum correctionis, vel vt euitetur, ne afferat nocumentum corporale, vel spirituale, Boss. *tit. de iniur. n.* 3. Abb. & Fely. vbi sup. Butr. Alber. & de communi testatur Alex. de Neuo, & subscribit Far. *n.* 231. Et hæc Ampliatio procedit etiàm in iniuria vera de re notoria, vt si quis appelletur Apostata, Fur, vel Homicida, & hæc notoriè sint vera, Ang. *in l.* 3. *C. de iniur.* & est tex. *in l. nullus C. de iudic.* nec dissētit Far. *n.* 230. iūcto, *n.* 252.

In scriptis.

16. SVBAMPLIATVR 9. Ampliatio; Vt multò magis procedat in iniuria illata in scriptis, per libellum famosum, quæ, quamuis vera, punienda est, vt probabo *infra*, *q.* 126. *n.* 21.

Iniuriatus reiniurians, an puniatur?

17. LIMITATVR 1. Ampliatio 9. Vt non procedat in prouocato ex iniuria sibi illata, qui si, contrà prouocantem, inferat aliam iniuriam de re vera, nullo modo est puniendus, propter præcedentem prouocationem, Viui. *opin.* 2. *n.* 3. *&* 6. *in fi.* Marian. Socin. Beluis. & Far. *q.* 105. *n.* 245. & latius Bolognet. *in l. vt vim, n.* 94. *ff de iust. & iur.* Vbi amplius ait, quòd cum quilibet præsumatur bonus, idcircò in du-

dubiò quilibet iniurians falsum dicere præsumitur, & ideò vterq; dictum suum probare debebit. Et ex his possunt concordari opiniones plurimorum DD. relatorum à Far. *n. 306. & 307.* quorum plurimi, tenent prouocatum iniuria, si prouocantem iniuriet puniendum non esse, quorum opinio procedit, quandò iniurians falsum dicit, & iniuriatus veram refert iniuriam, vt probatum est in hac limitatione: Aliorum verò DD. opinio, sententientium reiniuriantē puniendum, sed mitiùs, procedet, quando iniuriatus iniuriam falsam refert; ita, distinguendo, tradit Bolognet. *in l. vt vim, n. 94. ff. de iust. & iur.* & hanc distinctionem, ait, verissimam, Far. *q. 105. n. 309.*

18. LIMITATVR 2. Ampliatio 9. Vt iniuria illata in iudicio cum veritate, excusetur à pœna, dum rationabilitèr infertur, & probatur; e. g. dum quis iudicialiter aliquem accusando, infamat de re vera, vt expressè probatur, *in l. 1. §. sanè, & §. fin vero*, & ibi glos. & Butrig. *C. de famos. libel.* Hostien. *in summa de iniur. & damno dato, §. contrà quos*, Abb. *in c. cum te*, & ibi Felyn. *de re iudic.* Boer. *cons. 4. nu. 34. & 37.* vbi de communi, Boss. Rom. & plures concordantes, quos sequitur Far. *n. 232.*

Iniurians iudicialiter an puniatur?

19. Ex hac limitatione infertur, quod si quis excipiendo contrà accusatorem, vel testes, ipsos infamauerit, si infamatoriam exceptionem probauerit, non erit puniendus, si verò non probauerit, iniuriarum actione tenebitur, Alber. & Saly. *in l. si non conuitij, C. de iniur.* Boer. *cons. 4.* vbi relatis, & reprobatis cōtrarijs, hanc testatur communem esse opinionem, vbi loquitur etiam in excipiente contrà promouendum ad aliquòd officium, vel dignitatem, quam prætendit, Abb. Butr. & plures concordantes, quos refert, & sequitur Far. *q. 105. n. 233.*

20. LIMITATVR 3. Ampliatio 9. Vt porrigens Principi memoriale, in quo aliquis infamatur, iniuriarū actione non teneatur, si delictum, quod obijcitur probetur, secūdùm Boss. *tit. de iniur. n. 4.* secùs si delictum obiectum non sit verum, aut non probetur, prout vtrumque tenet Bertaz. *cons. 390.* vbi in 2. casu, iniuriam atrocem existimat: Et quòd quandò contenta in memoriali prædicto non probantur, porrigens iniuriarum actione teneatur, *est tex. in l. item apud Labeonem, §. si quis libello, ff. de iniur.* tenent Socin. Far. & concordantes ab eo inducti, *n. 240. q. 105.*

Vel porrigens Principi memoriale.

21. Materia propositæ Ampliationis 9. & eius declarationum adModum controuersa est, vnde Far. circà eam diffusè, tredecim Doctorum opiniones affert, *q. 105. à n. 219. vsq. ad n. 246.* Sed veritas videtur esse, quæ hic supra breuiter explicata est.

Controuersa hęc materia?

22. AMPLIATVR 10. Regula; Vt multò, magis sint puniendi arbitraria pœna, qui falsum delictum contrà aliquem in iudicio testificantur; & hi de iure, de falso puniendi sunt, iuxta probata *supra, q. 47. n. 21. vbi vsq. ad n. 26.* inuenies Ampliationes, & Limitationes huius vltimi dicti.

Pœna testis falsi.

23. LI-

Excusationes à pœna periurij.

23. LIMITATVR 1. Ampliatio 10. Vt excusetur quis à periurij pœna, si probaret, sinè dolo periurasse, vt de communi DD. testantur Cagnol. Gom. Iason. & tenet Clar. *vers. excusari*.

24. LIMIATVR 2. Ampliatio 10. Vt similiter excusetur à pœna, qui probat suum periurium nulli præiudicasse, nec præiudicare potuisse, Ias. testatur de communi, & tenet Clar. *vers. potest*.

25. LIMITATVR 3. Ampliatio 10. Vt Reus periurus non puniatur, Clar. *vers. scias etiam*, & tenent communitèr omnes DD.

Pœna mentitæ.

26. AMPLIATVR 11. Regula; Vt pœna criminali arbitraria iniuriarum sit puniendus, qui alteri aliquid asserenti, vel neganti, quòd in se iniuriam non continet, dicit; Tu mentiris; mentita enim verbũ iniuriosum est, Menoch. *cons. 41. n. 8. & 9.* vbi concordantes refert, Bertaz. *cons. 135. n. 2.* vbi ait, quòd hoc communi omnium consensu receptum est, Ang. Bar. Clar. & Far. cum alijs, *q. 105. n. 310.*

Quamuis illata cũ protestatione.

27. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 11. Vt procedat, quamuis mentita fuerit illata cum protestatione, saluo scilicèt honore mentiti, facto enim hæc protestatio contraria est, & consequentèr non releuat protestantem, Clar. & ad eum Baiar. *in §. iniuria, n. 14.* Viu. *opin. 6. nu. 1.* vbi alios refert, & testatur de vera, & cõmuni opinione, Alex. Alber. Boer. Far. & plures alij, *n. 311. q. 105.*

Illata ex interuallo.

28. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 11. Vt mentita data ex interuallo, semper sit punibilis, quã-uis fuerit data ad iniuriam illatam propulsandam, Boss. *tit. de iniur. nu. 7.* Baiar. Bertaz. Farin. & alij, *n. 333.*

De mentita data pro iniuria falsa.

29. LIMITATVR 1. Ampliatio 11. dum mentita datur de iniuria falsa sibi illata, quæ punibilis non est, Bolognet. qui testatur de magis communi, Bar. Ang. Boer. Menoc. Bertaz. & plures alij, quos refert, & seqitur Far. *q. 105. n. 115.* qui ait, *n. 318.* hanc opinionem sinè dubio magis communitèr receptam esse, & ab ea in iudicando non recedendum; Tunc enim mentiens redarguendo iniuriantem de mendacio, verum dicit, & propterea non punitur, Bolognet. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Et huic limitationi subscribunt glo. Alber. Ang. & Paul. Castren. *in l. quæ omnia, §. 1. ff. de Procurat.* & Abb. *in cap. cum te, de senten. & re iudic.* Secùs esset si iniuria illata esset vera, & mentita falsa, tunc enim mentita punibilis esset Alber. & Paul. de Castr. *in l. quæ omnia, ff. de Procurat.* Boer. Bolognet. & Farin. *n. 322.* Non tamèn desunt tenentes contra hanc limitationem (á qua non recedes) relati à Far. *q. 105. n. 316. & seq.*

Vel pro iniuria vera.

Quid in dicente, tu non dico il vero, &c.?

30. LIMITATVR 2. Ampliatio 11. Vt iniuria non sit, nec mentita, dicere alicui. Tu non dici il vero; per negationem enim iniuria non infertur, secundùm Bolognet. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Viu. *opin. 6. n. 5.* vbi tamen loquitur, cessante ira, & inurbano colloquio, Conrad. Giachiar. & Far. *q. 105. num. 327.* qui cum Viu. idem dicit, dum aliquis ait, tu dici la bugia: Et

n. 328. cum eodem Viu. Bertaz. & pluribus alijs, idem asserit de dicente, tu dici il falso. Sed Socin. iun. *consil.* 103. *num.* 10. *lib.* 3. ait, per testes in facto probatum fuisse, apud milites, & personas honoratas, idem esse, dicere, Tu menti, aut, Tu non dici il vero, ò, Tu dici la bugia; Et sic in dictis verbis iniuriam includi, voluit Bertaz. *consil.* 152. *num.* 12. *& seq.* Et Baiar. *in d.* §. *iniuria*, *nu.* 20. dixit, se credere puniendum esse pœna extraordinaria illum, qui irato animo alteri dixit, tu dici il falso; Et ab his non dissentit Farin. *n.* 329.

Vel in mentita conditionata?

31. LIMITATVR 3. Ampliatio 11. in mentita conditionata, e.g. Se tu hai detto contro il mio honore, ne menti, hæc enim mentita non est punibilis, quià si conditio non verificetur, mentita non habet locum; Si verò conditio sit verificata, mentita non est punibilis, cum ad propulsandam iniuriam falsam, vt supponitur, data fuerit, latè Dec. *consil.* 487. *lib.* 4. & diffusius Soc. iun. *consil.* 122. *lib.* 2. & subscribit Farin. *n.* 330. ad quod in seq. inducit Bertaz. & Bero.

Seu in iniuriante cum protestatione, se animum nō habere iniurandi.

32. AMPLIATVR 12. Regula in iniuriante cum protestatione, se iniuriosa verba proferre non animo iniuriandi, qui puniendus est, Alber. *in l. item apud Labeonem*, §. *item ait*, *num.* 2. *ff. de iniur.* Couar. Soarez, & Farin. *quæst.* 105. *num.* 312. Iacob. Ayrer. *in l. vt vim*, *ff. de iust. & iur.* testans de veriori opinione, Socin. *consil.* 118. *num.* 5. *lib.* 1. vbi testatur de communi. Quamuis Ang. Alex. & Montel. *in praxi arbitrar. part.* 4. *quæst.* 9. *num.* 62. dixerint, protestationem, dum præcedit, excusare. Sed non recedas ab Ampliatione, nisi quandò ex præsumptionibus constaret non fuisse iniuriam illatam, iniuriandi animo, hoc enim casu, hæc protestatio multum operaretur, Oltrad. Socin. qui de communi, & Clar. *in* §. *iniuria*, *n.* 14. quos sequitur Farin. *n.* 314. qui ait, hanc declarationem verissimam, cum etiam sinè protestatione, dum per coniecturas constat de animo non iniuriandi, pœna iniuriarum non intret, secundùm Ang. Bellapert. & Cyn. *in l. si non conuitij*, *C. de iniur.* Mascar. Boer. Felyn. & Farin. alios inducens, *n.* 121.

Iniurians potest puniri licèt iniuriatus remittat iniuriam, qui vltrà criminalitèr agere nō potest

33. AMPLIATVR 13. Regula; Vt licèt actio iniuriarum, tacitè, per salutationem, tactus manus &c. remittatur, vel expressè, & hæc remissio iniuriato præiudicet, ita vt criminalitèr actione iniuriarum ad pœnam agere non posset; Tamē hoc non præiudicat fisco, quin ad vindictam agere possit, ne delicta remaneant impunita, Boss. *tit. de iniur. n.* 17. *&* 32. Plaz. Beluis. & Farin. *q.* 105. *n.* 364. Immo, & ipse renuncians, renunciatione non obstante, ciuiliter ad interesse agere potest, Ang. Bal. Bar. quos refert Anan. *in c.* 1. *de maledicis*, Couar. qui de communi, & Farin. cum alijs, *n.* 65. *& seq.* Sed nota quòd Episcopus, seu Clericus, qui, ex eorum officio, odiū remittere astringuntur, per salutationem, conuersationem, & similes actus, iniuriam remi-

remisisse non censentur, præsertim post accusationem, Butr. Hostien. Io. Andr. & Marian. Socin. *in c. olim. de iniur.* & tenet. Farin. *n.373.*

Qua pœna, & à quo puniatur iniurians suum Superiorem?

34. AMPLIATVR 14. Regula; Vt iniurians proprium Prælatum, seu aliud Superiorem, arbitrariè puniatur, *c. si quis Sacerdotum*, 11. *q.1.* & notat Hostien. quem sequitur Far. *q.105. n.402.* Et dum iniuria facta Prælato tangit etiam Ecclesiam, potest idem Prælatus, dum Iudex est competens, punire, & excommunicare, secudùm Abb. *in cap. 1.* & ibi Marian. Socin. & Anan. *de maledicis*, & tenet Farin. plura iura inducens, *nu.403.* Licèt dum iniuria tangit tantummodò ipsum Prælatum, non possit eam punire Alber. *in l. vnica*, *n. 1. C. si quis Imperat. maled.* Anan. *in c.1 de maled.* & ad hoc etiam Farin. iura inducit, *n. 404.* Et sic distinguendo concludit glo. *in c. si quis erga.* 2. *q. 7.*

Vel concionator indebite Prælatos reprehēdens?

35. Hæc Ampliatio extenditur ad Cōcionatores detrahētes Prælatis in suis concionibus nominatim, vel per circumlocutionem, hi enim subiacere debent per duos menses illis pœnis, quæ iuxtà eorum institutum imponi consueuerunt pro grauibus criminibus, iuxta *tex. in Clemen. 1. §. quibus etiam.* & ibi glo. *de Priuilegijs &c.* Butr. Io. Andr. Anan. & Zabar. *in c.1. de maledicis*; Et quamùis Prædicatori liceat in genere vitia Prælatorum tangere, cauere tamèn debet, vt monet præcitata glo. vt etiam linguam in generali locutione refrenet.

36. AMPLIATVR 15. Regula; Vt procedat in maledicente Principi iniuriosè, & ex animo, *l. vnica*, vbi glo. Butrig. Bal. & Saly. *C. si quis Imperatori maledix.* Hostien. Gig. Menoch. & Farin. alios inducens, *q.105. n.389. & seq.* qui declarat, & soluit contraria, *n.396.* Dixi ex animo, quia secùs esset, dùm sinè dolo, & propter ebrietatem, quis maledixerit, tunc enim non actione iniuriarum esset plectendus maledicens, Anan. *in c.1.* & ibi Boyc. *de maledicis*, Menoch. & Far. *n.409.* Et idem dic, in maledicente Principi ex leuitate, temeritate, seu lubrico linguæ, hæc enim contemnit, nec punit Princeps, vt tenent, Butrig. Bal. Saly. & Fabr. *in l. vnica citata*, Host. Plac. & Far. *n.411.*

Seu Principi maledicēs, vsque ad n. 38.

37. Non desunt tamèn plurimi DD. tenētes, Principi maledicentes ex leuitate, & lubrico linguæ, pœna arbitraria puniendos esse, ita Aym. quem sequitur Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu 377. n.10. & seq.* Io. Andr. Hostien. & alij relati à Far. *q.105. n.412.* Subdens, *n.413.* non præsumi d. leuitatem, & ideò probandam esse, secundùm Innoc. *in c.1.* vbi Zabar. Io. Andr. & Marian. Socin. *de maled.* Nisi alitèr ex leuitate personarum suaderetur, vel ex alia qualitate earumdem, Farin. *n.414.* cum citatis ab eo, præsertim Bar. & Bal. Sed maledicens Principi ex insania, miseratione dignus est, Bar. *in l.1. C. si quis Imperat. maledix.* & ibi glo. Bal. Butrig. & Cyn. cum pluribus alijs, quos sequitur Farin. *n.415.*

38. Et

38. Et nota, imputatos de hoc crimine non posse Iudicem absoluere, vel condemnare, sed debere eos ad Principem remittere, & secũdum eius rescriptum procedendum erit, Bar. Bal. glo. & alij DD. *in d. l. vnica*, Hostien. Butr. & Far. *q.* 105. *n.* 419. & Boss. *in tit. de iniur. n.* 34.

Pœna iniuriarum nõ infertur illi, qui sinè dolo, & animo iniuriandi iniuriam intulit.

39. LIMITATVR 1. Regula; Vt non procedat, quandò quis sinè dolo, & sinè animo iniuriandi conuitium infert, tunc enim pœna iniuriarum locum non habet, *l. si non conuitij, in prin.* & ibi Alex. Ang. Cyn. & Saly. *C. de iniur.* Baiar. *§. iniuria, n.* 19. Aym. qui etiàm ait, quòd in actione iniuriarum, lata culpa nõ æquiparatur dolo, Boer. Surd. & Far. *n.* 111. *q.* 105.

An præsumatur dolus, & animus iniuriandi.

40. Et vtiquè, dum ipsa verba de sui natura sunt licita, & in se iniuriam non continent, fuisse sinè tali animo pronunciata præsumũtur, nisi contrarium probetur, Alber. *in l. iniuriarum, ff. de iniur.* Io. Fab. *in l. si non conuitij, C. eod.* exemplificans in verbis ironicè dictis, Bertaz. Surd. & Far. *q.* 105. *n.* 117. qui alios concordantes inducit, *n.* 115. Vndè in verbis indifferentibus iudicandum est in dubio, quòd iniuriam non importent, & animus absit iniuriandi Aym. *cons.* 9. *n.* 20. *& seq.* qui subdit, *n.* 24. *&* 28. ad fugiendum delictum, verba impropriari debere, præsertim dum in publico prolata sunt; Et hinc est, quòd malo animo verba illa non præsumuntur prolata; Tu defers magnã barbam; Bellaper. & Far. *n.* 120.

41. At è contra, dum verba de sui natura iniuriam præseferunt; animus præsumitur iniuriandi, nisi cõtrarium probetur, glo. *in l. si non conuitij*, vbi Ang. Bal. Bellaper. Butrig. Cyn. & Saly. *C. de iniur.* Mascard. & Far. *n.* 113.

Nec qui ioco d. pœna punitur.

42. LIMITATVR 2. Regula; Vt pœna iniuriarum nõ puniatur, qui alteri ioco, aut ludendo iniuriam dicit, Ang. Butrig. & Io. Fab. *in l. si non conuitij, C. de iniur.* Masc. *de probat. lib.* 2. *concl.* 902. *n.* 5. Specul. Montel. & Far. *n.* 125. *q.* 105.

Dum iocus probatur.

43. SVBAMPLIATVR Limitatio 2. Vt non præsumatur iocus, vndè debet probari, *cap.* 1. *in fi.* & ibi glo. *de præsump.* Masc. & Far. inducens alios, *q.* 105. *n.* 127. qui cum Vitalin. ait, *nu.* 129. de iniuria teneri illum, qui de alio facit ludibrium, nec excusari, si dicat se ioco fecisse.

Qui iure publico vtitur, nõ iniuriat.

44. LIMITATVR 3. Regula In eo, qui iure publico vtitur, puta in Iudice, qui non facit iniuriam, *l. iniuriarum actio*, & ibi Ang. *ff. de iniur.* Boss. *tit. de iniur. n.* 11. Hostien. & Far. *n.* 130.

Nisi iniuriosè agat, quasi priuatus.

45. SVBLIMITATVR limitatio 3. Vt si Iudex sub fiducia publicæ auctoritatis aliquid iniuriosè, quasi priuatus, dixerit, iniuriarum actione teneatur, *l. Magistratibus*, & ibi Alber. *ff. de iniur.* Vitalin. qui, de Iudice iniuriante eum qui a sua sententia appellat, & Far. *q.* 105. *n.* 131. Baiar. *§. iniuria, n.* 26. vbi ex Felyn. & alijs dicit, non teneri Iudicẽ iniuriarum actione, dum animo corrigendi verbum iniuriosum profert; Sed è cõtrà tenetur actione iniuriarum, dum sinè iusta causa iniuriat, licebitque iniuriato impune

Vel sine iusta causa iniuriat.

ne dare ei mentitam, secundùm Io. Harpprecht, & Far. n. 132.

De iniuria nō tenetur amicus, coniunctus, senior, pater, frater maior, magister.

46. LIMITATVR 4. Regula; In amico, in quo animus iniuriandi non præsumitur, ideò de iniuria in alium amicum illata non tenetur, Aym. Io. Fab. & Far. q. 105. n. 147. Et multò magis hoc procedit in coniuncto, Masc. qui ampliat ad cōiunctos vsq; ad tertium gradum, Ang. Aym. Farin. & alij, nu. 148. Menoch. de ærbitr. q. lib. 2. casu 364. vbi quod seniores propinqui possunt ex causa correctionis castigare iuniores, & frater senior fratrē iuniorem, & seniores etiam non coniuncti. Idem dicendum est in magistro, seu patre erga discipulum, vel filium, vt tenet, & probat Far. n. 133. & 138.

Quid in iniuriāte ex iracūdia?

47. LIMITATVR 5. Regula; In iniuria illata ex iracundia, quæ in parte excusatur, & mitiùs iniurias est puniendus, Nauar. in c. si quis iratus, de pœnit. distinct. 1. Dec. & Cagnol. in l. quicquid, ff. de reg. iur. Rom. & Far. q. 91. n. 4. delictum enim ira commissum mitius punitur, Farin. cum concordantibus ad saturitatem citatis, n. 1. præsertim, dum iniurians se retractat statim, & palam, Far. q. 105. n. 149. vsque 156.

Plura inspicienda ad cognoscendam iniuriæ, & debitæ pœnæ grauitatem, vsq; ad n. 57.

48. Cum autem pœna iniuriarum sit arbitraria, vt probatum est in Regula, & pro maiori iniuria maiorem pœnam, pro minori minorē arbitrari Iudex debeat, ideò, ad dignoscendam qualitatem iniuriæ, & consequentèr qualitatem, & quātitatem infligendæ pœnæ, plura attendenda sunt. Et 1. inspici debet causa, persona iniuriantis, & iniuriati, l. sed si vnius, §. quadam vbi Alber. Ang. & Bart. in summario, ff. de iniur. & §. atrox. & ibi glo. & communitèr DD. Instit. de iniur. Ang. & Farin. q. 105. n. 176.

49. Ex qualitate delicti improperati, 2. dignoscitur grauitas iniuriæ, Contad. tit. de iniurian. n. 7. 8. & seq. Farin. q. 105. nu. 177. qui iterum de tota proximè proposita materia agit, q. 18. n. 61. & seq. & n. 96. nec non, q. 97. n. 156. & seq. Item cognoscitur grauitas iniuriæ ex communi opinione loci, in quo fuit facta iniuria, Ang. in l. non solum, §. si mandato, ff. de iniur. & Farin. q. 105. n. 179.

50. Attendendum est 3. quòd grauior iniuria est, quæ a pluribus commissa est, l. plures, vbi Ang. ff. de iniur. Graff. Farin. & alij, n. 185. q. 105.

51. Obseruandum est 4. quòd iniuria illata in Ecclesia, ratione loci, atrox reputatur, Baiar. Gom. Graff. & Far. q. 105. nu. 206. Vbi alios refert: Et cum Montel. tenet, delinquenti pœnam mortis imponi posse, quatuor concurrentibus, 1. quòd iniuria in Ecclesia illata sit; 2. Sacerdoti, 3. tempore celebrationis Diuinorum Officiorum; 4. quod Diuina Officia sint turbata; Deficiente verò aliquo ex istis; quòd pœna intret exilij. Similiter ratione loci, atrox reputatur iniuria in publico illata, vt in foro, in palatio Potestatis, &c. §. atrox, & ibi notant omnes DD. Instit. de iniur. Alber. Hostien. & Farin. q. 105. n. 186. Atrocior verò, dum in palatio Principis fuit illata, Boss. tit. de iniur. n. 5.

52. Grauior, 5. iniuria dicitur, quæ multis vidětibus est facta, *c. 1.* vbi Anchar. Hostien. & Io. Andr. *de maledic.* sicut leuior, si in solitudine, *l. Prætor edixit, §. atrocem,* & ibi glo. *ff. de iniur.* Farin. *nu.* 191. *q.* 105.

53. Atrox, 6. iniuria dicitur illata coram Prætore, *d. §. atrocem,* quam idem Prætor arbitrio suo potest statim punire, Menoch. *de arbitr. q. casu* 263. *n.* 23. Conrad. *per tex. in l. 3. §. præterea. ff. de suspect. tutor.* & Farin. *q.* 105. *n.* 192. *& seq.* & tantò magis, dum in conspectu Principis fuit facta, Ang. *de malef. vers. verba iniuriosa, n.* 18. & Farin. *n.* 188.

54. Atrox iniuria dicitur 7. facta Sacerdoti, aut Clerico, *l. atrocem, C. de iniur.* Et multò atrocior facta Episcopo, Bonif. Vitalin. & Farin. *q.* 105. *n.* 195. *&* 196. Et tantò magis, dum tales, vel similes personæ in habitu suæ Dignitatis existunt, *d. l. atrocem,* & ibi Butrig. Bal. & Saly. & not. Hostien. & Far. *n.* 197.

55. Atrox dicitur, 8. iniuria illata Magistratui, *l. Prætor edixit, §. atrocē,* & ibi glo. *ff. de iniur.* Menoc. *de arbitr. q. lib. 2. casu* 263. *n.* 5. Conrad. & Farin. cum alijs, *q.* 105. *n.* 198. Quod procedit etiam in appellante iustè, qui non debet Iudici iniuriam dicere, Baiar. *in §. iniuria, n.* 23. *& est tex. in l. Iudici,* vbi glos. *ff. de iniur.* & notant Hostien. Menoch. & Farin. *n.* 201. Vbi declarat, quòd licèt appellans possit dicere impunè sententiam iniustam, & iniquam, non tamèn potest, sinè iniuria, addere, dolo prolatam. Sed quamuis hæc sint vera, non per hoc proptèr iniuriam verbālem contrà Officialem, mortis pœna est infligenda, secundùm Boss. *tit. de iniur. n.* 38. sed arbitraria, Baiar. *n.* 49. Menoch. *in d. casu* 263. *n.* 7. & Far. *n.* 202.

56. Hoc, quod dictum est de iniuriāte Officialem, procedit etiàm finito officio, tempore syndicatus, *§. ex diuerso,* & ibi glos. *in Auth. vt Iudic. sinè quoque suffrag.* & per hunc textum tenet Boss. *tit. de iniur. nu.* 38. & Farin. testans de communi, *n.* 200. *q.* 105.

57. Iniuria, 9. illata Doctori, nō modò punitur, *c. deteriores, 6. q. 1.* & notat Butr. Zabar. & alij, *in c. 1. de maledic.* Sed grauis reputari debet ratione personæ, Ang. Far. *q.* 105. *n.* 204. & Menoch. *vbi sup. n.* 17. & ibi distinguit inter DD. legentes, & non legentes.

58. Plura, & diffusè, de tota huius q. materia, inuenies apud Farin, *q.* 105. de qua etiam Boss. *in tit. de iniur.*

De libello famoso, nec non de alijs iniurijs scripto illatis, & de earum pœnis. Quæstio 126.

1 VISO, in præcedenti q. de iniuriandi primo modò, per verba; in hac de secundo agendum, nempè de iniurijs, quæ scripto inferuntur, & præcipuè mediante famoso libello, & de earum pœnis: Iniuriæ enim non modo verbis, sed etiam scripto inferuntur, *§. iniuria autem, Instit. de iniur.* *Iniuria infertur scripto.*

2. Præmitto, libellum famosum, secùdùm DD. esse compositionem factam in scriptis, in infamiam alicuius, *Libellus famosus quid?*

cuius, & in publico iactatam; vel in loco, vbi inueniatur, Syluest. *in sum. de libello, n.4.* Ang. *in sum. ver. libellus famosus, in princ.* & Farin. *q. 105. n.421.*

Pœna cõtra authoré libelli famosi.

3. REGVLA 1. sit. De iure Ciuili, pœna contra authorem libelli famosi regulariter est capitalis; De iure verò Canonico, est fustigationis.

4. Quod de iure Ciuili, hæc pœna sit capitalis, habetur *in l. vnica, ff. de famos. libel. & in l. 1.* vbi glos. Ang. & Bal. *ff. de iniur.* Hostien. Graff. & Far. *q. 105. n.422.* Plach. *in epit. delict. lib. 1. c. 3. n. 3.* Et quòd hæc pœna capitalis, sit vltimi supplicij, tenent glos. Archid. & Bellam. *in c. de prima, 5. q. 1.* Dec. & alij relati a Farin. *n.423.*

5. Quòd verò de iure Canonico, pœna authoris libelli famosi sit fustigationis, tenuerunt glos. per illum tex. Archid. Bellamer. Præpositus, & Turrecrem. *in c. qui in alterius, 5. q. 1.* Plach. vbi sup. Decian. Hostien. & Farin. *q. 105. n.430.* Et vlteriùs, de eodem iure Canonico, pœna depositionis pro hoc infligitur delicto, Plach. loco citato, Præpos. Syluest. Turrecrem. & Farin. *n.431.*

Eadem cõtra cõponẽtem librũ in alterius infamiã.

6. AMPLIATVR 1. Regula; Vt multò magis procedat in componẽte librum in alterius infamiam, Clar. §. *fin. q. 68. vers. libelli famosi, & est tex. in l. lex Cornelia, §. si quis librum, ff. de iniur.* Azo, Hostien. qui idem dicunt de componente historiam, & Far. *q. 105. n.466.*

7. AMPLIATVR 2. Regula; Vt procedat non modò in authore ipsius libelli famosi, sed etiam in mãdante, & consulente, *l. lex Cornelia, §. si quis librũ,* & ibi Iac. de Arena, *ff. de iniur.* Archid. Azo, Hostien. & Far. *q. 105. n.442. & seq.* Iodoc. *in praxi crim. c. 125. n. 7.* vbi idem ait de mandatario, *& c. 138. n. 3.* de mandante per alium famosum libellum scribi, Ruyn. *cõsil. 81. n. 8. lib. 4.* vbi quòd Statutum loquens de faciente libellũ famosum, non extenditur ad mandantem.

Idem dicitur de mandante, & cõsulente.

De mandatario.

8. AMPLIATVR 3. Regula; Vt habeat locũ in scribente, & exemplante libellum famosum, *d. §. si quis librum,* & ibi Ang. Baiar. ad Clar. *q. 89. n. 64.* vbi de communi, Bursat. qui pariter de communi, Azo, Hostien. & Far. *q. 105. n.446. & in Bulla Pij V. 155.* extenduntur pœnæ, de quibus ibi, etiam ad scribentes, seu exemplantes libellos famosos.

De scribẽte, seu exẽplante.

9. Dclarant aliqui hanc Ampliationem, vt habeat tantùm locum, dum scribens libellum famosum auxilium præbet, & scribit tempore, quo compositor dictat, si verò post compositionem, ab alio accipiendo quis exemplauerit, e. g. delectationis causa, & desiderio videndi acumen compositionis, &c. tenent, quod non esset imponenda pœna ordinaria; & præsertim, dum persona est bonæ famæ; & aiunt in hoc casu a. dolum, & animum iniuriandi non præsumi, ita Io. Horppreсt. & Far. *q. 105. n.448. & seq.* Sed nota, extare aliam *Bullam Pij V. in ordine 165.* in qua statuitur, pœnam scribentis, & exemplantis libellum famosum, & literas infamatorias, locum habere, quamuis d. libellus, seu literæ aliun-

Etiam literas infamatorias.

dè ad manus scribentis, & exemplantis peruenerint.

De dictante. 10. AMPLIATVR 4. Regula; Vt procedat etiam in dictante libellum famosum, Ang. *in d. §. si quis librum*, Plach. *d. nu.* 3. Ruyn. *cons.* 81. Gom. Far. & alij, *q.* 105 *n.* 445. *& in d. Bulla* 155. pœnæ libelli famosi, de quibus in ea, extēduntur etiam ad dictantes; Et idem dicendum est, in vendente, emente, seu procurante, vt vendatur, vel ematur, *l. lex. Cornelia, §. fin.* vbi gl. & Angel. *ff. de iniur.* Far. cum alijs, *n* 453. De legente verò tātùm, seu solummodò retinente libellum famosum, vide Far. *n.* 450. *vsque* 456. vbi opiniones refert diuersas in proposito; & etiam *hic infra, n.* 14.

Vendente, emēte, seu procurante venditionem, seu emptionē. Quid in legente, vel retinente?

De affigēte, seu in loco publico ponente. 11. AMPLIATVR 5. Regula; Etiam in affigente, seu ponente libellū famosum in aliquo loco publico, Ang. *in l. lex Cornelia, §. si quis librum, ff. de iniur.* Far. cum concordantibus, *q.* 105. *n.* 457. *& est tex. in c. qui in alterius*, vbi Præpos. & Turrecrem. 5. *q.* 1. Et multò magis habet locum in ponente, seu affigente libellos famosos palatio Principis, aut Communitatis, Ang. vbi sup. Clar. *q.* 68. *vers. libelli famosi.* vbi de ponente etiam obscænas picturas in infamiā Potestatis in ianua Palatij, quod delictū maxima pœna dignum esse ait, ex Put.

Aut picturas obscænas, &c.

De publicante. 12. AMPLIATVR 6. Regula; etiam in publicāte famosum libellum, *d. §. si quis librum*, vbi Alber. & Ang. facit *tex. in l.* 1. vbi gl. & Bal. *C. de libel. famos.* & ibi Butrig. qui dicit, quòd ostendens libellum famosum præsumitur, quòd ipse fecerit; & quòd ab alio acceperit, tenetur ipse probare, & ibid. Salyc. ait, quòd publicans libellum famosum, quamuis doceat, à quo acceperit, punitur cū propalatio sit punibilis; Hanc Ampliationem tenent, Azo, Hostiē. & Far. cū alijs, *q.* 105. *n.* 458. & de communi testatur Bal. ad Clar. *q.* 68. *n.* 64. immò si quis libellum famosum fecerit cadere in terram ad hoc; vt publicetur, punietur, ac si publicasset, Armil. Iodoc. Hostien. & Far. *n* 459.

Offendēte.

Vel ad hoc in terrā cadere faciente.

13. AMPLIATVR 7. Regula; Vt capitali pœna puniatur etiam is, qui libellum famosum inuenit, eumq; non corrupit, combussit, aut lacerauit, sed eius tenorē alijs manifestauit, *est tex. ad lit. in l.* 1. vbi gl. Butrig. & Salyc. *C. de famos. libell.* & cōcordat, *c. si quis, & ibi* gl. Præpos. & Turrecrem. 5. *q.* 1. Nauar. Syluest. Gom. qui de communi, & Far. cum alijs, *q.* 105. *n.* 460.

De inueniente, & non consummante, sed manifestante.

14. LIMITATVR 7. Ampliatio; Vt procedat in non corrumpente manifestante, secùs si quis tacuerit, relinquendo libellum in eo loco, in quo inuenit; si enim acceperit, & retinuerit, præsumitur, quòd ipse fecerit, nisi alitèr probetur, ita resoluit Far. *q.* 105. *n.* 465. cum Cæphal. Præpos. & alijs, licèt alij diuersimodè opinentur, in hac limitatione, relati à Far. *nu.* 462. *vsq;* 464. vnde tutius est statim libellum inuentum consumere.

Quid in relinquēte libellum, vbi inuenit; Seu in accipiente, & retinēte.

15. AMPLIATVR 8. Regula; Vt procedat in componente carmina, cantiones, aut simile in detractionem famæ alicuius, *l. lex. Cornelia, §. fi.* & ibi glos. *ff. de iniur.* Cyn. & ibi etiā Saly. *in l.* 1. *C. de famos. libell.* Ang. Archid. & Far. plu-

res

res concordantes inducens. *q.* 105. *n.* 467. Et hoc procedit etiam in d. carmina cātante, vt est tex. expressus *in l. itē apud Labeonē, §. hæc autē, ff. de iniur.* Ang. Plach. & Far. *n.* 468

De stercorante fores, seu ibi affigēte cornua præputia, &c.

16. AMPLIATVR 9. Regula; Vt procedat in stercorāte fores alicuius, vel in eis cornua affigēte, Decian. *lib.* 3. *c.* 25. *n.* 53. *to.* 2. *per l. lex Cornelia, §. fi. ff. de iniur.* Bertaz. *cōs.* 237. *n.* 2. vbi de apponentibus præputia in ostijs alienis; Et in proposito, *in Constit. Marchiæ, lib.* 4. *c.* 61. imponitur pœna pecuniaria, & etiam personalis arbitrio Iudicis, secundùm grauitatē scandali, & qualitatem personæ offensæ. Et idem dicendum est in ponente obscænas picturas in aliquo loco in alterius infamiam, Put. quem sequitur Clar. *q.* 68. *vers. libelli famosi,* vbi ait, maxima pœna dignum esse, qui in infamiam Potestatis, in eius cameræ, aut palatij ianua virilia membra,

Vel depingēte mulierem honestā cū vituperio.

vel similia depingit; Et ibi etiam de depingēte mulierē honestam cum certo vituperio, dicitq; ex Put. hūc dignum esse pœna triremium; huic doctrinæ subscribit Bertaz. nec nō Far. *q.* 105. *n.* 471.

De scribēte Epistolas infamatorias, etiā sinè nomine.

17. AMPLIATVR 10. Regula; Vt procedat in scribente epistolas, seu aliam scripturam infamatoriam, Turrecrem. *in c. qui alterius,* 5. *q.* 1. Bonif. Vitalin. *in tit. de libell. famos. n.* 1. & Far. *n.* 470. qui testatur, sic videri de mēte omniū Legistarum, & Canonistarū. Et de scribente literas, etiam sub incerto authore, quas vocamus (lettere de auuisi) vide *Constit. Pij V.* 155. *par.* 2.

De faciēte libellū sub alterius nomine.

18. AMPLIATVR 11. Regula; Vt procedat in faciēte libellum famosum, non sub proprio suo nomine, sed sub nomine alterius, qui grauius delinquit, cum vt se exculpet, alium falsò inculpet, *l. lex Cornelia, §. si quis librum,* ibi (etiam si alterius nomine) vbi gl. & Alber. *ff. de iniur.* Azo, Vitalin. & Far. *q.* 105. *n.* 472.

Vel sine nomine.

Procedit pariter proposita Reg. in faciēte libellū famosum sinè nomine, *d. §. si quis librū,* ibi (vel sinè nomine) vbi gl. & Ang. tenet. Clar. *§. fi. q.* 68. *vers. libelli famosi,* & Far. *n.* 473. Et hoc verū est quāuis libellus non cōtineat nomen illius contra quem factus est, dum aliūdè cōstat, de quo intelligatur, gl. *in d. §. si quis librum, in vers. sinè nomine.* Saly. *in l.* 1. *C. de famos. libell.* vbi loquitur siuè persona infamata sit certa, siuè non; Bertaz. tamē, *cons.* 237. *n.* 5. vult, quod quādò in libello famoso aliqua certa persona specificata nō est, licèt de quo libellās intellexerit, suspicari possit, minor pœna imponenda sit. Et isto casu, quandò persona ignoratur, propter non adiectionem nominis, deuenitur ad torturam contra Reū inditiatum, Azo, & Far. *n.* 476. vbi cum Baiar. subdit, quòd si nullo modo cōstiterit, ad cuius iniuriam libellus factus sit, & ille, qui fecit dicat se nescire, tunc libelli famosi pœna locum nō habet; Propositæ Ampliationi subscribunt, Azo, Hostien. Claud. qui benè loquitur in hac materia, Cæphal. & Far. *n.* 474. *& seq.*

Quid si non contineat nomen infamati?

De faciēte contra Magistratum, &c.

19. AMPLIATVR 12. Regula; Vt multò magis procedat in faciente libellos famosos cōtra Magistratum, Iudices, aut Officiales, Ang. *in l. lex Cornelia, §. si quis librū, ff. de iniur.* Far. & alij, *q.* 105. *n.* 478.

Licèt vera essent contenta in libello

20. AMPLIATVR 13. Regula; Vt procedat, quamuis omnia contēta in libello famoso vera essent, *l.* 1. vbi gl. Bal. & Butrig. *C. de famos. libell.* Far. *q.* 105. *nu.* 248. vbi ait, hoc procedere, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico, & testatur de praxi, in foro sæculari, & in Ecclesiastico, Abb. Alber. Gomez. qui de communi, Plach. qui de recepta, Boss. *in tit. de iniur. n.* 4. vbi ait, quòd ita dicunt omnes, & neminè reperisse contradicentem, Claud. qui dicit contrarium semper sibi visum fuisse ridiculum, Bai. Graff. & Far. omnes proximè citatos referens, *n.* 241. Et cum hac doctrina concordat *Bulla Pij V.* 155. *in par.* 2. *Bullar.* vbi habetur, pœnam libelli locum habere, licèt in eo vera fuerint expressa; per quam determinationem sublata fuit omnis controuersia in hoc puncto exorta, ex opinione tenentium, quòd, dum Reipublicæ expedit, vt verum per libellum publicetur, & veritas in iudicio probetur, non intrare pœnam iniuriarum, pro vt diffusè refert Far. *n.* 242. & 244. vbi huic Ampliationi subscribit.

Quid dū libellus non cōtinet capitale delictum?

21. LIMITATVR 1. Regula; Vt nō sit locus pœnæ capitali, dum libellus famosus non cōtinet capitale delictum, quià tunc non imponitur nisi ea pœna, quæ imponenda esset pro delicto improperato, si verum esset, gl. *in l.* 1. & ibi Bellaper. & Saly. *C. de libell. famos.* Bellam. Archid. & Præpos. *in c. de prima,* 5. *q.* 1. Gom. *de delict. c.* 6. *rubr. de iniur. n.* 1. vbi testatur de communi, Baiar. Bertaz. Foller. Far. & alij, *q.* 105. *n.* 424.

Vel nullū delictum, sed aliam iniuriam, vt vocādo fatuū, spurium, &c.

22. Et hinc est, quod Bellaper. *in l.* 1. *C. de famos. libell.* voluit, quòd dū libellus non continet improperationem delicti, sed aliam iniuriam, extraordinaria imponatur pœna; vel potius, secundùm Saly. *ibidem,* in tali casu datur tantum actio ciuilis ad iniuriæ æstimationē, prout etiam tenuit Bertaz. *cons.* 275. *n.* 1. *lib.* 2. & Harppræct. qui ponit exēplum in eo, qui in libello famoso quendam ludubrij causa vocat luscum, claudum, fatuum, pediculosum, spurium, aut quid simile.

Pœna in praxi pro libello.

23. Non defuerūt verò dicentes, pœnam libelli famosi nō esse mortis, sed extraordinariā, iuxta facti, & personarū qualitatem, ita Clar. *§. fi. q.* 68. *vers. libell. famos. ad fi.* vbi ait, numquam se vidisse aliquem morte punitum pro libello famoso, sed fuisse impositam pœnā extraordinariam, ictuum funis, aut fustigationis, vel triremium, seu quandoq; infamis cathenæ, & ibi Bai. & Bursat. *cons.* 94. Et in Constit. Marchiæ, *lib.* 4. *c.* 61. imponitur pœna pecuniaria, & aliquandò personalis, arbitrio Iudicis, dum graue imminet scādalum, propter offensæ personæ qualitatem.

Sed contra.

24. Sed quod ab ordinaria iuris pœna in Regula proposita non sit recedendum, tenuit Soarez, *in add.* ad Gom. *de delict. c.* 6. *rub. de iniur. n.* 2. Et quod plus est, *Pius V. in citata Bulla* 155. confirmauit in propositō omnes pœnas Ciuiles, & Canonicas, & statuit etiam grauiores, & vltimi supplicij, ac confiscationis bonorum, secundū facti, & personarū qualitatē, eius arbitrio imponi posse, vt refert Far. *q.* 105. *n.* 427.

Quid si fit libellus cōtrà personā infamē? Qui, *n.*428. absolutè, ait, verum esse, pœnam prædictam, quæ arbitraria est, debere semper mitiorem, esse, dum libellus famosus fuit in ignominiam meretricis, vel similis.

Vel sinè dolo. 25. LIMITATVR 2. Regula; Vt non habeat locum, nisi dolus interuenerit; In his enim terminis, iura, & DD. in hac materia loquentes pertranseunt, & præsertim Turrecrem. & Præpos. *in c. si quis*, 5. *q.* 1. Azo, Hostien. & Far. *q.*105. *n.* 481. Et hinc est, quod si quis ioco, vel sinè dolo, & non causa infamandi, prædicta faciat, non punitur d. pœna, Præpos. Turrecrem. Iodoc. & plures alij, quos seruitur Far. *n.*482. sed nisi contrarium probetur, in hoc casu dolus præsumitur, secundùm Bursat. & Farin. *n.*483. Et faciunt scripta per Cæphal. *cons.*341 *n.* 10. & *seq. lib.* 3. Sed idem Farin. *n.*484. refert eundem Bursat. qui etiam oppositum, nempè dolum non præsumi, voluisse videtur. Vt ioco.

Quid si libellus non fuerit publicatus? 26. LIMITATVR 3. Regula; Vt non procedat in faciente libellum, quem tamen non publicauit, quo casu non videtur, quòd intret pœna capitis, Bursat. *cons.*94. *n.*17. vbi de manifestante vni tantùm inuentum libellum famosum, Cæphal. *vbi sup. n.* 15. & *n.* 17. *cum seq.* de substantia enim libelli famosi videtur, quòd ex eo sequatur diffamatio, & sic publicatio, Marcabrun. quem sequitur Far. *q.* 105. *n.*486. Immò pœna libelli famosi locum non habet, nisi libellus omnibus videndus, & legendus in aliquo loco publico ponatur, in his enim terminis videntur loqui DD. & præsertim Ang. Archid. Præpos. & & Host. cum alijs, quos sequitur Far. *n.*487. Et contrarium tenentes, nempè, pœnam habere locum etiam sinè publicatione, ad quod inducuntur Bart. Castren. & Clar. locis citatis a Far. *nu.* 486. intelligendi sunt, non de pœna ordinaria, sed de extraordinaria, vt obseruat, ibidem Far. Vel non positus in loco publico legēdus ab omnibus?

Vel factus contrà eum, qui prius fecit. 27. LIMITATVR 4. Regula; Vt non procedat in faciente libellum famosum contrà eum, à quo prius fuerat prouocatum per libellum alium famosum, quo casu pœna capitalis non esset infligenda, secundùm Plot. quem sequitur Bertaz. *consil.* 237. *n.*5. qui tamèn cum Claud. declarat, in hoc casu pœnam intrare extraordinariam; Quià sicut illatam vim vlcisci non licet ex interuallo armis factam, ita nec licet vlcisci ex interuallo iniuriam per libellum illatam, vt tenet Far. *q.* 105. *n.*488. & *seq.*

Quid in reuocāte libellū? 28. LIMITATVR 5. Regula; Vt non procedat in reuocante, quòd scripserat per alium libellum puta dicendo scripsisse calore iracundiæ, vt probat Farin. *q.* 105. *n.* 490. quòd videtur intelligendum de pœna, de qua in Regula, secùs de extraordinaria.

29. Plura de materia libelli famosi apud Far. inuenies, *q.* 105. à *n.*421. *vsque ad n.*492.

De delictis patratis à Regularibus in electionibus, & eorum pænis,

Quæstio 127.

1 CVM delicta, quæ in electionibus Regularium cōmittuntur

tuntur, sæpè verbalia sint, quandòque etiam scripto exarentur, licèt non rarò sint etiã personalia, nec non realia crimina; Post proximas præcedentes quæstiones, in quibus visum est de verbalibus delictis, etiã in scriptis perpetratis, hæc subnectitur q. in qua de præcipuis, & frequentioribus culpis, & delictis in electionibus occurrentibus, & de eorum pœnis, erit tractandum.

Pœnæ subornãtium seu procurantiũ vota. 2. REGVLA 1. sit. Subornantes in electionibus Religiosi, pro se, vel pro alijs vota procurando, incidunt, eo ipso, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent, & ad futura quæcunq; inhabiles sunt; Ita, *Clem. VIII in decretis de reform. Regularium, approbatis iussu Vrbani VIII. à Sacr. Congr.* Verba decreti prædicti relata a Leza. *to.* 1. *c.* 15. *n.* 24. sunt sequentia, ex quibus etiam Ampliationes propositæ Regulæ oriuntur.

Decretũ Clem. VIII. cõtra subornantes, &c. 3. *Vt omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta votum, seu suffragiorum procuratione, tam pro se ipsis, quam pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præsertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias pœnas, & censuras hactenus contrà huiusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent eo ipso incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis à nemine dispensari possit, nisi à nobis, vel à successoribus nostris, & pro qualitate culparum grauius etiam plectantur. Porrò supradictas omnes pœnas, ad complices, ac simplicitèr scientes, & non reuelantes extendimus.* Vsque huc verba prædicti Decreti.

4. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt præterea, qui in electionibus, vel antè eas per sex menses, pro se, vel pro alio subornauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, à qua, nisi a Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolui non possit, & voce actiua, & passiua perpetuo careat; Subornatus verò, vel alius etiam, pro quo subornatio fiat, qui subornantem non detulerit, eandem pœnam incurrere censeatur. Huius Ampliationis verba sunt ad lit. descripta ex *Bulla Pij V. data* 28. *Maij* 1550. Sed *hanc Constitutionem Gregr. XIII.* moderauit, *in Bulla data* 8. *Settembris* 1573. Primò, vt quandò pro ipsis non fuit subornatum, Minister Generalis, & Commissarius Generalis possint absoluere ab excommunicatione; 2. vt subornatus, vel ille pro quo fuit facta subornatio, qui subornantem non detulerit in excommunicationem non incidat. Hanc Ampliationem confirmauit Clem. *vbi sup.* Et notat Rodriq. *to.* 2. q. Regul. *ar.* 1. *in prin. q.* 56. Qui in excommunicationẽ incidant propter subornationem.

5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt attentis Constitutionibus Greg. & Pij, de quibus in 1. Ampliatione, excommunicatio, in terminis eiusdem Ampliationis, incurratur ipso facto, iuxta tenorem Bullarum propter crimen subornationis, etiam occultum, pro vt sine contradictore tenent DD. & not. Rodriq. *d. ar.* 1. *§. fin.* Sed animaduerte, Excõmunicatio prædicta incurritur ipso facto.

Hæc excommunicatio est tantũ contra Obseruãtes.

te, *præcitatã Bullã Pij V.* pœnalem esse, & communicationem in pœnis non dari, vndè non habet vim, nisi contra Minores Obseruantes, qui pro se ipsis illam impetrarunt, vt notat Sigism. a Bonon. de Elect. dub. 56. n. 8. 9. & præsertim 10.; In pœnis namque commũnicatio concessionum, & priuilegiorũ non datur, Rodr. Miran. Sigism. Portel. & Bordòn. *to.* 2 *resol.* 52. *q.* 34. Confect. Sorb. & Leza. *to.* 2. *c.* 1. *n.* 52. & probatum fuit *sup. q.* 111 *n.* 81. *vers. probatur* 3. Alia quidem est excommunicatio, fulminata, *in c. sciant cuncti, de elect. in* 6. contra quemuis Regularem, qui per se, aut per alios præsumit vexare Religiosos sui Ordinis, eo quod rogati, aut inducti, eum, pro quo rogabantur, vel inducebantur, eligere in Prælatum noluerunt, vt notauit, glos. *in d. c. sciant cuncti*.

Hæc vniuersalis.

Paciscẽs incurrit.

6. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt in prædictas pœnas incidant, qui in electionibus pactum, vel cõuentionem faciunt, vt vnus suffragetur vni in vna electione, & alius suffragetur alteri in alia; e. g. Dicendo, si dederis mihi, vel tali tuum votum, ego tibi, vel amico tuo votum meum dabo, Nauar. Reginal. & Leza. *to.* 1. *c.* 15. *n.* 29. & tenet Dia. *p.* 3. *tr.* 2. *resol.* 125.

Dans tẽporale pro obtinenda Ecclesiastica Dignitate Simoniacus est.

7. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt Religiosus Simoniam committat; dum subornat, dando temporale aliquod donum à manu, vel ab obsequio, vel à lingua pro consequendis Dignitatibus Ecclesiasticis, vt Abbatia, Generalatu, Prouincialatu, Diffinitoratu, Prioratu, seu pro prædicandi officio, Confessionibus audiendis, Ordinibus recipiendis, &c. vt diuersis Sacris Canonibus probat Lezana, *to.* 1. *c.* 15. *n.* 28. Dare enim aliquod temporale pro spirituali Simoniacum est, Suar. *to.* 1. *de Relig. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 3. nec non Peir. & Lez. *vbi sup.* Et idem dicitur de dante rem temporalem pro voce, seu suffragio in electione obtinendo, Peir. Azor. et Lez. *d. n.* 28. vbi cum Suar. asserit Simoniacam electionem esse illius, pro qua eo sciente, et non contradicente, ab alio per pecuniam officium procuratur spirituale.

Electio Simoniaca est ipso iure nulla, & de alijs pœnis.

8. SVBAMPLIATVR Ampliatio 4. Vt omnis electio, prouisio, vel confirmatio, etiam occultè Simoniacè facta, antè omnem Iudicis declarationem, sit ipso iure nulla, vt determinatur *in Extrau. cum detestabile, de Simon.* vbi similitèr excommunicantur, cum reseruatione Papæ, prædicti Simoniaci, et etiam mediatores, et notant Less. Suar. et Lez. *n.* 33. Et d. nullitas procedit, quamuis Simonia ab alijs commissa sit, eo nesciente, qui ad Dignitatem fuit promotus; Nisi fortè pecunia fuerit data ab inimico in odium eligendi, Peir. Suar. et Lez. *d. n.* 33. *& est tex. in c. nobis, de Simon.* Præterea, qui Simoniacè Ecclesiasticam recepit Dignitatem ipso iure, ad quascumque Dignitates obtinendas inhabilis redditur, ita *Pius V. in Bulla, quæ incipit, cum primum*, et not. Azor. Peir. et Lez. *n.* 33. Et in iuribus ibidem relatis Simoniacis etiam infamiæ pœna imposita est, vt obseruant Peir. *to.* 1. *de subdito q.* 1. *de obed. c.* 31. §. 9. & Azor. *to.* 3. *instit. moral.* *lib.*

lib. 12. cap. 21. quæst. 7.

Quid in temporale donum gratis datum.

9. LIMITATVR Ampliatio 4. Vt non procedat, dum temporale donum gratis datur, seu ex gratitudine, vt tenet, declarat, & probat Suar. *de Relig. to. 1. lib. 4. c. 36. n. 2.* Sicut è côtra Simonia esset, dû temporale daretur pro spirituale, & in cômutationem eius, Archid. Nauar. Præpos. & Suar. *n. 4.*

Quid Simonia.

Quæ non est, nisi interueniête pretio.

* Pro maiori intelligentia, accipe Simoniæ diffinitionem. Simonia est sacrilegium, consistens in studiosa voluntate, emendi, vendendi, seu commutandi rem sacrã, seu spiritualem annexam pro temporali, vt pretio, S. Tho. 2. 2. *q.* 100. *ar.* 1. & communitèr DD. Dicitur, vt pretio, quiá nisi detur temporale, vt pretium, non est Simonia, Nauar. *in Man. c. 23. n. 102.* cum communi DD. Vndè si temporale detur pro spirituali, per modum temporalis doni, ad gratiam referendam, vel intuitu substentationis, vel eleemosinæ, reuerentiæ sacramenti, pro solutione obligationis legis, vel consuetudinis, seu intendendo accipere, vt solent probi Clerici, Simonia non erit, sed tantùm, quãdò temporale in pretium pro spirituali datur, Sanch. *lib. 2. consil. moral. c. 3. nu. 11.* & Nauar. *vbi sup. n. 103.*

Pœnæ Simoniæ.

Pœnæ Simoniacis à Pio V. *in Bulla, quæ incipit, Cum primum in ordine 5.* statuuntur his verbis. *Quicumq; detestabile crimen Simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso, sit ab illorum executione per decennium sinè spe dispensationis, suspensus, & per annum Carceribus mancipetur. Qui Dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascumque alias obtinendas. Qui Beneficium, aut Ecclesiasticum Officiũ Simoniacè adeptus fuerit, illis similitèr sit ipso iure priuatus, & ad fructuũ omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuè sit inhabilis ad ea, & quæcumque alia Beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab Ordinibus Ecclesiasticis degradatus, à fidelium consortio eyciatur. Qui verò Ordines, & Beneficia Simoniacè contulerit, pœnis à iure statutis puniantur, cuiuscumq; gradus, conditionis, & dignitatis, etiamsi Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicumq; ne in Sacramentorum exhibitione simoniacum aliquid faciant; alioquin grauissimè puniantur per locorum Ordinarios, qui huiusmodi criminis Reus, cum maxima seueritate coercere procurent, iuxta Concil. Trid. statuta.* Prædictæ autem pœnæ iuris, nisi in Ordine Beneficijs, & ingressu Religionis, ipso facto, non incurruntur, Sylu. Caiet. Nauar. & Dia. *par. 4. tr. 4. resol. 157.* Neque pœnas iuris incurrit Simoniacus conuentionalis, nisi interueniat, datio, acceptio, aliaq; realis executio, Nauar. Less. Suarez, Sanch. & Leza. *verbo Simonia, nu. 23.* Nec subiacet dictis pœnis simonia completa traditione tantum rei temporalis, Tolet. Sot. & Caiet. relati à Leza. *ibidem.* Sed Tolet. Sot. & Gargias *in eodem loco relati,* probabiliter tenent, traditionem

nem tantum rei spiritualis sufficere. At probabilis est etiam contraria, quam defendunt, Nauar. Less. Sanch. Cruz. & Leza. *ibidem*.

Contra dãtes, seu recipientes ex pacto pro ingressu Religionis.

Contra Religiosos autem Simoniacos dantes, aut recipientes aliquid ex pacto expresso, vel tacito pro ingressu Religionis, est excommunicatio Papæ reseruata, *in extr. Jané de Simon.* Si verò detur, & recipiatur, etiam ex pactione, pro sustentatione ingredientis, si Monasterium sit pauper, vel hic, & nunc indigeat, non incurritur dicta excommunicatio, D.Tho. 2.2.*q.*100. *ar.* 3. *ad* 4. quem sequũtur communitèr DD. Nihilominùs probabile videtur, idem dicẽdum esse in Monasterio diuite, & non indigente, Sylue. Sot. Miran. & Bonac. *de cen. sur. in partic. D.* 2. *q.*9.*p.*5.*n.*4. & tenent Filliuc. Suar. & Pelliz. *in Man. Regul. tr.*7.*c.*2.*n.*116. At si Capitulum, aut Cõuentus esset transgressor, suspensionem ab omni actu, & officio Capitulari, ipso facto incurreret, Suar. Alter. Filliuc. & Bonac. *d. n.*9.

Pœnæ imponuntur diuersis Regularib. recurrentibus extra Religionem pro obtinendis Dignitatibus.

10. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt recursus ad personas extra propriam Religionem pro consequendis honoribus, Dignitatibus, &c. sit prohibitus sub diuersis, & grauibus pœnis à Summis Pontificibus, Dominicanis, Carmelitis, Camaldulensibus, Hieronymianis, Cruciferis, Augustinianis, Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris, Celestinis, Minoribus Conuentualibus, nec non Obseruantibus, minimis S. Francisci de Paula, & Cistercienfibus Congregationis Italiæ, de quo vide Lez. *to.*1.*c.*10.*n.* 17. Qui, *c.*15.*n.*27. cum Nauar. & Peir. declarat dictos Religiosos insinuatas pœnas non incurrere, nisi dum fauorabiles literæ impetratæ perueniunt ad manus Superiorum, vel dum aliàs oretenus officium cõmendationis executum est, & tenet Rodr. *to.*2. *q. Regul. q.*56. *art.*2. Apud eumdem Lez. *c.*18. *n.*82. inuenies prohibitiones, & præcepta in virtute S. Obedientiæ Pontificum cõtrà Prælatos prædictarum Religionum (non tamen Minorũ, nec Cistercienfium) ne ad instantiam, & requisitionem extraneorum, alicui Religioso officium concedant, vel pœnas relaxent.

Executo tamen officio commendationes.

Præceptũ Superioribus, ne rogati cõ descendant.

An subornans teneatur ante cõdẽnationem subire pœnas priuationis officiorum, & inhabilitatis, &c.

11. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt priuatio contra subornãtes, licèt sit imposita eo ipso, &c. non teneatur subornans in conscientia hanc subire pœnã ante Iudicis condemnationẽ. Et quoad pœnas priuationis officiorum, & inhabilitatis, &c. ita tenet in simili casu Sanchez, nempè in pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, lata contrà introducentes fœminas in Monasterium Regularium, in Sum. *to.*2. *lib.*6. *c.*17.*n.*37. Quod verum etiam est, dum pœna imponitur adiecta clausula (absque alia declaratione) quæ intelligenda est non de declaratione delicti, hæc enim requiritur, sed de pœnæ declaratione, secundùm eumdem Sanchez, Qui, *to.*1. *lib.* 2. *c.* 22. *n.* 20. *& cap.* 29. *n. vlt.* fundatè huius sententiæ adducit fulcimenta, subscribit Syluest. quem sequitur Rodriq. *to.*1. *q. Regul. q.*6. *art.*16. *vers. dico* 2. Valer. *in differen. vtriusq; fori, ver. pœna, differ.* 20. *n.* 4. & Dia.

in 3.p.tr.2.resol.66. testans de probabiliori, in simili ita tenuerunt Graff. Henriq. Sousa, & Suar. *ibidem* relati à Dian. vbi refert etiam oppositum tenentes Bonaci. Merol. & Sayr.

Seu pœna priuationis vocis.

12. Quò verò ad pœnas priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, quòd quis in conscientia has subire non teneatur, antè Iudicis condemnationem, tenuit Sot. *lib.1. de iust. & iur. q.6. ar.6. ad 4. & lib.4. q.5. art. 3.* Granad. Ledes. & Sousa, quos refert Dian. *p.tr.p. tr.10. resol.24.* vbi inducit Castell. Molin. & Malder. subscribentes, quo ad vocem actiuam, quo verò ad passiuam oppositum tenet Malder. Sicùt quo ad vtramq; contrá Ampliationem tenuerunt Salas, Vasq; Becan. Suar. & Villalob. locis relatis, *ibidem* à Dia. Vndè, & hæc opposita opinio valde probabilis est.

Declaratoria in omnib. re quiritur.

13. Generalitèr verò, quòd pœnæ priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, priuationis Dignitatum, administrationū, honorum &c. item inhabilitatis ad prædicta, impositæ ipso facto, vel ipso iure, &c. antè Iudicis sententiam, saltèm declaratoriam, non obligent, tenent Molin. Sot. & hos referens Lez. *to. 1. c.10. n. 30.* vbi testatur de recepta praxi apud viros doctos, & bonæ conscientiæ.

Quid dū alijs amplioribus clausulis pœnæ im ponūtur?

14. Sed notandum, quòd dum pœnæ, de quibus hic suprà proximè, non modò imponuntur cum clausulis, ipso iure, ipso facto, aut eo ipso, vel similibus, sed adduntur præterea istæ, vel similes clausulæ; Absque vlla declaratione; Antè omnem declarationem; Absque Iudicis sententia, decreto, aut ministerio; Controuersum est, an tales pœnæ antè Iudicis declarationem, in foro interiori conscientiæ incurrantur? Et pro parte affirmatiua sunt Suar. *de ll. lib.5. c.8.* & Vasq; quem refert, & non dissentit Lez. *c.10. n.31.* quià alias viderentur superfluæ proximæ allatæ clausulæ: Pro negatiua verò inducuntur Sanch. *lib.6. sum. c.15. num.65.* Peirin. Sousa, quos refert Lez. *d. n.31.* vbi ait, hoc non videri improbabile, & ita consuluisse quosdam Pœnitentiarios S. Petri; Quià dicunt isti DD. saltèm declaratoriam Iudicis, delictum esse commissum, semper requiri; Et per illas causulas; Absque vlla declaratione, &c. excludi sententiam, & declarationem pœnæ.

In opinione excludentium omnem sententiā Iudicis, in foro poli, quid possint Prælati?

15. Sed stando in opinione eorū, qui tenent, nec criminis declaratoriam requiri, & quod stantibus dictis clausulis statim in illis pœnis in foro conscientiæ incurritur; Dicendum, quòd si tales pœnæ Papæ reseruatæ nō sint, Prælati Religionum cum suis subditis dispensare possint, dum delicta adulterio maiora non sunt, & peracta pœnitentia, *c. at si Clerici, de adulter.* & notauerunt Miran. *in Man. to.2. q.9. art. 3.* Henriq. quem sequitur Lez. *to.1. c.10. n.35.* Immò etiam dum dictæ pœnæ Papæ essent reseruatæ, in foro conscientiæ, possent d. Prælati cum suis subditis dispensare in occultis delictis, secundùm Lez. qui hoc conatur probare, *c.18. n.46.*

Seu in foro fori.

16. In foro vero esterno: Vtrum Prælati cum suis subditis in istis pœnis dispensare possint? partem

affir-

affirmatiuam tenent Rodr. *to.1.q. Regul.q.24.art.17.* & Cruz. *lib.1.de stat. Relig. c.6. dub.15. concl. 6.* Negatiuam vero sustinent Peir. *to. 1. Priuil. Minim. in Constit. 6. Iulij II. n. 24.* & Lez. *to. 1. c. 10. n. 36.* qui hãc tutiorem dicit, eo quòd nullum solidum fundamentum, aut Priuilegium proopposita affertur.

Quid in bona subornatione?

17. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt procedat in subornatione mala, secus in bona.

Subornatio quid sit?

18. Pro declaratione huius limitationis suppono, quòd subornatio, generalitèr sumpto vocabulo, est suasio veri, vel falsi, in bonum, vel in malum finem, vt notat Card. *in Clem. 2. de testibus not. 2.* & Rodr. *in q. Regul. to. 2. q. 56. ar. 1.* vbi docet, quòd illa subornatio, qua suadetur verum, & ad bonum finem, est bona, illa verò, qua suadetur falsum, vel verũ in malum finem, est mala; vnde suadere electoribus, vt N. qui vere dignior est, eligant, proponendo eis virtutes veras illius, sine datione, vel promissione alicuius rei, & absq; minis, insinuãdo etiã vitia vera, & nota alterius minus digni, vt excludatur, bona est subornatio: Sicut è contrà, dum procurantur vota pro indigno, vel pro minus digno, præsertim suadendo virtutes falsas, & dissuadendo vitia nota, seu dum etiam pro aliàs dignissimo procurantur vota mediãtibus donis, promissionibus, vel minis, mala est subornatio.

Quæ sit bona, vel mala subornatio?

Exemplificatur de bona.

Item de mala subornatione.

Non est prohibita bona, sed mala subornatio.

19. De subornatione ergo mala Regula 1. intelligitur; Subornatio enim bona prohibita non censetur, Rodriq. *d. ar. 1.* & Leza. *to. 1. c. 15. n. 24.* vbi præmisso, & ponderato *Decreto Clem. VIII. registrato hic sup. n. 3.* ait; Per hæc non tolli, quo minus electores procurare possint, vt dignis Dignitates dentur, & indigni excludantur, cum, vt in primis Decreti verbis patet, Pontifex officiorum ambitus prohibere intenderit, & subscribunt Nauar. & Peirin. *locis relatis ibidem* à Leza.

Tractatus cõsultorij liciti sunt.

20. Non desinam hic subnectere conformem doctrinam Rodriq. *to. 2. q. Regul. q. 56. ar. 1.* & Lez. *to. 1. c. 15. n. 24.* qui concorditèr dicunt, ad malam subornationem non spectare, neq; prohiberi, quin secum electores de eligendorum qualitatibus tractare possint, vitia manifestando, virtutesq; insinuando, iustitia, charitate, & veritate seruatis, ad hoc vt dignior, cæteris præferatur, cum necesse sit, vt electores virtutes, nec non vitia eligendorum agnoscant; & ijdem authores obseruant, doctrinam hanc conformem esse iuri naturali, & vsui etiam piorum; Nec Summos Pontifices, nec quarundam Religionum Statuta pœnas cõtra subornantes in electionibus assignantia hoc prohibere; Prohibitionesq; in proposito intelligi debere de illis, qui precibus, vel donis voces, procurant, ob finem malum, vel vitia, seu virtutes mentiuntur eligendorum; Tractatus igitur consultorij omninò liciti sunt, *c. si transitus, distinct. 79.* & probat Dia. *p. 2. tr. 16. resol. 37.*

Bona subornatio expediẽs, & necessaria.

21. AMPLIATVR Limitatio 2. Vt bona subornatio non modò licita sit, sed etiam expediens, & sæpè necessaria, præsertim vt Præsides Capitulorum, qui præcipuè te-

nentur media dirigere ad bonam electionem, bona vtantur subornatione, & electores instruāt, moneant, hortentur, modestè, suauitèr, charitatiuè, & religiosè suadēdo, & inducendo, vt digniorem eligāt, eiusdem veras virtutes gubernio necessarias proponendo, hoc inquam, & expediens, & necessarium est, ita Castell. *de elec. Canon. c.3.n.6.* & Lez. *to.2. cap. 12.n.32.* Vbi etiam ait, quòd hoc facientes, rem Deo gratam, Religionibusque valdè vtilem præstabunt.

Error nolentium benè subornare.

22. Ex supradictis manifestè deducitur, quam allucinētur nonnulli nimis pusillanimes trepidantes timore, vbi non est timor, præcipuè, si Præsides sint, qui timentes censuras, pœnasque contra malè subornantes vibratas, non audent, prout licitè possent, & deberent, in bona subornatione, & in licitis tractatibus, se ingerere; Et veh istis, dum indebitè tacent, & eorum taciturnitate in causa sunt, vt magis digni non promoueantur, sed vel minus digni, seu etiam indigni eligantur; Et tunc præcipuè tenentur prædicti non silere, dum alios mala subornatione indebitè loquuturos præuident, pro se, vel pro alijs pestifera ambitione, sacris Canonibus exosa, *c. cum petitam, de electione*, qui quidem peruersè tractātes, nimis temere in omnes ruunt censuras, & pœnas contra subornantes meritò fulminatas, quandoq; clausis, vel obcæcatis oculis à passionibus odij, vel amoris, seu ab interesse lucri, siuè ambiti honoris aliquandò verò apertis, & videntibus oculis, ex ijsdem motiuis in tale infernale baratrum præcipites se dant: non rarò cum Religionis damno notabile, & irreparabile.

Et malè volentiū subornare.

Pœnæ cōtra subornātes, effectu secuto intelliguntur.

23. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt pœnæ in ea insinuatæ non incurrantur, nisi à procurantibus cū effectu, & electione iuxtà procurationem secuta, per ea, quæ habentur, *in c. perpetuo, de elect. in 6. & ibi* glo. *ver. perpetuo*, & Io. Andr. *n.2.* Vbi hanc statuit Regulam: Pœnam, quæ ipso iure delinquenti infligitur, non incurrit is, qui cogitauit, & aliquid egit, sed non perfectè, etiam si per ipsum non steterit; Et huic doctrinæ subscribit Nauar. & post ipsum Peir. *de subdito, q.2.c.2.§.11.*

Indignū eligentes peccant mortalitèr.

24. REGVLA 2. sit. Scientèr indignum Prælatum eligētes grauitèr culpabiles sunt, & mortalitèr peccant contrà iustitiam distributiuam, Sot. *lib.3. de iust. & iur. q. 6.n.2. concl.7.* Lez. *to.1.c.15.n.14.* Nauar. quem communitèr sequuntur Sūmistæ, Miran. qui eum refert *in Man. to.2.q.23.ar.13.* D.Thom. *2.2.q.63.ar.2.* quem sequuntur alij Theologi, & ita habetur, *in c. constitutus, de appel.* & in Concil. Trid. *sess.24. de reform. c.1.* vbi habentur hæc verba. *Omnes, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum ius habent, mortalitèr peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles, ipsi iudicauerint, præfici, diligenter curauerint.* Et hæc Regula multò magis procedit, dum electores iurant dignum eligere, & certo certius, dum digniorem; quo casu indignum eligentes, dubio procul, essent periuri, immò quamuis dignum tantùm eligerent.

Et dato iuramēto essent periuri.

25. AM-

Participant in peccatis, & ad dāna tenentur.

25. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt eligentes indignum, participes sint omnium peccatorum à tali indigno in officio commissorum, Sorb. *in Compend. Priuil. ver. electio in fin.* Rodriq. & Leza. *to.* 1. *c.* 15. *n.* 14. & declarat expressè, *vbi sup.* Conc. Trid. Et vlteriùs ad damna indè Religioni secuta tenētur, Sot. *lib.* 3. *de iust. q.* 6. *ar.* 2. Nauar. quem sequitur Leza. *d. n.* 14. Anchar. Fely. & Graff. qui hos refert; *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 99. *nu* 11. Præterea incidunt in suspensionem triennio à Beneficiis, latam, *in c. cum in cunctis, §. fin. de elec.* & notant Nauar. *in c. Sacerdos, de pœnit. dist.* 6. & Leza. *d. n.* 14. Dummodò d. indignitatem extra Sacramentum Confessionis nouerint, Rodriq. *in q. Regul. to.* 2. *q.* 53. *ar.* 4. & Leza. vbi sup. Et nota, hanc suspensionem locum habere consequentèr in Ampliationibus sequentibus, in quibus de indigni electione agetur.

In nullo casu licet indignū eligere.

26. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt in nullo casu indignum eligere liceat, & casu quo omnes de corpore Capituli essent indigni, extraneus eligi deberet, Rodriq. *q.* 51. *ar.* 11. Sot. *d. ar.* 2. & Leza. *n.* 14. Neq; in casu, quòd omnes electores indignum eligere vellent, illi suffragium dare liceret, Vasq. & Leza. *n.* 14. vbi tamèn cum Bann. condescendit, quòd pro bono pacis posset quis suffragari minus digno, dum omnes alij illum eligere vellent, captiuando proprium intellectum in obsequium omnium aliorum, quòd dignior sit.

27. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt sciens aliquem fore perniciosum Communitati, si eligeretur, quia sit malæ vitæ, & conscientiæ; dum agitur de hoc eligēdo in Prælatum, qui eius delicta, etiam occulta, sciret, reuelare teneretur, aliàs peccaret, magis enim bono communi consulere astringimur, quam secretum seruare, Rodr. *in q. Regul. to.* 2. *q.* 53. *ar.* 3. Peirin. & Leza. *to.* 1. *c.* 15. *n.* 15. qui tenent, secus dicendum esse, dum eligendus tantùm vni, vel alteri particulari in rebus parui ponderis futurus esset perniciosus.

An occulta delicta eligendi perniciosi sint manifestanda?

28. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt peccent mortalitèr eligentes excommunicatum maiori excommunicatione, cum hæc Canonicum sit impedimentum, ne quis eligatur, *c. constitutis, il* 1. *de elect.* & not. Angelica, *ver. electio, n.* 23. & Leza. *nu.* 5. Et hinc est, quod talis non potest admitti ad electionem Canonicam, sed expelli debet, aliàs enim electionem inficeret, & dum scientèr a Capitulo admitteretur, electio rueret, Castell. *de elect. Canon. c.* 4. *n.* 46. vbi diffusè de hac materia agit, & idem tenet, *in c.* 5. *n.* 16. *ex c. illa quotidiana, de elect.* vbi glo. & Panorm. & clarius, *n.* 3. vbi citat Hostien. Excommunicatus namque maiori excommunicatione, non modò non potest eligi, sed nec eligere, *vt est tex. in c. cum inter, in fi. de elect. & in c. cum dilectus, de censur.* & electio ab illo facta, est nulla, Connex. *to.* 2. *p.* 3. *tr.* 5. *de excom. disp.* 11. *§.* 5. *dub.* 1. vbi plura ad intentum, & Leza. *c.* 15. *n.* 5.

Excōmunicatum eligentes peccant; & admissus electionem inficit.

29. SVBAMPLIANT DD. citati à Castell. *nu.* 18. vt procedat Ampliatio in excommunicato occulto,

Quid si occultus sit excõmunicatus? culto, si constiterit posteà, quòd tempore electionis extiterit excõmunicatus; Sed oppositam tenendum videtur, *post extrauag. Mar. V. ad euitanda, &c.* vbi solùm denunciatus, & declaratus specialitèr, & publicus percussor Clerici determinatur, quòd sit euitãdus, & consequentèr, quòd admitti non possit ad electionem actiuam, nec passiuam, & ita tenent Sayr. *lib.* 2. *de censur. c.* 6. *n.* 6. & Molfes. *p. p. suæ sum. Mor. tr.* 6. *c.* 16. *nu.* 74. citans Azor. Miran. & Suar. nempè, quòd post dictam Extrau. occultus excommunicatus maiori excommunicatione, si admittatur ad electionem actiuam, & etiàm passiuam, quamuis scienter à Capitulo, dum huiusmodi non est denũtiatus, nec publicus Clerici percussor, per hoc electio non rueret; & Ampliatio 4. cum sua Subampl. procedet de iure antè dictam *Extrau.* nõ autem post; Quamuis eligentes scientèr excommunicatum talem, mortaliter peccarent, dando indigno vota, scilicèt existẽti in peccato mortali, iuxta probanda infra in Ampliatione 7. *n.* 215.

30. AMPLIATVR 5. Regula 2. Peccãt in famẽ eligentes. Vt peccent mortalitèr infamem eligentes, talis enim, electionis est incapax, Suar. *to.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 28. & Leza. *to.* 1. *c.* 15. *n.* 25. Castellin. *de elect. canon. c.* 11. *n.* 38. Suar. Gemin. & Sigism. *de elect. dub.* 86. *n.* 5. alios inducens & est tex. *in c. si aliqua dist.* 51. Paritèr infamis incapax est actiuæ electionis, vndè, nec eligere potest, Suar. *to.* 5. *disput.* 48. *sect.* 3. *n.* 2. Actus enim legitimi infami interdicti sũt, gl. *in c. vt circa ver. eligentium, de elect. in* 6. *l. actus, ff. de reg. iur.* Ex quorum numero est eligere, *c. solet, in fi. de sent. excom. in* 6.

Ex hac doctrina infertur; Infamatum per accusationem, denunciationem, seu inquisitionem de aliquo graui crimine non posse ad dignitates, & honores promoueri, *c. omnipotens. de accus. & c. tantis, dist.* 81. & tenuit Rota Rom. *decis.* 293. *n.* 2. *coram Card. Seraph.* Sed hæc illatio minimè procedit, nisi quatuor concurrentibus. Primo; Vt lis sit pendens; Secus, dùm iudicium non dum est inchoatum, eo quod prætensus Reus non dum fuit citatus, seu vocatus, vel iussus ad culpam intimatam respondere, cum sinè citatione nõ fit iudicium, nec lis pendẽs, Nauar. *lib.* 5. *consil. de accusat. consf.* 7. *n.* 5. in quibus terminis loquuntur citati *c. omnipotẽs, & c. tantis, nec non Rota d. n.* 2. Præterea requiritur; Vt per accusationem, denunciationem, vel inquisitionem persona sit infamata apud graues, & probos viros, Hostien. *in c. meminimus, de accus.* Fely. *in d. c. omnipotens*, & Nauar. *ibidem n.* 6. *&* 7. Vbi declarat, apud tales viros, tunc dici quem infamatum, dum hi delictum credunt; Nec sufficeret rumor sparsus, & apud aliquos creditus, Nauar. *d. n.* 7. *per c. qualiter*, & quando il 2. de accusat. *& ibi* gl. communitèr recepta, *in ver. inquirendum*, Barbos. *de Offic. Episc. p.* 2. *alleg.* 43. *n.* 14. Vlterius necesse est; Vt accusatio, siue denunciatio non sit a maleuolis, siue vilibus, alias non impediretur promotio, Hostien. Io. Andr. & Fely.

Accusatus denũciatus, vel inquisitus eligi an possit?

Lis pendens, & iudicium captum, quãdo dicatur?

in

in c. meminimus, de accusat. Sigism. vbi sup. n. 6. post Nauar. Azor. & alios. Et tandem 4. annus elapsus esse non debet; post lapsum enim anni, in quo tacuit accusator, vel denunciator, prætensus Reus promoueri valeret, gl. iura inducens, in d. c. tantis, in ver. obrepserit. Hæc procedere, etiam in electore, vt supra infamato, videntur.

Peccat eligens illegitimũ. 31. AMPLIATVR 6. Regula 2. vt peccent mortaliter scienter illegitimos eligentes, qui nisi ex Papæ dispensatione eligi non possũt, c. 1. de filijs Præsbiter. & not. Nauar. & Leza. c. 18. n. 7. licèt occultissimè illegitimi essent, Syluest. Cordub. & Leza. ibidem. An autem Prælati Regulares, ex priuilegio, cum illegitimis dispẽsare possint, vide Leza. cap. 18. nu 60. vbi diffusè; Et hic tantum breuiter nota, ex priuilegio Greg. XIV. in Bullar. Constit. 17. die 21. Septembris 1591. de quo omnes Regulares participantes communicant; Quod Generales, & de eorum licentia Prouinciales, Superiores locales, possunt cum illegitimis ad Dignitates, & officia Ordinis, absque Capitulo Generali, vel Prouinciali, dispensare: & in hoc Priuilegio fundati, ita tenent Peirin. & Leza. to. 1. cap. 18. n. 60. Tambur. Portel. & Sigismun. de Bonon. quos sequitur Diana, in par. 3. tr. 2. resol. 102.

Cũ quo, an Regulares dispẽsent?

Quid si eligatur illegitimus? Sed si illegitimus occultus non dispensatus, in Prælatum eligatur, cum huiusmodi electio sit ipso iure nulla, c. innotuit, de elect. & not. Sorbus, Rodr. & Leza. c. 15. n. 38. acceptare Prælaturam non debet: Si verò cogeretur, postquam restiterit, quantùm in eo fuerit, dum non potest sinè sua, aut suorum infamia, dispensationem petere, cum ius conseruandi famam sit naturale, & præponderet iuri positiuo, quo electio annullatur, acceptare poterit, Peirin. Rodriq. & Leza. d. nu. 38. Eiusque actiones validæ erunt, iuxta tradita sup. q. 127. à n. 37. vsq; ad n. 42.

Peccant eligentes peccatorem. 32. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt mortalitèr peccent eligentes scienter existentem in peccato mortali, nemo enim in tali statu existens, ad Beneficium Ecclesiasticum promouendus est, Abb. Butr. Innoc. & Hostien. quos refert, & sequitur Comitol. lib. 1. in respon. moral. q. 72. in princ. talis enim ad Ecclesiasticam Prælaturam, & spirituale officium exequendum indignus est. D. Thom. Quodl. 6. q. 6. & Sum. Ang. ver electio, n. 25. Præcipuè dum electus notorius est peccator, Azor. to. 2. inst. moral. lib. 6. c. 14. q. 10. Nauar. & Leza. n. 15. Non est hic prætermittendum, quòd non per hoc charitas, quæ ab anima mortale peccatum tollit, est necessarium fundamentum Dignitatum Ecclesiasticarum; Immo est de fide posse in eadem persona esse peccatum mortale, & dictam dignitatem, vt determinatum fuit in Conc. Constãtien, sess. 8. & 15. & not. Castrus, & Rodr. in sum. p. p. n. 3. c. 106.

Vel aliàs inhabilẽ. 33. AMPLIATVR 8. Regula 2. Vt generalitèr, peccent mortalitèr electores votantes in fauorem illorum qui liberi non sunt à Canonico quouis impedimento; vt sunt voce priuati passiua; inhabilesq;

lesq; quocumq; modo ad passiuam electionem, quamuis inhabilitas occulta esset, Suar. *to.4. de Relig. tr. 8. lib.2. c.4.* & Leza. *c.15. n.5.*

Et an priuetur potestate eligendi? 34. AMPLIATVR 9. Regula 2. Vt eligentes scientèr indignum, eligendi priuētur potestate in electione, quæ primò facienda occurrerit, *c. cum Vintonensis*, vbi glo. & DD. *de elect.*

Regulares à S. Officio pœnitentiati sunt inhabiles & eos promouētes, puniuntur. 35. AMPLIATVR 10. Regula 2. Vt Regulares pœnitētiati à S. Officio Inquisitionis, quamuis pœnitētiæ tempus expleuerint, vel gratiam impetrauerint, eo ipso ad omnes Religionis suæ gradus, & officia inhabiles sint: Et tales promouentes etiam ipso facto in suorum officiorum priuationem, nec non vocis actiuæ, & passiuæ incurrant, iuxta *decretum Vrbani VIII. Anno 1626.* Vbi etiam statuitur pœnitentiatos, & illos promouentes rehabilitari non posse, nisi à Papa, vel à Sac. Congr. S. Inquisitionis coram Papa habenda, & not. Peirin. *to.2. Triuil. Minim. in Constit.9. Paul. V. n.29.* & Leza. *to.1. c.15. n. 39*, vbi excipit illos, qui salutares tantummodò habuere pœnitentias, quæ illæ dicuntur, quæ extraiudicialitèr, & priuatim imponuntur; e. g. orationes, ieiunia, disciplinæ, &c. & obseruat etiam Peirin. vbi supra.

Quid in eligentib. minus dignum in foro poli, & in foro fori? 36. AMPLIATVR 11. Regula 2. Vt peccent mortalitèr etiam eligentes minus dignum, ita S. Thom. *2. 2. q.63. ar.2*, quem communitèr Theologi sequuntùr, statuitur, *in c. constitutus, de appel.* & clariùs, in Concil. Trid. *sess. 24. de reformat cap.1.* illis verbis; *Omnes, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum ius habent mortalitèr peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, præfici diligentèr curauerint*; Et not. Lez. *c.15. n.12.* & Azor *lib.6. inst. moral. c.15. q.1. & in c.26. par.2.* vbi rationibus, & DD. authoritatibus diffusè, solideque hoc probat: Quòd præsertim est certò certius apud nos, qui in electionibus iurare, sicut debetur, solemus, vota melioribus dare; Quo iureiurādo supposito, qui non melioribus votaret, nō modò peccaret mortaliter, sed periurus existeret. Quamuis in foro exteriori digni electio digniore prætermisso valida sit, aliàs enim electiones calumniari nimis possent, Syluest. *ver. electio 1. q.16.* Sot. *de iust. & iur. q.6. ar.2. concl.8.* Leza. *to. 1. c.15. n.12.* & Azor. *par.2. instit. Moral. lib.6. c.15. ver. secundo quæritur*, & subscribit Graff. iura, & DD. inducens, *p.p. lib.2. c.99. n.2.*

* Lubet hanc vltimam doctrinam, sufficienter probatam, cum sit nimis practicabilis, maximique momenti, solidiùs corroborare. Electionem igitur habitam de digno, omisso notabiliter digniore, in foro fori validā esse, vltra præcitatos, apertè etiam tradunt D. Thom. *2.2. q.63. ar.2 ad 3.* post eum Rodriq. *in q. Regul. q. 52. art. 5.* Abulens Panorm. Franch. Imol. Præpos. Dec. Paris. Nauar. & plures alij, quos citans, In singulis sua loca refert, & sequitur Sigismun. Bononien. Capuccinus *in suo docto tract. de elect. p.1. cap. 5. dub. 3. 4. nu.1.* Et est communis sententia DD. teste Salon *in 2.2. q.63. ar.2.*

con-

controu.3. col.4. verſ. obſeruemus.

∗ Fauet huic ſolidæ opinioni textus *in c.cum nobis, de elect. c.niſi cum quidam, §. pro defectu, de renun. & c. fin. de præſump.* & tenuit Rota Romana, *in Eugubin. Paroch. S.Venantij 13. Ianuar. 1623. coram Remboldo*, eamdemque ſententiam toties firmauit ipſa Rota Romana, vt patet *deciſ.4. 5. 6. & 7. apud Marcheſ. par.1. tit. de commiſſ. appell. in cau. beneſ. c.7. in fin.* Et agendo de electionibus Prælatorum Regularium, *deciſ.65. n.8. par.1. in recent.*

∗ In beneficijs non curatis nulla prorſus difficultas eſt in noſtra propoſita doctrina, cui ſubſcribit etiam Beltraminus, *in annot. ad deciſ. 11. Gregor. XV.* Qui tamen in Parochialibus, & Curatis eamdem aſſerit periculoſam, ſuſtinens in his, dum minus dignus eligitur, nullam eſſe electionem, inducens *duas Rotæ deciſ. Conc. Trid. & Bullam Pij V.*

∗ At non obſtant *d. duæ deciſ.* quia vt not. *vbi ſup.* Sigiſm. non ita clarè loquuntur, & præcitatæ hic ſupra pro noſtra ſententia, liquidè exprimunt intentum, maiori ſtudio, vt legenti patet, ſunt elaboratæ, & poſteriores ſunt maximè præallegata Egub. quæ emanauit anno 1623. cum vna citata ad oppoſitum, ſit anni 1603. & altera 1609. Vnde poſteriores derogant prioribus, ſicut in ſimili reſpondit *Rota deciſ.1029. n.13. coram Seraph.*

∗ Neque obſtat Conc. Trid. & Bulla Pij V. quæ vt declarat *Rota in d. Eugub.* vendicat ſibi locum, dum probatur liquidè, per concludentes probationes, Epiſcopum irrationabilem, & doloſum habuiſſe iudicium, & ſimilem declarationem habemus de Conc. Trid. per Sac. Cong. teſte Rota *in eadē Eugub.* Immo hoc idem ſentit Beltraminus *in addit. ad deciſ. 538. nu.6. coram Greg.XV.* inducens in cōprobationē Mareſcot. & plures Rotæ deciſ. Et cum fere impoſſibile ſit in foro externo liquidè per concludentes probationes conſtare de dicto irrationabili, & doloſo iudicio, ſequitur, electiones de minus digno, validas eſſe; Et ideò non modò cenſeo hanc non eſſe periculoſam doctrinam, immo exiſtimo cum d. Sigiſm. *vbi ſup. nu.3.* tutius vniuerſalitèr eamdem ſequendam in praxi, aliàs electiones, vt dicebam; eſſent litibus innumerabilibus ſuppoſitæ.

37. Corollarium hic ſubnectere opere pretium duxi; Quoniam in materia huius q. de electione, non rarò accidit, vt prætendantur illegitimæ, & nullæ electiones; Ideo notandum, & memoriæ tenendum eſt, ad ſaluandas ſaltem electorum actiones, & conſequentèr ad plurima vitanda delicta, & pœnas, quamuis nullitèr promoti eſſent electi. Quod quæcumque, & quantumuis inualida, nullaq; electio, & prouiſio ſit Superioris, Iudicis, Parochi, Confeſſarij, vel ſimilis, certa eſt doctrina, leges Ciuiles, & Canonicas talibus electis iuriſdictionem tribuere, & per cōſequēs geſta ab eiſdem, valida eſſe, tam in foro fori, quam etiam in foro poli, duobus concurrentibus. — *Geſta à nulliter electis, quādo ſuſtineātur.*

38. Primum ex parte electorum,

De titulo colorato, & errore cõmuni. quòd habeant titulum coloratum, nempè ab eis, qui facultatem habent titulum talem tribuendi; Alterum ex parte populi, vt communi errore electi pro talibus habeātur; Quibus duobus cōcurrentibus (dummodo non sit res requisita de iure Diuino, vt in Sacerdote, ad hoc vt cōsecret, vel absoluat á peccatis, est necessarius de iure Diuino verus Ordo Sacerdotalis) Ius ipsum ad singulos actus, propter bonum commune, iurisdictionē confert, *vt est tex, & ibi DD. in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. & in c. infamis, vbi Canonista vers. veruntamen, 3. q. 7. fusè* Paludan. *in 4. dist. 17. q. 6. ar. 2.* Filliuc. *to. 1. tr. 7. c. 9. n. 227.* Sanch. concordātes inducēs, Suar. Regin. Villalob. & Dian. plures citās, *par. 2. tr. 16. resol. 75.* Caiet. Nauar. Medin. & alij quos refert. & sequitur Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 29. dub. 8. n. 65. & seq. vbi* optimè declarat, & solidè probat; Nec nō infert, *n. 66.* valida esse acta à Prælato electo existēte secretè excommunicato, irregulari, &c. dum pro vero, Prælato errore communi habetur. Et idem infert de Delagato, quamuis in vtroq; casu conferens, vel aliqui, de quorum interesse agitur scirent impedimentum: Iterum infert, *n. 67.* in eo, cui occultè iurisdictio est ablata, sed ille se pro Superiore gerit, & communi errore pro tali habetur: Nec non in actibus ex publico officio factis, quamuis non iurisdictionalibus, vt in instrumēto facto à Notario, & in assistentia Parochi in matrimonio, &c.

39. AMPLIATVR 1. Coroll. Vt valeant acta habentis titulum coloratum, licèt populus dubitet, an talis sit officio priuatus? ita Panorm. *in c. nihil, de elect.* quem sequitur Rosell. *vers. Confessor 3. in fin.* & Syluest. *ver. Confessor 1. q. 19.* Sanch. & Henric. quos refert, & sequitur Less. *lib. 2. de iust. & iur. c. 29. n. 68.* vbi reddit rationem, quia cum antè haberetur ille pro Superiore, non debet proptèr dubium superueniens ab officio eijci, in dubio enim nemo suo iure spoliandus est, melior enim in dubio est conditio possidentis. Quid si populus dubitet priuatum esse illū, qui titulū coloratum habebat?

40. AMPLIATVR 2. Corollar. Vt valida sint gesta, vt supra, in foro externo, & etiám conscientiæ sinè titulo colorato, interueniente tantùm errore communi, ita Basil. Pontius, qui adducit huius sententiæ rationes, *lib. 3. de matrim. c. 22. n. 46.* Io. Sanch. *in select. disp. 44. n. 3.* quos sequitur Dian. *par. 2. tr. 16. resol. 45.* & iterum hanc opinionem libenter amplectitur Dian. *in 3. par. tr. 4. resol. 142.* inducēs Molfes. *in sum. to. 1. tr. 7. c. 13. n. 21.* & hanc opinionem *in d. resol. 45.* ipsemet Dian. vocat nouam, & satis probabilem. Vel si desit coloratus titulus.

41. *Sed* contrà eandem opinionē sentiunt grauissimi DD. & præsertim Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 21. n. 49. per c. infamis, 3. q. 7. & l. Barbarius, de offic. Prætor.* concordantes DD. citās; Less. *lib. 2. de iust. & iur. c. 29. n. 68.* Suarez, Reginal. Coninch. Villalob. Filliuc. Io. Valer. & Fagundez, quos refert Dian. *d. resol. 45.* sed non sequitur, & ego eosdem libentissimè sequor, cum eorum sit adeo communis opinio.

42. AM-

Opinio probabilis tribuit iurisdictionem.

42. AMPLIATVR 3. Coroll. Vt non modò error communis, sed etiam probabilis DD. opinio efficiat, vt Ecclesia iurisdictionem det cum tali opinione operanti, quamuis illa in rei veritate falsa esset opinio, Henriq. quē sequitur Less. *de iust. & iur. lib. 2. c. 29. n. 68.* & fauet Suarez, *in 3. p. to. 4. disp. 26. sect. 6. n. 7.* De opinione probabili apud Dian. *p. 2. habes tract. 13. integrum*; Quæ autem opinio probabilis dicatur, vide infra, *q. 143. n. 4.*

De iniurijs factis illatis, & de earum pœnis. Quæstio 128.

1 IN *Superioribus qq.* visum est de iniurijs verbis, seu scriptis illatis, in hac restat agere de illatis iniurijs factis; de quibus, cum plura, *in præcedentibus actum, & in sequentibus in hoc Tractatu agēdum sit*, cum, vt ait Farin. *q. 105. in princ.* regularitèr sine iniuria, delicta nō sint, ideò, *in hac q.* pauca tantummodò erunt tangenda.

Iniuria factis illata est grauior quam verbalis, & grauius punitur.

2. REGVLA sit. Iniuria factis illata, cum grauior sit, quam verbalis, *iuxta l. Prætor, in fin. ff. de iniur.* & notant Bart. *in l. nō solum, §. mandato, ff. eodem*, Carer. Conrad. & Farin *q. 105. n. 181.* Et cum iniuriarū pœna criminalis sit arbitraria, secundùm Abb. Albert. Ang. Fely. Hostien. & Far. cum pluribus concordantibus, *nu. 56.* consequenter etiam hæc arbitraria erit, sed grauior, ad hoc, vt iuxta mensuram delicti sit, & plagarum modus, *c. sicut dignum, de homicid. & c. vt Clericorum, de vita, & honest. Cleric.*

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt grauis, & atrox iniuria reputetur percussio fuste, aut baculo, *§. atrox*, vbi Aret. qui ampliat, etiam quod cædatur persona vilis, & ignobilis, Peirin. Bell. qui ait, quod apud milites cæsio baculo, magis est ignominiosa, quam vulneratio, Graff. Conrad. & Farin. *q. 105. n. 215.* Qui, *n. 217.* notat quòd licèt percussio baculo facta, grauis offensio, seu læsio dici nō possit, præsertim sine tumore, liuore, aut sanguine, ex ea tamen grauis infertur iniuria, vt probatur argumento à multò magis, ex dicendis infrà proximè, *n. 5. & 6.* De percussione baculi.

4. Pœna autem de iure imponēda ex percussione illata baculo, vel fuste insinuatur, ab Afflict. *in Constitutione Regni, si quis aliquem*, à Gram. *decis. 17.* à Clar. *§. iniuria in princ.*

5. AMPLIATVR 2. Regula; Vt alapa dicatur grauis, seu atrox iniuria, Far. *q. 105. n. 210.* vbi de veriori, & ita ab omnibus communiter reputari, testatur: Existimans omninò grauem talem esse iniuriā, siue percussus sit nobilis, siue vilis, siue Clericus, siue laicus; Licèt sustineat non esse grauem offensionem, nec corporalem grauem læsionem; Et in comprobationem huius Ampliationis, plures inducit DD. *nu. 207.* Quamuis contrà faciant inducta ab eodem, *n. 208.* Alapa.

6. Idem ferè, quòd de alapa, concludit de pugno Farin. *n. 213. & 214.* de mente Aret. & Bar. Præsertim, dum pugnus infertur nobili, vel militi, vel cum ratio loci, & Dignitatis ita suadet. Pugno.

7. AMPLIATVR 3. Regula; Vt

De a ime natione. iniuria dicatur facto illata, non modo secuta percussione, sed etiã per admenationem, *l. apud Labeonem*, §. 1. vbi Ang. *ff. de iniur.* Viu. *decis. 368. n. 3.* Gom. Iodoc. qui exẽplificat in ostendente vibrare lapides, baculum, cultrum, aut similia, Bai. qui ait, quòd retinens equum freno dicitur personaliter equitantem offendere, quamuis illum non percutiat, & Far. *q. 105. nu. 7.* vbi concordantes inducit: Qui, *n. 7.* indicat remissiuè alia iniuriarum exempla facto illatarum.

Vel retinẽte freno equũ.

8. AMPLIATVR 4. Regula; Vt iniuria dicatur inferri, vbi ex facto alicuius Dignitas læditur, vel eius opinio minuitur, *l. 1. §. omne autem*, vbi ponuntur exempla, *ff. de iniur.* Ang. Bai Hostiẽ. & Far. *n. 15. & seq.*

Vel alio modo lædente facto dignitatem.

9. LIMITANTVR 1. propositæ Ampliationes; Vt non procedant in magistro, qui discipulum verberando non tenetur iniuriarũ actione, cum in eo animus non præsumatur malus, Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu 364. n. 10.* Fari. alios inducens, *n. 133.* Quòd intellige, dũmodò leuitèr, & moderatè verberet, secus si modum excedendo grauiter, & atrociter, Menoc. *ibidem, n. 12. & seq.* Neuizzan. qui dixit, quod ex qualitate instrumenti animus magistri dignoscitur, subdens cum Barba. decapitandum esse magistrum verberantem discipulum vsque ad mortem, Clar. Farin. & alij, *n. 334. & seq.*

Quid in magistro verberãte?

10. LIMITANTVR 2. Ampliationes in patre verberãte filiũ, qui non præsumitur animum habere iniuriandi, sed corrigendi, & ideò iniuriarum actione nõ tenetur, nisi iniuria atrox sit, Aret. *in § atrox, Instit. de iniur.* Ang. qui ait, quod filius in potestate existens, debet sustinere omnia verba iniuriosa à patre prolata; immo nõ potest se defendere aduersus patrem eum verberantem, vt scripsit Farin. *q. 125. n. 102. & seq.* & huic limitationi subscribunt Boss. Conrad. & idem Far. *q. 105. n. 138.* dummodò iniuria nõ sit atrox, aliàs enim pater posset criminaliter puniri, vt probat idẽ Far. *q. 105. n. 142. & seq.*

In patre?

11. LIMITANTVR 3. dictæ Ampliationes in famulo verberato à domino, quia, vt suprà, præsumitur fieri correptionis gratia, & & ideò non intrat pœna iniuriarũ, Clar. *in praxi, §. fin. q. 56. vers. potest etiam*, & ibi Bai. Menoc. Boer. & Farin. *n. 146. q. 105.*

In domino?

12. Idem dic in amico, qui non præsumitur iniuriandi animo amicum percutere, Aym. Far. & alij, *q. 105. n. 147.* qui, *n. 148.* ait, hoc multò magis procedere in coniuncto; Ang. Aym. Menoch. qui ait, quòd seniores propinqui possunt ex causa correctionis castigare iuniores, & frater senior iuniorem; immo etiam senior non propinquus potest, correctionis causa castigare iuniorem, Mascar. & Far. *n. 148.*

In amico, sen cõiuncto?

Seniore.

13. LIMITANTVR 4. Ampliationes in eo, qui ioci gratia, aut ludendo, facto iniuriarum infert, qui non tenetur actione iniuriarum, Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 902. n. 5.* Ang. & alij, *in l. si non conuitij, C. de iniur.* Specul. Far. cum concordantibus, *n. 125. q. 105.*

In iocante.

14. LIMITATVR Regula cum Ampliationibus; In eo, qui iure publi-

In Iudice faciente publico iure. publico, vel aliquid auctore Iudicè facit, qui ad pœnam non tenetur, iuris enim executio iniuriam non habet, *l. iniuriarum actio, §. is, qui iure, & §. quæ iure*, & ibi glos. *ff. de iniur.* Ang. Hostien. & alij cum Farin. *q.* 105. *n.* 130. Boss. *tit. de iniur. num.* 11.

Nisi se gerat, vt priuatus. 15. Quod intellige, dummodò Magistratus non agat aliquid iniuriosè, aut per iniuriam, seu fiducia Magistratus, quasi priuatus egerit, quia tunc actione teneretur iniuriarum, *l. nec Magistratibus*, vbi Alber. *ff. de iniur.* Felyn. Natt. Oldrad. & Baiar. ad Clar. *§. iniuria, n.* 26. & hos sequitur Farin. *q.* 105. *n.* 131. *& seq.*

De materia huius q. plura apud Farin. *q.* 105.

De delictis innominatis, & extraordinarijs, eorumque pœnis,
Quæstio 129.

Quæ nominata, & innominata delicta sint? 1 PRAEMITTO, quod delicta quædam sunt nominata, quæ à iure nomen habent particulare, vt furtum, adulterium, & similia, de quibus *sup.* actũ est; Quædam verò sunt innominata, e. g. domum ingredi, ascendere per fenestram, &c. hæc enim sunt nomina actus, & non delicti, cum possint illa sinè delicto fieri, ita Bart. *in l. nunquam, ff. de priuat. delict.* Blanch. qui de communi, Foller. & Far. *q.* 18. *n.* 19. Et addit Boss. *in tit. de extraord. crimin. in princ.* quòd nominata crimina coincidũt cum criminibus ordinarijs, innominata verò cum extraordinarijs; sed hoc vltimum alij alitèr declarant, vt refert Farin. *n.* 21. Et cum hic de extraordinarijs, & innominatis delictis sit agendum.

2. REGVLA sit. Delicta extraordinaria, pœna etiam extraordinaria, arbitrio Iudicis, regularitèr puniuntur, argumento, *l.* 1. *ff. de extraord. crim.* Bonacos. *in suis communibus opin. in extrau. post par.* 2. *pag. mihi* 133. *in fin. & seq.* vbi alia iura refert, Bartho. Tege. Rubeus, & non dissentit Farin. *q.* 18. *n.* 21. & faciunt dicta per Boss. vbi sup. nempè, quòd extraordinaria crimina dicuntur, quæ certum nomen non habent, sed extrà ordinẽ puniuntur; Vbi tamèn vult, quòd non ex eo dicantur extraordinaria, quia extra ordinem puniuntur, cum etiam hoc pacto, aliquandò delicta ordinaria puniantur; sed potius ita appellentur, eo quod nomen clarum, & proprium non habent, Specul. *tit. de accus. vers. nunc.* Innominati, seu extraordinarij delicti pœna.

3. AMPLIATVR Regula; Vt etiam extraordinariè crimen stellionatus puniatur, *l.* 2. *&* 3. *ff. de crim. stellion.* Menoc. & Farin. cum alijs, *q.* 19. *n.* 34. Pœna stellionatus.

4. Sed nota 1. quod crimen stellionatus dicitur à stellione, qui est serpens non dissimilis lacertæ, tergum habens depictum velut varijs stellis, quia hoc crimen continet in se versipellitatem doli, vt declarãt DD. communitèr, *in rubr. C. de crimin. stellion.* Menoch. & Far. *q.* 19. *n.* 33. Et hoc animal fraudulentèr, & dolosè homini inuidet, secũdùm Plin. *lib.* 30. *n.* 10. ideò quandò quis alterum callida quadam impostura, & dolo fraudat, dicitur a Iuristis criminis stellionatus Reus. Vnde dicitur.

5. No-

Differentia inter innominatum de lictum, & stellionatum.

5. Nota 2. quòd in hoc differt crimen innominatum, seu extraordinarium à crimine stellionatus, quod de stellionatu punitur quis, dum in aliquo facto in se non malo, non est aliud crimen, quòd obijciatur, nisi dolus, *l. 3. §. stellionatum, ff. de crim. stellion.* De innominato verò, seu extraordinario crimine punitur, qui delictum quidã commisit, quod obijcitur, sed nomen proprium non habet, Farin. *q. 19. n. 33.* & optimè declarat Boss. *tit. de extraord. crim. n. 1.* vbi exemplificat in solicitante ad adulterium, vel ad alia turpia; in deturpante vestiméta alicuius; & in proijciente sordes in puteum alterius, citans plura iura, & præsertim, *l. 1. ff. de extraord. crim. & ibid.* Boss. *vsque in fin. tit. exemplificat de alijs criminibus.*

Sed confunduntur.

6. Nota 3. quòd licèt strictò modo sumendo crimen stellionatus, hoc distinguatur, vt dixi, à crimine innominato, tamèn largo modo accipiendo nomina horum criminum idem significare videntur, & propterea, dum crimen non habet proprium nomen, quamuis, proprius titulus ei non desit, dicere solent DD. quod pœna stellionatus sit infligenda, vnde Alber. *in c. fin. de rescript.* vult, quòd abutentes rescripto Apostolico, de crimine stellionatus puniri possint. Plura exempla in proposito habes apud Boss. *in tit. de crim. stellion.* præsertim, *n. 2.* qui *in seq.* exemplificat in subtrahente probationes, de licitante maiori prætio, vt noceat tertio, &c.

7. LIMITATVR Regula; Vt non possit infligi pœna pro delictis extraordinarijs, seu innominatis, nisi vltra probationem actus, probentur etiam qualitates inferentes ad delictum, aliàs non diceretur constare de delicto commisso in genere: Declaro, & insimul probo. In delictis nominatis, vt sunt furtum, homicidium, &c. quæ sine dolo committi non possunt, probatis prædictis actibus, vnde delicta nomen acceperunt, probata censentur illa delicta in genere; At in delictis innominatis; vltra probationem actuum, puta domus ingressionis, ascensionis cum scala per fenestram, debêt probari qualitates inferentes ad delictum, aliter enim, vt dixi, de delicto in genere commisso, non diceretur cõstare, ita Bar. *in l. nunquam, ff. de priuat. delict.* quem sequitur Foller. *in praxi crim. verb. capiat informationem, n. 8.* Blanc. qui testatur de communi, & Far. *q. 18. n. 19.* Plura apud Farin. de hac materia, *in d. q. 18. & 19.*

In innominato, qualitates delictum inferentes probandæ sunt.

8. Plures breuitèr hic pœnas insinuabo, innominatorum, extraordinariorumq; delictorum. Furtiuè Ordines suscipiens, characterem quidem suscipit, sed in pœnam Ordinis executionem non habet, Hostien. quem refert, & sequitur Paul. Berti. *in to. 4. qq. Regul. tit. 28. c. 5. n. 11.* vbi cum Abb. declarat, Ordinantem in hac pœnæ dispensare posse; Dicîq, furtiuè Ordinatum, qui sine examine Ordines suscipit, Ordinante hoc nesciente. Antè legitimã ætatem Ordinatus ipso iure suspensus est, & celebrãs irregularis efficitur, & à solo Papa di-

Pœna furtiuè ordinati.

Ante legitimam ætatem.

Per saltū dispensatur; Ita Pius V. *in extrau. ad sacrorum Ordinum*. Per saltum promotus, si ignoranter, eius suspensio ab Episcopo si scientèr à Papa tantùm dispensatur, Hostie. *in Sum. de Cleric. per saltum promot. n. 4. in fin.* Sacerdos, qui eadem die, citra casus permissos, Missas pluries celebrat, pœna arbitraria puniendus est, Diaz. & Menoch. *de arbitr. casu* 407. *n.* 5. grauiori, vel mitiori, iuxta comitantes circumstantias; Et Genuen. *in prax. c.* 46. refert, Neapoli ob celebrationem duarum Missarum eadem die ex auaritia pro pecunia fuisse sæpè inflictam pœnam suspēsionis à celebratione, nec non triremium per tres annos; Vbi infert, cessante auaritia, & aliqua causa, licèt non adeò vrgente, interueniente, non adeò acrem imponendam esse pœnam. Inchoatum Missæ Sacrificium Sacerdos intermittēs, in suspensionis pœnam incidit à Missæ celebratione *c. nullus Episcopus, de consecr. dist.* 1. Nec non in maiorem excommunicationem, *c. nihil, 16. q. 1*. Sed ambæ istæ censuræ sunt sententiæ ferendæ, vt not. Pelliz. *in manu. Regul. tr. 9. c. 4. nu.* 181. Si quis verò, ante Presbyteratus susceptionem, Missam celebret, à Regulari Superiore puniri non potest, sed ab Inquisitore, Rodriq. *to. 2. q. 28. art. 2. §. hac Constitutio, iuxta Bull. Gregor. XIII. officij nostri* 1574. Et vt statuitur *in Bulla Vrbani VIII. Apostolatus*, 1628. dummodò 20. annum expleuerit, siuè laicus, siuè Clericus, siuè Regularis, curiæ sæculari, debite puniendus, post degradationem, tradēdus est.

Pluries eadē die celebrantis.

Missam non complentis.

Celebrātis, cum nō sit Sacerdos.

9. Eodem modo ab Inquisitore degradatus, curiæ sæculari tradendus est, pœnis debitis plectendus, qui cum non sit Presbyter, Sacramentalem audit confessionem, *Vrb VIII. vbi sup.* Regularis autem, qui pro prædictis, vel alio aliquo delicto, ad S. Officium, pertinente, punitus fuit (exceptis tamen salutaribus pœnitentijs) licèt pœnitētiæ tempus expleuerit, vel gratiam receperit, ad gradus, & officia Ordinis promoueri non potest; nisi prius obtenta à Papa, vel à Sacr. Congr. Inquisitionis, rehabilitationis gratia; Et dato, quòd de facto iste promoueatur, nulla esset promotio, & promouentes, ipso facto incurrerent suorū Officiorū priuationem, nec non, vocis actiuæ, & passiuæ, reseruatam Papæ, & d. Sac. Congregationi, vt patet *in decreto authentico eiusdem Sacr. Cong. iussu Vrbani VIII. edito 1. Octobris 1626.* Sacerdos verò, qui sine Ordinarij approbatione Confessiones audit, ab habituali suspendendus est iurisdictione, quam in Sacerdotio recepit, itaut nunquam Confessiones audiat, nisi tantam pœnitētiam egerit, vt restitui mereatur, *c. placuit, de pœnit. dist. 6.* At si Confessarius sigillum frangeret, peccata in Confessione audita reuelando, ab omni Sacerdotali munere deponi deberet, Granadus apud Dian. *p. 5. tr. 11. resol. 5.* Et perpetuo in Monasterium detrudi, *c. vtriusq. sexus de pœnit. & remiss.* Sed modo d. pœna detrusionis, ex consuetudine, in pœnam triremiū commutata est, teste Farin. *q. 119. n. 55*, & notauit Thesaur. *de pœnis, verbo,*

Pœna audiētis cōfessionē, cū non sit Sacerdos.

Punitus in S. Officio, nō potest promoueri.

Pœna nō approbati.

Seu frangentis sigillum.

Pœna detrusionis, est cōmutata in triremes.

verbo Confess.o, c. 4. Alij autem non Confessarij, qui tenentur ad sigillum Confessionis, illud frangentes, mitioribus pœnis sunt puniendi, Ochagauia, & Dia. p. 4. tr. 7. resol. 11. Sicut etiam Confessarius, qui detegit aliquod igniominiosum, quòd non sit peccatum, vel loquitur sinè licentia de auditis in Confessione cum pœnitente, Granad. & Dia. vbi sup.

Pœna cõcionantis sine facultate.

10. Concionator, siuè sæcularis, siuè Regularis exemptus, in alienis Ecclesijs concionando absq; Episcopi benedictione, vel eo contradicente, ab Episcopo, tamquam Papæ Delegato, puniri potest, iuxta Bullam Greg. XV. inscrutabili. Si d. Concionator falsa miracula, aut incerta prædicet; Si prophetias non fundatas in Sac. Scriptura eunlget; Si in concionibus detrahat Episcopis, aut alijs Prælatis, ab officio prædicandi ab Ordinario, suspendi potest, vt habetur in Conc. Lateran. sess. 11. Si proferat erroneas, si scandalosas doceat, si enunciet hæreticas propositiones, suspendi ab Ordinario potest, ita in Conc. Trid. sess. 5. c. 2. de reform.

Falsa &c.

Erronea &c.

Vel Scripturã deprauãtis.

Et idem Leo in sua Constit. 21. paritèr excõmunicationem reseruatam fulminat contrà Prædicatores Verbi Dei, Sac. Scripturam deprauantes, idest (declarat Pelliz. in manu. Reg. tr. 7. c. 2. nu. 156.) eam alitèr interpretantes, quam declarant cõmunitèr Sancti DD. vel certum diem Iudicij prædicentes, &c. qua de re Bonac. de cens. in partic. D. 2. q. 5. pun. 2.

Aut iudiciũ prædicentis.

Si Concionator Regularis publicet indulgẽtias indiscretas (idest non concessas, vt declarât gl. in Clem. 1. de priuil.) pœnis intrà Religionem infligi solitis, pro grauioribus delictis, puniri debet, d. Clem. 1. Pœnas verò indebitè differentiũ de Conceptione Beatiss. Virg. Mariæ in concionibus, lectionibus, seu in priuatis colloquijs, vel scriptis, sermonibus, habes in Breue Pauli V. Regis pacifici, 6. Iulij 1616. nec non in Decreto Greg. XV. in generali Congreg. Inquisit. 24. Maij 1622.

Indulgẽtias indiscretas publicantis.

Indebitè de Conceptione differentis.

11. Prælati Regulares iure ordinario visitantes suos subditos, recipientes in visitatione pecuniam, aut alia munera suspenduntur ab Officio, & Beneficio, quousq; duplum eius restituant, quòd acceperunt, Ecclesijs grauatis, c. exigit, de censibus, in 6. Sed ab hac pœna eximuntur, qui ex laudabili consuetudine, aut instituto suæ Religionis recipiunt, c. Romana, eodem tit. & notant Plaud. Sayr. & Bonac. de censur. in partic. D. 3. q. 5. p. 4. n. 7.

Pœna Visitatoris recipiẽtis munera.

Prælati Regulares non punientes subditorum delicta, seu seuerius puniendo, quam ius postulet in Syndicatu tenentur, Puteus, & Paulin. Bertus in 4. p. qq. Regul. tit. 28. c. 1. n. 19. & 20. vbi ait, tales deponendos esse a Prælatura, attẽto eorum dolo, vel saltem negligentia, per tex. in c. dictum, dist. 81. vbi gl. 1. & Archid. tenuit Abb. in c. illa de accusat. n. 3. & Felyn. in c. 1. de treg. & pace, n. 2.

Non debitè punientis.

12. Falsus monetarius Religiosus, qui aureas, vel argenteas monetas tondens, fabricans, vel aliàs adulterans, seu scientèr adulteratas expendit, &c. degradatur, & curiæ sæculari traditur; Et in statu

Pœna falsi monetarij.

Ec-

clesiastico iudicatur, non à Superiori Regulari, sed à Legatis à Latere, seu Prolegatis; alibi verò in Italia ab ordinarijs, iuxta *Bullā Vrbani VIII, in supremo Pastorali*; Vbi quod scienter detinentes, seu de loco, ad locum transportantes, materiam, instrumenta, vel opem ad prædicta præstantes, ad triremes damnantur.

Matrimoniū contrahentis Regul.

13. Religiosus de facto matrimonium contrahens, est ipso iure excommunicatus; *Clem. 1. de consag. & affinit.* Matrimonium, est nullum *Concil. Trid. sess. 24. can. 9.* Et est puniendus in S. Officio, Siman. *de Cathol. instit. tit. 40. de matrim.* Tolet. *in sum. lib. 7. c. 4.*

14. Insinuatæ in hac q. innominatorum delictorum pœnæ a *n. 8.* vsq; huc, temporales, vt plurimū, sunt; Accipe nunc plurimas spirituales, nempè censuras Ecclesiasticas contra Regulares pro innominatis delictis, quasdam autem etiam pro nominatis, sed in hac Epitome alibi non indicatis.

Censura quid?

Prænotandum primo; Quod Ecclesiastica censura est pœna spiritualis fori exterioris Ecclesiæ, qua spiritualium vsus impeditur, vt à contumacia discedatur, Vgol. Tabiena, & Sayr. *de cens. lib. 1. c. 1. n. 10.* Propriè autem sumpta censura significat excōmunicationem, suspensionem, & interdictum *c. quærenti, de verb. signific.* vbi gl. Abb. & Hostie. & probat Sayr. *vbi sup.* Prænotādum 2. Regulares non incurrere censuras simpliciter latas cōtra Clericos, Sayr. *de censur. lib. 4. c. 13. n. 21.* vbi ait, hanc cōmuniorē, & veriorem esse opinionem, quam

Regulares in cēsur's non veniunt nomine Clericorum.

latè tuetur Vgol. *de cens. Eccl. tab. 4. c. 11. §. 2.* quia, ex cōmuni modo loquendi, qui seruandus est, *c. cum dilectus, de consuet.* Regulares non solent dici Clerici, maximè in pœnis, quæ restringendæ sunt, *c. pœnis, de reg. iur. in 6.* Et dum ius Regulares comprehendere vult, eos nominare solet, vt *in Clem. quoniam, de vita, & hon. Cler.* huic sententiæ subscribens Bonac. *in tr. de censur. & pœn. Eccl. D. 3. p. 2. §. 4. nu. 1.* testatur de communi. Vide *sup. q. 111. n. 81.*

Maior excommunicatio quid?

15. Incipio ab excōmunicationibus. Excommunicatio maior (quæ est prima, & præcipua cēsuræ species, de qua hic loquimur) est censura Ecclesiastica ab habente potestatem prolata, qua Christianus à cōmunione Ecclesiæ separatur, quoad sacramēta, & suffragia eius, & quoad conuictum fidelium; Ita diffinit Sayr. *de cens. lib. 1. c. 4. n. 10. iūcto n. 12. erga fin.* ex diuersis DD. & ait hanc optimā esse diffinitionem

A reseruatis Papæ Regulares absoluere possunt, sed non ab omnibus

16. Papæ reseruatæ excōmunicationes contra Regulares latæ, intèr alias, proximè sunt sequentes. Sed animaduerte; Prelatos Regulares plurima habere priuilegia à reseruatis Papæ absoluendi; Et præsertim *Six. IV. in Bulla, quæ est mare magnum Dominicanorum*, concessit Prælatis Ordinis eiusdē (quo priuilegio participantes fruuntur) facultatem absoluendi suos subditos ab excessibus, & censuris, nisi tales forent, propter quos ad Sedē Apostolicam meritò essent destinandi; & hos explicans casus, ait; Declaramus, hæreticos relapsos, Schismaticos, & eos, qui lit. Apostolicas falsificassent, aut ad infide-

les prohibita detulissent, ad Sedem Apostolicam esse destinandos. *Sed proptèr decretum Sac. Cong. de mandato Vrb. VIII. 17. Nouëb. 1628.* in quo reuocātur omnia Regularibus concessa priuilegia, á casibus Bul. Cœnæ absoluendi, ab horū absolutione Prælati Regulares abstinere debēt, Dia. *p. 6. tr. 7. res. 63.* Et Basseus *in Sum. ver. Casus n. 38*, quē videbis.

Reseruata excommunicatio cōtra non denūciātes hæreticos.

17. Superiores Ordinum Regularium non denunciantes professos suos subditos hæret eos, vel de hæresi suspectos Inquisitoribus, vel Ordinarijs, excōmunicationem latæ sententiæ Papæ reseruatā contrahunt, iuxta *Bull. Pauli V. Romanus, 1606.* in qua etiam illis imponitur priuatio officiorum Ordinis, vocis actiuæ, ac passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad easdem; Idem præcipitur Regularibus d. Ordinis *in eadem Bulla, §. 3.* sed non sub d. excommunicatione, vt not. Bonac. *de censur. in partic. D. 2. q. 9. p. 7. n. 6.*

Contradātes &c. pro iustitia, vel gratia à Papa obtinenda.

18. Dare, promittere, pacisci, recipere, seu acceptare promissionē, pro gratia, seu iustitia, obtinenda apud Sedem Apostolicam, præcipuè sunt actiones prohibitæ sub excommunicatione latæ sentētiæ, Papæ reseruata, *in extrau. excommunicamus, de sent. excom. c. 1. Et à Greg. XIII. in eius Bull. 24. ann. 1574.* vbi tot aliæ actiones, eodem modo prohibentur, & omnes sub pœnis priuationis Officij, & Beneficij, infamiæ perpetuæ, & inhabilitatis ad illa, & ad alia, vt videre est apud Leza. *in ver. donare, n. 19. vsq; ad n. 45.* difusè tractantem, & verba dictarum Constitutionum afferentem; Qui *n. 24.* cum Nauar, Molin. & Naldo, declarat, per Sedē Apostolicam intelligi Papam; non vt est Princeps temporalis, sed vt habet iurisdictionem spiritualem á Christo acceptam, & Ministros, in hac spirituali iurisdictione, licèt alij aliter probabilitèr exponant; *Vide de d. excommunicatione inf. q. 141. n. 35. vsque in finem.*

19. Religiosi, & Clerici sæculares temere inducentes ad vouendum, vel iurandum, seu aliàs promittendum de eligendo apud eos sepulturam, vel vt iā electam, vlterius non mutent, excommunicationem Papæ reseruatam incurrunt, *Clem. cupientes, §. sanè, de pœn.* de qua Sayr. tot. DD. inducens, *de cens. lib. 3. c. 29. n. 40. & 41.* vbi declarat, ad hoc requiri, quod sequatur effectus, & quòd inducens, non ad promittendum, sed ad electionem, non incurrit. — Con. inducentes ad promittendū eligere sepolturā.

20. Sine expressa, & in scriptis licentia Superioris Ordinis (idest Generalis, declarat Bonac. *de censur. in partic. D. 2. q. 9. p. 8. n. 8.*) ad partes se transferentes Regulares vltra marinas, in excommunicationem Papæ reseruatā incidunt, *extr. ad nostram, de Regul.* Qui verò sine licentia Generalis, aut Protectoris Ordinis in scriptis Romam ire præsumunt, & eos recipientes, voce vtraq; per biennium priuantur, *ex Decr. Clem. VIII. pro Regul. refor. 20. Maij 1601. §. 39. 40. & 60.* — Con. euntes vltra mare. — Vel Romam.

21. Mendicantes Religiosi transeuntes ad non Mendicantes, exceptis Carthusianis, absq; speciali licentia Sedis Apostolicæ, nec non recipientes, in excōmunicationem Papæ reseruatam incidunt, & receptio, — Con Mēdicantes transeuntes, ad nō Mendicātes.

ceptio,

ceptio, ipso iure, nulla est, *extr. viã ambitiosa, de Regul.* Et sufficit receptio ad Nouitiatum, Bonacin. *vbi sup. n. 11.* simili excommunicationi subiacent Religiosi cuiuscumque Ordinis, sine licentia debita, Iesuitas recipientes ad Nouitiatum peragendum, præstantes auxilium, fauorem, nec non ipsi ingredientes Iesuitæ, *Pius V. in Const. Aequũ reputamus*, & not. Pelliz. *t. 7. c. 2. n. 136.*

Seu recipiẽtes Iesuitas.

22. Regulares, sine suorum Superiorum licentia, prædicare audentes sententiam excommunicationis Papæ reseruatæ incurrunt, iuxta *Bull. Leonis X.* relatam à Quaran. *in Bullar. verbo, Prædicator*, de qua Peir. *de R. S. q. 1. c. 22. §. circa primum.*

Con. Prædicantes sine licentia.

23. Summariè accipe etiã pœnas excommunicationum non reseruatarum contra Regulares latarũ. Superiores Regulares, citra casus necessitatis Monasteria Moniali ũ, quibus præsunt, ingredientes, ipso facto in excommunicationem latam à *Greg. XIII. anno* 1581. incidunt; vbi etiam imponitur illis pœna priuationis Officij, & Ministerij, quæ tamèn non incurritur, nisi post sentẽtiã, vt probat Sanch. *lib. 6. in decal. c. 15. n. 77. & 78.*

Excõm. cont. Superior. intrantes Clau. Monialium.

24. Anathemati subijciuntur à *Concil. Trid. sess. 25. de Regul. ca. 18.* Omnes etiam Regulares, quomodocumq; cogentes mulierem, præterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum Monasteriũ, vel ad suscipiendum Religionis habitum, vel ad emittendam professionem, quiuè consilium, fauorem, vel auxilium, dederint, quiq; scientes eam, prædictã non sponte præstare, eidem actui, vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Item qui mulierem volentem velum accipere, vel professionem emittere, sinè iusta causa, impedierint. De quibus Bonac. *de censur. in partic. D. 2. q. 2. p. 2. & 3.*

Cont. cogẽtes mulierem, vt fiat Monialis.

Vel impedientes &c.

Notandum circa coactionem puellarum ad ingrediendũ Monasterium educationis gratia, duplicem esse opinionẽ; Vna, sustinentium, cogentes in hoc casu puellã puberem, incurrere prædictam excõmunicationem quamuis cogentes non intendant illam ingredi in ordine ad habitum Religionis sumendum, aut profitendum, sed solum, vt ibi cum sæculari maneat habitu, donec repræsentetur nubendi occasio, ita Barbosa *de offic. Epis. alleg. 104. n. 5.* Zerola *p. 2. prax. verb. Moniales*, Filliuc. *tr. 14. n. 89.* & Suar. *de censur. disp. 23. sect. 7. n. 9.*

Quid in coactione ad ingressum Monasterij Pro educatione.

Altera opinio vult; Non incurrere cogentes, dictam excommunicationem, nisi dum ingressus ille ordinatur ad susceptionem status Religiosi, huius sententiæ sunt Rodriq. in Sum. *to. 2. c. 8. n. 9.* Bonac. *de censur. in part. disp. 2. q. 2. pu. 2. n. 6.* Port. *de dub. Regul. ver. Moniales, in addit. n. 14.* & Sanch. *lib. 4. moral. c. 4. n. 12.* Et vtramq; opinionem satis probabilem, & in praxi tutam esse, ait Dia. *p. 2. tr. 15. resol. 56.* Sed seclusa aliqua necessitate, ad decentiam, & custodiam puellæ, non potest puella pubes cogi ad ingressum Monasterij, quamuis nõ in ordine ad susceptionem status Religiosi, sinè peccato, cum illicita sit coactio ad tam arctam custodiam,

diã, Suar. to. 3. de Relig. lib. 5. c. 9. n. 4.

Cont. nõ notificantes oracula reuocata.

25. Prælati Regulares incurrunt excommunicationem, non notificantes suis subditis reuocationem viuæ vocis oraculorum *Vrb. VIII. Const.* 119. Item excommunicantur Capuccini recipiẽtes Fratres Minores de obseruantia sinè licentia Papæ, & Prouincialis, & ad ipsos transeuntes. Et idem dicendum est, si Fratres Minimi eosdem recipiant; vel si conuentuales recipiant reformatos S. Francisci, ex diuersis Constit. relatis à Bonac. *in tract. de censur. in partic. D. 2. q. 8. p. 3.*

Aut recipientes Regulares aliquos.

Contra deferẽtes habitũ capuccinorum, vel propriũ dimittẽtis.

26. REGVLARES præsumentes habitum proprium Cappuccinorum portare, in excommunicationem incidunt, latam *à Greg. XV. in Bulla* 15. *in ordine*. Dimittentes Regulares habitum propriæ Religionis temerariè, ipso facto excõmunicationis sententiã incurrunt, *c. vt periculosa, ne Clerici, vel Monac. in 6.* Dum dimissio est apta ad periculose vagandum, Bonac. *de claus. q. 2. p. 2. num. 2.* Sanctarel. *de apost. c. 1. n. 6. & 7.* Sanch. *lib. 6. moral. c. 8. n. 57.* aliàs non incurritur hæc censura. Et consequentèr requiritur etiàm alterius habitus assumptio, aliàs enim non daretur materia vagandi, non enim nudi solent homines vagari, ita Syluest. Nauar. Sa, Rodr. Bann. & quam plures alij, quos refert, & sequitur Sanchez *ibidem n.* 51. Sed licèt non incurratur dicta excommunicatio, nisi in propositis terminis, attamèn dimissio habitus Regularis non fit sinè peccato mortali, nisi paruitas materiæ excuset, Polit. *in c. 2. nostra Regula, n. 99. per c. vidua* 20. *q. 1.* vel rationabilis causa, quæ præseruat ab omni culpa, Polit. *ibid.* ex Palud. Caiet. & Nauar. In eandem excommunicationem *d. c. vt periculosa*, incidunt Regulares ad quæuis studia accedentes sinè debita licentia, & not. DD. apud Bonac. *de claus. q. 2. p. 6. n. 3.* Regulares autem exeuntes à Monasterio ad audiendas leges Ciuiles, vel medicinam, intra duos menses non reuertentes, excommunicantur *in c. magnopere ne Clerici, vel Monac.*

Vel sine licẽtia ad studia accedentes.

Vel exeuntes ad quædam studia.

27. Diuersis Regularibus prohibetur, sub excommunicatione, recursus extra Religionem, ad impetrãdum dignitàtes, vel officia Ordinis Leza. *to. 1. c. 10. n. 17.* vbi in proposito citat *Bullam Pauli V. Aliàs per nos*, in qua sub excommunicatione prohibetur d. recursus Cistertiensibus Italiæ. *Et Bullam eiusdem, Admonemur*, in qua fulminatur excommunicatio, latæ sententiæ, & reseruata Papæ, contrà Dominicanos, & Minimos, vt sup. recurrentes.

Cõtra impetrantes dignitates?

28. Interdictum generale latum auctoritate saltẽ Ordinarij, quod seruatur ab Ecclesia Cathedrali, vel Matrice, seu Parochiali, scientibus Regularibus, si isti eum non seruent in excommunicationẽ incurrũt, latã *in Clem. 1 de sent. excom.*

Cõtra nõ seruantes interdictum.

29. Decimas sibi vsurpantes Regulares, & intra duos menses à die vsurpationis non satisfacientes, interim absolui nõ possunt; vel prohibentes, aut non permittentes eàs solui, nisi intra mensem, post requisitionem, destiterint, sentẽtiam

Vel impedientes decimas.

ex

excommunicationis incurrunt, si administrationes, seu Beneficia nō habent; Hi verò, qui habent, tam diu manebunt ab Officijs, administrationibus, & beneficijs suspensi, donec desistant, & satisfaciant, *Clem. 1. de decimis.* Regulares verò in concionibus, aut priuatis locutionibus aliqua proferentes, vt auditores à solutione debita decimarum retrahantur, ipso facto excōmunicantur *in Clem. cupientes, de decimis.*

Seu retrahentes.

30. Tempore probationis, excepto victu, & vestitu Nouitij, & Nouitiæ, parentes, propinqui, aut curatores, prohibentur Monasterio aliquid ex eius bonis dare, sub anathematis pœna, dantibus, & recipientibus, *Conc. Trid. sess. 25. nu. 16. de Regul.* de quibus Sanch. *lib. 7. moral. c. 5. n. 22.*

Dātes, & recipientes de bonis Nouitij.

31. Alienatio bonorum suorum Monasteriorum, & Ecclesiarum, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, Regularibus prohibita est, *in Extrau. ambitiosæ Pau. 2.* afficiens etiam recipientes; Et nomine alienationis, vt ex textu apparet, veniunt, omne pactum ad transferendum dominium, concessio, hypotheca, locatio vltra triēnium, contractus emphyteuticus, nisi in casibus a iure permissis, quæ nullius sunt roboris; Rerum videlicèt immobilium prætiosarum, quæ seruando seruari possunt, vt notant communitèr DD. & præsertim Suar. *to. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. c. 27. n. 16. & 18.* Et in eadem Extrau. subditur; Si Prælatus alienans sit in dignitate Pontificali, aut Abbatiali, interdictus sit ab ingressu Ecclesiæ, & suspensus à suo officio, si per tres menses in dicto interdicto perseuerauerit; Prælatus verò inferior priuatur ipso facto suo officio. Quibuscumq; verò Superioribus Regularibus prohibetur, sub pœna excommunicationis, latæ sententiæ, & grauissimis alijs pœnis, alienatio, &c. bonorum iurisdictionalium, vt Ciuitatum, Terrarum, &c. *in Constit. humana, Vrb. VIII. 1. Nouēbris 1625.*

Contra alienantes, & recipientes bona Monasteriorum.

Quid in Prælatis.

32. Libros edentes Regulares, sinè recognitione, & licentia suorum Superiorum, excommunicantur, *in Conc. Trid. sess. 4.* Item quilibet imprimens, vel imprimi faciēs librum de rebus sacris sinè nomine Auctoris, aut sinè approbatione Ordinarij, quæ in scriptis habeatur, & in fronte libri appareat, *ibidem.* Vlterius verò requiritur in quocumque libro imprimendo, etiam de rebus non sacris, approbatio Inquisitoris loci, vbi impressio fit. Et Romæ Vicarij Papæ, & Magistri Sac. Palatij, vt habetur *in Conc. Lateran. sub Leo. X. Sess. 10. & in Indice librorum prohib. Reg. 10. & not.* Suar. *de censur. D. 23. sect. 7. n. 1.* Id verò quòd tam, in citatis locis Lateranensis, & Indicis, dicitur de eisdem pœnis contrà libros in scriptis diuulgantes sinè debitis licentijs, intelligitur, dum hoc fit, vt typis mandentur, vt declarauit *Sac. Cong. Conc.* teste Sorbo in Compen. Priuil. verb. imprimere libros. Cū autem in dictis decretis non præcipiatur, vt nomina approbantium in libris exprimātur, tenet Bonac. *in tr. de censur. in partic. D. 2. q. 2. p. 16. nu. 7.* obtenta legitima approbatio-

Cōtra indebitè libros imprimentes.

Vel in scriptis diuulgātes.

batione, sufficere, si in frontespitio sint talia, vel æquipollētia verba (De licentia Superiorum) Et hoc probabile existimat Pelliz. *in Man. Reg. to.6.c.4.n.29.* Vltra excommunicationem prædictam incidunt Regulares transgressores, in pœnas ammissionis librorum, & publicam illorum combustionem, de quibus *in dicto Conc. Later.* Præterea Regulares degentes in statu mediatè, vel immediatè Papæ subiecto, si velint extra illum libros, de quacumque materia tractantes imprimere, non debent id facere sinè approbatione in scriptis Vicarij Papæ, & Magistri Sac. Palatij si Romæ degent, si verò extra Vrbem, sine Ordinarij, & Inquisitoris loci illius licentia, operi præfigenda, aliàs libri ipso facto prohibentur, & pœnæ arbitrariæ Papæ contrahuntur, *iuxta Const. 50. Vrb. VIII. in Bullar. to.4.*

De alijs pœnis.

33. Ab excommunicationibus, ad suspensiones transeo. Suspensio igitur propriè, & strictè accepta, de qua hic loquimur; Est censura Ecclesiastica, quam ordinato, quatenus ordinatus est, ob suam culpam prohibetur exercitiū Ordinis, Officij, vel Beneficij ab habente potestatem; ita cōmunitèr DD. quos refert, & sequitur Sayr. *de censur. lib.1.c.1.n.18.*

Suspensio quid?

34. Plurimæ sunt contrà Regulares Ordinatos suspēsiones, & vltrà suprà hic, contra delicta inominata, tactas; Vna contra Capitula, & Conuentus, & eorum singulares personas est, si Abbates, Priores, &c. à Papa promoti, vel confirmati, sinè literis eius authenticis se intrudant, *Extrauag. 1. de elect.* vbi suspensio non reseruata contra dictos Prælatos, sinè dictis literis se intrudētes, & not. Bonac. *de censur. in partic. D.3.q.4.pu.10.*

Suspensio cont. promotos sinè literis Papæ se intrudentes.

35. Item suspenduntur per annum ab Officio, & Beneficio Abbates, & alij Regulares, qui literas dimissorias, Clericis Sæcularibus, vt ab alijs ordinentur, concedunt, *Conc. Trid. sess.23. c.10. de reform.* *Vbi sess.7. de ref. c.10.* ad beneplacitum futuri Prælati, suspenduntur, ipso iure, Ordinati in maioribus Ordinibus cum literis dimissorijs Capituli, Sede vacante, infra annum, à die vacationis. Paritèr ab Officio, & Beneficio, donec plenè restituant, suspenduntur Regulares, qui vacante Regulari Ecclesia, occupant bona a Prælato dimissá, vel tempore vacationis obuenientia, *in c. quià sæpè, de elect. in 6.*

Vel dātes indebitè dimissorias.

Aut ordinati sinè debitis dimissorijs.

Seu occupātes bona mortuo Prælato.

36. Patres Dominicani, qui suscipiunt consecrationem Prælaturæ Sæcularis antequam Ordini restituant libros, & alia, quæ habent, promotionis tempore, incurrunt suspensionem à Pontificalibus, Papæ reseruatam, vt ait S. Antoninus *p.3. tit.27. de suspens. c.4.* latam *à Clem. IV. per Bullā relatam* a Confect. *in suo Compen. fol.15.*

Contra Dominicanos Episcopos non restituentes libros

37. Nouitij, qui absque titulo recipiunt Ordines sacros, incurrunt suspensionem ab executione Ordinum sic susceptorum, *iuxtà Constit. Pij V. 75. vbi,* quod exercentes fiunt irregulares. Vniuersi verò Regulares malè promoti ad Ordines, putà, quia inhabiles, irregulares, per saltum, furtiuè, ante debitam ætatem,

Contra Nouitios ordinatos sinè titulo.

Contra Regulares malè ordinatos.

tem, non seruatis interstitijs, vel absque veris dimissorijs, perpetuò manent suspensi ab exercitio Ordinum susceptorum, & a facultate ascēdendi ad alios Ordinos; Exercentes verò fiunt irregulares, priuantur Officijs, & Beneficijs, voce actiua, & passiua, & perpetuò ad alia incapaces redduntur, *Clē.VIII. in Bulla* 40.

Contra perturbātes S. Officium.

38. Dominicani, ac Franciscani, in vicem perturbare præsumētes Officium Sac. Inquisitionis ipsis commissum, suspendūtur ab exercitio Ordinum, donec absoluantur à Papa, vel ab alijs, de cuius interesse agitur, *Clem. IV. Paupertatis altissimæ*, vt refert S. Antonin. *par.* 3. *tit.* 28 *de suspen. c.* 4. & not. Sayr. alios citans, *de censur. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 12.

Cōtra imprimentes miracula &c.

39. Regulares suspensionē à Diuinis, vna cum priuatione Officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ incurrunt, sententiæ ferendæ, *iuxtà decretum Sac. Cong. de mandato Vrb. VIII. die* 4. *Aprilis* 1625. imprimētes libros hominum, qui sanctitatis, & martyrij opinione celebres, è vita migrarunt, gesta, miracula, vel reuelationes, vel quæcumque beneficia, tamquam eorum intercessionibus à Deo accepta, continentes, sinè recognitione, & approbatione Ordinarij; Similitèr exponentes imagines prædictorum cū laureolis, radijs, vel splendoribus. De quibus Peliz. *in man. Regul. tr.* 6. *c.* 4. *n.* 50. *&* 51. *& tr.* 4. *c.* 3. *n.* 19.

Vel imagines exponentes cum radijs &c.

40. REGVLARES, qui requisiti ab illis, quibus decimæ debentur, non admonent pœnitentes in audiendis confessionibus, de onere eas soluendi, suspenduntur ab Officio prædicandi, *in Clem. cupientes, de pœnis*, à qua suspensione liberantur facta admonitione, data opportunitate, cum ad eam non teneantur cum graui incommodo. Bonac. *de censur. in partic. D.* 3. *q.* 8. *p.* 9. *n.* 1.

Contra Cōfessores non monētes de decimis.

41. REGVLARES Apostatæ recipientes Ordinem Sacrū, suspenduntur ab executione Ordinis suscepti sinè Papæ dispensatione, *c. consuluisti, de Apostat. & not.* Pelliz. *tr.* 8. *cap. vlt. sect.* 3. *q.* 7. Eiecti verò legitimè, ita manentes, suspensionem incurrunt, Papæ reseruatam, ab executione ordinum, *ex decreto Sac. Cong. de mandato Vrb. VIII.* 21. *Septembris* 1624.

Contra Apostatas ordinēm Sacrum suscipiētes.

42. Transeo ad tertiam speciem Censuræ, idest interdictum, quòd sic potest diffiniri. Interdictum Ecclesiasticum, est censura Ecclesiastica, qua prohibentur Diuina Officia, Sacramenta, & Ecclesiastica sepultura actiue, & passiuè; ita Sayr. *de censur. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 7. cum Nauar. Caf. Toleto, & alijs. Et est triplex; Locale, personale, & mixtum, Sayr. *ibidem n.* 10. ex Nauar. Syluest. & alijs. Interdicta verò, quæ propria sunt Regularium, & proximè ipsos tangunt, sunt tria sequentia.

Interdictū quid?

Quottuplex?

43. REGVLARES præsumentes excommunicationem inferre, nō præmissa admonitione coram idoneis testibus, in interdictum ac ingressu Ecclesiæ, per mensem, incurrunt, *c. Sacro, de sent. excomm.* & Bonac. *de censur. in partic. D.* 3. *q.* 5. *§.* 1. *n.* 5. vult monitionem trinam

Interdictum contra Excōmunicantes sinè monitione.

nam esse debere, *c. contingit il 2. de senten. excomm.* Qui *n.* 8. tenet, Prælatum, tam Sæcularem, quam Regularem subijci huic interdicto, cum Vgol. Maiol. & Sayr. Et iste, *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 14. testatur de communi, inducens Hostien. Gemin. Abb. Nauar. & alios; Quamuis Gabr. Angelica, Tabie. & Lapus ab eodem relati, à dicto interdicto, excipiāt Prælatos Regulares, cum citatum *c. Sacro*, loquatur generalitèr, nec eos nominet, nec non Fely. & Alter. à Bonac. relati *d. n.* 8. Quibus subscribit Pelliz. *in manu. Regul. tr.* 7. *c.* 4. *nu.* 83. attentis priuilegijs Regularium in hoc particulari; Addens nihilominus *ibidem, c.* 1. *n.* 79. cum Dian. *p.* 5. *tr.* 9. *resol.* 63. in hoc attendendam esse cōsuetudinem præscriptam vniuscuiusq; Ordinis, eamq; seruandam.

Contra violantes interdictum. 44. Violantes Regulares interdictum generale locale, scientèr celebrantes in loco interdicto, vel faciente ibi celebrare, siuè ad Diuina Officia, vel Sacramenta, vel sepulturam Ecclesiasticam admittentes publicè interdictos, aut excommunicatos, si sint nominatim denunciati; immo absolutè tales excommunicatos admittentes, incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ ad arbitrium illius, cuius sententiam neglexerunt, *c. Episcoporum, de priuil. in* 6. & not. Bonac. *ibidem D.* 4. *q.* 2. *p.* 6. *n.* 6. ex Suar. & Filliuc. Qui duo aiunt illum admittere ad Diuinā Officia, qui interdictum recipit, ministrando ei Sacramentū, vel cum non excludit, dum celebrat, aut non prohibet cum possit, & ex officio teneatur.

45. Interdictum ab Ecclesia latum in decreto Sac. Cong. de celebratione Missarum, Regulares incurrunt, ca su, quo acceptam pecuniam cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, non statim deponunt, & deinde de ea non disponunt iuxta decretum prædictum. Vel decretū de celebratione Missarum.

46. Breuiter non prætermittam quædam tangere de irregularitate; Quæ est Canonicum impedimentum, ex facto, vel ex defectu proueniens, quo quis ad Ecclesiasticos Ordines promoueri, & iam promotus in ijsdem ministrare prohibetur. Hæc diffinitio traditur à Sayr. *de censur. lib.* 6 *c.* 1 *n.* 16. ex Syluest. Specul. Hostien. & tot alijs DD. vt verior, & communior. Ad rem nostram, hic tantùm agendum erit de irregularitatibus, quas incurrunt Regulares ex delicto. Irregularitas quid.

47. Rebaptizzanti, & rebaptizzato scientèr irregularitas, iure Canonico imposita est, vt probat Sayr. *de censur. lib.* 7. *c.* 8. *nu.* 3. vbi non modò DD. ad saturitatem, sed etiam plures Canones citat; Et *n.* 5. probat, secundùm probabiliorem, & cōmuniorem opinionem, hanc irregularitatem impedire ascensum ad Ordines, & etiām vsum susceptorum, siuè delictum sit publicum, siuè occultum, Scot. Sot. & Sayr. *nu.* 6. qui testatur de communi, & recepta sententia; Sed in publico solus Papa dispensat, in occulto Episcopus, *num.* 31. Et tale crimen de iure ciuili pœna capitali punitur, *l.* 2. *C. ne Sanctum Baptisma iteretur.* Rebaptizzates, & rebaptizzati sunt irregulares.

48. Ex-

48. Excommunicatus maiori excommunicatione, vel suspẽsus, vel interdictus, scientèr faciendo Diuinum Officium, exercendo solemnitèr actum Ordinis Sacri, quem habet, irregularis efficitur, vt solidè probat Sayr, *de censur. lib.7.c.9. n.1.* licèt nec notorius, nec denunciatus sit, *n. 19.* Si delictum sit publicum, aut in iudicium deductum, solus Papa dispensat; Si occultum, Episcopus, *n.30.* ex Nauar. Vgol. & commu. Quo verò ad Regulares, eorum Prælati dispensant virtute suorum priuilegiorum, *vt in compend. Priuileg. Mendic. in verbo, Absolutio ordin. quò ad Fratres, n.4. Et in verbo, Dispensatio, n.9. 12. & 21.* præsertim ex concessione *Eug. IV. 27. Iunij* 1431.

Item cẽsura ordinem Sacrũ exercens.

49. Ministrans solemnitèr scientèr in aliquo Ordine Sac. quem nõ habet, fit irregularis, probat, & declarat Sayr. *vbi sup. c.10. n.1. vsq; ad nu.11.* Qui autem sciens se esse excommunicatum, vel etiàm hoc ignorans, ignorantia crassa, vel affectata, Ordinem Sacrum suscipit, irregularis fit, Sayr. *n. 14. per c.1. de eo, qui furtiuè Ordin. suscep.* Sicut etiàm, qui eodem die plures Ordines Sacros recipit, vt notat Sayr. *n.22. & 23. & est tex. in c. fin. eod. tit.*

Vel ministrans nõ ordinatus.

Seu excõmunicatus Ordinem Sacrum suscipiens.

Vel plures eodẽ die.

50. Infamis (cuius nomen, moribus, & vita, est reprobatum, vt diffinit Sayr. *de censur. lib.7. c.11. n.2.*) iuris infamia, est irregularis, quo ad Ordines suscipiendos, & etiam susceptos exercendos, *c. qui in aliquo, dist.51.* Facti verò ex delicto, est irregularis tantùm quo ad Ordines suscipiendos, regularitèr, Bonac. *de censur. in comm. D.7. q.3. p. 1. n.4. & 5. ex communi.*

Item Infamis.

51. Hominem voluntariè occidens, vel mutilans eius membrum, irregularis efficitur. *Clem. vn de homic.* De hac materia, & quòt modis incurratur irregularitas ex homicidio, diffusè tractat Pelliz. *in man. Regul. tr.7. c.5. sec.4. per totam, Et sec. 3.* declarat irregularitatem ex delicto hæresis externæ, *à n.95. vsq; ad n.109.* Sed Sayr. *de censur. lib.7. c.12. n.16.* ait cum Philiarco, & alijs, hæreticum, secundùm se, & simplicitèr, non esse irregularem, licèt ob hæresim multis modis quis fiat irregularis, vt si in excommunicatione, in qua est, celebret, vel hæresis sit notoria, seu ex ea subsequatur infamia.

Item Homicida, seu mutilans.

An Hæreticus sit irregularis.

52. Animaduertendum circa dispẽsationem ab irregularitatibus, nec licitè, nec validè, sinè legitima causa concedi posse, talis enim est natura dispensationis, Nau. *in man. c.35. n.74.* Sylu. *verbo, Dispensatio,* & Lez. *to.1. c.18. n.42.*

Irregularitas non potest dispensari sinè causa.

53. Possunt *ex priuilegio Pij V.* vt refert Lez. *n.40.* Superiores Religionum per se ipsos, facere cũ subditis sui Ordinis, quòd possũt Episcopi cum Clericis, & laicis, iuxta *Conc. Trid. decretum sess. 24. c.6.* vbi habetur, liceat Episcopis (& consequenter dictis Superioribus) in irregularitatibus omnibus, & suspẽsionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ prouenit ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, in quibuscumq; casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis. In foro verò cõscientiæ possunt prædicti Superiores dispen-

An Prælati Regulares dispensare possint in irregularitatibus, & in suspensionibus?

spensare cum suis subditis, etiam in irregularitate, quæ prouenit à mutilatione, & homicidio voluntario occulto, *ex eodẽ Pio V.* Lez. *n.* 44

De Regularium delictis circa clausuram, & eorum pœnis.

Quæstio 130.

1 CVM delicta, quæ circa clausuram committuntur, specialia nomina præseferre non videantur, postquam de criminibus innominatis in genere visum est, in hac q. de delictis circa clausuram agitur.

Pœna Religiosi ad mittẽtis, vel permittentis ingressũ fœminæ intra clausurã.

2. REGVLA 1. sit. Religiosi, siue Superiores, siue subditi, fœminas intrà eorum clausuram admittentes, seu ingressum permittẽtes, ipso facto, & sinè alia declaratione, in pœnas incidunt priuationis officiorum, quæ obtinent, inhabilesq; ad illa, & omnia alia reddũtur, ac à Diuinis suspenduntur, ita *Pius V. in suo motu proprio, anni* 1570. *incipien. Regularium personarũ*, & not. Leza. *to*, 1. *c.* 10. *n.* 13. & Rodriq. *to.* 1. *q. Regul. art.* 1. *q.* 48. Quibus Pœnis *Greg. XIII. in Constit. incipien. vbi gratia*, addit excommunicationem Pontifici reseruatã, & ponderant Sanch. *in Decal. lib.* 6. *c.* 17. *n.* 33. nec non Lez. & Rodriq. *vbi supra.*

Quæcũque femina sit.

3. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt quamuis dictæ Constit. loqui tantum videãtur de mulieribus sub prætextu facultatum intrantibus, &c. tamèn, de mulieribus quibuscunq; sunt intelligendæ, ita enim citatus Greg. suam explicuit mentem, teste Villaguta, quem refert Leza. *to.* 1. *c.* 10. *nu.* 9. Et idem declaruit *Pius V.* expresè *in alia Cõstit.* quæ incipit, *Decet, Romanũ, Anni* 1570. relata à Confect. *in Triuil. Ord. Mend. fol.* 147. vbi ait, suam mentem fuisse, & esse, quòd dictæ literæ non modò comprehendant mulieres, prætendentes habere facultatem Monasteria ingrediendi sed etiàm omnes, & quascumq; mulieres alias, & not. *Lez. num.* 9. vbi testatur, ita seruari in praxi in Pœnitentiaria Romæ, quæ pro lege haberi debet, citans in comprobationẽ huius Ampliationis Nauar. & Azor. & tenet Suar. *to.* 4 *de Relig. tr.* 8. *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 9. retractans, proptèr dictam Constit. *decet Romanum*, quod alibi dixerat.

Suspẽsio, & excõmunicatio obligãt ante sentẽtiã.

4. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt pœna suspensionis, quæ imponitur ipso facto, & sinè alia declaratione obliget etiam in foro interiori conscientiæ, ita vt trasgressor teneatur ante omnem Iudicis sententiam illam subire; & idem dicitur, dum, vt sup. pœna excommunicationis imponitur, Leza. *to.* 1. *c.* 10. *n.* 29. vbi testatur de communi totius Ecclesiæ praxi, Sot. *lib.* 1. *de iust. q.* 3. *art.* 6. & deducitur ex Concil. Trid. *sess.* 24. *c.* 6. vbi conceditur facultas absoluendi à prædictis pœnis, dum delicta occulta sunt, supponendo in eas incurri, quàmuis ad contentiosum forum deducta non sint.

Nomine officiorũ, quid intelligatur?

5. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt nomine officiorum, de quibus in eadem Regula, non modò intelligantur officia, Superioritatem, seu Prælaturam coniunctam habentia, Portel. quem sequitur Leza. *to.* 2. *c.* 13. *n.* 7. Sed etiam officia,

quæ

quæ sunt sinè præeminentia, aut iurisdictione, vt est officium Vicarij in præsentia Prælati, Procuratoris Cõuentus, Sacristiæ, &c. Syluest. *in ver. dignitas*, Rodr. *in q. Regul. tom.* 1. *q.* 23. *art.* 9. *&* *q.* 13. *art.* 18. & Leza. *par.* 2. *c.* 13. *n.* 2. & defendit idem Lez. *to.* 1. *c.* 10. *n.* 32. contra Sanch. & alibi Rodr. qui tenent, nomine officiorum in hoc casu non compræhendi officiã Superioritatem coniunctam non habentia, vt esse Concionatorem, Confessorem, Lectorem, &c.

Aliæ pœnæ requirunt declaratoriam.

6. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt aliæ pœnæ, exceptis censuris, de quibus in Regula 1. non incurrantur, sinè Iudicis declaratoria sententia criminis commissi, non obstante clausula, eo ipso; ipso facto, &c. Sot. Molin. quos sequitur Lez. *to.* 1. *c.* 10. *n.* 30. & dictum, declaratumque est sup. *q.* 127. *n.* 11. *vsq; ad nu.* 16. & omnia ea faciunt ad propositum etiam hic.

Nec incurritur sinè dolo &c.

7. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt in pœnas in ea assignatas non incurrant, qui sinè dolo, malitia; vel præsumptione, sed ex ignorantia, quamuis culpabili deliquerunt, cum *Pius V.* in sua prohibitione, contra præsumẽtes, pœnas fulminet, qua particula dolus significatur, Cardin. quem sequitur Rodriq. *to.* 1. *q. Regul. art.* 1. *ver. tertio est, q.* 48. Et verbum præsumere, temeritatem, & malitiam significare tenuerunt Nauar. Caiet. & Lez. *to.* 1. *c.* 10. *n.* 33. Et idem credit Rodr. vbi sup. de pœnis fulminatis *in Bulla Greg XIII.* quæ est posterior, quamuis in ea Pontifex non vtatur verbo (præsumant) quia, sinè dolo, tales pœnæ non incurruntur.

Prælati Regulares, an Papæ reseruata absoluere possint?

8. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt ab illa excommunicatione Papæ reseruata, omnes Prælati Regulares priuilegia participantes, absoluere possint; attento *Priuilegio Sixti IV. in Bulla, quæ est mare magnum Prædicatorum*, vbi cõcedit Prælatis huius Ordinis, & consequentèr participãtibus, facultatem omnes absoluẽdi ab omnibus censuris, præter hæreticos, schismaticos, literas Apostolicas falsificantes, aut deferentes prohibita ad Infideles, & refert Confect. *in Priuil. Mendic. fo.* 40. *n.* 34. & Leza. *to.* 1. *c.* 18. *n.* 36. vbi similia alia Priuilegia inducit.

Quid in puellis?

9. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt nõ procedat in puellis paruulis, in quibus cessat finis prohibitionis, nempè, ne detur occasio impudicitiæ, Sanch. *in Decal. lib.* 6. *c.* 17. *n.* 4. Rodr. & Lez. *to.* 1. *c.* 10. *n.* 10. Sed secundùm Nauar. quem sequitur Sorbus, *in Comp. Priuil. Mendic. vers. ingredi Monast. Monial. nu.* 2. si puellæ essent maiores sex annorũ, Reg. procederet.

In Imperatricibus, & Reginis?

10. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt non procedat in Imperatricibus, & Reginis, secundùm Sanch. Rodr. & Lez. *to.* 1. *c.* 10. *n.* 10. Sicut nec etiã in fœmina intrante causa grauis infirmitatis Religiosi, qui extrahi non potest, & tantummodò per illam curari valet, Leza. *eodem n.* 10. cum Rodr. & Sanch.

Vel occasione infirmitatis, &c.

Processionis, vel similis?

11. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt nõ procedat in fœminis ingredientibus clausuram, dum Missæ, & alia Diuina Officia celebrantur in ea, ibi processiones fiunt, mortui se-

sepelliuntur, seu concio habetur; dummodò recto tramite mulieres ad locum destinatum accedant, & indè ad portam, qua de clausura exitur, ita concessit *Pius V. in Constit. incip. Decet*; & not. Lez. *nu.* 12.

12. Plura Leza. de Regula 1. *to.* 1. *c.* 10. *à n.* 9. *vsque ad* 13. & *to.* 3. *verb. clausura à nu.* 2. *vsque ad* 4. & Rodr. *in q. Regul. to.* 1. *q.* 48 *per totã.*

Religiosus egrediés clausuram sinè licentia peccat. 13. REGVLA 2. sit. Religiosus quicunq; clausuram seruare tenetur, & sinè licẽtia Superioris egrediens, grauitèr, & sæpè mortaliter peccat, cum obedientiam grauitèr lædat, Suar. *to.* 4. *de Relig. tr.* 8. *lib.* 1. *c.* 6. & Leza. *to.* 1. *c.* 16. *nu.* 2. citans Trident. & excipiens paruitatem materiæ egressus, & subdẽs, *n.* 4. quòd regularitèr licentia expressa esse debet, vt etiam tenet Suar. *n.* 11. *d. c.* 6.

Nocturno tempore egrediens. 14. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt egressus nocturnus, *ex Decr. Clem. VIII. de reseru. casuum*, sit casus reseruatus, & consequentèr mortale, Suar. *to.* 4. *de Relig.* hoc not. *tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 7. & Lez. *to.* 1. *c.* 16. *n.* 3.

Quando sit Apostata? 15. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt Religiosus sinè Superioris licentia de clausura egrediens, animo Religionem deserẽdi, & numquam reuertendi, Apostata sit, Leza. *tom.* 1. *cap.* 16. *n.* 12. & præter excommunicationem Papalem contrà hunc à Papa fulminatam, de qua Sanch. Cæsarub. & Leza. *n.* 13. in ordine ad alias pœnas perlustrentur Statuta, seu Constitutiones propriæ cuiusq; Religionis; sed si quis animum redeundi haberet, propriè, & rigorosè, apostata non

Fugitiuus, vel vagus? esset, sed fugitiuus, & vagus, Aragon. Bann. & Leza. *n.* 7. Quamuis sinè habitu recessisset, Valen. & Leza. *n.* 7. Sanch. *in Decal. lib.* 6. *c.* 8. *n.* 3. At grauiter peccaret, Suar. *lib.* 3. *cap.* 1. & Leza. *d. n* 7.

Quid in detento in carcere? 16. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt Religiosus à suis Superioribus in carcere iustè detentus, sinè culpa aufugere non possit, Ledesm. Sayr. & Leza. *n.* 9. Quamuis esset ad carcerem perpetuum damnatus, Rodr. *in q. Regul. to.* 2. *q.* 22. *art.* 6. quod probabilius censet. Leza. *n.* 10. vbi citat Bann. contra sentientem. Nota autem, vt hic supra. Bannitus, exulatus, confinatus, seu relegatus ad tempus, infra decennium frangendo confinia, seu relegationem; tempus ipsi duplicatur Bart. Alex. Clar. Gomez. qui testatur de communi, & Farin. *in fragm. crim. littera B. n.* 84. Nempè tempus, quod superest duplicatur, Bar. Gomez. Marsil. & Farin. *n.* 86. Sed si per decennium, vel vltra rebannitur, seu relegatur in perpetuum, vel ad opus metalli damnatur, Clar. Tusc. Alberic. Menoch. & Farin. *n.* 88. Si verò in perpetuum punitur extraordinariè, pœna triremium secundùm veriorem, Farin. *n.* 90. iura inducens, & DD. licèt alij non sequendi asserant, imponendam esse pœnam mortis. Damnatus autem in pœnam ad carcerem, si ad tempus, aufugiens, in perpetuum damnatur, si in perpetuum damnatus erat, in metallum damnandus erit *l. capitalium, in exulibus, ff. de pœnis.* Et not. Menoch. & Farin. *n.* 96.

Infra decennium fugiens, relegationem, tẽpus, quod superest duplicatur.

17. LI-

17. LIMITATVR 1. Ampliatio 3. Vt Religiosus licitè aufugiat, si certò sciat carceris pœnã iniustè ei inflictam esse, aut si in carcere ei cibus, vel alia necessaria ad vitam denegarentur, Naua. Sayr. & Leza. *to.1.c.16.n.9.* Et idem dicendum est, si eidem pœna capitis, vel membri abscissionis immineret, Bann. Salon. & Leza. *n.9.* Limitabis hic vlterius, *vt infra in hac q.n.22.*

18. LIMITATVR 2. Ampliatio 3. Vt Religiosus ad Triremes damnatus, à carcere licitè possit aufugere, vt recurrat ad Superiorem, veniam supplicaturus, Bann. & Leza. *to.1.c.16.n.10.* Licèt contra teneat Sanch. *lib. 6. in Decal. c. 8. n.16.*

Cooperantes ad fugam, vel Apostasiam.

19. AMPLIATVR 4 Regula 2. Vt cooperantes ad rem sacrilegã nempè ad fugam, vel Apostasiam Religiosorum, non solùm peccent mortalitèr, sed etiàm teneantur ad restitutionem damni temporalis, inde secuti Religioni, saltèm, dum interuenit vis, vel fraus, Caiet. *in sum. ver. restitutio, c.7.* Suar. *to.4. de Relig. tr. 8. lib. 3. c. 3. n.8.* & Leza. *c.16. n.14.*

Detinentes, occultãtes Apostatas, vel eis fauentes.

20. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt detinentes in suis domibus Religiosos Apostatas, occultantes, vel ipsis fauorem impertientes, ipso facto excommunicati sint, iuxta Priuilegia Papalia Religionibus concessa, de quibus, Peirin. Casarub. & Leza. *n.15.*

A Superioribus capi possunt fugitiui, &c.

21. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt Apostatæ, seu fugitiui, etiam extra territorium, à suis Superioribus capi, duci ad Monasterium, & incarcerari possint, inuocato (quatenus opus sit) adiutorio brachij sæcularis, iuxta priuilegia, *in mari magno Carmelit. §. Apostatas corrigi quoque, &c.* & not. Rodriq. *in q. Regul. to.1. q.30. art.6.* Nauar. & Leza. *to.1. c.16. n.16.* Quod procedit non modò, quandò sine licentia Religiosus exiuit, sed etiam, quandò cum ea discessit à Monasterio, & terminum in ea præfixum transactus est, Peirin. quem refert Leza. *n. 16.*

Debent requiri. Et recipi.

22. SVBAMPLIATVR Ampliatio 6. Vt non modò possint, sed etiã annuatim Prælati Apostatas, & fugitiuos requirere teneantur, *cap. fin. de Regular.* quòd innouatum est *à S. Cong. Conc. iussu Vrbani VIII. edita, anno* 1624. vndè, sub pœnis assignatis, hoc seruandum est, Bonaci. *de claus. q. 2. punct. 11. §. 2.* & Leza. *to.1. c. 16. n. 16.* Et redeuntes, & humilitèr veniam petentes, benignè recipiendi sunt, Nauar. & Leza. *n.18.* Intellige hanc subampliationem, nisi Apostata, & fugitiuus esset notabilitèr scandalosus, & perniciosus alijs fratribus, vel si aptè capi, & detineri non posset, Rodriq. *to. 1. q. Regul. q. 30. art. 5.* Syluest. *ver. Apostasia, n.10.* Leza. *n. 16.*

Iniq; grauatus subditus, an possit aufugere?

23. LIMITATVR Regula 2. Vt Religiosus, sinè alia licentia à clausura, licitè aufugere possit, dum nimium iniustè illum à suo Superiore vexari euidenter constat, eundo ad maiorem Superiorem Prælatum, ius enim defensionis naturale est, & maioris licentia tacita in hoc casu præsumitur, Suar. *to.4. de Relig. tr.5. lib.3. cap.1. n.6.* & Leza. *n.8.*

n. 8. qui, n. 9. hoc contrà Concil. Trident. non esse declarat, quòd, de iniq; grauatis, intelligi non debet, ex Nauar. & Sayro. Limita vlterius, vt hic sup. num. 17. & 18. Apud nos, Constitutiones de his loquentes seruentur, in c. 2.

24. Plura de materia Regulæ 2. Lez. to. 1. c. 16. De Apostasia verò à fide per hæresim, & eius pœnis, vide Pelliz. in Man. Regul. to. 2. tr. 9. c. 4. n. 110.

Monialiũ Monasteria ingrediens, finè facultate, excõmunicatur.

25. REGVLA 3. sit. Ingredientes sinè debita facultate, & conditionibus Monialium Monásteria, ipso facto excõmunicati sunt, per Conc. Triden. sess. 25. de Regul. cap. 5. Et hæc excommunicatio Papæ reseruatur à Greg. XIII. in Bulla, vbi gratia, Anno 1575. & not. Bonaci. de clauf. q. 4. pun. 5. & Leza. tom. 1. cap. 25. n. 27. Qui ex priuilegio ab hac excommunicatione reseruata absoluere possint, vide supra, n. 8.

Et cõprehenduntur omnes.

26. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt vniuersalitèr procedat quoàd omnes personas, siue viri, siue fœminæ sint, siue laici, Clerici, Monaci, vel Episcopi sint, cum Trid. vbi suprà habeat hæc verba; Ingredi autem intrà septa Monasterij, nemini liceat, cuiuscumq; generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit; & obseruauit Suar. to. 4. de Relig. lib. 1. c. 10. n. 2.

Et Superiores, & Moniales permittentes.

27. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt Superiores, vel Moniales eundem ingressum permittentes, incidant in d. excommunicationem reseruatam, in priuationem Dignitatum, & Beneficiorũ suorum, sint inhabiles ad illa, & ad alia in posterum consequenda, Greg. XIII. in d. Bulla vbi gratia, & not. Lez. n. 27. Et iterùm de prohibitione Monialibus, ne admittant, &c. n. 24. citans Suar. & Sanch.

28. AMPLIATVR 3. Regula 3. Vt Prælati Monialium Superiores, Pontificalis Dignitatis, sinè debitis conditionibus intrantes, vt suprà, pro 1. vice ab ingressu Ecclesiæ interdicti sint; Pro 2. à munere Pontificali sint suspensi; Deinceps verò ipso facto, & absque alia declaratione in excommunicationem incidant: Prælati verò Regulares omni officio, & ministerio priuentur, nec non excommunicentur, iuxta Bullam Gregor. XIII. incipien. Dubijs, quæ emergunt, Anni 1581. & not. Sanch. lib. 6. in Decal. c. 16. n. 71. Gauant. & Lez. to. 1. c. 16. n. 27. Et, in casibus necessarijs, Superiores ingredi possunt comitati paucis, ijsq; senioribus, ac Religiosis personis, Lez. n. 25. per d. Bullam, Dubijs, quæ emergunt; Sed animaduerte, quòd, ex numero horum comitum, esse non possunt Fratres Minores, nisi ex Papæ speciali licentià, cum in eorum Regula, c. 11. præcipiatur; ne Monasteria Monialium ingrediantur, præter illos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis, vt notát ibidem Polit. & alij Expositores; Nec suffragatur in hoc Minoribus concessio Leonis X. de qua, in Compen. Priuil. verb. ingr. Monaster. Monial: n. 32. quibus indulgetur, vt de licentia suorum Superiorum, à Visitatoribus inuitati, ingredi possint &c. quià cum talis concessio viuæ vocis fuerit oraculo, reuocata est, consequenter ab Vrba. VIII. qui

Superiores intrãtes indebitè, &c.

Quos comites habere debeant in casibus licitis?

An possint esse Minores Fratres?

ge-

generalitèr viuæ vocis oracula reuocauit, *in Constitutione incipiente, Aliàs, 20. Decembris 1627.*

Qui facultatem ingrediēdi concedere possit?

29. AMPLIATVR 4. Regula 3. Vt solus Papa facultatem ingrediendi, vt suprà, dare possit, sinè causa necessaria ad talem ingressum, Suar. *to.4. de Relig. tr.5. lib.3. c.1. n.* 10. Vbi subdit, alijs Prælatis, & Superioribus, tantum concedi, vt possint dare facultatem ex causa necessaria: Vndè si quis sinè legitima causa d. licentiam daret, non modò peccaret, sed etiam nullitèr ageret, & circumscripta excusante ignorantia, tali vtens nulla facultate delinqueret; Episcopi ergo, vel alij Superiores, in casibus tantùm necessarijs, in Monasterijs sibi subiectis, ingrediendi facultatem, concedere possunt, Bonaci. *ex Conc. Trid.* & Leza. *to.1. c.16. n.*

25. Non tamèn hanc facultatem Abbatissa concedere potest, Suar. Nauar. & Lez. *ibid.*

Legitimæ causæ ingrediēdi Monasteria.

30. Causæ verò legitimæ, Monasteria ingrediendi Moniali, sunt necessitates spirituales, puta necessitas Sacerdotis ministrantis infirmis Monialibus Sacramenta, Sanch. *lib.6. Decal. c. 16. n.44.* dum Moniales sunt adeò infirmæ, vt ad Sacerdotem accedere non valeāt, Gauan. & Lez. *to.1. c.16. n.* 40. ex Sac. Cong. Item necessitates temporales, quæ per Moniales expleri non possunt, vt fabricatorum, portantium ligna &c. Sanch. *num.43.* Item Medicorum, Chirurgorum, &c. Miran. & Lez. *n.26.* Et generalitèr in proposito satis est, quòd aliqua vera moralis necessitas interueniat, Rodr. *to.1. q.46. ar.4.* & Lez. *n.26.* Cui necessitati per Moniales commodè suppleri non possit, secùs in casu, in quo Moniales per se ipsas supplere possent, Confectius, Sanch. & Lez. *tom. 3. ver. clausura, n. 26.* Et prædictæ causæ non modò rationabiles, sed etiam manifestæ esse debent, *c. cum periculos. de statu Regular. in 6.* Nauar. Azor. & Lez. *n.26.* Manifestæ, scilicet concedenti, Sanch. Rodr. & Lez. *ibid.*

Legitimè ingressus, an expleto ministerio statim debeat exire?

31. Notandum verò est, quòd, qui debitis ingressus est modis, vt suprà, suo expleto ministerio statim exire debet, vt patet ex concessionibus Pontificalibus, & not. Polit. *in d. c. 11. n. 13. in fi.* Et quicumque corrupta intētione, etiam ad modicum tempus, interius præterea moraretur, neq; à mortali, neq; à censuris excusaretur; licèt in hoc casu excusandus esset, qui tantùm ex curiositate officinas videndi, expleto suo ministerio, modicum moraretur. Collector Priuil. & Polit. *ibid.*

Pœna Regularium ad Moniales accedentes.

32. AMPLIATVR 5. Regula 3. Vt non modò ingressus, verum etiam accessus ad Monialium Monasteria, ad alloquendum cum personis intra clausuram existentibus, Regularibus sit prohibitus, absque Sac. Congr. licentia, sub culpa mortali, *vt Sacr. Congr. Anno 1606.* declarauit, & not. Peirin. & Lez. *to.3. ver. clausura, n.36.* Et sub pœna priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurren. Sāch. *in sum. lib.6. c.16 n.115.* Lez. *n. 36. iuxta Decret. Sacr. Cong. Ann.1590.* Et Episcopus, tales Regulares accedentes, punire potest,

Bo-

Quid si Episcopus addat excómunicationem? Bonaci. & Lez. *ibidem* ex declaratione Sac. Cong. Sed si Episcopus suo edicto excommunicationem contrà adeuntes Monialium Monasteria imposuerit, in hanc, neq; Fratres Minores incidunt, neque alij Regulares participantes Priuilegijs à diuersis Pontificibus cōcessis, ne tales ab Episcopis, neue à Legatis Apostolicis, nisi ex speciali Papæ mandato excommunicari possint, vt not. & probat Sorbus, *in Compen. Priuil. verbo excommunicatio, vers. 8. notandum*, vbi concessiones inducit; Sed à suis Superioribus tales sūt alia pœna plectendi, Lez. *to. 1. cap. 25. n. 35.* Possunt tamen Episcopi Regularibus licentiam impertiri consanguineis in 1. & 2. gradu, cum quibusdam conditionibus alloquendi, Lez. *ibidem*. Licentia loquendi cum cōsanguineis.

33. AMPLIATVR 6. Regula 3. Vt quamuis amentes, seu alij puberes, vsu rationis carentes, non peccent, ingrediendo, &c. nec incidant in aliquas pœnas, tamen illi, qui causa sunt eorum ingressus, peccāt, & in censuras, & alias pœnas incidunt, Zerola, Tabien. & Lez. *to. 3. ver. Clausura, n. 23.* Quia licèt fatui non possint pecccare, possunt ad peccandum incitare, turpiter agere, &c. ob quam rationem subscribunt Nauar. Rodr. Zerola, & Suar. *tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. n. 4.* qui *n. 5. ait,* præceptum Trid. per se, obligare etiam amentes, quamuis ex accidenti excusentur. Quid autem dicendum sit de infante? *vide hic infra, n. 35.* Pœna dā tis causā amēti ingrediēdi, qui est pubes.

34. AMPLIATVR 7. Regula 3. Vt non suffragetur licentia, Monialium Monasteria ingrediendi, nisi specialis fuerit, Trident. *sess. 25. cap. 5. de Regular. & c. periculoso de statu Regul. in 6. ibi, nisi specialis licentia*. Specialis videlicèt quoad species saltem personarum, putà Medicis, Chirurghis, &c. Azor. Miran. & Lez. *n. 25.* Item in scriptis, Trid. *ibidem;* etiā in foro conscientiæ, Bonaci. & Lez. *vbi sup.* Et qui, sinè licentia in scriptis, ingrederetur, mortalitèr peccaret, & in pœnas incideret, Sanch. & Lez. *ibidem;* Et dum alitèr non declaratur, pro vnica vice, licentia intelligitur, Ricc. & Lez. *vbi sup.* Specialis, & in scriptis esse debet licentia.

35. LIMITATVR Regula 3. Vt pueri, & puellæ vsum rationis non habentes, & tales introducentes, sub præcepto non ingrediendi, seu introducēdi in clausuram Monialium non comprehendantur, & verba illa, cuiuscumque ætatis &c. *in d. cap. 5. Trid.* iuxta illius intentum, de illis intelligenda sunt, qui Moniales ad peccandum inducere possunt, Nauar. *in sum. cap. 28.* Cordub. *in sum. q. 60.* Et huiusmodi infantes, ex parte eorum, certè non comprehenduntur, præcepti enim per se capaces non sunt, quòd non est in adultis amentibus, qui per se tenentur, licèt per accidens, præcepti sint incapaces, & ideò cum per se directè prohibitio in infantes non cadat, redundare in ipsos admittentes indirectè non potest, Suar. *de Relig. to. 4. lib. 1. cap. 10. n. 2. vsque ad 5.* vbi declarat differentiam inter adultos amentes, & infantes; subscribit limitationi Lez. *to. 1. cap. 25. nu. 24.* subdens, quod oppositum haberi videtur ex declaratione Sac. Congreg. Regul. Quid de introducentibus pueros? Differentia inter pueros, & adultos amētes.

Ga-

Gauan. referente; Sed potest dici, non constare authenticè.

36. Plura de 3. Regula apud Rodr. *q.46. & 47.* & Lez. *d. cap. 25. à n.24. vsq; ad 33. & to.3. verb. clausura, à n.22. vsq; 36.*

Moniales & eis cooperantes in egressu de clausura in quas pœnas ruant?

37. REGVLA 4. sit. Moniales egredientes ex earum clausura, aut eis fauentes, seu licentiam indebitè concedentes, comitantes, vel recipientes incidunt in excommunicationem latæ sententiæ, Papæ reseruatam, in priuationem omnium Dignitatum, administrationum, & officiorum, quæ obtinent, & ad alia inhabiles redduntur, ita expressè, *in Constit. Pij V. Ann.* 1566. quæ incipit, *cura Pastoralis*, & not. Rodr. *to.1. q. Regul. q. 49. ar. vl.* & Lez. *to.1. c.25. n.19.* Qui, *n.16.* refert præcepta Ecclesiastica clausuræ à diuersis imposita; & in sequẽtibus plura de Monialium clausura pertractat.

Causæ exeundi, &c. cũ licentia.

38. AMPLIATVR 1. Regula 4. Vt Prælati, qui habent facultatem Monialibus licentiam concedendi, de clausura ex causa exeundi, illam concedere non possint, nisi ex causa magni incendij, infirmitatis lepræ, seu epidimiæ, *iuxta Constit. Pij V.* de qua Lez. *n.20.* vbi cum Nauar. & Azor. extendit ad alios casus similes, vel vrgentiores, de quibus idem Lez. *to.3. verb. clausura, n.13.* & Suar. *de Relig. to. 4. lib.1. c.9.*

39. Intellige, dum dictis malis, sinè Monialis egressu de Monasterio, occurri non potest, alias secus, Rodr. *to.3. q. Regul. q.31. ar.1.* Collect. Priuil. & Lez. *tom.1. c.25. n. 20.* Et dum causa vera est, alias si fraude, vel fauore licentia obtenta sit, nulla esset, & in conscientia Monialis non excusaretur, Suar. *de Relig. tom. 4. lib.1. tr.8. cap.8. nu.* 14. & Lez. *n.20.* Et ad easdem licentias, semper accedere debet Episcopi consensus, egressus causam approbantis, Trid. *sess.25. c.* 5. & not. Peirin. & Lez. *n.25. ex Constit. Pij V.* Aliàs ipsæ, & earum Superiores, de quorum licentia egressæ fuerint, per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia ab earum Ordinario puniri possunt, iuxtà declarationem Sac. Cong. de qua Lez. *n.21.* vbi citat etiam Zerol. sic notantem.

An licẽtia tacita sit satis?

40. Non est hic prætermittendum, quod in casu vrgentis necessitatis egressus, & dum ob distãtiam Superior adiri non posset, cum licentia tacita, licitus esset egressus, & hic casus, per epicheiam, in prohibitionibus Ecclesiasticis, inclusus non censeretur, Rodr. *to.1. q. Regul. q.49. ar.2.* Syluest. Bonaci. & Lez. *to.1. cap.25. n.21.* Præsertim periculo vitæ imminente, Sanch. *in Sum. lib.6. ca.15. n.62.* Tambur. & Lez. *to.3. verb. clausura, nu.10.* Et quomodocũq; Moniales egressæ sint ex causa, ea cessante statim redire tenentur; Sed breuis mora non esset contra præceptũ, Rodr. *q.47. ar.11.* Sanch. *n.60. & 61.* & Lez. *to.1. c.25. n.22.*

Cessante causa debent reuerti.

Quid in militãtium Monialibus, seu in Conuersis.

41. AMPLIATVR 2. Regula 4. Vt non modo Ordinum Mendicãtium, & Monachalium, verùm etiam Militantium, Moniales, hoc clausuræ præcepto astringantur, Trid. *sess.25. c. 22.* & not. Rodr. *q. 44. ar.2.* & 3. Nauar. quem sequi-

tur Lez. n. 17. *ex Constit. Pij V.* in qua idem statuitur de Monialibus Conuersis; Nisi fortè ex consuetudine exirent, vt quæstuariæ, Lez. *ibidem*, vbi ait, Nouitias ad clausuram sub dictis pœnis non teneri.

An modicitas materiæ in hoc excusat?

42. AMPLIATVR 3. Regula 4. Vt non liceat Monialibus exire ianuā clausuræ, etiàm ad claudendam vlteriorē parlatorij portam, nec tempore, quo ista clausa est, ad aperiendum, vel alitèr, Sorb. *in Comp. Priuil. verb. claus. Monial. vers. neq; itidem, ex Greg. XIII.* Immo Monialis clausuram frāgeret, si vtroque pede, & toto corpore ianuā egrederetur clausuræ, quamuis ad vnum, vel duo tantum palmos, talis enim Monialis, perfectè, & completè egressa diceretur, Bonaci. quem sequitur Lez. *to. 3. ver. clausura n. 7.* Vbi ait, Monialem egredientem non secūdùm totum corpus, sed secundùm partem tantùm, vt si vnum pedem habeat intrà, alium verò extrà clausuram, ex paruitate materiæ excusari, nec non, quia huiusmodi perfectus non est egressus, & subscribunt, Sanch. *in sum. lib. 6. cap. 16. n. 70.* Lopez, quem refert, & fauet Dian. *p. 5. tract. 5. resol. 22.* vbi cum Naldo tenet, quòd ex paruitate materiæ, modicus excusabilis esset egressus per duos, vel tres palmos cum toto corpore extrá clausuram cum paruitate moræ, secus si mora notabilis esset.

Excōmunicationē absoluere, quis possit ob secretū egressum?

43. LIMITATVR 1. Regula 4. Vt excommunicatio illa latæ sententiæ Papæ reseruata, quandò secretus esset casus, ab Episcopo absolui possit, Trid. *sess. 24. cap. 6. de reform.* & not. Sanch. *in sum. lib. 6. cap. 15. n. 76.* Bonaci. & Lez. *verb. clausura, n. 20.* Item, vt ab eadem excommunicatione absoluere possint Prælati Regulares, facultatem habentes absoluendi à censuris Papæ reseruatis, vt probatum est *supra n. 8.*

44. LIMITATVR 2. Regula 4. Vt in aliquibus tantùm pœnis, de quibus in Regula, incurratur sinè Iudicis sententia, iuxta tradita *supra, n. 6.* cum adnotatis ibi remissiuè. — De incursu ipso facto remissiuè.

45. Plura de materia huius Regulæ Lez. *to. 1. cap. 25. à n. 16. vsque ad n. 23. & to. 3. vers. clausura, à n. 5. vsque ad 21.* & Rodr. *in q. Regul. to. 1. q. 49.*

De contumacia, & eius pœnis.
Quæstio 131.

1 VSQVE huc, ex professò, actum est de delictis in committendo; Sed quià etiam omittendo delinquitur, quāuis hæc minus grauia delicta sint, secundùm glos. *in l. si mora, in ver. ne facto*, per illum tex. & ibi Ias. *nu. 22.* & communitèr omnes DD. *ff solut. matrim.* & not. Farin. *q. 18. n. 23. & seq.* subditur hæc q. de contumacia, quæ in omittendo, proculdubio, consistit, nempè in non parendo, & non comparendo, vt not Far. *n. 25.* — Delinquitur cōmittendo, & omittendo. — Cōtumacia in quo consistat?

2. Præmitto 1. contumaciam esse delictum, *l. omne delictum. §. contumacia, ff. de re milit.* Et vtique delictum est in omittendo, vt optimè defendit Foll. *in praxi crim. Cano. cap. 10. vers. non comparentes,* con- — Cōtumacia est delictū graue in omittendo, quod mulcta punitur.

contumaces reputentur, *n.* 8. & 23. Et delictum graue, vt afferit Menoch. *de arbitr. q. casu* 153. *lib.* 2. Pœna autem contumaci imponenda mulcta appellatur, Farin. *q.* 18. *n.*27.

Cōtumacia duplex est.

3. Præmitto 2. Dupliciter possé loqui de contumacia; 1. de ea propter contemptum Iudicis, & ante accusationem, seu inquisitionem; 2. de contumacia, qua quis condemnatur, bannitur, & decapitatur, propter imputationem delicti, post formatam inquisitionem: Et iuxta hunc duplicem intellectum, duas in hac q. Regulas formabo.

Cōtumacia, qua non obeditur ante accusationē, vel inquisitionem mulctari criminaliter potest?

4. REGVLA 1. sit. Cōtumacia, qua quis non obedit mandato Iudicis antè accusationem, & inquisitionem, per quam mandans contemnitur, criminalitèr mulctari, seu puniri potest, glo. & omnes DD. *in l. vnica, §. fin. in fin. ff. si quis Iusdicen. non obtem.* Et hanc gl. Claud. *in l. si mora, ff. soluto matrim.* dicit, communitèr approbatam, sequitur Clar. *in praxi, §.* 1. *vers. fin. in fine*, Abb. Foller. & Far. concordantes inducens, *n.* 27. *q.* 18.

Mulcta nō debet esse excessiua, & est arbitraria.

5. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt hæc mulcta non possit esse excessiua, aliàs esset ipso iure nulla, Bonacos. qui etiam ait, quòd quandòcumq; opponi potest nullitatis mulctæ exceptio, & opposita, executionem impedit, secūdum communem, de qua testatur Gallus, & hos sequitur Farin. *q.* 18. *n.* 29. Et, quicquid sit de iure, de consuetudine, iuxta facti, & personarum qualitatem, mulcta arbitraria est, Boss. *tit. de mulct. n.* 8. & *seq.* Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *casu* 280. Alex. Ias. & Farin. *n.* 31.

Arbitriū in hoc, quousq; se extendat.

6. Sed nota, quòd arbitrium in hoc casu non extenditur, vt quis mulctari possit in amissione totius causæ, *l. post edictum, ff. de iudic.* glo. *in l.* 1. *§. fin.* & communitèr omnes DD. *ff. si quis Iusdicen. non obtem.* Boss. qui de communi, Bal. Cagn. Menoch. & Farin. cum alijs, *q.* 18. *n.* 32. Et multò minùs poterit mulcta ascendere ad cōdemnationem vitæ, & vltimi supplicij, Bal. Barbat. Boss. qui excludit etiam pœnam corporalem, & Farin. *nu.* 34. Sicut, pariter in hoc casu, non posset quis mulctari in pœnam cōfessorum criminum, Aret. Boss. Soc. & Farin. *n.* 32. Cum simus in terminis, non adhuc formatæ inquisitionis; Quibus stantibus, nec pœna confiscationis bonorum locum habere potest, Bal. Boss. Cagn. & Farin. qui de communi, cum ab eo cumulatis, *n.* 37.

Mulcta debet esse consueta iuxta styllum Curiæ.

7. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt mulcta, non consueta de stylo curiæ, sit iniusta, Boss. *tit. de mulc. n.* 13. Ang. Fely. Tiraq. & Farin. *q.* 18. *n.* 38. Et hic animaduerte, quòd Iudex Ecclesiasticus pœnam excommunicationis comminare potest, Bal. *in l.* 3. *C. de Procurat.* Abb. Fely. Foller. & Farin. cum alijs, *n.* 39. Iudex verò laicus pœnam carceris, vel exilij comminare potest, *l. consentaneum*, vbi glo. & Bar. *C. quomodò, & quandò Iudex*, Boss. & Far. *n.* 39.

Mulcta nō exigitur ab impedito ex iusta causa.

8. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt non procedat, dum contumax ex iusta causa, seu impedimēto non potuit comparere, tunc enim mul-

cta exigi non potest, glo. *in l. 1. §. fin.* & communiter DD. *ff. si quis Iusdicen. non obtem.* quæ autem iusta sit causa, Iudicis arbitrio remittitur, Alex. Menoch. & Far. *q.* 18. *n.* 41. Et illa iusta causa existimari debet, & omninò sufficiens, dum contumax ad comparendum citatus fuit, in loco sibi non tuto, in quo comparere non tenetur, *c. ex parte*, vbi DD. *de appell. l. recusare*, vbi Alex. Bar. & alij, *ff. ad Trebel.* & ideò in tali casu non cõparens, minimè mulctatur, Boer. Mars. Menoch. Ruyn. & Far. *n.* 43. Et sufficit in propositio etiam parua, leuis, & colorata causa, licèt non iusta, secundùm Bal. Boss. Menoc. & Far. *n.* 42.

Vel colorata.

9. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt contumax non possit mulctari, nisi ei termino præfixo ad se defendendum, & nisi vltra terminum contumaciæ, iterùm citetur, ad dicendum causam, quare proptèr incursam cõtumaciam mulctari non debeat. Bar. & Cagn. *in d. l.* 1. Boss. *tit. de mulct. n.* 6. vbi concordantes, Alex. Soc. Nicell. qui testatur de communi, & Far. *q.* 18. *n.* 44. vbi ex Plot. ait, vlterius requiri citationem peremptoriam ad sentẽtiam, sinè qua condemnatio nulla esset, ad generalitèr tradita, *in l. ad peremptorium*, & ibi glo. & DD. *ff. de iudic.*

Ante mulctationẽ, quæ requiratur?

10. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt contumax mulctari non possit, nisi præceptum, seu monitorium sit iustum, *l.* 2. & ibi DD. & etiam, *l.* 3. *ff. ne quis eum, qui*, Bar. & Far. *q.* 18. *n.* 45. Iustum autem est monitorium, dum contrà Reum aliqua præcedit suspicio, aliàs enim iniustum esset, Ang. Boss. & Farin. *n.* 45. Et vlterius requiritur, quòd causa iusta, & certa in monitorio exprimatur, *l. fin.* & ibi DD. *C. de Procurat.* & tenet Farin. *n.* 54. qui *n.* 55. ait, quòd, cum hoc monitorium sit antè accusationem, & inquisitionem, pecuniaria mulcta imponi potest.

Nõ mulctatur, quis, nisi monitorium sit.

11. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt Delegatus inferioris mulctandi facultatem non habeat, Ias. *in l.* 1. *ff. si quis Iusdicen. non obten.* vbi declarat hoc procedere regularitèr, dum enim alitèr suam iurisdictionem defendere nõ potest, prædictus etiã Delegatus potest mulctare, secundùm Alex. Menoch. & Farin. *q.* 18. *nu.* 49. At Delegatus Principis, qui, in causa delegata, maiorem iurisdictionẽ habet quocumq; Ordinario, *c. sanè, de officio Delegati*, & notat Farin. vbi supra, vtiq; mulctandi potestatem habet, Abb. Fely. Dec. & alij DD. *in d. c. sanè*, Ias. Alex. Cagn. & Far. qui de communi, *d. n.* 49.

Delegatus inferioris, an mulctare possit?

Quid in Delegato Principis?

12. LIMITATVR 7. Regula 1. Vt ex causa, putà paupertatis mulctandi, possit, Iudex infligendam minuere mulctam, vel etiàm remittere, *l. illicitas, in fi.* vbi Bar. *ff. de officio Præsid.* Alex. Ang. Boss. & Far. *n.* 56. *& seq.*

Ex causa minuitur, & remittitur mulcta.

13. LIMITATVR 8. Regula 1. Vt indebitè mulctatus appellare possit, *l. & in mulctis, C. de appellat.* Boss. *de mulct. n.* 2. & Far. *n.* 58.

Appellatur a mulcta Indebita.

14. Qui plura voluerit videre de contumacibus, & dæ pœnis, quibus mulctandi sunt, videat Foll. *in praxi crim. Cano. ver. non comparentes, contumaces reputẽtur, per totum,*

&

& quam plures alios DD. remissiuè relatos a Farin. *q.* 18. *n.* 59.

Inquisitione formata ab sens contumax habetur pro cōfesso, bannitur, & cōdēnatur.

15. REGVLA 2. sit. Inquisitione formata contra absentem contumacem (quicquid sit de iure) de generali consuetudine, & in Statu Ecclesiastico, *iuxta Const. Paul. III. inter. Constit. Marchiæ, lib. 4. cap.* 10. *rubr. de modo, & effectu citationis, & banni*; Idem absens contumax habetur pro confesso, & vt talis bannitur, & condemnatur etiam ad mortem, nec non ad confiscationem bonorum; de d. consuetudine totius Italiæ testatur Alber. *in l. seruum quoq; , §. publicè, n.* 23. *ff. de Procurat.* Gandin. Vitalin. & Far. *q.* 11. *n.* 3.

Lata sententia in contumacia, an, & quomodo admittatur contumax ad docendū de sua innocētia?

16. AMPLIATVR Regula 2. Vt lata sententia ex d. confessione ficta, Iudex, qui eam tulit, non possit, inconsulo Principe, admittere contumacem ad docendum de sua innocentia per contrarias probationes in Statu Ecclesiastico, in quo *est Constitutio Pij V. idibus Septēbris, Anno* 6. in qua cauetur expressè, prædictos condemnatos non admitti ad faciendas defensiones, nisi habita speciali facultate à signatura gratiæ, vt obseruat Farin. *q.* 11. *n.* 14. Licèt circumscripta hac Bulla, vel simili, aut iure aliquo Municipali, sit controuersum, quòd in hac Ampliatione asseritur: Et pro hac Ampliatione affert Farin. probationes, *n.* 11. *vers. contrarium, & n.* 12 *in princ. & vers. tertia vltra*; Pro contraria verò sententia quòd bannitus (prædictis circumscriptis) in contumacia admittatur ad probandam innocentiam per contrarias probationes, inducit Farin. probationes, *q.* 11. *à n.* 6. *vsq; ad* 11. & de iure communi, hanc sibi videri veriorem, & communiorem, asserit, *n.* 12. *vers. quid dicendum*, vbi etiam ad opposita respondet.

Quid si cōtumax cōpareat ante sententiam?

17. LIMITATVR Regula 2. Vt si cōtumax post illam fictam confessionem compareat, antè sententiam, omnia euanescant, & præcedentia acta resoluātur in vim simplicis citationis, & omnino Reus audiatur, Boss. *tit. de bann. num.* 4. Clar. *q.* 44. *vers. quæro nunc*, Ang. Chart. & Far. *n.* 3. *vers. præmitto* 4. Declarando, vt apud Farin. *q.* 11. *n.* 102. qui, *in tota eadem q.* latissimè tractat materiam huius Regulæ 2. quæ cum parum ad Regulares spe spectet, hæc tetigisse sufficiat.

An Apostatæ condemnandi sint?

18. Vnum tantum subnectam, vt Apostata non condemnetur in contumacia, ne fugitiuus condemnatione secuta magis in fugam detur. Cum potius iuxta *c. fin. de Regul. & decretum Sac. Cong sup. Episc. & Regul. de speciali mand. Vrb. VIII. editum* 21 *Settembris* 1624. alliciēdi, quærendiq; singulis annis sint, ad eos reducendos ad Angelicum gremium Religionis.

De alijs delictis in omittendo remissiuè.

19. De alijs delictis in omittendo; nempè de non obuiante, seu non prohibente delictum, dum cōmodè potest, actum est hic sup. *q.* 112. *n.* 28. *vsque* 31. *& q.* 111. *n.* 31. 32. *&* 33. De non reuelante verò, dictum est *sup. q.* 17. *n.* 12. *vsque in finem q.* Qui plura videre voluerit de delictis in omittēdo, adeat Bartho. Tege, *in praxi crim. par.* 5. *per totam.*

Affe-

Affectus, seu conatus, an, quandò, & quomodò puniatur, effectu criminoso minimè secuto?

Quæstio 132.

1 CVM hactenus de pœnis, pro delictis, effectu secuto, actū sit, restat, pro complemento huius tractatus, vt de pœnis pro delictis tantùm attentatis agamus: Materia vtique admodum difficilis, proptèr apparentem contrarietatem, non modo opinionum DD., sed etiam Iurium; Vnde Saly. *in l. is, qui cum telo, C. ad l. Corn. de sicar.* ait, periculosum esse in proposito Regulam formare; sed nihilominus.

Attentatum, effectu nō secuto punitur in delictis. 2. REGVLA sit. Affectus, conatus, seu attentatum in delictis punitur etiam effectu non secuto, Alber. Cyn. & Saly. *in d. l. is, qui cum telo*, Clar. *q. 92. in princ.* vbi de communi, Afflict. Felyn. Gandin. Menoch. & Farin. cum alijs, *q. 124. n. 4. & 5.* Qui, *n. 8.* hanc Regulam ait verissimam, & receptissimam, adhibitis tamen infrascriptis Ampliationibus, & limitationibus, Licèt, absolutè loquendo, sit admodum controuersa, & contrà eam teneant Bart. Castren. Dec. Ias. & alij relati à Farin. *n. 6.*

Qua pœna, dum ad actum proximū fuit deuētum? 3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt conatus puniatur, præsertim, dum deuentum fuit ad actum ipsi delicto proximum; Et dum in lege imponitur expresſè eadem pœna delicti pro conatu, dubium non est, quòd quandò deuentum fuit ad actum proximum, eadem pœna consummati delicti sit infligenda, secundùm Ang. Alber. & Rayn. *in l. qui ea mente, ff. de furt.* & not. Far. *q. 124. n. 37. in princ.* Et hoc est certum. Sed, dum in lege expresſè non imponitur eadem pœna, verius est, secundùm Farin. *n. 9.* quòd non eadem, sed mitior, & extraordinaria pœna, etiàm in atrocissimis, sit infligenda, quamuis ad actum proximum esset deuentum, ita Ang. Alex. Bolognet. & Bald. *in l. 1. §. hac autem verba, ff. quod quisque iuris*, Boss. *tit. de extraord. crim. nu. 2. vers. sed tamèn*, Alber. Castren. & de communi testantur plurimi, quos refert, & sequitur Farin. *n. 37. & 38.* à qua, tanquam, à magis communi, ait, non esse recedendum, *n. 40.* vbi comprobat; Licèt quam plures relati ab eodē, *n. 8. & 11.* contra sentiant.

4. Hic operæ pretium erit declarare, quis dicatur actus proximus delicto, cum toties hic terminus, in materia de delictis, repetatur, & non liqueat.

5. Actus igitur proximus delicto dicitur ille, qui est immediatus, ita vt non detur actus magis propinquus delicto, & quòd per agentem non steterit, quò minùs delictum non fuerit secutum, & quòd fecerit quicquid potuit, ita explicat Bald. *in cons. 316. vers. at tu, lib. 1.* Et Far. *q. 123. n. 106.* relatis aliorum explicationibus, dicit, hanc meliorē, & subscribens Couar. *in Clem. si furiosus, n. 10.* requirit, ad hoc, vt actus dicatur proximus, quòd sit non modo proximus consummationi delicti, sed etiàm quòd sit vltimus actus, qui à delinquente agendus est ad criminis effectionem, sequitur Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu 360. nu. 36.* & concordantes Actus proximus delicto, quis sit?

in.

inducit Farin. *d. n.* 106.

Exemplificatur in fornicatione.

6. Exemplificat Bal. vbi supra; Vt actus proximus dicatur factus ab eo, qui volens mulierem carnaliter cognoscere, eam in terram proiecit, & pudoris claustra aperire attẽtauit, secùs si per vestimenta tantùm eam cæperit. In homicidio verò actus proximus dicitur, dum quis non modò insultauit, sed etiam vulnerauit, ita Ang. Corn. Carer. & Farin. *q.* 124. *n.* 106. Si enim quis tantùm insultauerit, & gladio euaginato voluerit percutere, si non percusserit, quamuis non potuerit, non ordinaria, sed extraordinaria pœna homicidij punietur, Alber. *in l. is, qui cum telo, C. ad l. Corn. de sicar.* post Oldrad. per tex. *in l.* 1. *§. Diuus, ff. eodem*;

Item in homicidio.

Sed contra.

Sed contra nempè, quòd actus dicatur proximus non secuta offensione, sed nec insultu, dummodò deuentum sit ad aliquem actum ordinatum ad ipsum factum, tenuerunt relati a Farin. *n.* 107. sed non est recedendum ab opposita explicata opinione æquiori, & communiori, vt not. Farin. *n.* 108.

Quid cũ ex attentato secuta est aliqua læsio?

7. AMPLIATVR 2. Regula; Vt in quocumq; delicto affectus, & conatus puniatur, quandò ex eo quis fuit læsus, aut aliquam iniuriam passus, non pœna delicti attentati, sed illius læsionis, & insultus, Bald. *in l. si quis non dicam, C. de Episc. & Cler.* Alex. *in l.* 1. *ff. quod quisq; iuris*, vbi Iaf. ait, puniri eum, licèt non percusserit, qui eleuat manum cum pugno, vel cum ense, vt aliquẽ percutiat, oritur enim ex hoc iniuriarum actio, per tex. *in l. idem apud Labeonem, §. si quis*, & ibi Bart. *ff. de iniur.*

Quid si ad actum tantũ remotum sit deuentum?

8. AMPLIATVR 3. Regula; Vt dum fuit tantùm deuentum ad actum remotum, puniatur conatus, licet tantùm extraordinariè, Bald. Bellaper. Butrig. & Cyn. *in l. si quis non dicam, C. de Episcop. & Cler.* Afflict. Iaf. Bertaz. & Farin. *n.* 41. qui, *n.* 42. testatur de magis communi. Præsertim dum non est deuentum, nisi ad actum verbalem, Butrig. Bald. & Cyn. vbi sup. Baiar. & Far. *q.* 124. alios inducens, *n.* 44 *& est tex. in l.* 1. *in princ.* iuncta glos. & Bar. *ff. de extraor. crim.*

An attentatum puniatur, dũ non fuit deuẽtum nisi ad tractatum, & ordinationem?

9. LIMITATVR 1. Regula; Vt affectus, & conatus non secuto effectu non puniatur, etiàm in atrocissimis, dum deuentum non est ad aliquem actum extrinsecum, sed solum ad tractatum, & ordinationem delicti. Bald. *in l.* 1. *§. hæc autem, in* 2. *lect. ff. quod quisque iur.* Boer. Brunor. Fely. Marsil. & alij, quos sequitur Farin. *q.* 124. *n.* 47. Intellige quo ad pœnam ordinariam; nam in atrocibus in hoc casu, pœnam extraordinariam, non tamen corporalem, infligi, non habere difficultatem credit Farin. *nu.* 49. cum Claud. & Bertaz. Et idem Farin. *n.* 78. & pluribus seq. probat de consuetudine Italiæ totius, affectum non secuto effectu mitius puniri.

In crim. læsæ Maiestatis.

10. Quid autem dicendum sit in crimine læsæ Maiestatis? vide supra, *q.* 110. *n.* 7. *vsque ad* 14.

In non atrocibus, an puniatur attentatum?

11. LIMITATVR 2. Regula; Vt in delictis non atrocibus, conatus, non secuto effectu, minimè puniatur, Alber. *in l.* qui ea mente, *n.* 1. *ff. de*

ff. de furt. Afflict. Dec. Fely. Gand. Marsil. & Farin. cum alijs, q. 124. n. 50. & 52. Qui tamen, n. 51. citat Couar. in Clem. si furiosus, p. 2. §. initium. nu. 6. de homicid. qui ait, hoc procedere quo ad pœnam ordinariam, cum de mente omnium DD. extraordinaria pœna, etiam in hoc casu, infligatur; In leuibus verò pro conatu, nullam pœnam imponendam esse tenuerunt Alber. Bar. Butrig. Castren. & Odofred. in l. si quis non dicam, C. de Episc. & Cler. Bertaz. Dec. & de magis communi testantur Petr. Roiz. & Claud. quos sequitur Far. n. 53. — *Quid in leuibus?*

12. LIMITATVR 3. Regula; Vt Ecclesiastica censura inflicta à lege pro actu, non habeat locum nisi in actu consummato, Menoch. de arbitr. q. lib. 2. casu 360. nu. 89. Archid. Bart. Conrad. in locis relatis à Mascard. qui hos sequitur, in l. is, qui cum telo, n. 28. C. ad l. Corn. de sicar. Afflict. Felyn. & Far. n. 54. vsque 57. q. 124. — *Censura pro actu, intelligitur pro consummato.*

13. LIMITATVR 4. Regula; Vt cogitatio, & affectus voluntatis, nullo modo ad actum extrinsecum perductum, minimè puniatur in foro fori, l. cogitationis, & ibi gl. concordantia iura adducens, ff. de pœn. glos. Bart. & Ang. in l. qui ea mente, ff. de furt. gl. in c. 1. & ibi Hostien. Zabar. & alij, de eo, qui mitt. in possess. Clar. qui de communi, Decian. qui probat, hoc procedere, tam de iure Ciuili, quam de iure Canon. & Far. q. 124. n. 104. vbi cumulat concordantes; Et in seq. probat, in foro conscientiæ, oppositum tenendum. — *In foro fori volũtas interna mere non punitur.*

14. LIMITATVR 5. Regula; Vt pœna Statutaria imponi non possit, quandò delictum non fuit consummatum, etiam in atrocissimis, Viu. opin. 822. n. 1. & seq. vbi de communi, Claud. ad Bertaz. cons. 123. n. 1. vbi, alijs relatis, testatur de communi, Menoch. de arbitr. q. lib. 2. casu 360. n. 108. & seq. Bal. Dec. Felyn. & Far. ad saturitatem concordantes inducens, n. 117. qui in seq. exemplificat. — *Pœna Statutaria nõ habet locum nisi in actu consummato.*

15. AMPLIATVR limitatio 5. Vt procedat quamuis fuerit deuẽtum ad actum proximum, & immediatum delicto, Bal. in l. si quis non dicam, n. 2. C. de Episc. & Cler. Far. & alij, q. 124. n. 127. Præsertim, dum Statutum loquitur per verba præteriti temporis, vel per futurum sub unctiui, probat Farin. n. 128. & seq. — *Nec sufficit actus proximus.*

16. SVBLIMITATVR 1. limitatio 5. Vt quamuis non habeat locum pœna Statutaria delicto non consummato, aliqua tamen pœna extraordinaria infligi possit, Menoch. de arbitr. q. lib. 2. casu 360. n. 110. & seq. qui alios refert concordantes, Mars. & Far. n. 134. vbi ait, quòd in hoc nemo contradicit. — *Nisi quo ad pœnã extraordinariam.*

17. SVBLIMITATVR 2. limitatio 5. Vt quandò Lex vel Statutũ punit conatum, pœna taxata imponenda sit, etiam effectu non secuto, Alber. in l. qui ea mente, ff. de furt. vbi de communi Bald. Castren. & Far. cum concordantibus, q. 124. n. 135. Idem dic de Statuto puniente tractatum, mandatum, consilium, seu auxilium, vt apud Far. n. 139. vsq. 142. — *Dum Statutũ pœnã taxat conatui, auxilio, &c. illa infligenda est.*

18. Sed animaduerte, quòd dum Statutum punit conatum, non intelli-

Conatus intelligitur, per quem deuentum fuit ad actũ proximum.

telligi debet de omni conatu, sed de illo tantummodò, per quem deuētum fuit ad actum proximum, & immediatum ipsi delicto, ita vt Reus fecerit quicquid potuit, nec per eum steterit, quin consummatum fuerit delictum, Clar. *§. fin. q. 92. vers. scias tamen*, Menoch. *vbi supra n.* 117. *& seq.* vbi benè declarat, Abb. & Baiar. qui eum citat ad Clar. *§ homicidium, n.*292. Bald. *consil. 356. lib.* 1. benè exemplificans, Salyc. Corn. & Farin. *q.* 124. *n.*143.

Item generaliter, declaratur pœna conatus.

19. Sed eandem doctrinam intelliges, nisi Statutum expressè puniret actum remotum, tunc enim esset seruandum, Salyc. & Farin. *q.* 124. *nu.* 144. Vel nisi Statutum puniret conatum, qui quamuis remotus, puniretur à iure communi, vt in conatu ad rapiēdam Sacram virginem, vel in crimine læsæ Maiestatis, quia tunc Statutum intelligendum esset etiàm de conatu remoto, Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *casu* 360. *n.* 23. quem sequitur Farin. *num.* 144. Sed vlteriùs notandum, hæc procedere, dummodò verba Legis, vel Statuti sint clara, alias non intraret eadem pœna pro conatu, & pro delicto consummato, Menoch. *ibidem*, *num.* 116. Tiraquel. qui benè declarat, & Farin. *n.* 145. At, in omni casu, Iudex arbitrium haberet, imponendi mitiorem pœnam, quamuis à Lege, aut Statuto conatus expressè puniretur eadem pœna, qua opus consummatum, Farin. *n.* 149. Bal. *in l. dato opere*, *n.* 51. *C. de his, qui accusare non poss.* Felyn. Salyc. Tiraq. & Farin. *n.* 74. Afflict. *dec.* 276. *n.* 8. *& in Constit. asperitatem, rubr.* 11. *n.* 1. *in* 7. *&* 8. *fallent. de pœna eius, qui contrà aliquem arma extraxerit*; Vbi vlterius ait, quòd semper Iudex, hanc pœnam mitigare debet, Dec. *in l. si fugitiui*, *n.* 62. *&* 63. *C. de seru. fugit.* dicens præterea, quòd quādò adest aliqua causa minuendi pœnā, vltrà eam, quòd delictum non fuit secutū, Iudex non solùm potest, sed etiam tenetur minuere pœnam: Quòd procedit etiā in assassinio, Clar. & Far. cum concordantibus, *q.* 123. *n.* 132.

20. LIMITATVR 6. Regula; Vt pœnitentia in delictis, etiàm quòd fuerit deuentum ad aliquem actum in atrocissimis, faciat, vt delinquens non puniatur, dum valēs consummare noluit, glos. *in l. ea mente, ff. de furt.* & ibi Bart. *n.* 2. vbi per tria iura probat in delictis non consummatis, pœnitentiam suffragari, glo. *in l. si quis non dicam*, Alber. Bal. Castren. Bellaper. & alij, *C. de Episc. & Cleric.* Couar. *in Clem. si furiosus, par.* 2. *§. initium*, *n.* 6. *de homic.* vbi ait, quòd hoc fatentur omnes, Menoch. *vbi supra*, *n.* 9. *& seq.* Baiar. qui ait, quòd, quandò delictum est occultum, sine alia probatione, pœnitentia præsumitur, Afflict. Bart. & Farin. *q.* 123. *n.* 150. vbi plures concordantes, Butr g. *in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest.* vbi etiam dicit, in dubio, delictum præsumi non consummatum propter pœnitentiam. — Pœnitentia in delictis non consummatis, an suffragetur?

21. AMPLIATVR limitatio 6. Vt procedat etiam in eo, qui non voluntariè pœnituit, sed abstinuit à consummatione propter timorem, vel rumorem, ne deprehen-

deretur, quo etiam casu non intrat pœna ordinaria, sed est mitior infligenda, Bald. *cons.* 396. *lib.* 1. Felyn. Bart. & Farin. comprobans, *n.* 154. *q.* 123. Et idem dicendum est in pœnitentia proueniente ex impedimento facti, vt in illo, qui non occidit, habens omnia parata, & existens in actu proximo, quia aggressus se defendit, notat Farin. *q.* 124. *n.* 159. & faciunt tradita per eum, *n.* 37. & insinuata *hic sup. n.* 3. licèt contrà videantur sentire, ab eodem relati, *n* 157.

22. Plura de materia huius q. apud Farin. *q.* 124. *à n.* 1. *vsque ad n.* 180.

Finis Tractatus Decimi, de Delictis, & Pœnis.



DE

DE ARBITRIO IVDICIS IN IVDICIIS.

TRACTATVS VNDECIMVS.

1. OGNITIO delictorum, atque pœnarũ *ex præcedenti Tractatu*, ad rite processum terminandum, ante sententiam, necessaria vtique est, sed non sufficiens, nisi exacta inuestigatione dignoscatur; præterea, quantùm se Iudicis arbitrium extendat in ipsismet iudicijs, & causis, de quo ex professo *in hoc Tractatu*; cum *iuxta l. non possunt, ff. de ll. non valeant omnia lege comprehendi*, & ideò, quæ sub certa Regula claudi non possunt, Iudicis arbitrio cõmissa sint, vt not. Menoch. *de arbitr. q. in proæm. n. 5.*

De arbitrio Iudicis in augendis, & cumulandis pœnis, Quæstio 133.

Ex causa, Pœna, Iudicis augetur, & temperatur arbitrio.

2 EX causa pœnas arbitrio Iudicis augeri posse, sicùt etiã temperari obseruat Farin. *q. 17. n. 1. & seq.* Initium ergo sumendo à 1. Prænotandum; Arbitrium Iudicis in proposito esse iudicium, & intellectum eiusdem Iudicis, quo controuersa terminat, ita Menoc. *de arbitr. q. lib. 1. casu 1. n. 4.* Arbitrium autem duplex est, vnum liberum, quod merum est, consistens in sola Iudicis voluntate, à dolo tamen aliena; alterum regulatum, quod à iure, ratione, & æquitate pendet, quamuis in Iudicis volũtate positum sit; Ita probat Menoc. *casu 6. & 13.* Qui, *casu 7.* examinat singula verba, quibus arbitrium liberum conferri solet; *casu verò 8.* quibus regulatum solet impertiri.

Arbitriũ Iudicis quid sit?

Duplex arbitriũ Iudicis.

3. In dubio autem secũdùm magis communem opinionem, regulatũ arbitrium dicitur concessum, Bar. Dec. Menoc. & alij, *casu 9. n. 1.* quòd fortius in causis criminalibus procedit, Ias. & Menoch. *n. 3.* Immò semper intelligitur in criminalibus Iudicis arbitrium, non liberum, & absolutum, sed regulatum iure, & ratione, Cæpol. Dec. Marſ. & Menoch. *casu 77. n. 1. & 5.*

Regulatum conceditur in criminalibus.

4. REGVLA sit 1. Iudex cum causa potest pœnas à legibus inductas suo arbitrio augere, hodiè. n. omnes pœnæ, iuxtà facti, & personarum qualitates, arbitrio Iudicãtis sũt remissiuæ *l. hodiè*, vbi Bar. & DD. *ff. de pœnis*, & diffusè probat Far. *q. 17. n. 7.* Et ratio huius arbitrij est, quià sicut circumstantiæ, & qualitates delicti aliquandò minus,

Ex causa pœnæ augeri à l. taxatæ possunt.

ita quandoq; magis atrox crimen reddunt, *c. sicut dignum, de homic.* Et pœna vtiq; delicto commensurari debet, *l. sancimus, C. de pæn.* & obseruat, & comprobat Far. *n.* 8. & 9. Quæ verò sint d. circumstantiæ, & qualitates, crimen atrocius reddentes, tangitur remissiuè a Farin. *n.* 10. & visum est *sup, q.* 103. *à n.* 11. *vsque ad* 15.

5. AMPLIATVR 1. Regula; Vt procedat etiã in pœnis Statutarijs, Bart. Castren. Abb. Dec. & Tiraq. qui testatur de veriori, & magis communi opinione, *in tr. de pæn. in præfat. n.* 22. Clar. Boss. & Far. qui etiam de magis communi, veriori, & rationabiliori testatur, *q.* 17. *n.* 11. & 12. post innumeros DD. ab eodem relatos, *n.* 7. Et hoc quamuis Iudex Statuta seruare iurasset, Tiraq. *de pæn. temper. in præfat. n.* 3. Blanch. qui de communi, Aret. Castrẽ. Rom. & Far. *n.* 17. Iudex .n. ex causa à Statutis recedẽs periurium non incurrit, *l. si hominẽ, ff. mandati.*

Etiam statutariæ.

6. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt ex causa possit Iudex augere pœnas consuetudinarias, gl. *in l bodie, ff. de pæn.* Abb. & Dec. *in c. de causis, de offic. Deleg.* Felyn. Tiraq. & Farin. *n.* 18.

Vel consuetudinariæ.

7. AMPLIATVR 3. Reg. Vt procedat in pœnis minoribus, ac extraordinarijs, & etiã in maioribus, & ordinarijs expresse determinatis, Viu. Bar. Ghirlan. qui de cõmuni, & Far. *q.* 17. *n.* 19. Nec non in accessorijs, Ghirlan. qui paritèr de communi, Far. & alij, *n.* 20. sicùt similitèr in pœnis ipso iure impositis, Abb. & Tiraq. *n.* 23. Etiàm vbi Lex, vel Statutum vteretur dictionibus, præcisè, omninò, vel similibus, Couar. Placha, qui testatur de cõmuni, & Far. *n.* 24. Et in processu formato, siuè per inquisitionẽ, siuè per accusationẽ Abb Bar. & quamplures, quos sequitur Farin. *n.* 26.

Tam minores, q̃ maiores, &c.

8. AMPLIATVR 4. Reg. 1. Vt in tantum, Iudici arbitra iũ sit, pœnas ex causa augere, vt possit arbitrando pœnam mortis imponere, Bar. & Ang. *in l. sacrilegij, ff. ad l. Iul. peculat.* Abb. & Fely *in c. cum te, de re iudi.* Maran. qui testatur de communi, Aret. Bal. & Far. alios inducens, *q.* 17. *n.* 34. licèt Rom. Menoc. & plures alij oppositum teneant, relati ibidem, à Far. qui ait, ab hac Ampliatione 4. non esse recedendũ, cum infrascriptis limitationib.

An possit arbitrari mortis pœna.

9. LIMITATVR 1. Ampliatio 4. Vt non procedat nisi delictũ sit atrox, & qualificatum, Dec. qui de communi, *in c. ex literis, de Constit.* Bart. Bald. Ang. Clar. Boss. & Far. concordãtes cumulans, *q.* 17. *n.* 35. Vnde licèt, de iure, iniuriarũ pœna sit arbitraria, secundùm DD. *in §. in summa, inst. de iniur.* Officiali dans alapam, potest pœna mortis puniri, Boss. *tit. de iniur. n.* 30. Bal. Fely. Dec. Ias. & Far. qui, *n.* 36. testatur de communi omnium; Dummodò iniuria illata sit contemplatione officij, Bal. & Menoc. *de arbitr. q. lib.* 1. *cas.* 263. *n.* 10. Afflict. Foller. & Far. *n.* 39. In quo recurrendum est ad coniecturas, vt si iniuria facta sit Iudici sedenti pro tribunali; Sed coniecturis cessantibus, & sic in dubio, præsumendum est potius offensam factam ratione particularis inimicitiæ, vt maius delictum excludatur, Rolan. & Far. *n.* 41.

Quid in delicto atroci?

10. Li-

In atroci consummato, & atroci, qualificato, consummato, vbi viget consuetudo, pœnam talem infligendi?

10. LIMITATVR 2. Ampliatio 4. Vt non procedat nisi in delicto atroci, qualificato, consummato, Dec. & Fely. *in c. ex literis, de Consti.* Foll. Menoch. & Far. *q. 17. n. 48.* Et dum in simili delicto pœna mortis est cõsuetum imponi, Dec. & Fely. vbi sup. Clar. Menoch. & de communi testantur Gram. & Gom. & hos sequuntur Bertaz. & Far. *n. 53.* In arbitrandis enim pœnis Iudex debet sequi solitũ, & consuetum, Menoch. *de arbitr. q. lib. 1. cas. 14. n. 3. & seq.* qui, *n. 6.* alios inducens, de omnium communi testatur, Abb. Ang. & Far. concordantes inducens, & similiter testãs de communi, *n. 54.*

In Iudice Superiore, vel Inferiore?

11. LIMITATVR 3. Ampliatio 4. Vt procedat in Iudice Superiore, secùs in Inferiore, cui non censetur tanta facultas concessa, Far. *n. 57. & 58.* de quo vide etiam *hic infra, n. 16.*

Quid in pœnis alternatiuis?

12. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt quando Iudicis arbitrio est remissum, duas pœnas alternatiuè iniungere, possit mitiorem imponere, sed non teneatur, cum in eius sit facultate, etiam grauiorem infligere, Dec. Fely. & Menoch. *de arb. q. lib. 1. q. 85. n. 1.* vbi ait, solum de consilio ei dari, vt mitiorem imponat, aliàs frustra lex duas pœnas alternatiuè imponeret, si Iudex teneretur mitiorem dare, vt ponderat Menoch. *n. 3.* Verùm est, quòd in dubio Iudex ad mitiorem debet inclinare, D. Tho. *2. 2. q. 67. ar. 4. ad 1.* & Menoch. *n. 4.*

Post sententiam, nõ augetur pœna

13. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt procedat antè, non autem post sententiam, post quam, cum functus sit Iudex officio suo, nõ potest pœnam augere, *l. Iudex postquam, ff. de re iudic.* Blanc. & Didac. qui testatur de communi, Clar. & Farin. *q. 17. n. 61.* Nisi authoritate Principis, Baiar. plura iura citans, *q. 94. nu. 66.* Boss. Chart. & iterum Far. *q. 11. n. 12.* faciunt hic, saltem in parte, dicenda *infra, q. 135. nu. 30. vsque ad n. 40.*

An causa sit exprimẽda dũ augetur pœna?

14. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt Iudex, ex causa augẽdo pœnam iuris, debeat in sententia exprimere causam auctæ pœnæ, Bal. Ang. Castren. Farin. & alij, *q. 17. n. 62.* sed sat est expressio in genere, dicendo iustis de causis animum nostrum mouentibus, Vasq. qui de communi, & Clarus, *q. 85. vers. vlterius quæro, & vers. præterea quæ;* At si Iudex nihil exprimeret in sententia ipsa, tamẽ sententia valeret, Vasq. qui de communi, Bar. Bal. & Far. cum alijs, *n. 64.* & sufficeret etiam, vt causa in actis appareret, quamuis in sententia, nulla de ea mentio fieret, Io. Ant. de Nigr. Iacob. Beluis. & Baiar. *q. 85. n. 38.*

Quid in Delegato, seu Magistratu minori, vel maiori.

15. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt Delegatus Inferioris, neque ex causa possit augere pœnas iuris, nisi consulto Principe, Menoch. *de arbitr. q. lib. 1. q. 96. nu. 20. & 21.* & Far. *q. 17. n. 66.* Et idem dic de Magistratibus minoribus, qui nõ possunt augere pœnas, nisi consulto Principe, vel nisi causa cohæreat delicto, Clar. *q. 85. vers. vlterius quæro,* Blanc. qui testantur de communi Bal. Dec. Rom. & Far. qui de communiori, *n. 67.* licèt Delegatus Principis, vel Magistratus Supe-

Superioris, qui suo Delegato suum arbitrium tribuit, ex causa, possit pœnas augere, Menoch. *de arbitr. q. lib. 1. q. 96. n. 20. & 21.* & Farin. alios inducens, *n. 66.*

16. Plura de arbitrio Iudicis in pœnis augendis, Far. *q. 17.*

17. Antequam ad secundam deueniam Regulam, animaduerto, quòd per extẽsionem propriè non augentur pœnæ, sed aliquandò, Iudicis arbitrio in lege in vno assignatæ casu, ad alium extenduntur, aliquãdò minimè; & propter DD. contrarietatem in hac subtili materia, difficilis eadem redditur, & non rarò, vt obseruat Far. *in Frag. Crim. lit. E. n. 50.* broccardica, seu problematica euadit. Pro ea verò pro posse dilucidanda.

Iudex potest ex causa pœnas à legibus taxatas augere.

18. REGVLA 2. sit Iudici regulariter arbitrarium non est vt legem pœnalem extendat; Cagn. & Dec. *in l. factum, §. in pœnalibus ff. de reg. iur.* Viu. qui testatur de communi, Aym. qui respondet contrarijs, testatur de veriori, & communiori, & Farin. concordantes inducens *ibidem n.* 144. Pœna namque locum non habet, nisi in casu à iure expresso, vt probat Farin. *q. 18. n. 7.*

Regulariter Iudici nõ est arbitrariũ legẽ pœnalẽ extendere.

19. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt præsertim extensio de casu ad casum non sit facienda, vbi adest diuersa ratio, quod procedit etiam, dum agitur in non pœnalibus, & hoc est indubitatum secundùm Tiraq. *de ll. cõnub. gl. 5. n. 214.* & seq. Villagut. Euerard. Farin. & alij *in d. lit. E. n. 55. in seq.* reddens duplicem rationem.

20. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt ex identitate rationis extensio non admittatur, quandò alicuius dispositionis plures afferri possunt rationes, Bar. *in l. liberorum ff. de verb. sign.* Aym. Euerard. & Far. *n. 64.* Seu dum ratio non est expressa, Bar. Bal. Castren. Far. & alij, *n. 65.* licèt alij contrà relati *nu. 66.* vbi hanc veriorem credit, dum vnica tantùm est ratio; paria enim sunt rationem esse expressam in dispositione, vel non nisi vnicam assignari posse, gl. Bal. & Castr. *in l. quamuis, C. de fideicom.* Cyn. Castren. & DD. omnes, *in l. non dubium C. dè legibus.*

21. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt dum ratio expressa non est finalis, sed impulsiua, extensio ex eàdem ratione non admittatur, Ripa, Villagut. Far. & alij, *n. 175.*

22. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt in pœnalibus, correctorijs, & alijs odiosis, quamuis ratio sit expressa, ex identitate rationis, extensio non sit facienda, quandò in dispositione adest dictio taxatiua (e. g. dumtaxat) Aym. Villagut. & Far. *n.* 257. Vbi refert alios contra tenẽtes Sed ne recedas ab ampliatione hac; Verba enim taxatiua exclusiua extensionis sunt, tam de casu ad casum, quam de persona in personam, etiam in nõ odiosis, Pacian. qui plures concordantes inducit, Euerar. Aym. & Farin. iura cumulans in comprobationem. *n.* 253.

23. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt tunc multò minus extensio fiat in pœnalibus, quandò ipso iure pœna imponitur, vt diffusè probat Euerar. & latius Villagut. quos se-

sequitur Farin. *num.* 160.

24. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt extensio sine dubio denegetur ex identitate rationis, dum sumus in pœnalibus, & correctorijs simul, etiam in casu, in quo aliàs in pœnalibus solum, & in correctorijs solùm, extensio esset facienda, *tex. est in Clemen 2. & ibi gl. de ætate, & qualitate*, Butr. Villag. & Far. *nu.* 162. Quamuis regulariter in correctorijs solum, extensio non concedatur, Bar. & latè Ripa *in l. si constante, ff. de iure dot.* Menoch. Tiraq. & de communi testantur, Osasc. & Viu. quos refert, & sequitur, iura inducens Far. *n.* 130. Omnis enim recessus à iure communi odiosus est, *n.* 133. Et difficilius in his correctorijs datur extensio, quam in pœnalibus, Rip. Villag. & Far. *n.* 135. Immò regulariter extensio non fit in exorbitantibus, *c. quæ à iure, de reg. iur. in 6.* Tiraq. Aym. Menoch. Honded. qui testatur de magis vera, quos refert. Farin. *n.* 122. & eos in pœnalibus, & odiosis sequitur cum Villag. *n.* 124. Contrariam verò opinionem, fieri in exorbitantibus extensionem ex identitate rationis, quam sustinent relati *n.* 123. ait procedere in fauorabilibus. Exorbitans autem dispositio dicitur illa, quæ non tollit, sed limitat ius commune, Menoch. *de recup. poss. remed.* 1. *n.* 20.

25. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt ex identitate rationis in odiosis extensio non detur, *c. odia, de reg. iur. in 6.* Ias. Tiraq. & Farin. *n.* 115. Et consequenter idem dicendum est in pœnalibus; lex enim quantumcumq; fauorabilis in se sit, vbi tamen in ea est apposita pœna, reputatur odiosa, Euerar. concordantes adducens, Mandos. qui testatur de magis communi, Viu. de cōmuni, Villag. qui DD. auth. ratione, & iuribus hoc probat, Farin. & alij, *n.* 144. Sed contra; dum .n. agitur de punitione delicti, dicitur agi de fauore publico, publicè enim interest, vt delicta impunita non maneant, vndè pœnalis dispositio non odiosa, sed fauorabilis videtur, Viu. qui testatur de communi, Bar. Rom. & alij relati à Far. *n.* 148. Respondetur tunc procedere obiectionem, quandò nisi fieret extensio, delictum omnino impunitum remaneret, secùs si puniretur, putà ex alia lege, licèt mitiori pœna, tunc enim dispositio nec fauorabilis reputatur, Bar. Aym. Menoch. Far. & alij, *n.* 149. Et hæc ampliatio magis procedit, licèt ratio expressa esset, dum sumus in materia odiosa, & odium est irrationabile, putà, quòd vnus teneatur pro facto alterius, Dec. Aym. Villag. Farin. & plures alij, *n.* 117.

26. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt licèt in pœnalibus ad incurrendam pœnam extensio non fiat, vt supra probatū est, benè concedatur Iudici, vt extensionem faciat, ad pœnam euitandam, vt tenent, & probant Euerar. & Villag. quos sequitur Far. *n.* 151. — Iudici tamen conceditur extensionem facere ad pœnam euitandā, vsque ad n. 37.

27. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt etiam in pœnalibus extensio fit facienda, quatenùs verborum proprietas eam patitur, *l. cum lege, & ibi* Aret. *ff. de testam.* Dec. Villag.

&

& Far. *n.* 161. Qui cum Aym. Aret. & alijs, idem tenet in alijs odiosis. An verò extensio sit facienda in odiosis, & quandò, ex larga significatione, est controuersum, Farin. *n.* 247. & 248.

28. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt in pœnalibus, & alijs odiosis extensio fiat ad casum, seu personam comprehensam sub generalitate verborum, *l. cum lege*, vbi Aret. *ff. de testam.* Aym. Dec. Tiraq. & Far. *n.* 152. Quòd enim sub genere cõtinetur, id expressum dici potest, Aret. Bal. & Imol. *in l. illud, ff. de acquir. heredit.* Nisi ratio esset diuersa, quia tunc extensio non fieret, vt probat Far. *n.* 62.

29. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt in pœnalibus extensio fiat, dum aliàs dispositio redderetur elusoria, Menoch. Tiraq. Butr. Aym. Far. & alij, *n.* 154. Et idem dicendũ dum aliàs sequeretur absurdum aliquod, Aym. Euerard. Villag. qui loquitur in dispositione pœnali, & correctiua simul, & Far. qui iura citat *n.* 156.

30. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt in pœnalibus extensio in æquiparatis fiat, Aret. Villalob. Curt. iun. qui testantur de cõmuni, Aym. Abb. & Far. cum alijs, *nu.* 203. qui in seq. declarat, an æquiparatio debeat esse vniuersalis, vel sufficiat quod sit in puncto.

31. LIMITATVR 6. Regula 2. Vt de similibus ad similia in pœnis extensio fiat, Mascar. Aym. Bal. Far. & alij, *n.* 191. qui cum Euerar. hoc ait non procedere in pœna priuationis.

32. LIMITATVR 7. Regula 2. Vt extensio in pœnalibus fiat ad accessoria, Bar. Villag. & Farin. *n.* 227. Quamuis dispositio haberet dictionem taxatiuam, Aym. & Far. *n.* 271.

33. LIMITATVR 8. Regula 2. Vt in correlatiuis, quandò eadem ratio in vtroque concurrit in pœnalibus extensio fiat, Villalob. qui testatur de communi, Aym. Bart. Far. & alij, *n.* 240. Intellige respectu eiusdem actus, Aym. Socin. & Far. *n.* 245. Secùs in diuersis actibus, *ibidem*; Vel vbi non militat in vtroque eadem ratio, *l. curatorem, & ibi gl.* Cyn. & alij, *C. de interdic. matrim.* Tiraq. Villag. & Far. *n.* 246.

34. LIMITATVR 9. Regula 2. Vt ex rationis paritate in pœnalibus extensio fiat, quandò fraudibus ex ipsa extensione obuiatur, Dec. *in l. factum, § in pœnalibus ff. de reg. iur.* vb. hoc probat, & sequitur Far. *n.* 85. Qui, *n.* 84. ex Aym. Dec. & alijs idem asserit in cæteris odiosis, & iura inducit.

35. LIMITATVR 10. Regula 2. Vt vbi est eadem ratio, extensio etiam in pœnalibus fiat de casu ad casum, Imol. & Franch. *in c. pro humani, de homic. in 6.* Menoch. Rom. Villag. Far. & alij, *n.* 53. Vbi enim eadem est ratio non dicitur propriè fieri extensio, sed intensio, & declaratio, Tiraq. Menoch. qui testatur de communi, Far. & plures alij, *n.* 52. Dummodo ratio sit vnica, & non nisi vnica afferri possit, Cyn. Castren. & DD. omnes *in l. non dubium, C. de ll.* Far ad saturitatem citans, *n.* 180. Et sit finalis, vt hic sup. *n.* 21. Quid verò dicendum

dum sit in maioritate rationis in pœnalibus seu correctorijs, vide Far. à n. 71. vsque ad n. 78.

36. LIMITATVR 11. Regula 2. Vt, ex identitate rationis in pœnalibus extensio fiat, quandò ratio in dispositione expressa est, Dec. *in l. factum, §. in pœnalibus ff. de reg. iur.* Aym. Bal. Far. cum concordantibus n. 171.

37. LIMITATVR 12. Regula 2. Vt procedat, vt loquatur in pœnalibus regularitèr, secùs si agatur de fauore Reipublicæ, Aym. Iaf. Far. & plures alij, n. 100. Vel de fauore piæ causæ, seu de salute animæ, Far. cum concordantibus, *n.* 110. & 111.

38. Plura de extensionis materia, Rom. Castren. & Imol. *in l. si verò, § de iure, ff. solut. matrim.* Aym. latissimè, *de antiq. tempor. par. 4. in prin. num. 12. & seq. sect.* Videamus modo de aliquibus limitationibus n. 1. & seq. Et Far. satis diffusè *in Fragm. Crim. lit. E. à nu. 50. vsque ad num. 291.*

De arbitrio Iudicis in pœnis temperandis. Quæstio 134.

1 REGVLA sit. Iudex ex causa pœnas minuere potest, Dec. Viu. qui testatur de communi, & Clar. *q. 85. vers. vlterius*, qui ait, quòd in hoc omnes ferè consentiunt, cum vt probatum est *supra, q. 133. n. 4.* hodie omnes pœnæ, iuxta facti, & personarum qualitates, sint in arbitrio Iudicis, vt apertè habetur, *in l. & si seuerior* vbi glos. & DD. *C. ex quibus caus. infam. irrog. & in c. de causis, de offic. Deleg.* & solidè, & latè probat Far. *q. 17. n. 7.* Ex circumstantijs enim, & qualitatibus sæpè delictū fit leuius, & excusabile, *l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult.* ideò data est facultas; Iudici, ex causa, pœnam mitigare, probat Far. *n. 8.* ad hoc vt pœna, sicut decet, commensuretur delicto, *c. sicut dignum, de homic. & c. vt Clericorum, de vita, & honest. Cleric.*

Ex causa pœna minuitur.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt procedat non modò in pœnis legalibus, sed etiam in Statutarijs, quas Iudex, ex causa, potest minuere, Bar. Bal. Rom. Aret. & Tiraq. qui de communi, *in tract. de pœnis, in præfat. n. 22.* Viu. Clar. qui testatur de magis communi, Menoch. & Farin. *n. 11.* Quamuis Iudex Statuta seruare iurasset, Guid. Pap. Franc. & Baiar. *q. 85. n. 24.* quandò enim Iudex, ex causa, à Statutis recedit, non periurat, *l. si homine, ff. mandati*, Tiraq. *de pœnis temper. in præf. n. 3.* Bal. Aret. Castren. & Saly. *in l. & si seuerior. C. ex quibus caus. infam. irrog.* Rom. Far. & alij, *q. 17. n. 17.*

Siuè legalis sit, siuè Statutaria.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt locum habeat in pœnis etiam consuetudinarijs, quas, ex causa, Iudex minuere potest, Fely. *in c. inquisitionis, de accusat.* Tiraq. *de pœn. temper. in præf. n. 19.* Abb. Dec. Far. & alij, *n. 18.* Boer. Marf. Vasq. & Bal. *q. 85. n. 23.*

Siuè consuetudinaria.

4. AMPLIATVR 3. Regula; Vt sit vera non modo in minoribus pœnis, & extraordinarijs, sed etiam in ordinarijs, & a lege expressè taxatis, Ghirlan. *de relax. carcer. tit. de sent. & pœn. exeq. q. 6. n. 6. per gl.* quam, ait cōmuniter receptam,

Siuè maior, siuè minor, & quæcunque.

ptam, *in l. bodiè, ff. de pœn.* & ibi Sar. idem tenuerunt Bal. Saly. Viu. & Far. *q.* 17. *n.* 19. Etiàm in pœnis ipso iure impositis, Abb. Tiraq. & Bar. *n.* 23. Quamuis ius vteretur dictionibus, præcisè, omnimodò, vel similibus, Io. Andr. Hostien. & alij, *in c. qualiter, & quandò, il 2. de accus.* Aret. & Plac. qui de communi testantur, quos refert. & sequitur Bal. *q.* 85. *n.* 23. Couar. & Far. *n.* 24.

Quid in pœnis alternatiuis?

5. AMPLIATVR 4. Regula; Vt quandò Iudicis arbitrio est remissum duas pœnas alternatiuè imponere, possit Iudex mitiorem infligere, Dec. Fely. & Menoch. *de arbitr. q. lib.* 1. *q.* 85. *n.* 1. Immò, Bal. Alex. Gram. Paris. & alij, relati, *ibidem*, à Menoch. tenent, Iudicem, in hoc casu, imponere mitiorem, teneri; Sed Menoch. *d. n.* 1. cum Dec. & Fely. sustinet hoc Iudici traditum per modũ consilij; Aliàs frustra lex pœnas alternatiuè imponeret, vt probat Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 85. *n.* 3. Verum est, quod in dubio, mitiorem Iudex sequi debet, D. Tho. 2. 2. *q.* 67. *ar.* 4. *ad primum*, & Menoch. *n.* 4.

Quid in Principe, & in maiori Magistratu?

6. AMPLIATVR 5. Regula; Vt non modò procedat in Principe, Sot. & Menoc. *lib.* 1. *casu* 96. *n.* 6. *& seq.* sed etiàm in ordinario Magistratu maiori, qui Principem recognoscit, vt est Præses, & apud nos Prouincialis, Viu. qui testatur de communi DD. Clar. Dec. Gandin. & Menoch. *n.* 14. Secus in Magistratibus minoribus, vt dicetur *hic infra, n.* 21.

In Delegato à Principe.

7. AMPLIATVR 6. Regula; Vt non modò verificetur in Delegato Principis, cui ab eo datum esset liberum arbitrium, vt illud idem possit, quod Princeps ipse, Afflict. Specul. Isern. & Menoch. *nu.* 20. Sed etiam, vt procedat in quocunque à Principe Delegato, qui, ex causa, potest minuere pœnam, nam & iste, de iure, maior Magistratus dicitur, & ideo hanc habet potestatem; Dec. Fely. Innoc. & Menoch. *d. n.* 20.

Causæ minuẽdi pœnas.

8. AMPLIATVR 7. Regula; Vt plurimæ sint causæ, quibus stantibus, & pœnas minuere Iudex potest, & quandoquè etiàm debet. Et de his causis agetur *in proximè sequentibus quæstionibus.*

Sinè iusta causa nõ potest pœna minui.

9. LIMITATVR 1. Regula; Vt procedat prout loquitur, ex causa legitima, qua existente minui potest pœna; Sed cauere debet Iudex, ne sinè causa à iure approbata pœnas minuat, ne deterius sibi aliquid contingat, vt monet Clar. *q.* 85. *vers. vlterius*; Iudex enim sinè causa, non potest remittere, minuere, augere, nec mutare pœnas à lege, Statuto, vel consuetudine inductas, *§. oportet*, vbi gl. *Auth. de iudic. c. de causis*, vbi DD. *de offic. Deleg.* Tiraq. qui latè comprobat, *de pœn. in præfat. n.* 1. *& seq.* Viu. Menoch. & Far. qui de communi, *q.* 17. *n.* 5. Et Iudex, qui sinè causa delinquenti pœnas remittit, vel minuit, infamis efficitur, Clar. *q.* 85. *vers. vlterius*, Bal. Castren. Fely. Menoch. Rom. & Far. *n.* 6. vbi alios inducit, & testatur de communi recepta opinione, nemine contradicente.

Aliàs minuens fit infamis.

Post sententiã nõ potest Iu-

10. LIMITATVR 2. Regula; Vt procedat ante sentẽtiam, nam post sententiam, cum Iudex iam fun-

dex pœnam minuere. functus sit officio suo, nullo modo minuere potest pœnam in sententia inflictam, *l. moris, §. iste, ff. de pæn.* Abb. Butr. Didac. qui testatur de communi, & Farin. iura, & alios DD. inducens, *q. 17. n. 61.* Clar. vbi sup. & ibi Baiar. ex Innoc. *n. 35.* ait, quod licèt antè potuisset Iudex moderare, post sententiam nullo modo, nec ex causa minuere potest pœnam: Et quod plus est, post sententiam, Iudex minimè compositionem facere potest, sinè Principis auctoritate. Luc. de Pen. Ghirlan. & Baiar. *nu. 32.* Qui cum Innoc. idem dicit, si prius fuisset appellatum, & postea, appellationi renunciatum; Subdens cum Rebuf. quod nec prædicta præstare potest Iudex de consensu partium; Post sententiam enim Iudex desinit esse Iudex, Gom. qui de communi, Clar. & Scacc. alios etiam allegans, *de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 131.* & est tex. expressus *in l. Iudex, ff. de re iudic.*

Nec compositionē facere.

Licèt appellationi interpositæ sit renunciatū; nec de partium cōsensu.

* Cum doctrina huius 2. limitationis magni sit momenti; in ea prætèr consuetum aliqualitèr me diffundam; Et in Iudice Delegato nullam habet difficultatem; Delegatus enim, nullo modo, nec de iure Ciuili, neq; de iure Canonico, pœnas per diffinitiuam sentētiam à se latam inflictas, relaxare, commutare, aut temperare potest, *est tex. in iure Ciuili in l. Iudex, ff de re iudic.* & in iure Canonico loquendo de Delegato Principis, nempè Papæ, *habemus tex. expressum in c. in literis, de offic. Deleg.* Ratio est euidens, quià prædicta præstare, actus est iurisdictionis; Sed Iudex Delegatus, sententia lata, iam officio suo functus est, & Iudex esse desinit, ipso iure iurisdictione carens, vt in præcitatis iuribus statuitur; nihil ergo, circa pœnas in sententia à se lata inflictas, arbitrari potest.

Quid in Delegato

3 * Idem dicendum est de iure Ciuili in Iudice Ordinario, qui latam à se sententiam diffinitiuam temperare, seu pœnas in ea inflictas commutare minimè potest; Plures textus (in probationem) iuris Ciuilis refert Farin. *q. 17. n. 61.* vbi hanc conclusionem tenens, inducit Doctores concordantes Blanch. Butr. Carer. Couar. & alios; Subscribit Scac. *in trac. de sen. & re iudic.* gl. 14. *q. 17. n. 4.* & Bal. *in l. ab executore, n. 7. ff. de appell. & in l. hac lege, n. 4.* vbi Saly. *n. 4.* & Bal. *n. 9. C. de sent. ex peric. recit.* & vbi supra alia iura in comprobationē Scacc. inducit. Ratio, vt not. idem Scacc. *n. 1.* est eadem, allata hic supra; quia lata sententia, Iudex, qui eam tulit, in eadem causa, quamuis Ordinarius, Iudex desinit esse, & ibi hoc cōfirmat ex Clar. Socin. Surd. Gomez, qui testis est de communi, & alijs DD. auctoritatibus. Intèr alia iura, hanc conclusionem probantia, est notabilis *tex. in l. 1. §. fin. & ibi gl. in ver. restituere, ff. de q.* vbi loquitur de Iudice Ordinario, & in causa criminali, apertèq; determinatur, quòd quandò quis est condemnatus de delicto, quòd verè cōmiserat, Præses Prouinciæ condemnatum restituere non potest; Est alius non minus insignis *tex. in l. mortis, ff. de pænis*, vbi sancitur, quòd si Iudex Ordinarius malè sen-

In Ordinario de iure Ciuili?

 ten-

tentiam ferat, eam nec corrigere, nec pœnam commutare poteſt; ſed recurrendũ eſſe ad Principem pro correctione ſentẽtiæ eiuſdem.

De iure Canonico? ✱ Præcitata verò Ciuilia iura, cum à iure Canonico diſcordantia non ſint, etiam Eccleſiaſticos, quo ad vim ſaltẽm directiuam, obligãt, eo quòd ea omnia Papa approbauit, & approbando quaſi iura Canonica reddidit, & canonizauit, *in c. de Capitulis, diſt.* 10. Ex quibus patet de iure communi loquẽdo, ſiuè de iure Ciuili, ſiuè Canonico, Epiſcopos, & conſequenter Prouinciales Regulares, lata ſententia diffinitiua, facultatem, eam temperandi, ſeu pœnas commutandi, minimè habere, vt ponderat, & expreſsè ſuſtinet Mar. Ant. Genuen. *in Trax. Curiæ Archicp. Neapolit. c.* 58. *ſeu c.* 57. *ſiuè in alia impreſſ. c.* 48. ex Diaz. *in Prax. in verbo, in exilium mitti*, & Foller. *in Prax. Canon. in ver. Et ſi committi, n.* 123. Firmior, & ſolidior hæc doctrina redditur, ex ſolutione obiectionum.

Soluuntur obiectiones. ✱ Neq; obſtat *c. at ſi Clerici, §. de adulterijs, de iudic.* ab aliquibus, contrà inductum, ibi enim dicitur quidem, Epiſcopum, peracta pœnitentia, in adulterijs, & in alijs inferioribus criminibus, diſpenſare poſſe, nulla tamen ibi fit mentio de ſententia lata. Similitèr non obſtat *c. vt commiſſi §. nec non, de Hæret. in 6.* vbi ſtatuitur, Epiſcopum, ſuam latam ſententiam diffinitiuam, temperare poſſe; Quià reſpondetur, ibi ſermonem eſſe de caſu ſpeciali, quãdo videlicèt Epiſcopus, & Inquiſitor contrà Hæreticum ſententiam tulerunt, quam temperare valent, & hic ſpecialis eſt caſus in tribunali Sac. Inquiſitionis, & exceptio regulæ huius generalis; Iudicem Ordinarium, latam ſententiam diffinitiuam à ſe, tẽperare non poſſe, vt not. Scacc. *in d. q.* 17. *n.* 87. *& ſeq.* & cõſequentèr hic caſus ſpecialis, non modò non facit ad propoſitum, ſed potiùs ad oppoſitum, videlicèt, regulam eſſe in contrarium; Exceptio namq; regulam in contrarium firmat, *l. Tribunus §. fin. ff. de milit. teſtam.*

Obijcitur praxis Epiſcoporũ. ✱ Dicet aliquis; Quo ergò iure, Epiſcopi paſſim iuxtà vniuerſalem praxim, latas ab eis ſententias diffinitiuas, temperant, pœnaſq; commutant, vt teſtatur Genuen. *in d. c.* 55. *ſeu* 57. *vel in alia impreſſione c.* 48. Et, conformitèr ad iſtam praxim, Chartar. *deciſ.* 25. *n.* 12. affert caſum, in quo latam ſententiam diffinitiuam à Vicario contra Sacerdotem ad triremes damnatum, Emin. Archiepiſcopus Mediolanenſis Federicus Borromeus, eam temperauit, pœnamq; in carcerem commutauit.

Reſpondetur pro cedere de conſuetudine. ✱ Reſpondetur; Epiſcopus, non quidem de iure, vt ſuprà probatum eſt *in* 2. *&* 3. *concluſione*, ſed de generali conſuetudine, & quaſi poſſeſſione, in qua manutenentur, hodie diffinitiuas ſententias in praxi temperare, gratiamque in delicta facere, teſte Genuen. *in d. c.* 55. *ſeu in alia impreſſione, c.* 48. Vbi ait, ita obſeruare Archiepiſcopos Neapolitanos. Sed ad maiorem cautelam, eius Vicarium in ſententiæ diffinitiuæ fine, clauſulam hanc ſem-

semper apponere (salua moderatione, & commutatione Illustrissimi Archiepiscopi) Quæ clausula valida est, vt ait *ibidem* Genuen. ex Bal. *in Auth. interdicimus, C. de Episc. & Cleric.* & Fely. *in c. qualitèr, & quandò il 2. §. ad corrigendos, de accusat.* Et iuxta hanc conclusionem, interpretandi sunt DD. relati à Rodriq. *in q. Regul. t. 1. q. 44. ar. 17.* & alij à nostro Raggio, *de Regim. Regul. cent. 2. tr. 6. dub. 147.* vt sunt Alciat. *in c. at si Clerici, vers. de adulterijs, de iudic. n. 3.* Abb. *n. 14.* Dec. *n. 18.* Alex. *n. 3.* & iterum Abb. *in c. licèt, de pœn. n. 6.* Præposit. *in c. cum T. de re iudic.* & Diaz. *in praxi crimin. Canon. c. 79. & c. 126.* Dum dicunt Episcopum latam sententiam diffinitiuam propriam, peracta pœnitentia, ex causa temperare posse, in crimine adulterij, & delictorum inferiorum; Sunt inquam interpretandi, vt dicere velint, de consuetudine, non autem de iure Ciuili, vel Canonico, hanc facultatem Episcopos habere, ex supradictis, vbi iura prohibentia insinuantur, alias sequendi non videntur, quousq; iura hanc facultatem concedentia indicabunt.

* Expendendum tamèn erit vlterius in ordine ad hanc Episcoporum consuetudinem, quòd fortè non erit vbique vniuersalis, cum de ea non liquidò constet; & Genuen. vbi suprà de hac testanti, nisi in loco, vbi versatus fuit, vt est Neapolis, præstanda ei fides non est, iuxtà tradita à Paulo Granut. *Theorem. 11. n. 8. & seq.* quem refert Farin. *q. 11. n. 573.* Et ideò in facti contingentia, vnusquisq; benè expendat, an in Episcopatu, vbi diffinitiua sententia lata fuit, hæc vigeat consuetudo, & ea existente, secundùm eam se gerat.

* Operæ pretium erit hic subnectere, quòd consuetudo prædicta Episcoporum, sententias diffinitiuas à se latas temperandi, pœnasq; commutandi, Prouincialibus Regularibus, & cæteris habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, non suffragatur, nisi etiam apud eos talis sit consuetudo; Et multò minus si opposita vigeret consuetudo, nempè pœnas non temperandi, nec commutandi, sententia diffinitiua lata, nisi habito recursu, & facultate obtenta à Generali, qui, vt expendit noster Bouerius *in Directorio*, est velut Princeps Religionis, qui propterea Generalis apud nos suas proprias, necnon Prælatorum inferiorum diffinitiuas sententias, de consuetudine temperare solet, seu illis temperandi, & commutandi, ex causa, facultatem facere, Data paritate, videlicet, Prouinciales Regularium, & cæteros, quasi Episcopalem iurisdictionem habentes, in possessione prædictæ consuetudinis Episcopalis esse, ipsi quoq; sicut Episcopi, eàdem facultate fruerentur, cum eorum auctoritatē exercere æquè possint in suos subditos, sicut Episcopi cum suis Diœcesanis, *iuxtà gl.* communitèr ab omnibus receptam *in Clement. p in ver. proprij, de rebus Eccles. non alienan.* & notarunt Suar. *to. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. c. 2. & 3.* & Leza. *p. 1. c. 18. n. 2.* vbi testatur de communi. Sed dum eiusdem consuetudinis Episcopi in pos-

Cōsuetudo, an Prouincialibus prosit.

possessione reperiuntur, quae, vt ex supradictis patet, est expressè contra iura Ciuilia, & forte Canonica; E contrà verò Regulares Prouinciales, saltem aliqui, potius oppositam habent consuetudinem, quae facti vocatur, seu imitatiua, & executiua iuris, vt ex Bal. & alijs DD. notat Suar. *de leg. lib. 7. c. 4. n. 15.* iuribus ijsdem conformem, post latam ab eis diffinitiuam sententiam, eam non temperandi, nec pœnas commutandi, sinè facultate obtenta à Generali; Vnusquisque in disparitate hac, propriam seruare debet consuetudinem.

* Fateor, si praedicta facultas, post diffinitiuam sententiā latam, eam temperandi, pœnasque commutandi, Episcopis de iure competeret, quae vt probatum est, non competit, ea vti posse etiam Prouinciales Regulares, omnesq; auctoritatem quasi Episcopalem habentes; Secùs dum tantummodò eam facultatem possident Episcopi ex consuetudine, nisi in eadem possessione Regulares reperiātur.

Cautela, vt Ordinarius suā possit sentētiam tēperare. * Et propterea in futurum Prouinciales, & alij iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, praesertim, dum in possessione dictae consuetudinis non inueniuntur in pœnis imponēdis in sententijs diffinitiuis ab eis ferendis, clausulam superaddant (Reseruantes sibi, & Patri Generali potestatem moderandi, & cōmutandi pœnas) Quae clausula, vt dictum est sup. ex Genuen. Filli. & Bal. in sententia valida est. Qua clausula stante, & ipsi Prouinciales, nec non alij Ordinarij iurisdictionem, quasi Episcopalem habentes, latas ab eis sententias diffinitiuas, temperare, & moderare, pœnasque in eis inflictas commutare poterunt.

11. AMPLIATVR proposita solidè probata limitatio 2. vt Iudex siuè Delegatus, siuè Ordinarius suam diffinitiuam sententiam retractare non possit, seù pœnam in ea taxatam minuere, quamuis aliquem per errorem condemnauerit; putà dicendo in sententia, condemnamus, cum dicere voluisset absoluimus, Far. *q. 11. n. 12.* vbi plures concordantes allegat, Cabal. Franch. qui dicit, quòd isto casu ad Superiorem pro opportuno remedio recurri debet, Guaz. *defen. 35. c. 18. n. 6.* Et hic recursus ad Principem per Iudicem habendus est in omni casu, in quo cognoscit Iudex ipse, se iniustam protulisse sententiam, quam reuocare non potest, & interim supersedendum est ab executione, Boss. Fely. Inno. & Scacc. concordantes inducens, *n. 138.* Clar. qui de communi testatur. *§. fin. q. 98. vers. sed nunquid*, & Farin. *n. 20.* Idemque recursus, cum retardatione executionis sententiae contra Reum, semper est habendus, dum Iudici de Rei innocentia post sententiam constat, Scacc. *n. 184.* — Siue Iudex sit Delegatus, siue Ordinarius. — Sed recursū habetur ad principē in omni casu erroris &c.

12. SVBLIMITATVR 1. limitatio 2. Vt ordinarius Iudex, si diffinitiua sententia, quam primum tulit, nulla sit, iterum iudicare possit, vt dicetur *infra, q. 155. n. 6.* — Quid in sententia nulla Ordinarij?

13. Declaro hanc Sublimitationem; Vt non procedat, quādò sententia, non ipso iure, sed tantùm exceptionis ope nulla est, quia tunc à Iu- — Exceptionis ope?

à Iudice, qui eam tulit, reuocari nō potest, Bal. Tiraq. & Menoch. *de arbit. iudic. lib. 1. q. 67. n. 20.* Et nota, quòd hæc declaratio adhibēda est etiam in sequētibus Sublimitationibus.

An Ordinarius suā possit declarare sententiam?

14. SVBLIMITATVR 2. limitatio 2. Vt quicumque Iudex Ordinarius post quamcunq; suam diffinitiuam sententiam, eam declarare possit, *l. ab executore*, vbi latè Bar. *ff. de appell.* Alex. Bal. Decian. Tusch. & Guaz. plures concordantes inducens, *defen. 35. cap. 18. n. 1.* Sed semel tantùm, Caualc. Scacc. & Guaz. *n. 5.* Et durante eius officio, Bal. Franch. & Guaz. *n. 9.* Et dummodō ex declaratione substātia non alteretur, illi non addatur, nec diminuatur, alteratiua enim declaratio, nec ex consensu partiū fieri potest, Bal. Franch. Tusch. & Guaz. *n. 2.*

Delegatus principis, seu ad vniuersitatē causarū nullitèr iudicans, iterū iudicare potest.

15. SVBLIMITATVR 3. limitatio 2. Vt Delegatus Principis, qui nullitèr diffinitiuè iudicauit, iterū iudicare possit, Ang. Dec. Menoch. & alij, *nu. 28.* Qui cum Ang. Dec. Fely. Ias. & Vant. idem dicit, *n. 31.* etiàm in quocunq; Delegato ad vniuersitatem causarum; Delegatus enim Principis, seu alius ad vniuersitatem causarum Ordinario æquiparantur, Menoch. *n. 28. & 31.* Qui, *nu. 29.* respondet Baldo, & alijs, contra tenentibus, eorumque fundamentis.

16. Et cum his moderationibus ait Menoch. intelligendum esse id quòd dicunt DD. ab eo relati, *de arbitr. iudic. q. 67. num. 21. lib. 1.* dum generalitèr loquuntur, vt Delegatus, siuè validè, siuè nullitèr diffinitiuè iudicauerit, iterum super eandem causam cognoscere non possit; Nempè, vt hoc non procedat in Delegato à Principe, nec in alio ad vniuersitatem causarum, sed tantummodò in Delegato ab Inferiore ad vnam, seu alteram causam, qui propriam sententiam diffinitiuam, quamuis notoriè nullam, reuocare non potest, Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 90.* Innoc. *in c. in literis*, vbi cæteri omnes, *de offic. Deleg.* Alex. Bar. Tiraq. Vant. & Menoch. *n. 21.* Immo huiusmodi Delegatus ad particulares causas, nec propriam sententiam diffinitiuam declarare potest, sed Delegans ex verbis Delegati declarabit, Alciat. & Menoch. *n. 26.* Vbi cum Ruyn. ait, hoc procedere etiam in causis, in quibus secundùm æquitatem procedi potest.

Secus est in Delegato ad causam.

Qui nec declarare potest.

Nisi dum nō obseruauit delegationis formam.

17. Nisi prædictus Delegatus ad particulares causas, non obseruata delegationis forma diffinitiuam sententiam tulerit, quo casu, iterùm iudicare posset, cum iurisdictio illi data consumpta non fuerit, Alex. Ruyn. Vant. & latè Tiraq. quos sequitur Menoch. *n. 27.* tenent communitèr DD. *in c. in literis, de offic. Deleg. & est tex. in c. cum dilecta, de rescrip.* vel nisi huiusmodi Delegatus per errorem facti, nullitèr diffinitiuè iudicasset, quià propriam hanc reuocare sententiam posset, Alex. *in l. Iudex. n. 55. ff. de re iudic.* Tiraq. & Menoch. *n. 32.*

Vel dum per errorem facti iudicauit.

Interlocutoria n. propriā,

18. SVBLIMITATVR 4. Limitatio 2. Vt sentētiam interlocutoriam propriam quamcumq; quilibet

quilibet reuocare potest.

bet Iudex, etiã Delegatus ad vnam tantum causam, reuocare possit, *l. iussit, de re iudic.* Bal. Zabar. Guaz. & alij, *defen.* 35. *cap.* 18. *n.* 1. Interlocutoria autem sententia, secundùm DD. dicitur illa, qua Iudex, nõ ad principale factum diffiniendum, vt in diffinitiua, sed ad aliquas tantùm quæstiones, inter principium, & finem causæ emergentes, terminandas, vtitur, putà, de dilatione danda, de teste examinando, de appellatione à tortura, & de similibus, quæ factum principale nõ tangunt.

Interlocutoria quid?

19. SVBLIMITATVR 5. Limitatio 2. Vt si absolutus per sententiam diffinitiuam, posteà iudicialitèr delictum spontè fateatur, Iudex, qui eum absoluit, condemnare possit, vt probatum est *supra. q.* 83. *n.* 20.

Quid si absolutus delictum fateatur iudicialitèr?

20. SVBLIMITATVR 6. Limitàtio 2. Vt absolutus ex hactenus deductis, seu alia simili clausula, etiàm ab eodem Iudice, superuenientibus inditijs molestari possit, vt probatum est sup. *q* 94. *n.* 31.

Vel si absolutus sit ex hactenus deductis?

21. LIMITATVR 3. Regula; Vt procedat in Magistratibus maioribus, secùs in minoribus, qui, nec etiàm ex causa, ordinarias pœnas alterare possunt, nisi, vel consulto Principe, vel nisi causa cohæreat, & intrinseca sit delicto, Clar. *q.* 85. *vers. vlterius,* Bal. Ias. Rom. & Far. cum concordantibus, *q.* 17. *nu.* 67. vbi de veriori, & communiori testatur.

Quid in minorib. Magistratibus?

22. LIMITATVR 4. Regula; Vt nec ex causa carentiæ doli, vel similis, possit Iudex pœnam parti applicãdam remittere, vel minuere, gl. *in l. vnica*, & ibi communitèr omnes DD. præsertim Dec. *C. de in ius vocan.* Bal. Far. & alij, *q.* 17. *n.* 71. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 1. *q.* 96. *nu.* 1. & 2. Vbi vult, nec Principem ex causa posse pœnam parti applicãdam minuere, citans Bal. Barbat. Dec. Put. & Ruyn. addens, *ibidem* Menoch. ex Gram. & Soto, quod si Princeps de plenitudine potestatis, pœnam hanc remitteret, mortalitèr peccaret; Sed in hoc de Principe est difficultas, cum Principem, ex causa, putà pro bono pacis, posse pœnas parti applicandas minuere, vel etiam remittere, teneant Clar. *q.* 59. *vers. adde,* Boss. & plures alij relati à Farin. *q.* 6. *n* 22. Dec. qui testatur de communissima, *cons.* 520. *nu* 5. Ex causa enim, e. g. publicæ vtilitatis, ac pro bono pacis, potest Princeps ius tertij tollere, *l. Lucius, ff. de euict.* Ang. & Bal. *in l. bene à Zenone, C. de quadri. præscript.* Afflict. G. br. & Far. *n.* 24. Cui tamèn difficultati responderi potest, quòd sinè partis cõcordia, vix aliqua iusta causa publicæ vtilitatis considerari potest, sed potius damni, seditionum, & discordiarum; Vnde, in praxi, Princeps Mediolani, non concedit gratiam, nisi parte concordata, teste Boss. quem refert Far. *q.* 6. *nu.* 25. qui, idem testatur practicari Romæ, concludens, quòd, parte concordata, ex causa publicæ vtilitatis; delictorum pœnas Princeps remittere potest, secùs sinè concordia. Ex causa verò posse Principẽ minuere, commutare, vel remittere pœnam fisco applicãdam, clarè sentiunt, Dec. Ias. Sot. & Menoch. de

In pœna parti applicanda.

Interueniente Principis auctoritate.

de arbit. q. lib. 1. q. 96. n. 6. Hic autem quæri potest; Constitutio Papæ, An publicatam tantùm in Curia liget omnes etiàm absentes, cõtrouersum est intèr DD. vt refert Far. *in frag. Crim. lit. C. n. 653. vsq; ad n. 657.* Et negatiuè videtur adherendũ, dum agitur de imponenda pœna Constitutionẽ ignoranti, Abb. Fely. Menoch. Far. & alij *n. 658.* Constitutio Principis superioris, vel inferioris quandò incipiat obligare, publicata, seu non publicata, quoad pœnã, seu quo ad irritationẽ actus, Far. *à n. 643. vsq. ad n. 684.* Ignorantia Constitutionis, an excuset quo ad nullitatẽ actus, vel quo ad pœnam Far. *à n. 685. vsque ad n. 710.*

Constitutio publicata a Põtifice nõ ligat absentes si ipsi nesciant.

23. De materia huius q. diffusè Menoch. vbi sup. & Far. *q. 17.*

24. Locus esset hic tractandi de arbitrio Iudicis erga Reum supplicãtem, & de compositione cum eo facienda; In quibus delictis; Quomodò, & quandò, licita sit: Sed quia de his actum est supra, *q. 94. à n. 48.* vsq; in finem, hic non repeto; præterea, ex abundanti, remittendo lectorem ad Far. de hac materia diffusè differentem, *q. 5.* nec non ad Guaz. *defens. 34.*

De supplicatione, & cõpositione Rei, remissiuè.

Carentia doli, an sit causa sufficiens, ad hoc, vt Iudex possit, arbitrando pœnas temperare? Quæstio 135.

1 PRAEMITTO, dolum dici, machinationẽ ad decipiendum alterum adhibitam, Far. *q. 83. n. 1. & 2.* vbi *vsque ad nu. 47.* proponuntur diuersæ doli distinctiones.

Dolus quid?

2. REGVLA sit. Carentia doli est legitima causa, qua stante, in arbitrio Iudicis sit pœnas temperare, seu minuere; regularitèr enim dolus in delictis, requiritur, quo cessante, delicti pœnæ locus non est, *l. 1. C. de sicar.* Corn. Decian. Maran. Mars. & Far. concordantia iura inducens, *q. 87. n. 1.* Sed pœna minuenda est, Anchar. & Dec. *in cap. 2. de Constit.* Bar. Bal. & Farin. alios citans, *n. 71.* Vnde cessante dolo, nõ modo potest, sed omninò debet Iudex pœnam minuere, vt solidè, & diffusè probat Tiraq. concordãtes referens, *de pœn. temper. caus. 14. n. 1.* & sequũtur Deciã. & Far. *n. 2.*

Cessante dolo pœna minui potest.

Immo debet.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt procedat etiam in atrocissimis, Gig. Cæphal. Foller. & Farin. *n. 10. q. 87.*

Etiam in atrocissimis.

4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt licèt in ciuilibus lata culpa regulariter dolo æquiparetur, Bar. & Bal. *in l. quod Nerua, ff. depositi*; secus sit in actionibus descẽdentibus ex delicto, & sic in criminalibus, in quibus dolo lata culpa non æquiparatur, Ias. qui de communi, *in l. in actionibus, nu. 23. ff. de in lit. iuran.* Clar. qui paritèr de communi, cõcordantes inducens, *q. 84. in princ.* Maran. Saly. Tiraq. & Far. *n. 18. q. 87.*

In criminalibus, lata culpa dolo nõ æquiparatur.

5. LIMITATVR hæc Ampliatio; In Custode carceris, in quo lata culpa, in eius officio, dolo æquiparari, probat Far. *q. 87. n. 46.* Sicut etiam in prebente poculum abortionis, seu amatorium, Farin. *q. 87. n. 48.* qui *à nu. 39. vsque 63.* alias limitationes ponit, sed parum

Nisi in Custode carceris, & in dante poculũ abortionis.

Pœna culpæ latæ, leuis, & leuissimæ.

ad rem nostram; Subdens, *à n.* 70. *vsque ad nu.*86. quomodò puniatur culpa lata, leuis, & leuissima; Et isti termini plenius ab eod. Farin. declarãtur, *q.*88. *à n.*48. *vsque ad n.*100.

Regula procedit præsertim, dum agitur de pœna corporali, vel mortis.

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt præsertim verificetur, vbi imponitur pœna corporalis, Bal. Dec. & Ias. *in l. in actionibus, ff. de in lit. iuran.* Clar. Butr. qui testantur de communi, & Far. concordantes cumulans, *n.*20. Et multò magis, dum de pœna agitur mortis, *l. in lege Cornelia,* & ibi gl. Ang. Alber. Bar. & Marſ. *ff. de sicar.* Clar. Cæpol. Villal. qui testantur de communi, & Far. *n.*22. *q.*88.

Vel de pœna infamiæ.

7. AMPLIATVR 4. Regula; Vt idem dicendum sit, quandò agitur de pœna infamiæ, in qua lata culpa non æquiparatur dolo, Ias. qui de communi, Bal. & alij, *in d. l. in actionibus,* Rom. & Clar. qui pariter de communi testantur, *in §. fin. q.*84. *in fin. princ.* Bar. Far. & alij, *q.*88. *nu.*34. Et condemnatus propter culpam, infamis ob talem sententiam non efficitur, Rom. qui de communi. & Clar. verſ. dictum, nec non Far. alios inducens, *n.*34.

Dolus nõ præsumitur, sed probãdus est.

8. AMPLIATVR 5. Regula; Vt dolus in dubio nõ præsumatur, Menoc. *de præsumpt. lib.*5. *præsump.* 3. *n.*14. *& seq.* Alber. Deciã. & Far. cum alijs, *q.*89. *n.*2. Vnde dolus per allegantem est probandus, *tex. expressus, in l. quoties, la* 2. *§. qui dolo, ff. de probat.* Mascar. concordantes citans, *de probat. lib.*1. *concl.*551. *n.* 9. Honded. qui ait, hoc maximè procedere in pœnalibus, & sequitur Fari. cum concordantibus, *q.* 89. *n.*3. Et ad dolum excludendum, omnis interpretatio facienda est, etiam verba impropriando, Menoch. *de præsump. lib.*5. *præsumpt.*3. *n.*30. Aym. & Far. *n.*8.

9. SVBAMPLIATVR Ampliatio 5. Vt sicut dolus non præsumitur, ita nec etiam culpa, quæ ideò probanda est per allegantem, glo. & DD. *in l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* Ang. Bal. Bar. Mascar. Menoch. & Fari. *q.*89. *n.*10. Nisi in ijs, quæ sine culpa committi non solent, vt sunt, incendium, furtum, & similia, in quibus culpa præsumitur, Mascar. Menoch. & Farin. cum alijs, *n.*14. — Quid de lata culpa.

10. Sed nota pro declaratione Ampliationis 5. Quod dolus cum sit latens in animo, difficilisq; probationis, præsumptionibus probatur, ita communiter omnes DD. *in l. dolum, C. de dolo,* Menoch. alios, referens, *de præsump. lib.*1. *q.*58. *n.* 10. Dec. Masc. & Far. cum alijs, *nu.*16. Et duæ præsumptiones sufficiunt, Aym. Dec. & Far. *q.*89. *n.* 23. Dummodò sint perspicuæ, *iuxta d. l. dolum,* & ibi communitèr DD. Quæ autem dicantur perspicuæ præsumptiones variè explicãt DD. sed cum Soc. iun. Marſ. & alijs, relatis a Far. *n.*30. dic, præsumptiones perspicuas esse, manifestissima inditia; Quæ autem talia sint, arbitrio Iudicis remittitur, Corn. Masc. Far. & alij, *n.*25. Et hæ præsumptiones plenè probari debent, Grat. & Farin. *n.*37. Regulariterque, non doli præsumptio, fortior est, quam præsumptio doli, Aym. Brun. à Sole, & Farin. *nu.*40. & faciunt dicta, *hic supra,* — Dolus probatur præsumptionib. perspicuis plenè probatis.

Quid in actibus natura sua malis? *supra, n.* 8. Nisi dolus resultaret ex actu natura sua malo, tunc enim fortior esset doli, quam non doli præsumptio, Aret. & Menoch. *de præsumpt.lib.5.præsump.3.n.123.* E.g. in homicidio, vel dum agitur de persona solita delinquere, Far. *n.*41.

Plures præsumptiones dolum excludentes. 11. AMPLIATVR 6. Regula; Vt plures sint præsumptiones dolum excludentes, & consequenter dantes Iudici facultatem, & arbitrium pœnam minuendi; 1. est, bona qualitas personæ, puta, quod sit bonæ famæ, Menoch. *n.* 28. Præsumptio 2. est, rusticitas, & imperitia, quæ præsumptionem doli excludunt, Menoch. *ibidem*; Et idem dicitur de minori ætate, Menoch. *n.* 29. Et de his Farin. *q.* 89. *nu.*44. *vsque* 53. vbi etiam de muliere; 3. præsumptio excludens dolum, est defectus causæ, vbi enim non est causa delinquendi, dolus non præsumitur, Castren. Foller. Menoch. & Baiar. *q.* 84. *nu.3.* Vnde vbi non est commodum, & lucrum, vel modicum, dolus non præsumitur, Dec. Menoch. & Farin. *n.*57. & multò minus, dum est iactura, Menoch. & Farin. *n.*58. Præsumptio 4. dolum excludens, est actus palam factus, Bar. Butrig. Saly. & alij, *in l. dolum, C. de dolo malo*; 5. præsumptio absentiæ doli est, dum actus fuit in personam beneuolam, vel coniunctam, Menoch. *num.*21. *& seq.* Et 6. præsumptio dolum excludens, est in eo, qui Superioris præcepto paret, Cagn. Mascar. & Farin. cum alijs, *n.69.* Non desunt aliæ præsũptiones in proposito, quas inuenies apud Far. *à n.*44. *vsq.* 73. sed supra tactæ, sunt præcipuæ.

Præsumptiones plures dolum includentes. 12. Non reticendum hic, plures etiam esse doli præsumptiones; 1. est, mala personæ qualitas, putà quia sit solita delinquere, Mascar. Tiraq. & Farin. *q.*89. *nu.*75. 2. est, oriens ex facto in se malo, & prohibito iure naturæ, & Diuino, prout est furtum, homicidium, &c. Menoch. *de recuper. possess. remed* 9. *n.*19. & faciunt, diffusè allata, per Farin. *q.*89. *n.* 77. Secus in prohibitis à iure positiuo, in quibus, dolus non præsumitur, quando ex actu nemo læditur, nec lædi potest, vel leuiter, vt latè probat Menoch. *de præsump. lib.5. præsumpt.* 3. *n.*115. *& seq.* Ias. & Far. *n.* 78. *& seq.* Stante vero læsione, saltem de possibili, præsumitur dolus in eo, qui ius transgreditur positiuum, Menoch. *n.*82. *& seq.* Bar. Mascar. & Farin. *nu.*81. *vsque* 91. etiam in omittendo facere id, quod debet quandò præsertim ratione sui officij tenebatur facere, dum scientèr omittit, Farin. solidè probans, *n.*92. *vsque* 97. Præsumptio 3. doli, est ex præcedente tractatu, sicut etiam ex malo effectu secuto, Masc. Far. & alij, *n.*97. *vsque* 100. Præsumptio 4. doli oritur, dum actus fit cum personis, vel in tempore suspectis, vel prohibitis, Mascar. & Far. cum concordantibus, *nu.*101. *vsque* 103. Præsumptio 5. doli, est ex mendacio, resultante in commodum mendacis, Menoch. *nu.*62. Masc. Dec. Fely. & Far. *q.* 89. *n.*105. seu ex promisso non seruato, Menoch. *n.*63. Præsumptio 6. doli est, ex breuitate temporis,

vt si in momento quis omnia facienda curauerit, vel nimis freq̃uentauerit actus, & festinanter, seu cum insolita diligentia, seu cautelis, Masc. & Far. à n. 115. vsq; 125. Vel clam sine iusta causa, Menoc. Masc. & Far. n. 130. vsq; 139. Præsumptio 7. doli, oritur ex actu facto contra personã odiosam agenti, Bal. in l. data opera, C. qui accus. non poss. Præsertim, dum ex actu agens non acquirit commodum, & alteri nocumẽtum oritur, Menoc. n. 97. Sicut etiam dolus præsumitur in eo, qui aliquod commodum recepturus est, Bar. Corn. Grauet. Rolan. Ruin Soc. Menoc. Plot. & Bai. q. 84. n. 3. de his apud Far. à n. 74. vsque 145. vbi ponit præsumptionem generalem, ex verisimili, & in sequenti remissiuè alia.

Credulitas etiam iniusta, excusat à dolo, & pœna.

13. AMPLIATVR 7. Regula; Vt causa minuendi pœnam sit credulitas delinquentis, opinantis se licitè agere, quæ quamuis leuis, & iniusta excusat à dolo, Tiraq. qui iuribus, & multis DD. authoritatibus hoc comprobat, de pœn. temper. caus. 43. n. 1. & seq. gl. in l. plagij, la 2. vbi Ang. & communitèr DD. C. ad l. Flau. de plagiar. Dec. Gom. Mascar. Clar. Bertaz. qui testantur de communi, Bar. Bal. & Far. alios cumulãs, q. 90. n. 1. Quòd procedit etiam in causa, & credulitate fatua, temeraria, & bestiali, Tiraq. n. 5. Ang. in d. l. plagij, Curt. Iun. & Gabr. qui testantur de communi, Bertaz. Far. cum concordantibus pluribus, n. 3.

14. Et consequentèr credulitas excusat similiter à pœna, Tiraq. n. 5. Bertaz. Menoch. & Far. concordantes referẽs, & testans de verissima. n. 4. Intellige à pœna ordinaria, secus ab extraordinaria mitiori, Tiraq. n. 10. Ang. in d. l. plagij, Dec. Menoc. & Far. cum alijs, q. 90. n. 55. Credulitas verò iusta, sicut est illa, quæ vni vero fide digno præstatur, non modò excusat a dolo, secundùm Bertaz. & Far. concordantes cumulans, n. 109. & seq. verùm etiam à culpa lata, Alberic. Alex. Gabr. lib. 7. concl. 8. n. 30. & Far. nu. 35. Et propterea etiam à pœna doli, & latæ culpę excusabit.

Iusta verò, etiã à culpa.

Quid in temeraria causa

15. Sed animaduerte, quòd, dum iniusta causa est, temeraria non excusat à temeritatis pœna, Ang. Butr. & Saly. in l. plagij, C. ad l. Flau. de plag. & tenet Far. q. 90. n. 56. Temeritas autem, ex lata culpa, fatuitate, & stultitia prouenit, Far. n. 58. qui, nu. 63. ait, illum dici temerarium, qui quamuis sine dolo, iuri resistit, actum a iure prohibitum faciendo, vel sine rationabili causa, præcepta negligendo, c. 1. §. si qu. s. vbi Hostien. Archid. & Io. Andr. de sent. excom. in 6. Alber. & Far. n. 63. An autem iniusta, & leuis causa excuset in ijs, quæ sunt de se mala? est controuersum, vt videre est apud Far. nu. 17. & 18. Qui adhærens affirmatiuæ, probat.

In ijs, quæ sunt de se mala.

Exẽplificatur, in quibus delictis iniusta causa excuset.

16. AMPLIATVR 8. Regula; Iniustam, & leuem causam excusare in homicidio, Farin. q. 90. n. 19. In crimine falsi, n. 21. A periurio, n. 22. cum Clar. & alijs. In crimine læsæ Maiestatis, nu. 25. cum Menoch. Dec. & alijs. In delatione armorum, num. 36. In furto, n. 37. cum Bar. & Boss. In delictis carnis, n. 40. Vnde Honded. conf.

105.

105. *n.* 27. *& seq.* validissimis rationibus defendit, præsertim, *nu.* 43. verius esse, etiam in ijs, quæ de iure naturali prohibita sunt, iniustam causam, seu credulitatem excusare, dummodò causa sit colorata, quamuis leuis, & ita tenet similitèr Mascard. benè, & diffusè, loquens, quos sequitur Boss. & Farin. *n.* 51. Licèt alij contra sentiant, relati à Farin. *n.* 48. *& seq.*

Dum nō cognoscitur iniusta.

17. Obseruandum hic, causam iniustam non excusare eum, qui iniustam esse causam cognouit, & tamen delinquere voluit, Bar. Bald. Ias. & Gabr. *lib.* 7. *concl.* 8. *nu.* 80. Alex. Mascard. & Far. *q.* 90. *n.* 77. Et nisi per allegantem talis causa probetur, Bar. Clar. Dec. Menoc. Far. & alij, *n.* 80. *& seq.* vbi Rotæ Romanæ *decis. citat*; Qui vlterius probare debet, quòd ex illa causa motus fuerit, & crediderit non delinquere, alias dolus præsumeretur, nec causa allegata excusaret, Alex. Blanch. & Clar. *§. fin. q.* 60. *vers. sed hic*, Tiraq. *de pæn. temper. caus.* 43. *n.* 9. vbi concordantes, Bertaz. Gabr. & Far. inducens *d. decisionem, n.* 82. Benè verum est, sufficere semiplenam probationem, Alex. Bertaz. Gabr. Menoc. & Farin. cum concordantibus, *n.* 83. vbi testatur de magis communi; immò talis probatio non requiritur in ijs, quæ de sui natura non sunt notoriè mala, nec prohibita, talia enim, ex causa facta præsumuntur, Boss. *in tit. de decret. Mediolan. n.* 19. & Far. *n.* 14.

Et probatur.

Saltem semiplenè.

Quid in non prohibitis.

Ignorantia, an à dolo, & pœna excuset.

18. AMPLIATVR 9. Reg. Vt ignorantia à dolo excuset, siue sit ignorantia facti, Bar. *in l. dolum, C. de dolo*, & Farin. *q.* 84. siue iuris, Tiraq. *de pæn. temper. caus.* 11. *n.* 3. inducens iura, & DD. gl. Ang. Butrig. & Salyc. *in l. plagij*, *l. 2. C. ad l. Flau. de plag.* Alciat. Plot. qui testatur de communi, & Farin. *q.* 90. *nu.* 91. Quamuis crassa, & supina, Tiraq. *caus.* 43. *n.* 4. Bal. & Far. *in Frag. Crim. lit. I. n.* 161. *&* 166. Quæ *ibidem* describitur; Dum quis, lata culpa, ignorat id, quod communitèr alij suæ conditionis sciunt. Et consequentèr ex hac ignorantia delinquenti pœna minuenda erit, Alciat. *de præsumpt.* 31. *n.* 9. vbi de communi, Boss. Plot. & Far. *q.* 90. *n.* 96. Nec plecti debet pœna ordinaria, Bal. Tiraq. & Far. *num.* 99. Dummodo talis ignorātia coniecturis saltem probetur, Alcia. Boss. & Far. *n.* 105. *& seq.* Et hæc excusatio multò magis militat in rudibus, minoribus &c. vt probat Far. *in Frag. Crim. lib. I. n.* 285. ex Aym. Seraph. & alijs. Non tamen in ignorantia iuris naturalis, Bar. Tiraq. Barin. & alij, *n.* 287. seu Ciuilis notorij, *nu.* 288. ex Menoch. Mascar. & Dec. At nota, ignorantiam iuris non excusare, nisi allegetur, Tusc. & Far. *n.* 299.

* SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 9. Vt ignorantia facti alieni excuset non modo à dolo, sed etiam à præsumptione doli in criminalibus, Bal. Dec. & Far. *n.* 97. Quamuis detur opera rei illicitæ, Bal. Marf. Mascar. & Farin. *n.* 98. Vnde secundùm proximè citatos DD. Percutiens Clericum incedētem in habitu laicali, ignorās eum Clericum esse, pœnam excommunicationis non incurrit. Et cognoscens

ſcens mulierem, quam neſcit eſſe coniugatam, de adulterio puniendus non eſt, Surd. & Farin. *n.* 99.

* SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 9. Vt ad vitandum delictũ, & eius pœnam, vicinus factum vicini ignorare præſumatur, Gabr. Menoch. Ruyn. & Farin. *n.* 199. Quoad vitandam pœnam ordinariam, *n.* 202. Cum ſcientia quoad pœnam extraordinariam præſumatur, Maſc. *de probat. lib.* 1. *concl.* 413. *n.* 19. in terminis, & Farin. *q.* 70. *n.* 189. *& ſeq. & q.* 52. *n.* 127. *& ſeq.*

* SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 7. Vt ignorantia facti adeo faueat ad minuendam, & euitandam pœnam, vt probatio ſcientiæ, ad hoc vt pœna infligatur, debeat eſſe plena, concludens, & certa, non autem præſumpta, vt ſæpè reſoluit Rota teſte Farin. *in Frag. Crim. lit. I. n.* 231. inducens Tuſc. Ruin. & alios. Intellige, dum agitur de pœna corporali, ſecus ſi de alia mitiori, Bal. Far. & alij *n.* 232.

19. AMPLIATVR 10. Regula; Vt conſuetudo loci, ita faciendi, ſit iuſta cauſa minuendi pœnam, conſuetudo enim delinquentem, regularitèr, excuſat, gl. Abb. & Anan. *in c. cum venerabilis, de conſuet.* vbi Anch. ait, quòd qui ſequitur communem errorem, non eſt in dolo; & licèt iniuſta ratione ductus, credat conſuetudinem valere, hæc tamen iniuſta credulitas liberat à pœna; Hanc Ampliationem ſecuti ſunt Tiraq. *de pœn. temper. cau.* 42. *n.* 1. *& ſeq.* vbi iura, & DD. inducit, Bertaz. qui de vera, & communi opinione, Menoch. & Farin. ad ſaturitatem concordantes inducens, *q.* 95. *n.* 1. qui, *n.* 2. refert contrarium tenentes in ijs, quæ de ſe mala ſunt; Et è contra, quod conſuetudo actum de ſui natura illicitum, & punibilem, faciat licitum, & impunibilem, tenent Iaſ. & Rom. *in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi cer. pet.* Tiraq. *n.* 8. Bertaz. Bart. & Farin. cum concordantibus, *n.* 3.

Conſuetudo loci, excuſat delinquētem, at minuatur pœna.

20. Infertur 1. ex Ampliatione 10. Conſuetudinem excuſare Iudicem, iudicantem contra legem, Tiraq. *n.* 10. Iaſ. *in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* Bar. Blanch. Marſil. & Far. *n.* 9.

Tres illationes.

21. Infertur 2. ex Ampliatione 10. Conſuetudinem excuſare Notarium, ſeu alium Scribam à pœna falſi, Tiraq. *de pœn. temper. cau.* 42. *n.* 11. vbi concordantes, Iaſ. *in d. §. ſi nummos*, Innoc. & communitèr omnes, *in cap.* 2. *de fid. inſtrum.* Bart. Bald. Ang. Dec. cum tot alijs, quos ſequitur Far. *q.* 95. *n.* 11. Dummodò falſitas non ſit talis, quæ præiudicium afferat, Bald. & Rom. Secus ſi afferret præiudiciũ, e.g. dum falſitas eſſet circa præſentiam, quæ eſſet de ſubſtantia inſtrumenti, Gabr. Bertaz. & Farin. hos, & præcitatos, ſequens, *n.* 8.

22. Infertur 3. ex Ampliatione 10. Conſuetudinem excuſare ſigillantem ſcripturas alieno ſigillo, quamuis dominus ſigilli ſit abſens, & ignorans, & ſigillans non ſit deputatus ad ſigillandum illas, Butr. Felyn. Hoſtien. & Innoc. *in d. c.* 2. Alex. Iaſ. & Farin. cum alijs, *n.* 14. Sicut etiam Notarium, qui rogat acta tanquam facta coram Iudice,

puta

puta comparitiones, & protestationes litigantium, cum reuera Iudex fuerit absens, Plot. Conrad. Bolognet. & Far. *n.* 16.

Consuetudo excusat à dolo, à culpa, & à pœna. 23. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 10. Vt consuetudo excuset non modo à dolo, Anan. Anchar. Plot. & Far. *q.* 95. *n.* 28. sed etiam à culpa, Tiraq. *nu.* 9. *&* 10. Bart. Blanch. Ias. Marsil. & Farin. *n.* 29. Et à pœna, non modò ordinaria, verùm etiam extraordinaria, Bertaz. Marsil. Plot. Rolan. & Farin. *n.* 31. Dummodò probetur cursus decem annorum, a tempore primi actus, Farin. qui de magis communi, *n.* 33.

Quid in pœna periurij, & transgressionis præceptorum Regulæ? 24. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 10. Vt consuetudo excuset etiam à pœna periurij Tiraqu. *de pœn. temper. cau.* 42. *n.* 2. Gram. Ias. Petra San. Rolan. Rom. & Farin. *q.* 95. *nu.* 20. Qui, *n.* 21. cum Matthes. vult, consuetudinem etiam excusare Monacos, & Religiosos non obedientes præceptis, & Regulis eorum Religionis, & quod pœna non sint temporali plectendi; Quod vltimum pro nunc non assero.

An in his quæ sunt iuris positiui, naturalis, vel Diuini cō suetudo delinquētem excuset? 25. LIMITATVR 1. Ampliatio 10. Vt consuetudo excuset delinquentem in ijs, quæ sunt de iure positiuo, Abb. & Barbat. *in c. cum venerabilis, de consuet.* Præpos. *in c. denique, distinct.* 4. Secus in prohibitis a iure naturali, *c. fin.* vbi not. omnes de consuet. Tiraq. *de pœn. temper. cau.* 47. *n.* 15. Peguer. & Farin. *q.* 95. *nu.* 36. Et multò minus consuetudo excusat in prohibitis à iure Diuino, Præpos. vbi supra, Tiraq. *cau.* 42. *n.* 15. Gabr. Peregr. & Farin. *num.* 37.

Quid in foro conscientiæ, & in foro fori? 26. Intellige, vt in ijs, quæ sunt contra ius naturale, & Diuinum consuetudo à pœna peccati, & alterius vitæ non excuset, & sic in foro conscientiæ, in quibus terminis loquuntur Butr. & Abb. *in d. c. cum venerabilis*, Tiraq. *de pœn. temper. cau.* 42. *n.* 2. 4. *&* 5. Marsil. Farin. & alij, *q.* 95. *n.* 42. Quòd enim etiam in ijs, quæ contraria sunt naturali, & Diuino iuri, consuetudo, in foro fori, à pœna temporali excuset, voluerunt, Aym. & Rolan. relati à Farin. *n.* 38. Et faciunt tradita ab eodem Farin. *q.* 20. *n.* 45. & quæ dicta sunt supra, *in hac q. n.* 16.

Quid in consuetudine reprobata? 27. LIMITATVR 2. Ampliatio 10. Vt consuetudo à Principe reprobata, vel à l. non excuset, Tiraq. expressè, *n.* 15. Fely. & Gabr. *lib.* 7. *concl.* 8. *n.* 30. Abb. Bal. & Farin. *q.* 20. *n.* 43. Et consuetudo à l. reprobata, non modo in præteritum, sed etiam in futurum reprobata censetur, Alex. Ias. Imol. quos refert, & sequitur Peguer. *decis. crim.* 34. *nu.* 9. Licèt Anan. Anchar. & Dec. à Farin. relati, *n.* 44. teneant, consuetudinem etiam reprobatam excusare.

Iniusta causa excusat cū lex dolū requirit. 28. AMPLIATVR 11. Regula; Vt tunc magis quælibet iniusta causa excuset, cum ius in delicto dolū requirit, Ang. Odofr. & Bald. *in l. plagij, la* 2. *C. ad l. Flau. de plagiar.* Tiraq. Clar. qui testatur, omnes ita tenere, & Far. *q.* 90. *n.* 42.

Iusta credulitas excusat omnino. 29. AMPLIATVR 12. Regula; Vt multò magis excuset causa iusta, seu iusta credulitas à dolo, à culpa, & à pœna secundùm omnes, vt testantur Bald. *in d. l. plagij*, vbi Alberic.

beric. & Ang. quos refert, & sequitur Clar. *q. 60. vers. generaliter*, & etiam Bertaz. Farin. & alij, *n. 44. & seq.* quæ autem sit iusta, vel iniusta causa excusans, vel ne, Iudicis arbitrio remittitur, Alex. & Far. *n. 47. q. 90.*

Limitationes Regulæ remissiuè.

30. Subnectendæ hic essent propositæ Regulæ limitationes, sed sufficiet in hoc loco eas tantummodo remissiuè indicare; Nempè omnes limitationes cum earum declarationibus, quas lector inueniet *supra, q. 134. à n. 9. vsq. ad n. 22.*

31. Plura, & diffusè de materia huius q. Far. *q. 87. vsque ad q. 90.*

An senes, & minores delinquentes, arbitrio Iudicis mitius puniendi sint? Quæstio 136.

Senex quis dicatur?

1 PRAEMITTO 1. Illum de iure, secũdùm receptiorem sentẽtiam, dici senem, qui annum quinquagesimum expleuit, ita Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. cent. 1. casu 59. nu. 1.* vbi inducit, ita tenentes, Afflict. Anan. Gramm. Io. Andr. & quamplura iura, sic determinantia: Subdens, *n. 3.* quòd in ijs, in quibus nulla iuris clara dispositio extat, quandò quis secundùm diuersas subiectas materias senex dicatur, Iudicis arbitrio relinquitur.

Minor, pubes, impubes, puer infans, quis dicatur?

2. Præmitto 2. Illum minorem dici, qui non dum est annorum 25. Puberem masculum illum dici, qui est annorum 14. fœminam verò, quæ est annorum 12. Impuberem masculum à 7. vsque ad 14. fœminam vsq; ad 12. Pueritia verò consequenter durat à septennio vsque ad puberbatem; Infantia verò durat vsq; ad septennium expletum, prout omnia ista probat Farin. *q. 92. à n. 1. vsque ad n. 21.* Aetas pluribus modis probari potest, & præsertim benè probatur ex libro Plebani, seu Curati non obstãte quod hic liber sit scriptura priuata; Mascar. qui alios refert, & testatur de communi, de probat, *lib. 2. concl. 672. n. 1. & seq.* Et Farin. *in Fragm. Crim. lit. A. nu. 141. & 142.* post Bal. Menoch. & tot alios.

Aetates, præfatæ quomodo probentur.

Senex mitius puniatur.

3. REGVLA 1. sit; Senes delinquentes mitius puniuntur, glos. *in l. quid ergo, §. grauior*, & ibi, Bar. Bald. Alber. Ang. & Castren. *ff. de his, qui not. infam.* Tiraq. *de pœnis temper. cau. 8. n. 1. & seq.* Menoch. Bertaz. & Far. cum concordantibus, *n. 23.* qui, *n. 25.* testatur de communi, & verissima opinione; Et præsertim hoc procedit in pœnis corporalibus, Bald. Dec. Farin. & alij, *n. 26. per l. 2. ff. de term. moto.*

Præsertim corporaliter.

An in homicidio?

4. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt senilis ætas faciat minuere pœnam, etiàm in crimine homicidij, vt tenuerunt Carer. *in praxi in 3. tract. de homicid. §. circa 4. n. 13.* & Nouel. *in tractatu ad defen. p. 1. n. 4.* Licèt contra Plac. *in Epit. delict. c. 32. n. 14.* Et generaliter, quòd, in capitalibus, senes mitius non puniantur, voluerunt Alber. & Gom. locis relatis à Farin. *n. 32. q. 92.*

An intelligatur de senib. nõ decrepitis?

5. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt non modò procedat in senibus in decrepita ætate, de quibus loquuntur, Alber. Bal. & plures alij, relati à Farin. *q. 92. n. 30.* Sed etiam in non decrepitis Farin. *n. 31.* dementè Aret. & Nouel. At è contra, quòd Ampliatio procedat tan-

tùm in decrepitis, sensu, & intellectu diminutis, qui incipiunt repuerascere, tenuit Tiraq. *de pœn. temper. cau. 9. n. 4. & seq.* Bald. Gom. Ias. & alij, relati à Far. *n.* 35.

Quid in pœna pecuniaria? 6. LIMITATVR Regula 1. Vt nō procedat in pœnis pecuniarijs, in quibus senes mitius non puniuntur, Gomez, Plac. & Far. *n.* 38.

Minor mitius punitur. 7. REGVLA 2. sit. Minores 25. annorum mitius puniuntur, *l. fere in omnibus*, & ibi Dec. *ff. de reg. iur.* gl. *in c.* 1. & ibi Anchar. Innoc. & & alij, *de delic. puer.* Tiraq. diffusè concordātes inducens *de pœn. temper. cau. 7. n. 1. & seq.* Clar. & Plac. qui testantur de communi, Menoc. Bertaz. & Far. *n.* 41. *q.* 92.

In delictis in omittēdo. 8. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt multò magis procedat in delictis in omittendo, Tiraq. *cau. 44. n.* 45. Plac. qui testatur de magis communi, Aret. Bald. Farin. & alij, *n.* 70. *q.* 92.

In delict. carnis. 9. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt mitius puniantur minores 25. annorum in delictis carnis, etiam in atroci crimine adulterij, sicut pluribus comprobat, Oddo *de restit. in integ. p. 2. q. 80. n. 1. & seq.* Franc. Galdas, & Far. qui testatur de veriori, *q.* 92. *n.* 77. Nec non similitèr in atrocissimo sodomiæ delicto, Soc. quem refert, & sequitur Hippol. Rimin. *consil. crim. diuers.* 135. Iosep. Ludou. Menoc. Rolan. & Farin. qui de communi, *n.* 85. (Quid in nefando?)

10. Sed contra in hoc nefando tenent Bombin. & Gram. relati à Farin. *n.* 86. vbi ait, quod cùm hac contraria opinione cōcordat Constit. Marchiæ, *lib. 4. c.* 69. quæ non vult in hoc vitio pœnam minui

annorum 18. maiori.

In raptu. 11. At prosequendo Ampliationem; quod etiam in crimine raptus minor annorum 18. excusetur à pœna ordinaria tenuerunt Alber. Cuman. Rolan. Farin. & alij, *q.* 92. *n.* 87. Item minor 25. annorum mitius punitur in incestu, Cagnol. & Dec. *l. fere in omnibus, ff. de reg. iur.* Bermon. Menoch. & Farin. *n.* 89. *& seq.* Dummodò coitus tantùm prohibitus sit iure Ciuili, cuius ignorantia excusat minorem, secus si prohibitus sit iure naturæ, Abb. Farin. & alij, *n.* 91. (In incestu.)

In alijs atrocibus, seu atrocissimis. 12. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt pœna minoribus minuatur etiā in alijs atrocibus, Aret. Clar. Gandin. & Far. qui de communi, *q.* 92. *n.* 103. Immò etiam in atrocissimis, secundùm magis piam opinionem, de qua Farin. *n.* 106. & 108. Puta in crimine homicidij, Ang. quem refert, & sequitur Aret. *in l. & si seuerior*, & ibi Bald. *C. ex quibus causis infam. irrog.* Bar. Bertaz. Menoc. & Far. *n.* 113. vbi de communi; Idem dic in furto, Caccial. Fulgos. & Far. *n.* 124. Quamuis furtum patratum fuerit in Ecclesia, Farin. *n.* 126. Similitèr mitius de periurio punitur minor, Farin. *n.* 129. Sicut etiam de falso, *n.* 133. & de calumnia, *n.* 135. Et in seq. idem dicit Farin. in abortu, in delictis geminatis, &c. (In homicidio. In furto. In periurio.)

In culposo delicto. 13. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt multò magis procedat in delictis culpa commissis, in quibus minori pœnā minui, tenuerunt Aret. & Faber. *in §. in summa, Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun.* Angar. Marian. & Far. *q.* 92. *n.* 96. & hec,

quamuis culpa esset lata, Alber. Cyn. Oddo, & Farin. n. 99. & delicta essent atrocia, puta, homicidium, glo. in c. 2. & ibi Butr. Hostien. & Marian. de delic. puer. Alber. Oddo, & Far. n. 101.

An teneatur Iudex minori pœnã minuere?

14. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt Iudex non solum possit, sed etiã teneatur minori pœnam minuere, Oddo, qui, alijs relatis, testatur de communi, de restit. in integ. q. 80. n. 93. Ang. Bertaz. Decian. Gom. & alij, quos sequitur Farin. q. 92. n. 163. qui, n. 165. testatur de magis communi, et ab ea in iudicando, ait, non recedendum, sed quòd in atrocissimis Princeps consulendus sit; Non desunt tamen relati à Farin. n. 164. qui velint, Iudicem posse, sed non teneri, etc.

Quid in impubere, & infante?

15. Quid autem dicendum sit in impuberibus in delictis carnis, vide Farin. q. 92. n. 79. & seq. Præsertim, dum emittunt semen, n. 93. Quid verò dicendum sit in infantibus nefandè peccantibus, idem Farin. agit, n. 80. & seq. Quid in infantis homicidio, n. 115. In furto, n. 127. In delicto culpa patrato, n. 96. Et in delicto in omittẽdo, n. 72.

An minori corporalis pœna minuatur?

16. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt, secundùm DD. relatos á Far. n. 167. q. 92. minori pœna non sit mitiganda corporalis; licèt alij contra relati, n. 168. Et ideo, vt vult idem Farin. n. 171. obseruanda videtur praxis Vrbis Romæ, vbi puberes, scilicèt maiores 14. annorum, licèt minores 25. si delicti grauitas hoc patiatur, fustigantur, & etiam ad triremes damnantur, nisi essent adeo imberbes, vt à trasmissione ad triremes videatur abstinendum, propter periculum peccati, quod ibi contingere posset; Et nobiliores, non ad remigandum, sed ad alia ministeria deputantur. Quid autem dicendum sit in impuberibus circa praxim Romanam, vide Farin. d. num. 171.

Minori pœna in totũ non remittitur.

17. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt minoribus pœna minuatur, non autem in totum remittatur, l. 1. & ibi Odofr. & omnes alij DD. C. si aduersus delic. Placa, Menoch. & Far. n. 172.

Nec minuitur, dum lex ita mandat.

18. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt minor in delictis puniatur pœna ordinaria, quandò Constitutio aliqua, vel Statutum ita mandat, Soc. quem sequitur Boss. in tit. de confessis, n. 66. & Farin. q. 92. n. 182. Vnde minores 25. annorum, dummodò annum 20. attigerint, in crimine homicidij, & in alijs delictis, in quibus capitalis, vel sanguinis pœna infligitur, vel alia grauior, arbitrio Iudicis, pro maioribus reputantur, & puniuntur, ex Bulla Iulij II. in ordine 11. confirmata à Pio IV. Constit. 68. repetita in Constit. March. lib. 5. c. 15. & nor. Farin. n. 184. immo in alia Pij IV. Constit. 128. statuitur, vt in homicidijs, minor ætas 20. annorum, non prosit, si homicida maior sit annorum 14. Farin. n. 185. testatur de obseruantia in Vrbe, Vlterius Sixtus V. in Bulla 6. statuit, quod tam in homicidio, quam in alijs delictis, ibi ab eo enumeratis, maior annorum 14. non excusetur; sed animaduertit Far. n. 189. quod saltem aliquæ ex prædictis Bullis, loqui videntur in minoribus bannitis,

Vt in homicidio, & in alia pœna capitali, cõtra minorem, qui attigit 20 annum.

tis, & in contumaciam condemnatis; & præterea, *n.* 190. addit, quod, dictæ Bullæ, factæ ad terrorem videntur, & ideò, quod manus Iudicis ligatæ non sint, ne minoribus pœnas minuere possint, et cum Odd. et Honded. asserit, Iudicem, dictas pœnas, minuentem, non peccare; sed quod tutius, Principem consulendo, se geret, eidem persuadendo, vt ad benignitatem inclinet.

Sed hoc ad terrorem.

19. Plura apud Far. de hac materia, *q.* 92.

De causis, ex quibus Iudex potest pœnas temperare delinquenti, mentis non compoti, Quæstio 137.

Ebrius mitius punitur.

1 REGVLA 1. sit. Ebrius mitius punitur Iudicis arbitrio, Menoch. *de arbitr, q. lib.* 2. *cas.* 326. *n.* 4. Rom. Plac. Farin. et alij, *q.* 93 *n.* 14. quantumuis atrox delictum committat, Tiraq. latissimè probans, *de pœn. temper. cau.* 6. *n.* 1. *& seq.* Clar. Claud. et Soar. qui testantur de communi, Bald. Ang. et Far. concordantes inducens, *nu.* 1. Et non ob delictum, sed ob culpā, quam commisit, se inebriando, Couar. iura, et DD. inducens, *in* 3. *p. relec. in initio*, *nu.* 4. Rom. Plac. et Farin. *n.* 4. Et consequentèr pœna non erit corporalis, sed leuis, et pecuniaria, Rom. Vital. et Farin. *n.* 15. licèt alij ab eodem relati, *n.* 16. contra sentiant.

Quando. q; nullo modo.

2. AMPLIATVR Regula 1. Vt ne dum mitius, sed nullatenus puniatur ebrius, qui, sine culpa sua, se inebriauit, puta non cognoscendo vini potentiam, vel dum fuit deceptus ab amicis, qui in vino, e. g. misturam posuerunt, Clar. *§ fin. q.* 60. *vers. præterea quæro*, Blanc. Couar. Plac. Far. et alij, *q.* 93. *n.* 12.

Quid in non totalitèr ebrio?

3. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt procedat in ebrio, totalitèr à mente alienato, aliàs secus, Bald. quem sequitur Rip. alios inducens, *in l. fin. nu.* 39. *C. de reuocan. possess.* Tiraq. *cau.* 6. *n.* 11. *&* 12. Ang. Menoc. et Far. cum alijs, *q.* 93. *n.* 18. qui, *n.* 19. cum Tiraq. verius credit, quod leuitèr ebrius, aliquantulùm mitius sit puniendus.

Vel dum est solitus inebriari, & percutere?

4. LIMITATVR 2. Reg. 1. Vt ebrius mitius non puniatur, quādò solitus est inebriari, et alios in ebrietate percutere, Ang. Carer. Couar. Blan. Marian. Far. et alij, *q.* 53. *n.* 20. Sicut nec ille, qui affectatè se inebriauit, vt delinquendo excusaretur, Tiraq. *n.* 10. Menoc. *cas.* 376. *n.* 8. *et* 9. Cou. Plac. Far. et alij, *n.* 21.

Vel affectatè se inebriat?

Seu ratificans delictum?

5. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt non puniatur mitius ebrius, qui post ebrietatem ratificat delictum de eo se gloriando, Rip. quem sequitur Menoc. *cas.* 326. *n.* 10. Hercul. et Far. *n.* 22. *q.* 93.

Ebrietas probanda signis.

6. LIMITATVR 4. Reg. 1. Vt ebrietas non præsumatur, vnde per allegantem probanda est, Menoc. *n.* 11. Masc. Rip. Far. et alij, *q.* 93. *nu.* 23. sed cum ebrietas sit difficilis probationis, signis, et coniecturis probatur, puta ex vultu rubeo, ex loquela, ex actibus indecentibus, ex nimio potu, ex euomitione, et similib. aliàs testes de ebrietate deponentes sinè cōcludentib. signis, nihil probarent, Far. *n.* 26.

7. REGVLA 2. sit. Furiosus, in furore delinquens, à pœna excusatur, Tiraq. *de pœn. temper. cau.* 2. *n.* 1.

Furiosus nō punitur. *n.1. & seq.* apud quem concordantes, Clar. *q.60. vers. item quæro*, vbi de magis communi, Menoch. Ang. & Farin. alios inducens, *q.94 n.1.*

8. AMPLIATVR 1. Regula 2. Nec alius, qui est extra mentem. Vt procedat etiam in quocumque alio, qui tempore delicti sit extra mentem, vt in insano, demente, frenetico, &c. Plac. & Far. concordantes citans, *n.2.*

9. AMPLIATVR 2. Regula 2. Quid in habente dilucida interualla? Vt licèt furiosus, habens dilucida interualla, si deliquerit tempore sanæ mentis, non excusetur, *l. Diuus Marcus, ff. de offic. Præs.* Menoch. *cas.325. n.11.* Plac. qui testatur de communi, Gom. Far. & alij, *q.94. n.6.* Tamèn si constet deliquisse tēpore furoris, excusatur, glos. Imol. & Zabar. *in Clem.1. vers. furiosus, de homic.* Menoch. *cas.325. n.11.* Ang. Bertaz. & Far. *n.7.* Et in dubio ad excusandum delictum, & pœnam, potius præsumitur deliquisse tempore furoris, quam tempore sanæ mentis, Anchar. & Zabar. *in d. Clem.1.* Gom. concordantes inducens, & testans de communi, *var. resol. to.3. c.1. rubr. de delic. nu.71.* Soarez. qui paritèr de communi, Dec. Menoch. Mascar. Farin. & alij, *n.8.* & fuit doctrina Ang. *in l. furiosum, in fin. C. qui testam. fac. poss.* Iudicisque arbitrio iudicare remittitur ex qualitatibus, & circumstātijs, an delictum, sit commissum, vel ne, tēpore furoris? Ang. Dec. Ias. & Rom. *in d. l. furiosum*, vbi etiā Bald. & tenuerunt Bart. Mascard. Menoch. & Farin. *n.11.* Quid autem dicendum sit, dum quis, patrato delicto, sit furiosus? vide Farin. *à n.13. vsque 25.*

10. AMPLIATVR 3. Regula 2. In dormiente? Vt cum dormiens æquipararetur furioso, *Clem.1.* & ibi omnes DD. *de homic.* si dormiens delinquat non sit puniendus, Anchar. Imol. Zabar. & alij, *in d. Clem.1.* Bart. Clar. Tiraq. & Farin. concordantes citans, & testans de communi, *q.98. nu.63.* Nisi dormienti culpa imputari posset, vt quia esset solitus dormiendo delinquere, & non fecisset diligentiam, vt solus, sine armis, & ianuis clausis dormiret, Didac. Plac. & Clar. *q.60. vers. quæro etiam*, vbi de communi; Tunc enim talis puniretur Iudicis arbitrio extra ordinem, Bar. & Far. cum concordantibus, *n.63.*

11. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt mitius sit puniendus ille, qui amoris impetu deliquit, cum videatur fecisse quasi furiosus, & demens, Cassan. Odofr. & Far. *q.98. n.80.* vbi de communi, Clar. *vers. est, & amor*, Menoch. *de arbitr. q. lib.2. cas.328. n.1.* Exemplificatur, & probatur à Farin. in osculante in via publica amasiam, *n.84.* In crimine raptus, Farin. *n.87.* In sortilegijs, *n.81.* In crimine hæresis, *n.83.* In crimine libelli famosi, *n.88.* Intellige, vt amor excuset excæcatos ab eo, & sine deliberatione delinquētes; secus si amoris prætextu quis deliberatè delinquat, Simanch. quem sequitur Far. *nu.91.* Qui tamen, *n.92.* credit, verius esse in vtroque casu, amore captis, in aliqua parte indulgēdum esse, sed mitius in primo esse casu agendum. In delinquente amoris impetu? Exemplificatur.

12. AMPLIATVR 5. Regula 2. In muto, & surdo. Vt cum mutus, & surdus, sensum non habens furioso æquiparetur, Bart.

Bart. Bald. & alij communitèr, *in l. mutum, ff. de acquir. hæred.* Minimè pro delicto puniri possit, Gom. Plac. & Farin. *q.98.n.159.* Nisi intellectum habeat, & sic habilis sit ad delinquendum, qui consequentèr pœnæ capax erit, Alex. Iaf. & Rom. *in l. 1. ff. de verb. oblig.* Non tamen ex eius confessione signis facta condemnari posset, nisi testibus conuincatur, Bald. quem sequitur Rom. vbi supra Chart. & Plac. & Far. *nu.162.* Vel sciens scribere, si suũ in scriptis fateretur delictum, Chart. & Farin. *n.163.*

In iracũdia ex iusta causa. 13. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt cum ira sit breuis furor, iusta causa arbitrandi, & minuendi pœnam sit iracundia proueniens ex iusta causa, Fely. *in c. sicut, de iureiur.* Clar. *§. fin. q.60. vers. est etiam,* vbi testatur de communi, & est de mente Farin. & plurimorum ab eo citatorum, *q.91. n.1.4. & 38.*

In iusto dolore. 14. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 6. Vt idem dicendum sit de iusto dolore, Tiraq. *cau.1. per tot.* pluribus comprobans, Clar. *q.60. vers. sed hic quæro,* & diffusè Farin. *q.91. n.5. & seq.*

In prouocato offẽdente. 15. SVBAMPLIATVR 2. consequentèr Ampliatio 6. Vt verbis, aut facto prouocatus, si prouocantem offendat, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, mitius puniatur, Clar. *vers. nunc quæro,* Tiraq. *nu.3.5. & seq.* vbi solidè probat, & Far. qui de communi, & ab omnibus recepta opinione testatur, & concordantes inducit, *q.91. nu.7.* Immo etiam idem dicendum est, si iusta ira aliundè, quam ab offenso proueniret, Rom. quem sequitur Fely. *in c. dilecti filij, de excep.* Tiraq. *n.10.* Marsil. & Far. *n.16.*

16. SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 6. Vt in crimine paritèr iniuriarum, iracundia in parte excusset, Boss. *tit. de iniur. nu.22.* Clar. Dec. Rom. & Far. *n.33.* vbi concordantes; Dum tamen Reus pœnituit, aliàs secus, Ang. Saly. & Far. cum alijs, *n.36.* In ira in crimine iniuriarum.

17. LIMITATVR Ampliatio 6. Vt procedat in ira magna, quæ iratum à mente totalitèr alienat, quo casu delinquens mitius punitur; Secus in ira parua aliqualitèr concitans, Dec. *in l. quicquid, ff. de reg. iur.* Abb. Bertaz. Carer. Far. & alij, *q.91. n.40.* Et prædicta ira magna, & à mente in totum alienans, non præsumitur, vnde probari debet, vel saltem, quòd oblata fuerit tantæ iræ occasio, Claud. & Far. *n.43.* In ira magna, seu in parua. Magna debet probari.

18. LIMITATVR modo Regula 2. Vt furor non præsumatur, ideòq; per allegantem probandus sit, Mascar. Menoch. Bald. Dec. & de communi testantur, Gom. & Far. *q.91. n.48.* Probatur tamen signis, & coniecturis, Bal. Alex. Dec. & Iaf. *in d. l. furiosum,* Masc. Menoch. & Far. *n.50.* si tamẽ fuerit probatum, quem aliquo tempore fuisse furiosum, & in futurum etiã præsumitur furiosus, Menoc. *de præsumpt. li.2. præsum.45. nu.59. & seq.* vbi testatur de vera, & receptiori opinione, Alex. & Dec. *in d. l. furiosum,* Ang. Bar. & de communi testantur, Gom. Plac. quos sequitur Far. *n.52.* Dum furor fuit continuus, & successiuus per aliquot menses, secus si momẽtaneus, Furor est probandus, saltẽ signis. Quando præsumatur.

Bal.

Bal. quē sequitur Alex. *in d. l. furiosum*; Et furor momentaneus, secundùm Ias. *ibidem*, dicitur, quandò non durat vna, vel duabus horis, vno, vel duobus diebus, & hanc distinctionē secuti sunt, Dec. Plac. Masc. Farin. & alij, *n.* 53. Et dum actus fuit gestus breui tēpore post furorem, si enim ex interuallo, non præsumeretur, quod duraret furor, Menoch. *de præsump. lib. 6. præsump.* 55 *n.* 69. Bal. & alij, *in d. l. furiosum*, Mascard. Plach. & Farin. cum concordātibus, *n.* 54. Et quandò nō apparet post furorem, quem sanæ fuisse mentis, alias si appareret, & non per momentum, præsumeretur pro vltimo actu, Alex. et Dec. *in d. l. furiosum*, Mascar. Marian. et Far. *n.* 55.

19. Diffusè de materia huius q. Far. *q.* 93. & 94.

An mandatum Principis, seu alterius Superioris, excuset delinquentem à pœna? Quæstio 138.

1 REGVLA fit. Principi iniusta præcipienti, obediendum non est, et obediens non excusatur, *l. meminerint*, cum ibi not. per DD. *C. vnde vi*, Ang. Bar. Bal. Fely. Rom. quos refert, et sequitur Mars. *in l.* 1. *n.* 121. *C. ad l. Corn. de sicar.* Gom. Plac. et Farin. *q.* 97. *n.* 3. qui testatur de communi, cum declarationibus, de quibus, hic proximè. Hæc Regula potissimum procedit in prohibitis à iure Diuino, S. Tho. quem sequitur Nauar. *in rubr. de iudic. §.* 13. *n.* 59. Graff. et Far. *n.* 5. Et similitèr in prohibitis iure naturali, Archid. et Bellā. *in c. rescripta*, 25. *q.* 2. Bal. Gram. et Far. *n.* 6.

Obediēs Principi, iniusta præcipiēti punitur.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt Iudex, seu Officialis iniusto mandato Principis obediendo, non excusetur; Vnde si iniustè suspendere faciat, vel plus debito castiget, vt Principi pareat, à pœna non excusatur, Ang. Bar. Bal. Fely. Rom. & Mars. *in l.* 8. *n.* 21. *ff. de sicar.* Boss. Carer. Gig. Viu. & Far. *q.* 97. *n.* 28. alios concordantes inducens, & testans de magis communi: Et quamuis plurimi, & graues DD. à Farin. relati, *nu.* 30. contra sentiant, tamen ipse, *n.* 31. concludit recedendum non esse ab hac veriori, & incōuincibili Ampliatione, quæ magis firmatur ex seq. Ampliationibus.

Vt Iudex iniustè castigans.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt puniatur Iudex torquēdo aliquem, de Principis mandato sine inditijs, vel alitèr indebitè, Viu. *opinione* 638. *n.* 8. vbi testatur de communi, veriori, & tutiori sententia, tam in foro fori, quam in foro cōscientiæ, Gram. Rolan. & Farin. *q.* 97. *n.* 32. & iterum concordantes inducens, *q.* 37. *n.* 74. & 78. & probatum est *sup. q.* 100. *n.* 13. Et hæc, & præcedens Ampliatio, præsertim procedit, quandò in rescripto non dicit Princeps, quod eius mandatum exequatur sine causæ cognitione; Nam regularitèr rescriptū Principis intelligi debet, vt fiat, quod præcipitur, causa cognita, & seruatis seruandis, Bal. *in c.* 2. *de rescrip.* Mars. cum concordantibus, & Far. *q.* 97. *n.* 43.

Torquēs.

4. Declarantur duæ propositæ Ampliationes; Vt dum Iudex videt

Prin-

Quomodo gerere se debeat Iudex in casib. propositis?

Principis mandatum iniustum esse, præcipuè, si contineat pœnam corporalem non debeat exequi; Sed consulere, rescribere, aliamque iussionem expectare, Carer. quem sequitur Viu. opinione, 638. *n.* 1. qui testatur de communi, Dec. qui ait, quòd in hoc casu Iudex, non modò potest, sed, etiam debet supersedere, & Principi rescribere, Fely. & alij, quos sequitur Farin. *q.* 97. *nu.* 33. Et hoc quamuis Princeps dicat; Districtè præcipiendo mandamus, Abb. & Bal. quos sequitur Dec. *in c. si quando, n.* 11. *de rescrip.* Et licèt etiam in rescripto adesset clausula; Ex certa scientia, Dec. *n.* 12. & Farin. *n.* 39. Et hæc locum etiam habent in Præcepto Papæ mandantis exequi sub pœna excommunicationis, Abb. quem sequitur Maran. *disp.* 1. *n.* 19. Anchar. quem refert, & sequitur Fely. *in c. si quando*, vbi etiam Zabar. *de rescrip.*

5. Et dato, quod Princeps iniustum mandatum reiteraret, officio potius renuntiare deberet Iudex, quā iniustum exequi præceptum, Boss. Fely. Mars. Viu. Far. & alij, *q.* 97. *n.* 35. Imol. Riccar. S. Tho. Syluest. & Chart. *de execut. sent. c. fin. n.* 366. 373. *&* 375. vbi testatur de communi; Et addit, quòd, in foro conscientiæ, neque per hoc Iudex est tutus, quia ex hac renunciatione, mediante alio Iudice, de facili sequetur mors innocentis; & ideò ait, quòd Iudex in officio permanere debet, & iniusta non exequi, citans, Caiet. Couar. et Sot.

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt quandò timetur scandalum vniuersale in executione, Principis præceptum Iudex exequi non debeat, Abb. et Innoc. quos refert, et sequitur Fely. *in c. quæ in Ecclesiarum, n.* 64. *de Constit.* Graf. Dec. Zabar. et Far. *q.* 97. *n.* 36.

Principi nō parēdum, dū timetur scandalū.

7. LIMITATVR 1. Regula; Vt nō procedat in præcepto Principis contra ius positiuū scriptum, vel consuetudinarium, cui obediēs, dum nullum, vel modicum alteri sit præiudicium, à delicto excusatur, Bal. *in c. cum adeò, n.* 11. *de rescrip.* Archid. Bellam. et Far. *q.* 97. *n.* 7. Secus dum agitur de graui præiudicio tertij, secūdùm omnes proximè præcitatos DD. quos sequitur Far. *n.* 8.

Quid in præcepto Principis cōtra ius positiuū?

8. LIMITATVR 2. Regula; Vt in leuioribus, Principi iniusta præcipienti obediens, in totum excusetur; in atrocioribus verò excusetur ab ordinaria, non ab extraordinaria pœna, Iudicis arbitrio, Ias. quē sequitur Clar. *§. fin. q.* 50. *vers. solet*, qui testantur de communi, Tiraq. *de pœn. temper.* diffusè probans, *cau.* 34. Gom. Plac. Cæphal. et Farin. *q.* 97. *n.* 9. et iterum, *n.* 33. vbi plurimos concordantes inducit: Idem dic de Iudicis, seu Magistratus authoritate, siue præcepto, Menoch. *de arbtr. q. lib.* 2. *cas.* 354. *n.* 1. *&* 25. Alber. et Farin. *n.* 118. *&* 119. Et latius, quandò Iudicis iussus, seu authoritas excuset à dolo, et à pœna, Far. *n.* 109. *vsque* 120.

In leuib. in grauibus.

Idem in præcepto Iudicis.

9. LIMITATVR 3. Regula; Vt Principis iussu quis vulnerans, vel occidens aliquem, dum Princeps mandatario, nisi faciat, mortem minatur, excusetur, Dec. qui de com-

Quid si Princeps minetur mortem mandatario nō parente?

communi, *in l. vt vim*, *n.9. & seq. ff. de reg. iur.* Tiraq. concordantes inducens, *de pœn. temper. cauſ.36.n.* 2. Clar. cum alijs teſtans de communi, *q.66. verſ. quæro modo*, Bertaz. Viu. & Far. cum citatis ab eo, *q.97.n.* 11. Qui enim neceſſitate coactus delinquit, à pœna excuſatur, Menoch. *de arbitr. q. lib.2. caſ. 364.n.1. & ſeq. per c. ſatis, de ijs, quæ vi, metuſq; cau.* Intellige hanc limitationem in foro fori, nam in foro poli, non excuſatur, Menoch. *n.18. & 21.* Graf. & Far. *n.13.*

Vel roget & minetur.

10. AMPLIATVR 1. Limitatio 3. à Far. *q. 97. nu.* 20. In delinquente rogatu Principis, cuius preces, interuenientibus etiam minis, mandato æquiparantur, citans Afflic. Bar. Dec. Menoch. & Tiraq.

Vel alius potens minetur, vel cogat, &c.?

11. AMPLIATVR 2. Limitatio 3. Vt idem dicendum ſit in mandato, cum comminatione mortis, &c. cuiuſuis potentis, Dec. vbi ſupra, qui de communi, Gram. & Clar. *verſ. ſolet*, Bal. Bertaz. Boſſ. & Far. *q.97. nu.* 19. Nec non in omnibus, qui minis, ſeu aliàs metu coacti delinquunt, Tiraq. *n.1. & ſeq.* inducens iura, & DD. Clar. teſtans de communi, *verſ. quæro modo*, Anan. Cyn. Iaſ. Couar. & Farin. cum alijs, *nu.14.* Qui, *nu.18.* infert ad perſonam, quæ propter metum, & vim ſibi illatam, paſſa eſt, ſe carnalitèr cognoſci; Quòd tenuerunt etiam Abb. & Clar. vbi ſup. Menoch. *caſ.354. n.8. & ſeq.* & Tiraq. *cau.34. n.* 5. dat excuſationem in totum, & hos ſequitur Far. *n.18.* Et ait, *n.24.* perſonam coactam in totum excuſari, dum præciſè, & abſolutè coacta fuit.

Iudex aſſerens feciſſe de mandato Principis, an debeat probare, & in ſcriptis?

12. SVBLIMITATVR 1. Limitatio 3. Vt Iudici, ſeu Officiali aſſerenti, ſe feciſſe aliquid de mandato Principis, nõ credatur, niſi mandatum probet, Ang. Bar. Dec. Menoch. Put. & Farin *q.97. n.52.* Et in ſcriptis, ſecundùm Farin. & ab eo citatos, *nu.* 54. Et hoc quamuis Iudex eſſet in Dignitate conſtitutus, dũ de alterius præiudicio agitur; licèt tali, dum de tertij præiudicio non agitur, credendum ſit, Iaſ. concordantes inducens, *in repet. l. admonendi*, *n.189. ff. de iureiur.* Alex. Dec. Gram. hos citans, *deciſ.36. n.26.* Alber. Ang. Archid. & Far. *n.57. & 59.*

Quid dũ eſt præſẽs princeps?

13. Quandò verò Princeps eſſet præſens, an Iudici aſſerenti ſe facere de mandato Principis, credatur controuerſum eſt; probabilior eſt affirmatiua, Farin. & alij, *n. 62. & ſeq.*

Caſus in quibus Officialibus aſſerentibus creditur, eos habere in mãdatis.

14. Sed quandò aſſertio continet id, quod ſolet committi, & ad aſſerentis pertinet officium, ei vtique creditur, Imolen. & Far. *q.97. n.56.* qui cum eodem, *nu.66.* ait, Iudicibus in dictis caſibus credi, dum tempore actus de mãdato teſtantur Superioris, ſecùs ſi poſtea. Et, vniuerſalitèr, de mandato aſſerentibus, creditur, quandò Iudicès aſſerentes, eſſent plures, ſecundùm Gram. quem ſequitur Farin. *n.61.* Sicut etiam crederetur vni, quandò in loco conſuetudo vigeret, vt tali aſſertioni credatur, Imolen. Io. Port. Rom. & Farin. *n.65.* Vbi aſſerit, Romæ notoriam eſſe conſuetudinem, vt credatur Auditori Cameræ, & Vrbis Gubernatori, dum aſſerunt in Cauſarum expeditio-

tionibus, quas contulerunt cum Papa (facto verbo cum Sanctissimo; vel de mandato Sanctissimi) Immò etiam eorum Locumtenentibus, & Iudicibus creditur, asserẽtibus facere aliquid de mandato Auditoris Cameræ, vel Gubernatoris; Et similitèr, si dixerint (de mandato Sanctissimi, prout retulit Auditor Cameræ, Gubernator, vel etiam Fiscalis.)

15. SVBLIMITATVR 2. Limitatio 3. cum eius Ampliationibus; Vt procedant, dum minans, seu rogans Princeps, est solitus seuire in non exequentes eius voluntatem, alias secus, Abb. Alex. Ang. Anchar. et Dec. *in l. in omnibus causis, la 1. n. 4 ff. de reg. iur.* Boss. Tiraq. et Farin. *n. 21. q. 97.*

Limitatio 3. procedit in eo Principe, qui solitus est seuire.

16. LIMITATVR 4. Regula; Vt procedat in mandato Principis, seu alterius Superioris apertè iniusto, secùs in dubio; Quia tunc Iudex, et quilibet alter inferior tenetur obedire, et exequi, præceptum enim, iustum, in dubio, præsumitur, *cap. 2. de maiorit. & obed.* Cyn. quem sequitur Abb. qui testatur de cõmuni Legistarum, et Canonistarũ, *cons. 84. par. 1 n. 7.* Boss. Dec. Fely. et Farin *q. 97. n. 44.* vbi concordantes.

In dubio debet exequi Principis mãdatũ.

17. LIMITATVR 5. Regula; In Iudice merè executore, qui cum nullam habeat causæ cognitionẽ, puniendus non est, dum iniustam exequitur sententiam, *c. pastoralis, §. quoniam*, et ibi omnes DD. *de offic. Deleg.* Abb. Boss. Dec. et Farin. alios citans, et testans de communi, *n. 67.*

Quid in mero executore.

18. SVBLIMITA limitationem 5. Vt procedat in ciuilibus, nam in criminalibus, præsertim in damno irreparabili, sententiam manifestè iniustam, quis non tenetur, nec exequi debet, Abb. post Innoc. et alios, quos allegat, *in c. de cætero, n. 5. de re iudic.* Boss. *de foro compet. n. 87.* Dec. Fely. Graf. Gig. Ias. et Far. *q. 97. nu. 73.* Et generalitèr, quòd Iudex non teneatur exequi alterius Iudicis sententiam, notoriè iniustam, voluerunt Bellam. et Farin. *n. 76.* De sententia verò euidentèr nulla, ait Abb. *in c. de cætero, de re iudic.* quòd nec executor nudi facti, exequi debet, sed supersedere; vbi Fely. ex Rom. dicit. quòd stante nullitate notoria, potest expressè executio denegari, et hos sequitur Lancel. et Far. *n. 77.*

In ciuilibus, & in criminalibus.

19. Difficultas hic oritur in mero executore, qui, aut prætendit notoriam iniustitiam, vel nullitatem, ex actis constare, vel aliunde, et extra acta. Primo casu, prætensio videtur inanis, cum coram ipso acta exhibita non fuerint; Secundo vero casu non videtur curandum, Iudex enim, non vt priuatus, et secundùm propriam conscientiam, sed secundùm acta iudicare debet; et in simili casu, hac ratione vtuntur, Lopez, Simanch. et Far. *q. 97. n. 107.* At responderi potest, quod in hoc 2. casu, in foro fori, ratio procedit, in foro vero poli, potius Iudex omittere officiũ debet, quàm notoriè innocentem condemnare; Vti enim debet Iudex illis medijs, de quibus actum est *supra, in hac q. nu. 4. & 5.* Quibus adde pro vlteriori declaratione.

Quid in executore, qui pretẽdit nullitatẽ constare in actis, vel extra acta?

20. Prædictis medijs adde pro vl-

Hhhh

An Iudex possit iudicare ex actis, dum extraiudicialitèr oppositũ sibi constat?

vlteriori declaratione; Quòd licèt in illa celebri q.; An Iudex iudicare possit cõtra veritatem, quam nouit extraiudicialitèr, propter ea, quæ in processu apparent; e.g. Condemnare aliquem, quem ipse extraiudicialitèr *scit innocentem* esse, cum in processu probetur nocens; Communior sit pars affirmatiua, quandò mediũ inuenire non potest, quo à iudicando se excuset, secundùm S. Tho. 2. 2. *q. 67. ar. 2.* & ibi Caiet. quos sequitur Cord. & Sot. nec non Leza. *to. 3. in ver. Iudex, &c. nu.* 19. Attamen cum opposita sententia non modò sit valde probabilis, vt, ex Less. Pet. Nauar. Sà, & alijs, tenet Bonacin. *de legibus, disp.* 20. *q.* 2. *pun.* 2. *n.* 2. quia vt not. Lez. vbi sup. lege naturali, & Diuina quilibet innocentem defendere tenetur; Sed etiam est opinio benignior, pietati conformior, ac menti Pontificum, qui Regularibus, ad dicta supra, *q.* 8. concesserunt, vt procederent sola veritate inspecta, ideo benigniorem hanc opinionem amplectendam esse à Iudice Regulari, censeo cum Lez. *n.* 19. Qui in hoc casu, dum absque scandalo id fieri potest, ait *ibidem*, quod licitè faceret Iudex, occultè ianuas carceris innocenti aperiri permittens, citans Sot. Cord. & Nald. Et in proposito vide D. an. *in* 5. *par. tract.* 4. *resol.* 22. vbi de varijs remedijs, quæ in hoc casu Iudex ahibere debet. In casu verò, in quo Iudex Regularis extraiudiciali èr sciret aliquem nocentem, qui in processu probatur innocens, melius credit Lez. vbi supra cum Connex. vt Iudex talem absolueret; in iudicio enim præsertim Regulari pietati potius, & benignitati, quam rigori iustitiæ adherendum est.

21. Plura diffusè de materia huius q. reperies apud Farin. *q.* 97. *per totam.*

An nobilitas, dignitas, peritia, seu rusticitas sint causæ sufficientes ad pœnam minuendam?

Quæstio 139.

1 REGVLA 1. fit. Nobiles, diuites, & digniores mitius puniũtur, quam ignobiles; non diuites, & minus digni, *c. fin. & ibi* Abb. Anchar. Butr. & Hostien. *de pœn.* Tiraq. *de pœn. cau.* 31. *n.* 1. vbi iura, & DD. citat, Bal. Fely. Foller. & Farin. concordantes DD. & plura iura inducens, *q.* 98. *n.* 93. qui *n.* 95. verissimam hanc Regulam vocat, cum infrascriptis declarationibus.

Nobiles, diuites, & digniores mitius puniuntur.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt nobiles, & in Dignitate constituti, pœna infamatoria, puta fustium, berlinæ, aut simili, non puniantur. Farin. *q.* 98. *n.* 98. neq; triremium, sed relegationis, aut exilij, Tiraq. *cau.* 31. *n.* 1. Plac. Clar. & Far. *nu.* 99. Nisi delictum sit tale, vt nobilitatis, & Dignitatis honorem fædauerit, Farin. *ibidem*; Vnde nobiles non suspenduntur, sed decapitantur, Tiraq. *nu.* 3. *& seq.* Bal. & Farin. cum concordantibus plurimis, *n.* 100.

Prædicti nõ puniũtur pœna infami.

3. AMPLIATVR 2. Regula; 1. Vt præcipuè mitius puniantur nobiles pœna corporali, Alciat. Alber. Bal. Bellaper. Cyn. & alij, *in*

Et mitius pœna corporali.

in l. nemo C. de sum. Trin. & fid. Cath. Abb. Fely. Hostien. & alij, in c. cum quidam, de iureiur. Clar. & Didac. qui testantur de communi, Afflict. Butr. & Far. cum concordantibus, n. 102. q. 98.

Benemeritus mitius punitur. 4. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt Iudex minuere possit pœnam delinquenti propter merita, & beneficia Reipublicæ collata ab ipso Reo, vel ab eius maioribus, Tiraq. plures concordantes inducens, & clarè probans, de pœn. temper. cau. 49. nu. 1. & seq. item n. 10. & seq. & similitèr Farin. n. 140. & seq. q. 98.

Item peritus in arte. 5. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt peritia insignis, aut artificium delinquentis, sit causa minuendi pœnam, Tiraq. cau. 50. num. 1. vbi concordantes; sed tutius est, hoc præstare, consulto Principe, secundùm Far. q. 98. n. 134. in fine.

Quid in pœna pecuniaria? 6. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt, in pœna pecuniaria, mitius puniatur pauper, & ignobilis, quam diues, & nobilis, Alciat. qui testatur de communi, Cyn. qui ait, quòd in hoc omnes concordant, Alber. Bellaper. & Butrig. in l. nemo. C. de sum. Trin. &c. Abb. Fely. Hostien. & Imol. in c. cum quidam, de iureiur. Tiraq. de pœn. caus. 31. nu. 27. vbi concordantes, Clar. Didac. & Couar. qui testantur de communi, Foller. & Far q. 98. nu. 110. Quilibèt enim punitur in eo, quòd minus sibi est, Tiraq. nu. 28. & seq. Alber. Afflict. Far. & alij n. 112.

In quibus nobilior, & dignior nō minus punitur? 7. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt nobiliores, & digniores, non mitius, sed grauius puniantur in delictis, quæ proptèr nobilitatem, & dignitatem augentur, & grauiora in ipsis reputantur, Tiraq. nu. 7. & seq. pluribus probans argumentis. Bar. Bal. & Far. cum concordantib. q. 98. nu. 113. Vt in criminibus redundātibus in dedecus nobilitatis, & dignitatis, quamuis de corporali pœna ageretur, l. quadam, & ibi Alber. & Bar. ff. de pœn. Tiraq. n. 17. & seq. Alciat. qui de communi, Foller. & Far. n. 114. Exemplificat, & probat Far. n. 115. in crimine proditionis, in quo nobiles mitius non puniuntur; Sicut, n. 118. idem dicit in crimine falsi.

8. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt nobiles, Superioribus inobedientes, mitius non puniantur, Tiraq. n. 26. Bal. quem sequitur Fely. in c. Pastoralis, de offic. & pot. Iudic. Deleg. Afflict. & Far. q. 98. nu. 123. Et idem dicendum est in crimine læsæ Maiestatis cum Fely. Bal. & Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 9. & Far. n. 124. Sicut etiam idem tenēdum est in contumacibus, & perseuerantibus in delictis, cum Tiraq. de pœn. cau. 31. nu. 33. Fely. Foller. Far. & alijs, n. 125.

9. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt nobiles mitius puniātur in pœnis arbitrarijs, secus verò in pœnis à lege, vel à Statuto taxatis, in quibus distinctio personarum habenda non est, Saly. quem sequitur Tiraq. n. 34. & 35. Bal. Foller. & Far. concordantes inducens, & testans de communi n. 131. q. 98. In pœnis a iure taxatis omnes eodē modo puniuntur.

10. Diffusè de Regula 1. & eius declarationibus agit Farin. q. 98. à n. 93. vsq; 134.

11. REGVLA 2. sit. Rusticus regularitèr proptèr rusticitatem in- Rusticitas excusat.

Præsertim à dolo præsūpto.

delictis excusatur, Tiraq. probans latè iurium, & DD. authoritatibus, *de pœn. temper. cau.* 11. *n.* 1. *& seq.* Alex. Bal. Dec. & Farin. *q.* 98. *n.* 19. *& seq.* Et cum ex simplicitate rusticus delinquere præsumatur, præcipuè à dolo præsumpto excusatur, *l. si qui id quod*, §. 1. vbi DD. *de iurisd. omn. Iudic.* Cæph. Menoch. Rip. & Far. qui de communi *n.* 25.

Quid in deponēte cōtraria?

12. AMPLIATVR Regula 2. Vt rusticus excusetur, quandò in sua depositione cōtraria dixit, cum non dolo, sed ex simplicitate contraria deposuisse præsumatur, Alciat. Ang. Horat. Lut. qui de communi Gram. Marsi. Mascar. Menoch. Natta, & Far. *q.* 98. *n.* 29. Licèt alij contra relati, *n.* 30. Hæc tamen Ampliatio non procedit, dum constat, quod ex malignitate, rusticus contraria, vel falsa deposuit, Ang. Gram. Ias. Natt. Far. & alij, *n.* 31. An autem malitia interuenerit? Iudicis arbitrio remittitur, Rip. Tiraq. & Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *cas.* 194. *n.* 58. *& seq.* Alciat. Far. & alij *nu.* 32. Dummodò contrarietas non sit manifesta, tunc enim non excusaret, Bero. Dec. Cagn. & Far. *nu.* 34. Idem potest dici de periuro, ex Far. & alijs *n.* 41.

Vel in dolo vero?

13. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt rusticus non excusetur à dolo verò, Tiraq. *cau.* 11. *nu.* 11. *& seq.* Menoch. Oddo, qui testatur de cōmuni, & Far. *n.* 47. *q.* 98.

In his quæ sunt à iure Diuinò, naturali, vel gentium?

14. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt in ijs, quæ sunt à iure Diuino, naturali, vel gentium non excusetur rusticus *l.* 2. *& ibi* glo. & DD. *C. de in ius vocan.* Tiraq. *nu.* 7. *& seq.* vbi concordantes, in quibus, sicut etiam in ijs, quæ sunt de iure Ciuili notorio præsertim in atrocibus, nec rusticus excusatur ab ordinaria pœna, Bero. Ias. & Far. *q.* 98. *n.* 50. Puta in crimine iniuriarum Menoch. Paris. & Far. *n.* 51. In crimine violentiæ idem est dicendum, secundum Tiraq. *n.* 8. Bar. Bal. & Far. cum concordantibus *n.* 52.

Seu Ciuili notorio, & in atrocibus?

In sagaci?

15. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt rusticus sagax non excusetur, Bal. Bar. Corn. Fulgos. & Tiraq. *cau.* 11. *n.* 17. Alex. Castren. & Ias. *in l.* 2. *C. de in ius vocan.* Menoch. & Far. cum concordantibus, *nu.* 56. *& seq.*

Et in pœna extraordinaria?

16. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt rusticus nunquam excusetur à pœna extraordinaria, Tiraq. *nu.* 2. Alber. & Curt. Iun. *in l. si qui id quod, ff. si quis Iusdicen. non obtemp.* Menoch. Far. & alij *q.* 98. *n.* 61.

17. Plura de materia Regulæ 2. & eius declarationum Far. & Tiraq. vbi sup.

Multitudo delinquentium, & incertitudo delinquentis, an sint causæ minuendi pœnam. Quæstio 140.

Multitudo delinquētium minuit pœnam.

1 REGVLA sit. Multitudo delinquentium, præsertim, dum de pœna mortis agitur, causa est pœnam minuendi, *c. dilectus, il* 2. & ibi gl. & communitèr omnes, de Simon. Tiraq. *de pœn. temper. cau.* 47. *n.* 1. *& seq.* vbi iura, & DD. citat, Clar. qui de quotidiana obseruantia, *q.* 60. *vers. allegatur.* Afflic. Alber. & Far. *q.* 96. *n.* 1. Quandò autem isto casu pœna esse debeat pecuniaria, vel corporalis, vide

de Farin. *q.*17.*num.*72.*& seq.*

Non quo ad principales auctores.

2. LIMITATVR Regula 1. Vt pœna non minuatur quoad principales authores, qui sine venia sunt puniendi, Tiraq. *nu.*8. vbi iura, & concordãtes DD. Clar. loco citato, Ang. Fely. Foller. & Far. cum alijs; *q.*96.*nu.* 8. Multi autem, in proposito, dicuntur quadraginta, vel remittitur Iudicis arbitrio Far. *n.*11.*&* 12.

Multi quot dicantur?

Incertitudo delinquentis, an minuat pœnam.

3. REGVLA 2. sit Delinquentis incertitudo, quandò rixa subitanea fuit, & in ea plures interuenerunt, est in causa, vt nemo cõdemnetur pœna ordinaria, sed tantùm extraordinaria, arbitrio Iudicis sint plectendi, Tiraq. *de pœn. temper. cau.*63.*n.*1. Alber. & Cyn. *in l. quoniam, C. ad l. Iul. de vi publ.* Bursat. qui de communi, Andr. Gayl. qui de magis communi, Clar. Far. & alij, *q.*96.*n.*14. Et, secundũ Menoch. *de arbitr. q. lib.*2.*cas.*362.*nu.* 20. omnes prædicti torqueri possunt, ad sciendum, quis eorum vulnerauerit? & idem tenent Chart. *de execut. sent. c. fin. nu* 46. Din. Gram. Rom. & Far. *n.*28. Sicut etiam Chart. *n.*242. sustinet, posse torqueri vulnerantes, & astantes homicidio, ad sciendum an deliberatè, & præcedẽte tractatu vulnerauerint, & astiterint? & idem opinantur Clar. Plac. Farin. & alij, *n.* 81. Qui, *n.* 83. *& seq.* declarat hoc intelligendum esse, dummodò contra torquendum, vel torquendos inditia particularia ad torturam adsint, puta mala fama, quòd quis sit solitus vulnerare, vel occidere; Alias, secundùm eundem Far. *n.*87. *vsq;* 91. secus est dicendum.

Et an, & quãdo sit locus torturæ?

4. AMPLIATVR, seu declaratur 1. Regula 2. Vt procedat in mortuo in rixa á pluribus commissa, vnico vulnere, & ignoratur, à quo vulnus sit illatũ, quo casu omnes extraordinariè puniuntur, vt solidè, & diffusè probat Far. *n.*21. *q.*96.

Vt in occiso in rixa à pluribus cõmissa vno vulnere?

5. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt habeat locum etiam in mortuo ex pluribus vulneribus, dum ignoratur, quis ex pluribus rixantibus vulnera intulerit, probat fundatè Far. *q.*96. *n.*25. *& seq.* Licèt quandò scitur quid vnusquisq; in rixa operatus sit, de eo tantùm teneatur; Quià in rixa de delicto alterius nemo tenetur, sed tantùm quilibet de eo, quòd perpetrauit, *l. in rixa,* & ibi Mars. *ad l. Corn. de sicar.* Bal. Blanch. Carer. & Farin. cum pluribus cõcordantibus *n.*29. Qui pro declaratione, & comprobatione Regulæ 2. pluribus alijs modis exemplificat, *à num.*15. *vsque ad n.*56.

Vel pluribus vulneribus?

6. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt in omni casu, in quo propter delinquentis incertitudinem, pœna non ordinaria imponenda est, sed tantùm extraordinaria, hæc corporalis, non debeat esse, sed pecuniaria, Alber. Cyn. & Saly. *in l. quoniam, C. ad l. Iul. de vi publ.* Boss. qui de communi, *tit. de homic. n.*26. Menoch. Clar. qui concordantes inducit, & paritèr de communi testatur, Rolan. & Surd. quos sequitur Farin. alios citans, *q.* 96. *n.*57. Qui *n.*58. ait, quòd non erit inconueniẽs in occurrenti casu imponere pœnam exilij; cum hæ pœnæ, nẽpè exilij, & pecuniariæ

Quæ imponenda sit pœna?

riæ sint sorores germanæ, & vbi vna potest imponi, non est absurdum, & aliam infligere, & idem dicitur de similibus pœnis.

Pœna authoris rixæ. 7. LIMITATVR 1. Regula 2. In authore rixæ, qui de homicidio in ea commisso tenetur, ordinariaq; pœna est puniendus, licèt ipsum occidisse non appareat, cum enim operam dederit rei illicitæ, tenetur de omni eo, quod sequitur, dum de occisore non constat; Cæteri verò, qui in rixa interfuerunt, tantùm de ope, & auxilio tenentur, Plac. qui cumulat concordantes, Cyn. Gandin. Marsil. Vital. & Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. q. 362. n. 23.* Ang. Bald. Rolan. qui testatur de recepta opinione, & Farin. *q. 96. n. 63. & 64.* Et hæc limitatio procedit, siue vnum illatum sit vulnus, siue plura, & à pluribus; Ac etiam in pluribus occisis, quandò, quis occiderit, incertum est, Bero. Gayl. Marsil. Rolan. Vital. & alij, quos sequitur Farin. qui testatur de veriori, & communiori, *n. 64. in fin.* Sed dum constaret, quòd non ipse, sed alius occiderit, tunc author rixæ pœna ordinaria non puniretur, ita *in Decis. Pedemon.* & sequitur Baiar. ad Clar. *§. homicidium, nu.* 127. Cæpol. Vulpel. Farin. & alij, *n. 64.*

Quid in homicidio, præcedente tractatu? 8. LIMITATVR 2. Regula 2. cum Ampliationibus eius; Vt procedant in homicidio commisso in pura rixa, secus, si ex proposito, & præcedente tractatu, tunc enim omnes rixantes pœna tenerentur ordinaria; Siue vnicum, siue plura fuerint vulnera; Siue vnicum, siue omnia læthalia fuerint; Siue sciantur, siue ignorentur vulnerantes; Ac siue vnus, siue omnes vulnerauerint, gl. *in l. si in rixa, & ibi* Alber. Fulgos. Marsil. & Bart. *ff. ad l. Corn. de sicar.* Chart. *de execut. sent. c. fin. n.* 140. vbi alijs relatis testatur de communi, à qua, ait, in iudicando, & consulendo recedendum non esse, Clar. qui de magis communi, *§. homicidium, vers. alia etiam,* Menoch. & Far. ad saturitatem citans, *n. 72. q. 96.*

9. Intellige hanc limitationem, dum omnes rixantes fuerunt coadunati ad occidendum; secus si tantùm ad verberandum, quia tunc vnusquisque teneretur de eo, quod vltra fecit, Alber. *in d. l. si in rixa,* Carer. Farin. & alij, *q. 96. n. 74.* Et dummodò præcedens tractatus, & deliberatio probentur, hæc enim non præsumuntur, Bursat. Carer. & Surd. qui alios referunt, Marsil. & Farin. *n. 35.* Boss. *tit. de homic. n. 23. & 25.* & tenuit Bal. *in l. non ideo minus, n. 26. C. de accusat.* Declaratur limitatio.

10. Plura, & diffusè de materia Regulæ 2. & eius declarationum Far. *q. 96.*

Iudex pecunia corruptus in causis criminalibus, non ritè, & secundùm iura, suum regulans arbitrium, sed iniustè iudicans, vel etiam iustè, quomodò puniatur? Quæst. 141.

1 REGVLA sit. Iudex pecunia corruptus, iniustè, in criminalibus sententiam ferens, *l. Iulia* repetundarum tenetur, *l. 1. ff. ad l. Iul. repetun.* Quæ pœna hodiè est extraordinaria exilij, durior, seu mitior, iuxta delicti qualitatem, *l. lex* Pœna iniustè iudicantis per barattariam.

lex Iulia, §.*hodiè*, & *ibi gl.ff.ad l. Iul.repetun.* Menoc. benè comprobans *de arbitr.q. lib.2.cas.342.n.6.* & 7. Boss. Clar. Put. & Far. cum concordantibus, *q.111.n.16.*

Declaratur. 2. Pro declaratione Regulæ nota, quod Iudex, pecunia corruptus, iniquam proferens sententiam, barattariam cõmittere dicitur, quia iustitiam propter pecuniam barattat, Boss. Mascar. Far. & alij *n.* 2. Et *l. Iul. repetundarum* teneri dicitur, qua cauebatur, ne Iudices, pro re iudicanda, vel non iudicanda, pecuniam acciperent, de quo in titulo, *ff. ad l. Iul. repetun.*

Quid in co demnatione ad mortẽ, ea secuta, vel minimè? 3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt Iudex, qui pecunia accepta innocentem interficit, multò magis sit puniendus, nempè pœna mortis: Condemnatione verò, sed non morte secuta, mitior erit pœna, Berber. Cyril. Iodoc. & Farin. *q.* 111 *n.*25. Qui hanc distinctionem, ait verissimam, saltem de lege generali, qua affectus eadem pœna non punitur, & de hac Ampliatione differit Far. *à n.* 21. *vsque ad* 25.

In causa non capitali. 4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt Iudex, qui pecunia corruptus in causa non capitali criminali, seu in Ciuili, iniustè iudicat, relegandus sit, Ang. *in l.3.C.ad l. Iul. repetun.* Dec. & Far. *n.26.* vbi citat etiã Cyril. dicentem, Iudices pedaneos, isto casu, plerumq; à curia submoueri, vel in exilium mitti, siue ad tempus relegari, *per l.si quis aliquid §.pen.ff.de pœn.*

Barattarius Officio priuatur, & inhabilis redditur. 5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt Iudex, barattariam cõmittens, Officio, in quo delinquit, priuandus sit, Boss. quem sequitur Clar. §. *fin.q.73.vers.Iudex*, Gram. Menoc. Put. & Far. concordantes referens, *q.111.n.27.* Baiar. ad Clar. *ibidem, n.* 19. vbi ex Bonacos. Capic. Lancel. & Guid. Pap. vlterius tenet; talem degradationis, & priuationis Dignitatis pœnam incurrere: Et quòd hæc pœna priuationis Officij etiam de iure Canonico procedat, tenuerunt Archid. Grañ. Hostien. & Farin. *n.29.* Qui, *n.* 30. sustinet, talem Iudicem, ad Officia obtinẽda, in futurum inhabilem reddi, ex Put. & Rondol. & subscribit Clar. loco citato, vbi ait, in hoc omnes concordare.

6. AMPLIATVR 4. Regula; Vt barattarius Iudex sit infamis, fustigari possit, ad damna, interesse, & ad litis æstimationem teneatur, vt probat Far. *q.111.à n.31. vsq.* 37. Et restitutioni in quadruplum eius, quod accepit, obnoxius sit, *l.1.in fi.* & ibi Ang. Bal. & Saly. *C. ad l. Iul. repetun.* Boss. & post eum Clar. *q.73. vers. Iudex*, vbi ait, quòd in hoc omnes concordant. Immò, in criminalibus, Iudex barattarius bona omnia amittit, Aut. *nouo iure, C.de pœn.Iudic.qui malè iudic.* & probat Far. *n.34.* & 70. Et aliis Pœnis subiacet.

7. AMPLIATVR 5. Regula; Vt Iudex, qui per concussionem, idest minis, vel alitèr terret, & inducit ad sibi dandum munera, pro iustitia facienda, extraordinariè criminalitèr puniatur, gl. & Bart. *in l.1.ff.de concussion.* Menoch Put. Salyc. Farin. & alij, *q.111.nu.*40. Et ad restitutionẽ teneatur, *l. quod euitandi*, & ibi glos. Bald. & Salyc. *C. de condition.ob turp.caus.* Decian. Put. Far. & alij *n.*41. qui *num.* 45. Pœna cõcutientis.

vsq.

vsq.51. ampliat, & probat, in concussionis crimen etiá incurrere eũ, qui iussu Iudicis simulato metu pecuniam extorquet, quam uis priuata esset persona: Et quòd hoc crimen committatur facto, vel verbo metum incutiendo, & paritèr ab extorquente pecuniam aliquem vexando.

Iudex Ecclesiasticus pretio, aut aliàs per sordes iniustè iudicans, quo modo puniatur?

8. AMPLIATVR 6. Regula; Vt Iudex Ecclesiasticus, qui pretio, aut aliàs per sordes iniustam tulit sententiam, ab executione Officij per annum suspendatur, *c*.1. *ff. si quis, de sent. excom. in* 6. vbi glos. & Hostien. qui si anno pendente in Diuinis se ingesserit, irregularitatem Papæ reseruatam incurret, *d.c*. 1. *§. sciturus*, vbi glos. & Hostien. & tenet Farin. cum alijs, *q*.111.*n*.72. Et vlterius arbitrio Iudicis pœna extraordinaria erit puniendus, secundùm Hostien. idest ait Farin. *n*. 74. ad interesse parti.

Pœnæ cõtra barattarium cumulantur.

9. AMPLIATVR 7. Regula; Vt pœnæ diuersæ, à iure Iudici barattario impositæ, non confundantur, sed cumulentur, *c*.1. *in fin. de sent. & re iudic*. vbi Hostien. *n*. 17. & Io. Andr. *n*. 8. licèt alij contra sentiant, relati à Far. *q*.111. *n*. 81.

Dum veniunt in consequẽtiam.

10. SVBAMPLIATVR Ampliatio 7. Vt tunc præsertim procedat, dum vna in consequentiam ad aliam venit; Vnde pœna priuationis officij barattario imposita, cum alijs cumulanda est, cum in consequentiam veniat, Boss. qui ait, in hoc omnes concordare, Menoch. & Far. *n*.92. Nec non suspẽsionis per annum, de qua *sup. n*. 8. Et etiam refectionis expensarum, & æstimationis litis, Farin. *n*. 95. & 96. vbi inducit concordantes.

11. Generalitèr verò loquendo pœnas cumulari posse, habetur Regula, *sup. q*.133. *n*.17.

12. Quæ pluribus modis ampliatur, *ibidem*, *n*.18. *vsq*. 21.

13. Eamq; intelliges iuxta limitationes ibi adnotatas, *n*. 22. *vsque in finem*.

Quid si Iudex pecuniam accipiat simplicitèr?

14. AMPLIATVR 8. Regula, Vt puniatur Iudex simpliciter pecuniã accipiens quamuis ei a dante non dicatur, quod benè, vel malè iudicet, Boss. *de Offic corrupt. nu*.1. & 2. Menoc. *de arbitr. q. lib*. 2. *cas*. 342. *n*.27. Masc. qui de communi, Gram. & Farin. *n*. 167. *q*.111.

Quid si accipiat aliã rem, per se, vel per alium?

15. AMPLIATVR 9. Regula; Vt procedat in Iudice accipiente, siue pecuniam, siue aliam rem pretio æstimabilem, *l*. 1. *§. pecuniam*, & ibi Bar. Bal. & Odofr. *ff. de calumniat* Decian. Masc. Menoc. Farin. & alij, *q*.111 *n*. 168. Et hoc siue per se, siue per interpositam recipiat personam, *l. fin*. & ibi gl. *C. ad l. Iun. repetun*. Amad. Farin. & alij, *n*.176.

Punitur Iudex accipiens pro iustitia facienda.

16. AMPLIATVR 10. Regula; Vt Iudex puniendus sit, quamuis, pro iustitia facienda, pecuniam recipiat, Bart. Bal. Boss. Mascar. qui testatur de communi, Menoch. & alij, cumulati à Farin *q*.111 *n*.151. Et hoc procedit etiam de iure Canonico, secundùm Butr. Gemin. Nauar. & alios relatos à Farin. *n*. 157.

Munus recipiens alio titulo.

17. AMPLIATVR 11. Regula; Vt procedat etiam in Iudice, qui sine vlla pactione, sub ficto muneris colore, aliquid recipit, cum, & munerum receptio Iudici sit prohibita,

hibita, *l. Plebiscito, ff. de Offic. Præsid. & c. statutum de rescript. in 6.* & not. Boss. *de Offic. corrupt. n. 3.* Dec. Menoch. Viu. & Farin. cum concordantibus *n. 236. q. 111.* Et idem dic in Iudice recipiente sub titulo remissionis, obligationis, vel debiti, Alber. Bal. Menoch. & Mascar. Vel venditionis, seu locationis minori prætio Cyril. Odofr. & Farin. qui citatis DD. subscribit *n. 170.* Et ex Bald. Ang. Menoch. & pluribus alijs, *n. 171.* dicit, barattarium Iudicem esse, qui sub nomine mutui pecuniam recipit.

Quid si Iudex salariũ non habẽs, aliquid recipiat? 18. LIMITATVR 1. Ampliatio 11. Vt Iudex salarium non habens, vel tenue, possit à sponte dantibus, pro præmio salarij, & non vltra, aliquid accipere, dummodò iniustitiam non faciat, Ang. Masc. Put. Salyc. Viu. & Far. *q. 111. n. 241.* Item ab amicis absolutè munera licitè recipit, Boss. *de Offic. corrupt. nu. 3.* Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. cas. 517. n. 4.* Alber. Bertaz. Decian. Masc. & Farin. cum alijs, *n. 242.* Dummodò ab omnibus amicis in toto anno vltra centum aureos non recipiat, Boss. Menoc. & Far. cum concordantibus *n. 243.* sed, secũdùm Ang. hodiè non videtur Iudici licere ab amicis recipere, nisi esculenta, & poculenta, *per Auth. vt Iudic. sine quoquo suffrag. §. scriptum, il 2.* Put. & Far. *n. 244.* Item munera in omni quantitate Iudici accipere licet à consanguineis vsque ad gradum 6. Boss. *n. 3.* Alber. & Farin. *n. 246.* Cum hoc tamen, quòd ratione Officij non recipiat, Ang. Decian. Farin. & alij, *n. 249.*

Vel ab amicis?

Seù à cõsanguineis?

19. LIMITATVR 2. Ampliatio 11. Vt esculenta, & poculenta à quocumq; Iudex accipere possit, *c. statutũ, § insuper,* & ibi glos. Archid. & Geminian. *de rescript. in 6. Boss. d. n. 3.* Menoch. *n. 5.* Viu. Bart. & Far. cũ pluribus concordantibus, *q. 111. n. 250.* vbi ait, hanc opinionem, sine dubio, communem esse, quamuis alij contra sentiant, relati, *num. 251.* Intellige, licere hæc accipere, dum ex mera liberalitate dantur; Secus si directè, vel indirectè petantur, vel affectentur, *d. §. insuper,* vbi glos. Archid. Butr. Geminian. & Io. Andr. & not. Boss. Viu. & Far. cum alijs, *n. 252.* Et moderatè, *l. solet, §. non vero,* vbi Alber. *ff. de Offic. Procons.* Et modicè, ita vt Iudicis animũ verisimilitèr non immutent, vt in paruo caseo, & duabus amphoris vini, Alexand. Put. & Farin. *q. 111. n. 255.* Vbi ex Berber. damnat frequentem vsum talium munerum, quæ ab ipsis Iudicibus venduntur, &c. Et dummodò ista non recipiantur à calũmniatoribus, ab iniustè vexatis, seu infamibus, Alber. Conrad. & Far. vbi sup. Qui, *n. 257.* ex Menoch. notat, posse Iudicem vna die à diuersis personis dono recipere decem paria leporum, vel similium.

Vel esculenta, & poculenta?

20. AMPLIATVR 12. Regula, secundùm Amad. Dec. Masc. Viu. & Put. quos refert Farin. *q. 111. n. 161.* Vt barattaria à Iudice committatur etiam in vno nummo; Sed ibidem not. Far. videndum esse in proposito Nauar. hoc declarantem, *in Constit. Greg. XIII. de dat. & promiss. in notab. 10. n. 20. & in notab. 11. n. 23.* ad quem lectorem remitto.

Siue vnũ nummũ?

Aut promissione? 21. AMPLIATVR 13. Regula; Vt Iudex sit barattarius ex pecuniæ sola promissione ei facta, & acceptatione de summa certa, aut de re tradenda, Bar. Bal. Boer. Decian. Menoch. & Farin. cum alijs, *n.162. & 164.* Quod Amad. Baiar. Mascard. Menoch. Dec. & Put. relati à Far. *n. 163.* ampliant etiam, dum promissio non fuit acceptata, sed non recusata.

Barattaria omissionis. 22. AMPLIATVR 14. Regula; Vt barrattarius Iudex, non modo faciendo non facienda, sed etiam omittendo facienda, sit puniendus, Boss. *de Offic. corrupt. n.1.* Menoch. *de arbitr. q. li. 2. cas. 342. n. 18.* Alber. Bal. Masc. Far. & alij, *n.148.*

Syndicatur durante Officio de barattaria. 23. AMPLIATVR 15. Regula; Vt, durante Officio, Iudex de barattaria syndicari possit, *l. iubemus*, vbi gl. Butrig. Bellaper. Ang. Cyn. & Saly. *C. ad l. iul. repetun.* Bar. Decian. Farin. & alij, *q.111. n.185.*

Pœna cō plicū barattariæ. 24. AMPLIATVR 16. Regula; Vt procedat in complicibus barattariæ à Iudice commissæ, vt sunt Iudicis familiares, seu de eius cohorte, qui eadem pœna puniuntur, Bar. Far. & alij, *n.139. & seq.*

Reuelās barattariam. 25. AMPLIATVR 17. Regula; Vt Iudicis corruptionem reuelanti, quamuis ipse particeps sit, non modo ei parcatur, sed etiam præmium ei detur, *l. iubemus*, vbi glos. & Ang. *C. ad l. Iul. repetund.* Dec. & Farin. *q.111. n.191. & 192.* Et prædictam corruptionem, quamuis reuelans non probet, Iudex iuramento se purgare tenetur, & iurare nolens, punitur, ac si delictum probatum esset, Dec. Foller. Far. & alij, *nu. 195. & est tex. in Auth. nouo iure*, vbi glos. Bal. Bellaper. Saly. & alij, *C. de pœn. Iudic. qui male iudic.* Nec reuelans, ex sua potest confessione condemnari, cum ad alium finem facta cōfessio sit, Bal. & Saly. vbi proximè, Decian. Put. Surd. & Farin. *n. 196.*

26. AMPLIATVR 18. Regula; Vt reuelantes sententiam, seu Iudicis mentem, pecunia accepta, puniantur, Decian. Put. & Far. *n.280.* Et Notarius sic reuelās, falsi pœna teneatur, Put. & Far. *n.285. q.111.* Reuelāte Iudicis mentem, pecunia accepta.

27. AMPLIATVR 19. Regula; Vt promittens, accepta ob id pecunia, bonum litis euentum, & sententiam fauorabilem apud Iudicē, eàdem pœna, qua corruptor punitur, glos. *in l. apud Labeonem, §. item ait, il 2. ff. de iniur.* Cyril. Odofr. Put. & Far. *q.111. n.279.* vbi exemplificat in comitibus, seu familiaribus Iudicis, ita promittentibus: Et tales sunt fustigandi, glos. *in l. qui explicandi, vbi* Bellaper. *C. de accusat. & est tex. expressus, in d. §. item ait*, vbi Alber. & Ang. & tenuerūt Cyril. Decian. Put. & Far. *n.281.* Qui tamen cum Menoch. concludit, verum se existimare, etiam aliam pœnam arbitrio Iudicis extraordinariam imponi posse. Promittens fauorabilem sententiā

28. SVBAMPLIATVR; Vt idē procedat in Aduocato, seu Procuratore, qui, amicum Iudicis se faciens, accepta pecunia, suo clientulo fauorabilem promittit sententiā, Ang. *in d. §. item ait*, Bellaper. Decian. Put. & Far. *n.284. q.111.*

29. SVBAMPLIATVR iterum; Vt, recipiens ad hoc pecuniæ promissionem, puniatur, secūdū Ang. præsertim si pecunia promissa depo-

ponatur, Odofr. & Far. n. 287.

30. SVBAMPLIATVR 3. Vt idem dicendum sit, quamuis huiusmodi promittens nihil Iudici diceret, l. qui explicando, & ibi Bar. & Odofr. C. de accusat.

Punitur pecunia corrūpēs Iudicem. 31. AMPL. 20. Regula; Vt pecunia corrumpens Iudicem, eâdem pœna teneatur, qua Iudex corruptus, gl. in l. 1. & ibi Bart. Bal. & Alber. ff. de calumn. Amad. Put. Gram. & Farin. testans de communi, n. 98. qui in seq. subampliat.

Nisi detur pro sui sāg. - nis redēptione. 32. LIMITATVR Ampliatio 20. Vt in foro fori non puniatur inquisitus capitalitèr, qui pro redēptione sui sanguinis Iudicem corrumpit, l. transigere, C. de transact. Foller. in praxi crim. in pragm. nu. 180. Bart. Put. Far. & alij, q. 111. n. 114. Sicut nec punitur, dans pecuniam Iudici pro sui iuris conseruatione, vel ad redimendam indebitā vexationem, gl. in c. cum ab omni, & ibi Abb. Ancha. Bal. Hostien. Imol. & alij, de vit. et honest. Cler. Dec. Put. & Far. n. 116. Dummodò dans manifestè probet, se in bonum, vt sup. pecuniam dedisse, alias præsumeretur in malum, gl. Abb. & Hostien. in d. c. cum ab omni, Bellaper. Turrecrem. Archic. qui requirit in dante expressam protestationem, se pecuniam dare, non animo Iudicem corrumpendi, sed vt iustitiam consequatur, & Far. n. 117.

Vel ad redimēdam iniustam vexationem.

Corrumpens perdit, ius suæ innocentiæ. 33. AMPLIATVR 21. Regula; Vt si prætensus Reus, quamuis innocens, pecunia in criminalibus Iudicem corrumpat, propter delictum corruptionis, ius suæ innocentiæ perdat, Bal. & Saly. in l. elegantèr, §. pen. ff. de dolo, Bar. Put. & Far. cum alijs, n. 126. Qui, n. 127. ex Bal. Fely. Put. & Salyc. idem dicit de corrumpente pecunia Notariū, quòd nempè causam perdat.

Sententia lata per barattariam est nulla. 34. AMPLIATVR 22. Regula; Vt sententia lata a Iudice pecunia corrupto, ipso iure nulla sit, glos. in l. 1. & ibi Butrig. Bellaper. Bar. Bald. & Salyc. C. de pœn. Iudic. male iudic. Masc. Menoc. Decian. & Farin. ad saturitatem concordantes citans, q. 111. n. 197. vsq. 199. & est test. expressus, in l. venales, et ibi Ang. Castren. & alij, C. quando prou. non est neces. Si verò Iudex, non pecunia, seu alio præmio, sed precibus, vel alio modo per dolum, & sordes fuerit corruptus, licèt ipso iure sententia nulla non sit, rescindenda tamen erit, glos. Bald. Bart. in d. l. 1. Menoc. Decian. & Farin. cum concordantibus, n. 207.

Per sordes, rescindenda est.

Excōmunicantur dātes, vel recipientes pro iustitia, vel gratia apud Sedē Apostolicam obtinenda. 35. AMPLIATVR 23. Regula; Vt dantes, vel recipientes pro iustitia, vel gratia obtinenda apud Sedem Apostolicam, maiori excōmunicatione sint excommunicati, à qua nisi a Papa, vel ab alio ad id speciale habente mandatum, præterquam in mortis articulo, absolui non possint, extrauag. 1. §. decernimus, de sent. excomm. & not. Boccac. & Far. q. 111. n. 291. vsq. 294. Vbi obseruat, d. extrauag. prius à Clem. V. reuocatam, sed postea à Clem. VIII. cōfirmatam, & auctam fuisse; subdens, n. 295. ex d. §. decernimus, eosdem excommunicatos absolui non posse, nisi prius, quantùm dederunt, vel receperunt, pauperibus largiantur.

36. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 23. Vt in hanc excommuni-

nicationem delinquentes incurrāt, siue sint laici, siue Clerici, siue Religiosi, siue masculi, siue fæminæ, siue familiares Curiæ, vt expresse habetur, *in d. Extrauag.* 1. & not. Nauar. Boccac. & Far. *q.* 111. *nu.* 305. Et vlterius in hanc incidunt excommunicationem, omnes, qui scientèr d. gratia, vel iustitia vtuntur, Nauar. Boccac. & Far. *n.* 312. *et est tex. in d. Extrauag. §. fin.* Et hoc, siue detur, siue promittatur pecunia, vel alia res, seu vtilitas de quacunq; re, vt dicitur, *in d. extrauag.* & not. Boccac. Nauar. & Far. *n.* 327. Et pariter incidunt dantes aliquid nomine doni, excepta esculenta, & poculenta, non tamen adeò grandia, vt periculum, animum à recto flectendi, inducant, Boccac. Nauar. & Far. *n.* 336. *& seq.* Qui, *nu.* 306. *&* 307. tractat, an in hac excommunicatione Episcopi, & Cardinales comprehendantur?

Item vtētes obtētis.

Itē promittentes, &c.

Item donantes.

37. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 23. Vt prædicti dantes, & recipientes, ipso iure, in priuationem Beneficiorum, Officiorum Ecclesiasticorum, & etiam sæcularium incurrant, ad alia obtinenda inhabiles sint, perpetuoq; sint infames, vt expresse habetur, *in Constit. Greg. XIII. Anni* 1574. vbi Nauar. & obseruat Far. *q.* 111. *n.* 298. *vsque* 302. Qui, *n.* 304. ex Boccac. ait, quòd si tales aliquo modo in Diuinis se ingesserint, irregulares fiunt.

Prædicti in alias pœnas incidunt.

38. SVBAMPLIATVR 3. Ampliatio 23. Vt in eandem excommunicationem, & alias pœnas incidat proxeneta, seu mediator, præstans auxilium, consilium, vel fauorem, recipiens pecuniam ad hoc, licèt nihil operetur, sed confingens operari, Boccac. Nauar. & Farin. *q.* 111. *n.* 308. *vsque* 311. *ex dictis Constit.*

Proxeneta, auxilians, cōsulens, & fauēs cōprehendantur.

39. SVBAMPLIATVR 4. Ampliatio 23, Vt ex sola promissione, & acceptatione promissionis, etiā quòd nihil detur, promittens, & acceptans, in d. excommunicationem incurrant, Nauar. & Farin. *q.* 111. *n.* 313. *per d. Extrauag.* Et vt habetur *in eadem Extrauag.* sufficit etiā generalis promissio ad incurrēdū, & not. Boccac. & Far. *n.* 325. Intellige de promissione, quę de se, & ante dictas Constit. erat peccaminosa mortalitèr, aliàs secus; Vnde esset licita promissio debitæ gratitudinis antidoralis iure naturæ, Nauar. & Far. *n.* 314. *&* 326. Non autē datio rei etiam paruæ, quæ tamen ante easdem Constit. erat mortifera, Boccac. Nauar. & Farin. *n.* 323.

De promissione, &c.

40. SVBAMPLIATVR 4. Ampliatio 23. Vt pœnæ prædictæ incurrantur, quamuis gratia, seu iustitia, pro qua data, promissa, seu recepta fuit pecunia, nō obtineatur, Nauar. Boccac. & Farin. *nu.* 316. Licèt expressio facta non sit, ob quam causam detur, Nauar. Farin. & alij, *n.* 317. *& seq.* Et vt not. Farin. *n.* 338. cum Nauar. & Boccac. si gratia, seu iustitia in hoc casu obtineatur, ipso iure nulla erit, sicut habetur expresse in citata extrauag.

Etiā gratia, vel iustitia non obtentis, quæ si cōsequātur nullæ essent.

41. SVBAMPLIATVR 6. Ampliatio 23. Vt pœnæ excommunicationis, restitutionis acceptorum, & nullitatis sententiæ, de quibus supra,

Quæ pœnæ in cōscientia incurrantur?

supra, etiam in foro conscientiæ incurrantur, & consequentèr ante sententiam Iudicis, Nauar. & Far. q.111.n.340.

Extendũtur pœnæ ad alia tribunalia. 42. SVBAMPLIATVR 6. Ampliatio 23. *Vt prædict. Constit.* extendantur *à Clem. VIII. in Bulla, de bono regim.* 15. *Augusti* 1592. *prope fin.* ad promissa, & recepta pro obtinenda gratia, nedum apud Sedem Apostolicam, verum etiam in quocunque alio tribunali, aut iudicio, etiam sæculari, tam in Curia, quam extra, in toto Statu Ecclesiastico, & notauit Far. *n.*543.

Quid si detur, vel recipiatur post facti vel ante ad redimendã vexationem, seu vt causa citius expediatur? 43. LIMITATVR 1. Ampliatio 23. Vt dare, vel recipere aliquid post gratiam, vel iustitiam obtentam, per dictas extrauag. nõ sit improbatum, Nauar. dummodò moderatè Boccac. & Far. *q.*111 *n.*348. & faciunt infra hic dicenda, *n.*45. *vsque ad nu.* 50. sicut nec etiam est prohibitum dare, seu promittere ad redimendam indebitam vexationem super iure acquisito, Boccac. Nauar. & Far. *n.*349. Seu, vt citius causa expediatur sine alterius præiudicio, & cum animi vera sinceritate, & non ad alium effectum, hoc enim, & in foro fori, & in foro poli licitum est, secundùm Nauar. & Far. *n.*350.

Vel sine dolo? 44. LIMITATVR 2. Ampliatio 23. Vt d. excommunicatio, & aliæ pœnæ, sine dolo, & animo malo, non incurrantur, Nauar. Boccac. & Farin. *nu.*357. Limitabis iterum Ampliationem 23. *vt infra hic, nu.* 45. *vsq; in fin. q. Nec non, vt sup. q.* 129. *n.* 18. vbi etiam ampliabis.

45. LIMITATVR modo 1. Regula; Vt procedat in Iudice pecuniam recipiente ante sententiam, secus si post sententiam, tunc enim iudicio finito, Iudex à sponte dante iustè accipit, Anchar. Boss. Fely. Geminian. Marf. Menoc. qui etiam alios inducit, *de arbitr. q. lib.* 2. *cas.* 342. *n.*38. vbi reddit rationem, quia suspicionis causa cessat, Baiar. Bertaz. Conrad. Decian. Mascard. & Far. *q.*111. *n.*210. quia (ait) causa prohibitionis, ne Iudex corrumpatur, cessat, & testatur de magis cõmuni, *n.*212. cum declarationibus hic seq. Licèt Amad. Bald. Put. ad quod etiam Mascar. citatur, contra sentiant, vt refert Farin. *n.*211. qui cum Præpos. & Alex. *in d. nu.*212. eos saluat in Iudice Ordinario, qui durante Officio ad vitandam suspicionem, nisi esculenta, & poculenta recipere minimè debet. Siue post latam sententiam?

46. Declara 1. limitationem; Vt procedat, dum, ante sententiam promissio aliqua, vel promissionis suspicio, tacita conuentio, aut recipiendi spes, non præcessit, Anchar. *in cap.* 1. *per illum tex.* & ibi Gemin. Hostien. & Io. Andr. *de re iudic. in* 6. Boss. Decian. Menoch. & Farin. cum concordantibus, *q.*111 *n.*213. In dubio tamen pecunia data præsumitur in vim præcedentis promissionis, nisi, ex circumstantijs, & personarum qualitate, de contrario appareat, Baiar. Boss. Claud. Decian. & Far. *n.*214. Sed Anchar. quem sequitur Menoch. *lib.* 5. *præsump.* 8. *nu.* 12. oppositum tenere videtur, dum ait, ex datione Iudici post sentẽtiam, factam corruptionem non præsumi. Declaratur limitatio.

47. LIMITATVR 2. Regula; Vt Iudicem corrumpere non dicatur,

Quid in promittente, seu conseruante Iudicem indemnē? tur, qui bonam fouens causam, indemnem conseruare Iudicem promittit, seu conseruat, Decian. Menoch. Put. Saly. & Far. cum pluribus alijs, *q.* 111. *n.* 216. Dummodò hoc post sententiam fiat, vel si ante, suum votum Iudex non declaret, Decian. Put. Far. *n.* 219.

Vel si Iudex publicè acceperit? 48. LIMITATVR 3. Regula; Vt Iudex, qui aliquid ante sententiam publicè simplicitèr accipit, datum ex mala causa non præsumatur, nempè occasione iustitiæ, vel iniustitiæ consequendæ, sed ex alia causa, Far. *q.* 111. *n.* 221. qui, *n.* 220. ad hoc inducit Archid. Baiar. Bertaz. & alios.

Seu ea, quæ dari solent? 49. LIMITATVR 4. Regula; Vt Iudex ea recipiens, quæ Iudicibus dari solent, à cōsuetudine excusetur, glo. *in l. fin. ff. ad l. Iul. repetun.* Alber. Bertaz. Put. & Far. *n.* 222.

Vt sportulas? 50. LIMITATVR 5. Regula; Vt sportulæ, & salaria à Principe, seu Republica taxata, a Iudicibus licitè recipi possint, Bal. & omnes communitèr, in *c. cum ab omni, de vit. & honest. Cler.* Bertaz. Masc. Menoch. Turrecrem. qui ait, quod in hoc nulla est difficultas, & Far. *q.* 111. *nu.* 230. *& est tex. l. fin. C. ad l. Iul. repetun.* Et dum prædicta iuxta solitum Iudici dantur, nec dantem, nec recipiētem in pœnam aliquam incurrere faciunt, Boccac. Nauar. & Far. *n.* 358.

Salaria, &c.? 51. LIMITATVR 6. Regula; Vt Procurator, Aduocatus, & Tabellio, qui pro salario, & mercede oblatum recipiunt, *&* etiam petunt, in pœnam *d. extrauag.* 1. *de sent. ex com.* non incidāt, *vt ibidem, in verb. sub generalibus*, declarat Io. Monac. & sequitur Boccac. Nauar. & Far. *q.* 111. *n.* 354. *&* 356. secus, si talibus daretur tanquam Iudicis amicis, vt ipsum, vt tales ad proferendam sententiam ad sui fauorem flecterent, tunc enim saltem in foro conscientiæ pœnæ prædictæ esset locus, quicquid sit in foro fori, secundùm Nauar. & Far. *n.* 355.

52. LIMITATVR 7. Regula; Vt cum Iudex, seu Officialis pro se præsumptionem habeat, barattaria, seu corruptio in eo non præsumatur, sed per allegantem debeat probari, *l. fin.* & ib Bal. & communitèr omnes, *C. ad l. Iul. repetun.* Bertaz. Boss. Decian. & Far. cum alijs, *q.* 111. *n.* 261. & quandò contra Iudicem de barattaria criminalitèr agitur, ad hoc vt tanquam conuictus condemnari possit, plena requiritur probatio, Boss. Masc. & plures alij, quos sequitur Farin. *n.* 264. qui, *n.* 265. testatur de communi. Et per testes non suspectos, sed omni exceptione maiores, Decian. Gram. Mascar. & Farin. *nu.* 268. *& seq.* Intellige ad condemnationem; ad torquendum namq; coniecturæ sufficiunt, secundùm Decian. quem sequitur Far. *n.* 277. Qui, *nu.* 276. cum Hector. Aemil. Franc. Marci, & Mascar. tenet, ad barattariam probandam domesticos, & familiares testes Iudicis admitti. Barattaria debet probari.

53. Plura de hac q. diffusè agit Far. *q.* 111. *à n.* 1. *vsque ad n.* 359.

Iudex

Iudex secundùm iura, minimè suum regulans arbitrium in causis criminalibus terminandis, sed iniustè iudicans, pecunia non interueniente, at ex dolo, seu ex negligentia, vel ex imperitia, quomodò puniatur?

Quæstio 142.

Ex dolo male iudicans, qua pœna puniatur?

1 REGVLA 1. sit Iudex ex doso malè iudicans, licèt pecunia non interueniente, criminalitèr punitur, Bal. Salyc. & Farin. *q.* 111. *nu.* 367. Pœna arbitraria, Bar. Boer. & Far. *nu.* 368. Infamis fit, Boss. *de Offic. corrupt. n.* 11. Conrad. Rom. & Far. cum concordantibus, *nu.* 370. Et pœna falsi tenetur, Boss. *n.* 13. Aret. Conrad. & Far. *n.* 372.

Ad mortem condemnās?

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt si Iudex dolo aliquem ad mortem condemnauerit, & tradiderit, & ipse mortis pœna teneatur, Boss. *n.* 11. *&* 12. Conrad. Cyril. Alber. Put. Farin. & alij, *nu.* 379. Bal. & Saly. *in rub. C. de pœn. Iudic. qui male iudic.*

Parti tenetur.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt Iudex ex dolo malè iudicās parti ad interesse teneatur, litem suam faciat, & ad totius litis teneatur æstimationem, Boss. *n.* 12. Decian. Castren. Put. Rom & Farin. *q.* 111. *nu.* 362. Et est tex. expressus *in l. si filius, §. Iudex*, & ibi glo. Alber. Ang. Bar. Bal. & Castren. *ff. de iudic.* Et dato, quòd non habeat in bonis, in corpore luere deberet, licèt de consuetudine in carcere solum ponatur, Alex. Bal. & Farin. *n.* 373. Afflic. quem sequitur Conrad. *de moment. posses.* limitatione 11. *n.* 4.

Quid si per sordes, & quando hoc accidat?

4. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt procedat (sicut etiam proposita Ampliat.) in Iudice malè per sordes iudicante, talis enim per dolum iudicare censetur, Nauar. & Farin. *q.* 111. *n.* 360. *&* *est tex. clarus in l. si filius, in fi.* & ibi Bal. *ff. de iudic.* Per sordes verò Iudex dicitur iudicare, quando ex pretio, seu præmio, ex prece, vel gratia, odio, amicitia, vel timore ad iudicandum mouetur, *l. si filius, in fi. ff. de iudic. &* *c.* 1. *&* *ibi* glo. & Hostien. *de re iudic. in* 6. Boccac. Dec. & Farin. *n.* 361.

Dolus in Iudice nō præsumitur.

5. LIMITATVR Regula 1. Vt dolus in Iudice regularitèr non præsumatur, & ideo probandus sit, *l.* 2. *ibi, quod non arbitramur, C. de Offic. ciuil. iudic. c. sicut, de re iudic.* Put. Claud. & Farin. *q.* 111. *n.* 381. Et in dubio, non dolo, sed per imperitiam Iudex præsumitur malè iudicasse, Alber. Amad. Bal. Contard. Curt. iun. Far. & alij, *nu.* 384. Boss. *de Offic. corrupt. n.* 19.

Nisi in læsione enormi, vel notoria iniustitia?

6. SVBLIMITATVR 1. limitatio; Vt dolus præsumatur, quando pars læsa enormitèr fuit, Bal. Contard. Mascar. Saly. & Far. *n.* 385. seu dum notoria est iniustitia, Contard. Mascar. & Far. *n.* 395.

Vel dum Iudex est capitalis inimicus.

7. SVBLIMITATVR 2. limitatio; In Iudice capitali inimico læsi. Bal. & Mascar. *de prob. concl.* 532. *n.* 5. Contard. & Farin. *q.* 111. *nu.* 389. Quòd præsertim procedit, dum Iudex se velle iudicare odio, vel è contra, amicitia, insinuauit, Castren. & Mascar. *n.* 3. Contard. & Far. *n.* 395.

8. SVBLIMITATVR 3. Limitatio, Vt dolus præsumatur in Iudice,

Seu dū fine causæ cognitione procedit. ce, quide facto, & sine causę cognitione processit, Boss. *n*.17. Mascar. concordantes referens, *nu*.6. Put. Far. & alij, *n*.390.

9. SVBLIMITATVR 4. Limitatio; Vt dolus præsumatur ex Iudicis malè iudicantis qualitate, qui similia facere solitus sit, Boss. *n*.18. & 19. & Farin. *q*.111. *nu*.392. Sicut etiam ex Iudicis peritia, in Iudice enim perito, dolus præsumitur, dum malè iudicat, non autem imperitia, Sapia, & Farin. *n*. 385. — Si ex male sit qualitatis, aut peritus.

10. REGVLA 2. sit. Iudex, & Officialis etiam de negligentia punitur, glo. *per illum tex. in l. mancipia*, vbi Bal. & Saly. *C. de seru. fugit.* Alber. Dec. Put. & Farin. *nu*.396. Amad. *in tract. de syndic. nu*. 69. & *seq. n*.72. & *seq. nec non*, *n*.155. Quomodò autem ad interesse teneatur, litemq; suam faciat, &c.? vide Far. *n*.397. *vsq*; 402. — Iudex de negligentia punitur.

11. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt negligētia Iudicis criminalitèr puniatur, Bar. Boss. Menoc. & Farin. cum concordantibus, *q*.111 *n*. 408. Roman. Castren. & Imol. *in l.4. §. in eum, ff. de damn. infec.* Et insimul incidentèr ciuilitèr à parte interesse peti potest, Ang. Put. & Farin. *n*.409. Qui, *n*.412. ex Boss. & Menoch. limitat, vt procedat Ampliatio, quando à dolo negligentia causata fuit; Si enim à culpa, vel imperitia ortum habeat, Iudicem non teneri credit, nisi ad interesse; Et vlterius notat, punitionem locum habere in causa criminali, secus in ciuili, & subscribunt Amad. & Farin. *n*.413. Addunt hic Ang. Fulgos. & Farin. *nu*.414. talem negligentiam puniendam criminalitèr non esse, nisi in casibus, in quibus ius expresſè talem imponit pœnam. Quibus contradicit Castren. relatus, *nu*.415. á Farin. qui vult, quod vbi non est statuta certa pœna, Iudex negligens extra ordinem criminalitèr sit puniendus. — An, & quādo ciuiliter, & criminaliter?

12. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt Iudex negligens in inquirendo contra delinquentes, & in eos puniendo, ipse teneatur, & puniatur, Conrad. Cyril. Bal. Put. & Farin. *q*. 111. *n*.533. Amad. *in tract. de syndic. n*.83. vbi vult in hoc casu Iudicem regularitèr pecuniariè puniri. Declaro hanc Ampliationem vt procedat, quando delictum est notorium, vel illud à publico Officiali, seu Syndico, vel à priuato denuntiatum fuit, qui priuatus non sit suspectus, & accusationem porrigens informatos testes subministret; In his enim casibus Iudex non procedendo tenetur, & punitur, aliàs secus, secundùm Boss. *de Offic. corrupt. nu*. 25. Amad. Put. & Far. *n*.534. — An Iudex negligens in procedēdo puniatur?

13. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt negligentia magna Iudicis non autē parua puniatur, Alex. Amad. Ang. Put. & Farin. *q*.111. *nu*.405. Abb. *in c. ea quæ, de stat. Monac.* Dec. *in l. si quis in conscribendo, C. de pact.* Dissoluta, & dolo proxima, Bal. & & Amad. *in tr. de syndic. n*.69. Bertaz. Claud. Put. Far. & alij, *n*.425. Boss. *de Offic. corrup. n*.26. vbi de consuetudine obseruata, de qua ait, omnes testari, Clar. *q*.73. *vers. item Iudex*, dicens Iudicem syndicari tantùm de negligentia, quæ con- — De parua negligentia nō punitur.

consistit in latâ culpa, doloque est proxima.

Nec de magna, nisi fuerit iudicialiter requisitus.

14. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt Iudex de negligentia redargui non possit criminaliter, aut ciuiliter, nisi iudicialitèr fuerit requisitus, & contra eum protestatio præcesserit, Bertaz. Claud. Gram. & Far. q.111. n.429. *& est tex. in l.4. §. hoc autem*, vbi glo. *ff. de damn. infect.* Catald. *in tract. de syndic. n.68. q.122.* Vbi infert ad statuta pœnã imponentia Iudici causam intra certum tempus non expediente, vt intelligãtur, parte petente, & quòd aliàs pœna non incurratur. Immò non desunt tenentes, protestationem trinam requiri, ita Put. qui cõprobat iuribus, & DD. authoritatibus, Osasch. & Bertaz. quos refert Farin. *n* 432.

Vel dũ à multitudine causarũ fuit impeditus.

15. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt à negligentia Iudex excusetur, quando à multitudine causarum, vel aliquo alio modo iustè fuit impeditus, Put. & Far. *n.*434. Et hic nota, quod dum tempus Iudici à lege, vel Statuto fuit præfixum, intra illud debet causam expedire, dum verò non fuit ei præfixum, quam primùm debet procedere, aliàs negligens diceretur, Amad. Put. & Farin. *n.*433.

Iniustam sententiã ferens ex imperitia tenetur, & punitur.

16. REGVLA 3. fit. Iudex per imperitiam iniustam sententiam ferens, tenetur, & punitur, *l. fin.* & ibi glo. *ff. de var. & extraord. cogn.* Bal. Put. qui benè comprobat, & Farin. *q.*111. *n.*135. Et vtiq, faciet litem suam, & consequenter tenebitur, quantùm religioni ipsum iudicantis, videbitur, Boss. & Far. *n.* 441. Bar. Alex. Aret. Put. & plures alij, quos sequitur Farin. *nu.* 443. Ang. *in l.4. §. in eũ*, vbi Rom. Imol. & Castren. *ff. de damn. infect. & est tex. in d. l. fin.* Illud, autem quantum religioni iudicantis æquum videbitur, significat, quòd iudicans poterit plus, vel minus punire, iuxta grauitatem culpæ, Farin. *n.*444. ex glo. At ex Boss. declarat, vt interdum Iudex cõdemnetur ad omnem litis æstimationem, interdum ad mediam, interdum ad nihil. Vlterius Iudex in hoc casu criminalitèr arbitraria pœna puniendus est; Amàd. Dec. Boer. Cuman. Nicas. & Put. locis relatis à Far. *nu.*445. qui, *n. seq.* quædam ad oppositum inducit; Et *n.*562. iterum hanc tractat, confirmat, & declarat doctrinam, vsq; *ad n.*564.

Præsertim damnans ad mortem.

17. AMPLIATVR 1. Regulã 3. Vt multò magis Iudex puniatur, si per imperitiam aliquem ad mortem condemnauerit, & condemnationem executus fuerit, qui tamẽ Iudex non eàdem pœna mortis, sed extraordinaria arbitrio Iudicis punietur, Alber. *in l.2.* vbi Dec. & Bolognet. *ff. quod quisq; iuris*, Menoc. *de arbitr. q. lib.2. casu.*339. *n.*3. Boer. Cyril. Plach. Gom. & Farin. cum alijs, *q.*111. *n.*380. licèt morte esset plectendus, si dolò fecisset, Alber. Bal. Saly. Boer. Put. Boss. & Far. cum alijs, *n.*379.

Licèt ex consilio sapientis. &c.

18. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt teneatur Iudex, qui ex imperitia iudicauit, quamuis ex consilio Sapientis, Assessoris, vel Consultoris, Ias. Fulgos. qui testantur de communi, Boss. Menoch. Bal. & Farin. cum concordantibus, *q.*111. *n.*467. Alber. Ang. *in l. si filius*, vbi Ca-

Castren. *de iudic.* Præsertim dum Iudex est peritus, Bar. Bal. Saly. quos refert, & sequitur Alex. *in l.2. n.12. ff. quod quisq; iuris*, vbi Dec. Curt. iun. & alij, tenuit Boss. *in tit. de Offic. corrupt. n.* 28. & Farin. *nu.* 478. Qui tamen enumerat plures casus, in quibus Iudex imperitus ex consilio Sapientis iudicans excusatur, *à n.470. vsq;* 477. inter quos, *n.* 472. not. casum, dum Consultor nõ est electus à Iudice, sed à Republica, ex Bal. Saly. Put. Menoch. & alijs, & in hoc subscribunt Alex. Ias. & Dec. *in l. hoc edicto, ff. quod quisque iuris*; Et hinc possumus deducere quantùm excusandi sint nostri Generales, & Prouinciales, qui de Consilio Diffinitorum Generalium, vel Prouincialium iudicant, cum hi non sint electi à Iudice, sed à Republica, nempè à Capitulo Generali, seu Prouinciali.

Limitatur.

19. AMPLIATVR 3. Regula 3. Vt Iudex per imperitiam iudicãs, quamuis a sententia non fuerit appellatum, quia grauatus non potuerit, vel noluerit appellare, teneatur, & litem suam faciat, gl. *in l.1. §. qui Magistratum*, & ibi Dec. qui de communi, Bar. Bal. Ang. Alex. Ias. & Bolognet. qui pariter testatur de communi, à qua credit non recedendum in praxi, Fulgos. & Curt. iun. *ff. quod quisque iuris*, Abb. Put. Menoch. & Far. concordantes alios inducẽs, *q.111. n.509.* Et idem dicitur quamuis pars appellationi renunciauerit, Barbat. qui de communi, Ang. Saly. Fely. Rondell. Conrad. Contard. Corat. Anchar. Regien Bal. qui tamen allegatur etiam ad oppositum, & hos

Quid si Reus nõ potuit, vel noluit appellare?

refert, & sequitur Farin. *n.*525. Sed contra tenent Alex. Bar. Amad. Menoch. Ceuall. qui de veriori, & magis communi, pro qua citatur etiam Bal. quos refert Farin. *nu.* 526. Et hæc opinio opposita tunc præsertim videtur sequenda, quando pars expressè approbauit sententiam contra se latam; Tunc enim contra Iudicem de illius iniquitate, amplius dicere non pôtest, secundùm Abb. & Fely. *in c. Pastoralis, §. quia verò, de offic. Deleg.* Menoch. *de arbitr. q. lib.2. casu* 339. *n.* 15. Conrad. Dec. & Farin. *n.* 527. Ex quibus apparet longè tutiorem esse Iudicem, quando Reus sententiæ contra se latæ subscripsit, quam dum tantummodò non appellauit.

Vel approbauit sẽtentiã?

20. AMPLIATVR 4. Regula 3. Vt Iudex teneatur, suamq; litem faciat, dum sibi porrectam iustam accusationẽ, recipere noluit, Bal. & Saly. *in l. mancipia, C. de seru. fugit.* Put. Rondell. & Far. *n.*535. *q.*111.

Nolẽs recipere iustã accusationem tenetur.

21. AMPLIATVR 5. Regula 3. Vt Iudex negligens, & sine legitima causa testes, & probationes nõ recipiens, parti ad interesse teneatur, tam in ciuili, quam in criminali causa, secundùm DD. citatos à Far. *q.*111. *n.*538. ex quibus aliqui testantur de communi; Sed an teneatur Iudex ad totum interesse, seu quantùm religioni iudicantis videbitur? est controuersum, vt videre est ex relatis, *ibidem* à Farin. Qui, *n.*539. iuxta diffusiùs ab eo tradita, *n.*376. *& seq. & n.*404. inclinat, quòd si in Iudice dolus aliquo modò arguatur, ad totum teneatur interesse, aliàs secus; Sed in omni

Item negligens probationes recipere.

casu,

casu, ad hoc vt Iudex teneatur, pars, cuius probationes admissæ non fuerunt, probare debet, quòd si fuissent admissæ, eius probata fuisset intentio, Amad. Put. & Far. n.540.

22. AMPLIATVR 6. Regula 3. Vt Iudex probationes admittens, non admittendas, parti ad interesse teneatur, Alex. Bal. Conrad. Innoc. Put. Rom. Far. & alij, q.111. n.542. Et idem dicendum esset, si exceptiones non admittendas admitteret, Alex. Put. & Far. n.543. sicut è contra non admittēdo legitimas exceptiones tenetur, Amad. & Far. n.544.

Vel admittens non admittēdas. Idem dicitur de exceptionibus.

23. AMPLIATVR 7. Regula 3. Vt Iudex, qui ex imperitia, vel dolo indebitè aliquem torquet, puniatur, Far. q.111. n.537. qua autem pœna sit plectendus, agunt DD. *in l.1. ff. quod quisque iuris*, præsertim Alex. Ias. & Dec. nec non alij relati a Far. vbi sup. & dictum est supra hic, q.100.

Indebitè torquens punitur.

24. AMPLIATVR 8. Regula 3. Vt Iudex appellationem de iure admittendam non admittens, parti ad interesse teneatur, Contard. Dec. Lancell. & Far. n.55. Vbi etiam refert eundem Contard. dicentem, Iudicem friuole appellationi deferentem, puniendum esse: Sed, *ibidem* cum Cæphal. Dec. & Lancell. concludit, quòd ex quo Iudex in dubio propter reuerentiam Superioris admittere debet appellationem, ideò excusandus sit, dum admisit non admittendam appellationem.

Non admittēs legitimam appellationē, tenetur, quid si admittat friuolā?

25. AMLPIATVR 9. Regula 3. Vt Iudex relaxans, in causa criminali, non relaxandum, fisco teneatur ad interesse, Rondel. & Farin. n.551. q.111.

Indebitè relaxans.

26. AMPLIATVR 10. Regula 3. Vt quandò Iudex errauit in iure certo, & notorio, teneatur de dolo, Masc. concordantes inducens, *lib.3. de probat. concl.* 532. *nu.4.* Et dolo posito, Iudex ex dolo malè iudicans facit litem suam, & tenetur ad interesse insolidum, & ad totius litis æstimationem, Bar. Bal. Ang. Fulgos. Castren. Alber. & Odofr. per illum tex. *in l. si filius, §. Iudex, ff. de iudic.* Far. cumulans concordantes, q.111. nu.362. Et quòd Iudex, errans in iure notorio, puniatur, ac si malè iudicasset ex dolo, voluerunt Contard. Imol. Nicas. & Far. q.111. nu.498. Et idem ait, n.499. dicendum esse in Iudice ex supina ignorantia, malè iudicante, ex Contard. Alex. Put. & Rom.

Iudex errans in iure notorio tenetur, & punitur.

27. AMPLIATVR 11. Regula 3. Vt Iudicis imperitia latæ culpæ adscribatur, vnde consequenter ex lata culpa malè iudicando, eòdem modo tenetur, Rom. *in l. si quis, in consulendo, & ibi* Alex. & Aret. *C. de pact.* Bal. Bar. Castren. & Farin. q.111. n.479. qui, q.37. n.121. de magis communi testatur.

Imperitia latæ culpæ adscribitur.

28. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt Iudex ex imperitia malè iudicans, non ex maleficio, sed ex quasi maleficio teneatur, *l. fin. ff. de var. & extraord. cogn.* vbi Bar. & Cyril. Iudicis, enim officium maleficium celat, secundùm Bal. quem sequitur Odofr. Alex. & Far. q. 111. nu. 561. & est alius tex. *in §.1. & ibi* glo. Aret. Bellaper. & Faber *Instit. de ob. lig.* quæ ex quasi delicto nascuntur.

Iudex ex imperitia iudicans, ex quasi delicto tenetur.

27. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt Iudex, qui malè iudicauit per imperitiam in materia difficili, ad aliquod interesse non teneatur, secundùm Alex. Contard. & Rondel. quos sequitur Gorat. qui ait, quod ita passim tradunt DD. clarum est in iure, & quòd iuris dubij ignorantia, æquiparatur ignorātiæ facti, & subscribit Far. *q.* 111. *n.* 565. At, *n.* 566. ait, verius videri, quòd, non in totum, in hoc casu Iudici parcatur, sed quod mitius puniatur, ex Cyril. Contard. Put. Imol. & alijs, & tenuerunt Bar. & Saly. *in l. fin. C. de pœn.* Bal. *in l. mancipia*, *n.* 2. *C. de seru. fugit.* vbi tamen tenet, quòd in hoc casu, vel Iudici sit parcendum, vel mitiùs puniatur, Iudexque non teneatur, nisi ad purum damnum partis, & non ad aliud interesse, & in hoc vltimo subscribit Amad. *de syndic. n.* 123. *vers. excusatur.*

Quid si in materia difficili erret?

30. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt quicquid sit de iure, de consuetudine, Iudices de sententijs per imperitiam malè latis, non syndicentur, sed solummodo de furtis, malè ablatis, de dolo, & barattaria, Accurs. Amad. Bertaz. Conrad. & Gram. nec nō Far. *n.* 572. *q.* 111. vbi refert, & sequitur Paul. Granut. dicentem, non esse credendū DD. de consuetudine attestantibus, nisi vbi sunt versati; nec consuetudinē seruandam in notoria iniustitia; De prædicta cōsuetudine est præsertim testis Clar. & ad eum Baiar. *q.* 73. *vers. item Iudex*; Ioseph autem Ludou. testatur de communi totius Italiæ obseruantia, vt eum refert Far. *d. n.* 572.

De consuetudine, de quibus syndicetur Iudex?

31. LIMITATVR 4. Regula 3. Vt quandò Iudex per imperitiam sententiam nullam tulit, litē suam non faciat, quia nullitate sentētiæ stante, ex ea pars non læditur, secus, dum ex ea parti præiudicium fit, Bal. Bar. Castren. Diaz. & Farin. *n.* 580. qui de hoc agit, *à n.* 575. *vsque ad n.* 582.

Quid si Iudex sē. tentiam nullā ferat?

32. De materia huius q. diffusè, & solidè pertractat Far. *q.* 111. *à n.* 360. *vsq; ad finem q. eiusdem.*

Quomodo Iudex suum arbitrium regulare teneatur in Reo condemnando, vel absoluendo, in varietate opinionum, & an sequi debeat opinionem communem, & probabiliorem?

Quæstio 143.

1 PRo complemento huius tractatus 11. superest hæc q. in qua.

2. REGVLA sit. Iudex in condemnando, seu in absoluendo Reum, communē, & probabiliorem opinionem sequi debet, Bann. Ledes. Manuel. Valent. & Vasq. quos refert, & probabilius iudicat Sāch. *in decal. to.* 1. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 37. Azor. Becā. Filliuc. Malder. Portel. Laim. Tanner. & Villal. relati a Dian. *par.* 2. *tr.* 13. *resol.* 3. Neuiz. latissimè, quem sequitur Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *cas.* 339. *nu.* 21. & tradunt omnes, *in c. fi. de Constit.* Comprobatur hæc Regula, præsertim ex dicendis hic *infra*, *n.* 8.

In Reo damnando, seu absoluēdo tenetur Iudex sequi cōmunē, & probabiliorem?

3. Pro declaratione Regulæ notatur 1. quòd illa dicitur communis opinio, quam plures, grauioresque DD. amplectuntur, Abb. *in c. prudentiam, in prin. de offic. Deleg.*

Cōmunis opinio quæ dicatur?

Alex.

Alex. citatus à Cæpol. *caut.* 31. *in princ.* & est bonus tex. *in c. in Canonicis scripturis* 19. *distinc.* Et hinc sequitur, quòd opinio non dicitur communis ex multitudine tantùm DD. qui pecudum more, nulla discussione præmissa, priorum vestigia sequuntur, sed potius illa, quæ; licèt pauciores pro se DD. habeat, tamen sunt grauiores, & vtriusque partis rationes perpēdunt, vt probat Sanch. vbi supra, *n.* 9. *& lib.* 3. *de matrim. disp.* 44. *n.* 2. De communi opin. agit Tusch. *to.* 5. *lit. O. concl.* 149.

Quæ pro babilis dicatur? 4. Notatur 2. Opinionem probabilem dici, quæ fundamento alicuius momenti innititur, & pro parte opposita nihil conuincens omninò existit, Sanch. *in decal. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 6. Et ex hoc infertur, authoritatem vnius Doctoris probi, & in illa materia docti, dum in oppositum non est quid conuincens, opinionem probabilem reddere, Angelica, *ver. opinio, n* 2. & ibi Sylu. *q.* 1. Eman. Sa, Nauar. Valent. & Sanch. *n.* 7. Filliuc. *to.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *n.* 134. Merol. *to.* 1. *disp.* 3. *c.* 4. *dub.* 1. *n.* 4. & Azor. *to.* 1. *lib.* 2. *c.* 16. *&* 17. Dummodò talis opinio non sit antiquata, & communiter reputetur, non continere errorem Vasq. Sayr. & Sanc. *n.* 11.

Sed quod possit Iudex, in condemnando, seu absoluendo sequi minus probabilem, cōmuni relicta, & pariter in absoluēdo. 5. Notatur 3. Quòd licèt benè fundata sit Regula proposita, è cōtra tamèn, quòd Iudex in Reo absoluendo, vel condemnando opinionem probabilem sequi possit, probabiliori, & communi relicta, tenuerunt Aragon. Medin. Petr. Ledes. Salas, Salon. & Syr. locis relatis à Sanch. *n.* 46. vbi hanc affert rationem, quia in hoc casu, nec temere nec imprudenter agit Iudex, cum ratione probabili ducatur; Et cum idem Sanch. *n.* 47. oppositam probabiliorem iudicet, ergo, & hanc probabilem esse iudicat; pro vt eam, generalitèr tamen loquendo, nempè, quòd Iudex communi, & probabiliori relicta, secundùm probabilem iudicare possit opinionem, probabilem existimat Dia. *p.* 2. *tr.* 13. *resol.* 3. *vers. sed contraria*; Et pro hac opinione, *ibidem*, inducit plures DD. nempè, quòd Iudex possit iudicare secundùm probabilem opinionem, communi, & probabiliori relicta, & hi sunt Aluarez, Bonaci. Lorca. Hieron. de Rua, Martin. Delrius, qui asserit, ita communiter sentire Casuistas, Martinez, Morla, Sancius, & Triuignus: Subscribunt huic sententiæ Lazarius, Leo, Palaus, & Pharaonius, locis relatis à Dia. *p.* 3. *in add. secundarijs, resol.* 13.

6. Ex quibus apparet, quam probabilis sit ista opinio opposita Regulæ, quam sequens Iudex, propter hoc syndicatui subijci minimè debet, ex allata ratione, quia qui iuxta opinionem probabilem, probabiliori, & communiori relicta, sententiā fert, vt omnes fatentur, teste Dia. *in p.* 2. *tr.* 13. *res.* 3. prudenter se gerit, & ideo Iudicem, ex hoc capite, punire, esset de prudenter actis, & sine culpa pœnam ei infligere, quod iniquum est, & rectæ rationi oppositum, ita in terminis docet Sancius, *in pract. disp. nu.* 72. *in fin. disp.* 44. Non tamen adhereo Villalob. quem sequitur Dia. *in par.* 3. *in addit. secundarijs, resol.* 13. volens coar-

An verò teneatur pro Reo sequi minus probabilem?

coarctare Iudicem, vt in criminalibus non possit contra Reum, nec probabilē, nec magis probabilem sequi opinionem, & communem sed quòd potius minus probabilem pro Reo sequi teneatur opinionē; Contra quam assertionem, meritò tenet Sancius, *in selec. disp.44.n.52.* & Bonaci. *de ll. disp.2. q.4. punct.9. nu.15.* vbi, hanc Sancij opinionem probabilem asseuerat; Quòd limitabis, dum ageretur de probabilitate circa factum, vt dicam *in hac q.n.17.*

7. At stando in prima opinione hic sup. in Regula, *n.2.* proposita.

Contra communem iudicans, tenetur.

8. AMPLIATVR 1. Regula; Vt Iudex contra communem DD. iudicans opinionem, teneatur, & litem suam faciat, Bar. Bal. & Salyc. *in l. fi. C. de pæn. Iudic. qui malè iudic.* Aret. Corat. qui ait, talem Iudicem litem suam facere, & ad interesse partibus teneri, etiam in foro conscientiæ, quamuis per imperitiam contra communem iudicauerit, & pluribus concordantibus relatis, de communi, & recepta DD. opinione testatur, Conrad. qui asserit, quod Iudex, qui contra communē iudicat, perdit animam, & honorem, facit litem suam, partiq; ad interesse tenetur, & Farin. *q.111.n.492. & 493.* hos refert, & sequitur de communi receptaque opinione est testis.

Circa factum se quēdum, quod probabilius est.

9. AMPLIATVR 2. Regula Vt quicquid sit circa ius, tamen circa factum, Iudex teneatur sequi, quod probabilius est, Valen. *in 2.2. disp. 5. q.7. pun.3.* Clau. Reg. *lib.1. c.9. n.13.* Regin. Salon. Sanch. & Bonaci. *de ll. disp.2. q.4. pun.9. nu.14.* Dia. *p.2. tr.13. resol.3. vers. dico.* Quid autem dicendum sit, dum circa facti probabilitatem agitur, in criminalibus, in fauorem Rei? dicetur *infra. n.17.*

In æque cōmunibus, vel in conflictu opinionum, cui vult, adheret Iudex.

10. LIMITATVR 1. Regula; Vt stantibus duabus æque communibus opinionibus, non magis vnam, quam alteram Iudex sequi teneatur; sicut etiam in magno opinionum conflictu potest Iudex, quam vult, opinionem sequi, Anchar. Boer. Dec. Curt. iun. Crauet. Innoc. Neuizan. & Menoch. *de arbitr. q. lib.2. cas.177. n.17.* Bal. & idem Menoch. *cas.339. n.19.* Quòd maximè procedit, quandò in tali conflictu opinionum, non adest aliqua communis, seu magis obseruata, quo casu Iudex sequendo magis vnam, quam aliam, ad aliquid non tenetur, Bar. & Saly. *in l. fi. C. de pæn. Iudic. qui malè iudic.* Amad. Bossi. Corat. Cyril. Put. & Farin. *q.111. n.494.*

Consilia dãtur salubria in opinionũ cōflictu.

11. Accipiat Iudex, DD. sequentia consilia in opinionum cōflictu. Consilium 1. sit. Illam Iudex sequatur opinionem, in opinionum conflictu, quæ consuetudine est approbata; qua cessante, eam sectetur opinionem, quæ aliquo iure comprobatur; Et his deficientibus, illi opinioni adhereat, quæ efficacioribus rationibus munitur; Quibus non existentibus, eam eligat, quæ tutior est, ita Villalob. *in suis comm. opin.* 107. & Stephan. de Federic. *de interpret. iuris. par. vlt.*

12. Consilium 2. sit. In opinionum conflictu illa eligatur, quæ est benignior, magisque pia, Nauar. *in man. c.27. n.287.* Cornex. & Lez. *to. 3. ver.*

3. ver. Iudex n. 20. Humanior, & quæ est iuxta æquitatem, Cornex. Syluest. & Lezā. ibidem; Et fauorabilior, vt ea, quæ facit, vt res valeat, & non pereat, Villalob. & Steph. de Federic. vbi sup.

13. Consilium 3. sit, In opinionum conflictu, illam Iudex præferat, quæ Reo fauet, Cornex. Nauar. & Lez. n. 20.

14. Consilium 4. sit. In opinionum conflictu illa eligatur, quæ à prudentioribus est approbata, Villalob. & Steph. de Feder. vbi sup. iuxta c. in Canonico 19. distinct. & a pluribus est comprobata, vt notant proximè citati DD. arg. l. quam maior, ff. ad municipalem; Et consequẽter, si non de præcepto, saltem de consilio, communem, & probabiliorẽ Iudex sequi opinionem debet.

Communis falsa non est sequenda.

15. LIMITATVR 2. Regula; Vt opinionem communem euidenter falsam, & quæ rationibus conuinci potest, Iudex sequi non debeat, Abb. in c. 1. n. 15. de Constit. & Menoc. de arbitr. q. lib. 2. cas. 339. n. 21.

In foro conscientiæ tutus est sequẽs minus probabilem.

16. LIMITATVR 3. Regula; Vt in foro conscientiæ, pro vt in Sacramento pœnitẽtiæ, dubio procul, Confessarius Iudex spiritualis, tuta conscientia, sicut etiam Pœnitens iuxta opinionem minus probabilẽ, operari possit, Azor. Bann. Nauar. Sayr. Valen. Vasq. Suar. & decem alij DD. quos refert, & sequitur Sanch. in decal. lib. 1. c. 9. n. 14. Filliuc. Portel. Villalob. & Dia. p. 2. tr. 13. resol. 1. vbi inducit duodecim alios DD. & testatur de communi, & idem tenet, in p. 4. tr. 4. resol. 4.

Et etiam Iudex in fauorem Rei.

17. LIMITATVR 4. Regula; Vt, in criminalibus, Iudici liceat opinionem minus probabilem sequi in fauorem Rei, Sayr. in Clau. Reg. lib. 1. c. 11. n. 13. Salon. in 2. 2. D. Tho. q. 63. ar. 4. controu. 2. concl. 2. Pharaon. & Dia. in p. 3. in addit. secundar. resol. 13. Vbi sustinet, quod præsertim, dum opinio minus probabilis circa factum, est in Rei fauorem, Iudex non modò potest, sed tenetur eam sequi, citans Meroll. Leon. Palaũ, & Salam; Et in comprobationem sententiæ Dian. faciunt dicta sup. hic, q. 92. n. 3. & 4. (Circa factum tenetur.)

18. Plura de materia huius q. Sanch. in decal. to. 1. lib. 1. c. 9. Menoch. diffusè, & latius Dian. locis sup. in hac q. relatis.

Finis Tractatus Vndecimi.

DE

DE ILLIS,

Quæ in Sententia ferenda Obseruanda sunt.

TRACTATVS DVODECIMVS.

1 VM *in duobus Tractatibus præcedentibus* de cõsideratione 1. actum sit, nempè de illis, quæ antè sententiam à Iudice ponderanda sunt; *In hoc* iuxta proposita, agendum est de consideratione 2. videlicèt, de illis, quæ in ferenda sententia sunt obseruanda, de quibus, *in duabus sequentibus qq.* differendum erit.

De substantialibus obseruandis, in sententia criminali, apud Regulares, ferenda, Quæstio 144.

Substantialia in sententia criminali obseruanda sunt apud Regulares.

2 REGVLA sit. Substantialia, & essentialia requisita in sententia criminali apud Regulares ferenda, obseruanda sunt, vt generaliter probatum est, *sup.q.* 8. Quæ si omittantur, sententia nulla redderetur, Guaz. *defens.* 35. *cap.9 in princ.* & indubitata est hæc Regula apud DD. deque dictis requisitis agit Guaz. *in eod. c.9. & seq.* & diffusè Maranta, *par. 6. tit. de sent. n.46. & seqq.* Deueniendum est hic, in Regulæ comprobationem, & declarationem, ad particularia requisita specificanda, pluribus subnectendis Ampliationibus, seu potius declarationibus.

3. AMPLIATVR 1. Regula; Vt de substantia sententiæ sit, quod prius scribatur, & postea proferatur, aliàs esset ipso iure nulla, Vãt. *de nullit. ex defect. proces. nu.* 49. *& seq.* Tusch. latè probans, *in lit. S. concl.* 135. *n.* 1. *& seqq.* Cabal. Carauit. & Guaz. *defens.* 35. *cap.9. n.2.* præsertim, *per tex. in l.2. & 3. C. de sent. & pericul. recit. & in c. fin. de re indic. in 6.* vndè sententia, si non sit lecta, & lata, non valet, Socin. & Baiar. ad Clar. *q.* 93. *n.* 8. Bar. Franch. & Guaz. *cap.10. in fin.* qui ait, eosdem tenere, quòd nulla sit sententia, in qua non dicitur, quòd fuit lecta. Et subscribit Muscatell. quem refert Guaz. *c.9. n.5.* Nec solẽnitas hæc prætermitti potest de consensu partium, neque in causis summarijs, ad hoc, vt tollatur temeritas, & præcipitatio, & vt melius per scripturam sententia probari possit, Vant. latè alios allegans, *de nullit. ex defect. proces. nu.* 70. *& seq.* & Guaz. *n.* 4. *Qui tamen, n.5.* ait, dictam clausulam, lectam, &c. secundùm communem DD. testibus Alex. & Tusch. non esse de sententiæ necessitate.

Vt quod prius scribatur, postea proferatur.

Et in ea sit clausula lecta, lata.

4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt sententiæ de essentia sit, vt publicetur in termino citationis ad sententiam, aliàs inualida esset, *l.2. & 3. C. de sent. & pericul. recit. & cap. fin. de re indic. in 6.* Gabr. & Guaz. *c.10. n.2. vbi* citat Rot. Rom. Sed

Vt publicetur in termino citationis

in Vrbe terminus, in quo sententia publicari debet, est decem dierum, pro seruato habito, & semper puplicatio ad diem termini, pro seruato, retrotrahitur, Scacc. *de appel. q.* 14. *nu.* 10. Et dum Rei præsentia haberi potest, Iudex, ad eius præsentiam, sententiam ferre debet, Bal. qui testatur, ita seruare vniuersum Orbem, Ang. & Boss. *tit. de sent. nu.* 15. Si vero Reus est absens, de iure communi, ei intimari debet, gl. *in c. concertationi*, vbi notant omnes, *de appel. in* 6. Anchar. Lancel. qui dicit, quòd ita tenent omnes, Natt. & Guaz. *defens.* 35. *c.* 10. *n.* 1.

Ad Rei præsentiam; vel ei intimetur.

5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt de substantia condemnatoriæ sententiæ sit, vt certa in ea pronuncietur pœna, in incerto .n. pronunciatio non valet, *l. in sententijs, ff. de re iudic.* Mising. Lap. Guaz. & alij, *c.* 15. *n.* 1. qui, *n.* 2. refert, quosdam tenentes, sufficere, Iudicem declarare Reum tale delictum commisisse, dum in eo est pœna iuris communis, vel Statutaria, determinata; Sicut etiam valet sententia, dum ad pœnas Statutarias, vel Bānimenta refertur, Bal. Scacc. Tusc. & Guaz. *n.* 6.

Vt in ea certa pœna specificetur.

6. AMPLIATVR 4. Regula; Vt de essentia sententiæ sit, quòd pœna in ea imposita non sit maior, & grauior, sed æqualis delicto, aliàs nulla esset, nec executioni demandari deberet, Baiar. ad Clar. *q.* 93. *n.* 11. Farin. *q.* 11. *n.* 62. *& cons.* 28. *n.* 1. vbi de communi, Chart. Plotus, Guaz. & alij, *c.* 14. *nu.* 1. Et est nulla in totum, ita vt nec in ea parte valeat, in qua Reus in tali casu de iure punitur, Canemor. quem sequitur Clar. qui testatur de communi, *q.* 93. *n.* 4. & Guaz. *n.* 7. Et idem dicēdum est, cum minor pœna esset imposita, Scacc. *de iud. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 96. Farin. *q.* 18. *n.* 62. *& seq.* & Guaz. *cap.* 14. *n.* 8. Intellige, dum sine causa legitima pœna inæqualis delicto imponitur, Guaz. *ibidem*, ex causa enim, Iudex augere, & minuere pœnas potest, iuxta tradita *hic sup. q.* 133. *vsq; ad q.* 140.

Vt pœna sit delicto æqualis.

7. Ex hac Ampliatione īfertur, quòd sententia lata contra Leges, vel Canones nulla est ipso iure, Tusch. *lit. S. concl.* 141. *n.* 1. vbi de communi, de qua testatur etiam Gabr. qui cumulat concordantes, & tenent Bertaz. Vant. & Guaz. *c.* 20. *n.* 1. *& est tex. in l.* 2. *C. quando prouoc. non est necess.* Quòd procederet, quamuis partes in sententiā consēsissent, Ias. & alij DD. *in l. si conuenerit, ff. de re iudic.* Tusch. & Guaz. *d. n.* 1. vbi testatur de communi, dum sentētia contra ius manifestum, clarum, & indubitatum lata est, Tusch. qui de communi, *n.* 3. Dec. Gabr. Vant. & Guaz. *vbi sup.* Et idem dicendum esset, dum sententia contra Statutum, vel Constitutiones publicatas, & notorias esset lata, Tusch. *n.* 12. Vant. Guaz. & alij, *n.* 2. Siue contra consuetudinem notoriam, seu in actis probatam, Tusch. *num.* 29. Gabr. Vant. & Guaz. cum concordantibus *n.* 3.

Sententia cōtra ius, vel consuetudinem.

8. AMPLIATVR 5. Regula; Vt de essentia sententiæ sit, quòd per verba de præsenti feratur, puta cōdemno, absoluo, alias non valeret,

Vt sententia per verba de præsenti feratur.

Moscatel. qui alios allegat, *in praxi, par. 7.* gl. *condemnando, n. 59. & est tex. in l. 1. ff. de re iudic.* nec verba de futuro sunt ad rem, *l. non quemadmodum, ff. eod.* & faciunt in cõprobationẽ deducta per Guaz. c. 17. *n. 1.* Benè verum est, satis esse, Iudicem per verbum æquipollens pronunciare, absoluendo, vel condemnando, Vant. *de nullit. ex defect. process. n. 91. & seq.*

Quid si per gerũdium? 9. SVBAMPLIATVR Ampliatio 5. Vt sentẽtia non valeat, dum Iudex pronunciat per gerundium simplicitèr, puta; absoluendum, vel condemnandum, Bart. quem magis communitèr sequũtur DD. *in l. 1. C. si aduers. libert.* latè Mercatel. quem sequitur Guaz. *defens.* 35. *c. 17. n. 2.* vbi refert contrarium tenentes, præsertim, dum Iudex, cum gerundio, immiscet aliquid de præsenti; puta addendo infinitum, quod comprehendit omne tempus.

10. Concludens, vbi sup. Guaz. in proposito, quod ad tollendas omnes dubitationes, post verbum absoluendũ, vel condemnandum, addatur in sententia; prout absoluimus, vel condemnamus, vt obseruatur in Vrbe, & notant Vant. & Mascar. à Guaz. relati.

Vel cum conditionali. 11. Caueat præsertim Iudex à sententia ferenda cum conditionali de futuro, cum quā, secundùm magis communem, inualida est, & tenent præsertim Butr. Tusch. & Guaz. *c. 17. nu. 3.* vbi etiam declarat, quid dicendum sit de conditione de præterito, & de præsenti;

Subscribatur sẽtentia. Animaduertat etiam Iudex, vt sententiam subscribat, & sigillo sui officij muniat, iuxta communem stylum.

Festinanter lata, nulla est. 12. AMPLIATVR 6. Regula; Vt sententia festinanter lata, nempe tam breui tempore, vt nullo modo potuerit Iudex causæ habere cognitionem, nulla sit, Tusch. qui plures concordantes allegat, *concl.* 147. *n.* 1. Anchar. Felyn. & Guaz. *cap. 21. n. 1.* Quod procedit, tam in diffinitiua, quam in sententia interlocutoria, Alex. & Guaz. *defens. 35. c. 21. nu. 4.* quamuis lata esset a Principe, & etiam à Papa, Tusch. *concl. 149. n. 2. 12. & 29. lit. S.* Alex. Anchar. Decian. & Guaz. *n. 5.* Nisi Iudex ante Cõmissionem causæ, fortè fuisset benè informatus, Mars. Tusch. & Guaz. *n. 8.* Vel periculum esset in mora, Bal. & Guaz. *n. 9.*

Ex defectu dilationis, festinãs dicitur sẽtentia. 13. SVBAMPLIATVR Ampliatio 6. Vt festinantèr, & nulla dicatur sententia lata sinè assignatione dilationis Reo, ad se defendendum, Tusch. *n. 17. & seq.* Alex. Bal. Fely. Soc. & Guaz. *n. 6.* Immo si dilatio fuerit nimis breuis, ita, vt Reus non potuerit probare, nulla erit sententia, vel saltem iniusta, & retractanda, Abb. Rimin. Tusch. & Guaz. *ibidem.* Ad cautelam autem appelletur à breuitate termini, alias nisi dilatio fuerit adeò breuis, vt induceret impossibilitatem circa causæ cognitionem, secundùm Bald. Tusch. & Guaz. *n. 7.* sententia valebit.

14. Plura, & diffusè de materia huius q. agit Guaz. *defens.* 35. *ferè per totam.*

An

An solemnitates Iuris à Regularibus, in sententia ferenda criminali, seruandæ sint? Quæstio 145.

Apices iuris in sententia Regularium non seruandi.

1 REGVLA sit; solemnitates Iuris, quæ, & apices, seu subtilitates vocantur, non substantiales, in Regularium sententia criminali ferenda, minimè seruandæ sunt, vt generalitèr probatum est sup. *q.* 8. *nu. 3. &* 4. & est communis fere Canonistarum, secundùm tamen approbatas consuetudines, & generalia facta, & facienda cuiusq; Ordinis Inst.tuta, prout declaratū fuit, *sup. q.* 8. *n.* 5. Deueniendum est ad particularia, pro declaratione, & Ampliatione Regulæ.

Inter apices numeratur, quod sententia cōformis sit libello

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt in criminalibus sententia subsistat, continens pœnam, vltra petita in denunciatione, vel accusatione, Bal. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui not. infam.* Clar. Cabal. Gom. & Guaz. *defens.* 35. *c.* 1. *n.* 4. immò si de delicto constet, poterit Reus condemnari, quamuis prius delictum deductum non fuerit in accusatione, Baiar. Clar. Decian. & Guaz. *d. n.* 4. Et si, secundùm solemnitatem, & apices Iuris sententia debeat esse libello conformis, iuxta tradita à Guaz. *n.* 1.

Vnde ad hoc Regulares non tenentur.

3. Hæc Ampliatio generalitèr procedit, & præsertim verificatur intèr Regulares, in quibus, *ex Priuilegio Bonif. VIII.* proceditur summariè, & sola facti veritate inspecta, vt traditum est *sup. q.* 8. *n.* 3. *& seq.* & de habentibus tale Priuilegium, not. Guaz. *n.* 3. Nihilominus

Quid de consilio?

ad tollendas difficultates, prudentèr Iudex se geret, faciendo addere in denunciatione, seu accusatione delictum, & qualitates delicti aggrauantes; Et hoc tanquam tutum, & optimum remedium, laudatur à Bart. *in l. denunciasse, §. quid tamen, ff. de adult.* à Cabal. Gomez. & Guaz. *defens.* 35. *c.* 1. *n.* 5.

Item petitio sententiæ.

4. AMPLIATVR 2. Regula; Vt licèt, secundùm solemnitatem iuris, sententia non sit ferenda, nemine petente, iuxta allata à Guaz. *n.* 1. tamen, in criminalibus, Fiscus semper dicitur instare, & petere, quāuis de petitione expressè in actis nō constet, Clar. & ad eum Baiar. *q.* 10. *vers. fin.* Rom. qui dicit, quòd in causis Fiscalibus, Iudex ex Officio, nemine postulante, sententiam ferre potest, *per l.* 2. *§. Senatus,* vbi concordātes allegat, *ff. de iure fisci,* & sequitur Guaz. *c.* 7. *n.* 2. *&* 3. & apud nos ita practicatur.

Sessio pro tribunali, &c.

5. AMPLIATVR 3. Regula; Vt ad solemnitatem, intèr Regulares, non necessario obseruandam, spectet locus solitus, & sessio pro tribunali, Castren. *in Clem. dispendiosam, de verb. signif.* S. Antonin. *in* 3. *p. tit.* 9. *cap.* 15. *§.* 1. Quamuis inter nos priuilegiatos, alitèr sit dicendum, Guaz. *c.* 9. *n.* 10. Qui idem dicit, *nu.* 8. de pronunciando sententiam in die non feriato; Et tamèn hæc est solemnitas intèr Regulares nō necessaria, & rectè diebus festiuis sententiam ferunt, Castren. & S. Antonin. vbi sup. Et quemadmodum de generali consuetudine, (licèt contra sit de iure) non seruatur solemnitas, vt de die, & non de nocte, sententia feratur, testibus, Hostien. Menoch. Vant.

Dies non feriatus.

Non de nocte.

Guaz. & alijs, *nu.* 7. ita indifferentèr, apud Regulares, potest de die, & nocte sententia ferri, & dum in ipsa sententia dicitur, die tali, intelligitur dies, qui incipit à media nocte, vsque ad aliam mediam noctem, Cabal. *caſ.* 218. *num.* 43. *& ſeq.*

Pronunciatio sententiæ ex ore Iudicis.

6. AMPLIATVR 4. Regula; Vt de consuetudine, in aliquibus Curijs, & præcipuè in Italia, non seruetur solemnitas pronunciãdi sententiam de ore Iudicis, sed vt eam Notarius legat, Clar. & ad eum Baiar. *q.* 93. *in princ.* Tusch. *lit. S. concl.* 133. *n.* 7. *& ſeq.* vbi testatur, de Stylo Romanæ Curiæ, & totius Italiæ, Vant. & Guaz. *defenſ.* 35. *c.* 9 *nu.* 3. vbi ait, de Iure secùs esse. Et hæc consuetudo seruatur apud nos; nempè, vt Actuarius sententiam legat.

Expressio causæ

7. AMPLIATVR 5. Regula; Vt regularitèr non sit solemnitas necessaria, expressio causæ in sententia, *c. ſicut, & c. cum Bertoldus. de re iudic.* immò secundùm Imol. & Farin. *quæſt.* 17. *num.* 62. nec non Natt. *conſ.* 415. *num.* 31. fatuus esset Iudex, qui in sententia causam exprimeret; Et ideo ad summum Iudex causam in genere exprimat, dicendo e. g. Iustis de causis, animum nostrum mouentibus; Hoc enim sufficeret, etiam in casu, in quo necessaria esset causæ expressio, Ghirl. Menoch. Tiraq. Vasq. & Farin. *nu* 65. Puta, dum ex causa receditur a pœna legali, quo casu, etiam nullo modo expressa causa, sententia valeret, sed Iudex in syndicatu teneretur, Bar. Bal. Felyn. Tiraq. Vasq. qui testatur de communi, & Farin. cum alijs, *n.* 64. Alex. Boll. *de ſent. n.* 36.

Solemnitas trium testium.

8. AMPLIATVR 6. Regula; Vt solemnitas trium testium in sententia criminali (de qua Guaz. *nu.* 6.) apud Regulares, non sit necessaria, nisi fortè consuetudo, alitèr apud aliquos introduxisset, sed duo sufficiant testes, prout etiam in Vrbe duo testes sufficiunt, teste Guaz. *ibidem*.

9. De hac q. plura reperies apùd Guaz. *defenſ.* 35. *in capitibus ſupra citatis*.

Finis Tractatus Duodecimi.

DE ILLIS,

Quæ post Sententiam latam Scienda sunt.

TRACTATVS TERTIVSDECIMVS.

1. BSOLVTIS duabus primis considerationibus ad Caput 3. huius Epitomes spectātibus, videlicet de ponderandis, & obseruandis, antè, & in ipsa criminali sententia ferenda, superest, ad vltimandum ipsummet Caput 3. & insimul totū Opus huius Epitomes Theoriæ Causarum Iudicialium Regularium, iuxta propositum ordinem, in hoc Tractatu, de 3. agere consideratione, nempè de illis, quæ post sententiam latam scienda sunt.

2. Cum autem post lectam, latam, publicatamque sententiam, Reus, vel illi acquiescat, vel appellet, & dum acquiescit, sententia ipsa executioni demandanda sit, dum verò appellat, executio regulariter sit differēda; In hoc Tractatu, prius de appellatione, postea de sententiæ executione erit differendum.

Appellatio quid sit? 3. Appellatio autem iudicialis, de qua hic loquendum erit, nihil aliud est, quàm prouocatio de minore ad maiorem Iudicem, ratione grauaminis illati, vel comminati, ita Franch. Lanceil. & Scacc. *de appel. q.1.n.1.* Iste enim fuit finis, ad quem appellatio fuit introducta, nempè, vt grauamen reparari posset, Franch. & Scacc. *q. 3. nu.1.* & consequentèr, vt imperitia, vel iniquitas corrigatur Iudicantium, Papien. & Scacc. *ibid.* Nec non, vt defectus probationis, qui in præcedenti instātia interuenit, in appellatione restaurari posset, & sic ad grauamen releuandum, quod pars, ex propria culpa, negligentia, seu ignorantia, in sententia passa fuit; Et hinc est, quòd stante veritate huius finis, ad supplendum omissa, à sententia quantumuis iustissima, licita est appellatio, Franch. Maran. & Scacc. *q.3.n.1.*

De requisitis substantialibus, deque congruentibus quibusdam non substantialibus appellationis.

Quæstio 146.

1 REGVLA 1. sit. De substantia appellationis sunt 1. vt contineat nomen appellantis; 2. nomen Iudicis, à quo; 3. sententiam, à qua appellatur; 4. dies in qua interponitur; 5. de eius substātia est, vt sit in scriptis. Singulæ particulæ comprobandæ sunt. Substantialia appellationis quæ sint?

2. Continere igitur debet 1. appellatio nomen appellantis, ita Bar. *in l.1. §. fin. in princ. ff. de appel.* Ang. Franc. Lancel. Scacc. & alij, *de appell. q.4. n.39.* Sed si plures ex eàdem causa condemnati essent, & omnibus eadem cōpeteret defensio, ad hoc vt omnibus appellatio pro- Appellatio continere debet nomen appelantis.

prodesset, communisque fieret, nomen vnius ex ipsis exprimere sufficeret, Bellaper. Ruyn. Scacc. & alij, *vbi sup.*

Nomen Iudicis à quo. 3. Debet 2. appellatio continere nomen Iudicis, à quo, Bar. vbi supra, Franch. Lancel. & alij, cum Scacc. *n.*43. Sed quamuis nomen tantùm Dignitatis Iudicis contineret, puta, Episcopi Fanensis, seu Prouincialis N. Marchiæ, hoc sufficeret.

Sētētiam à qua appellatur. 4. Appellatio debet 3. sententiam continere, à qua appellatur, Franch. Lācel. & Scacc. cum alijs, *de appell. q.*4. *n.*55. At quocumque modo de certa appareat sententia, satis erit, Bar. *in l.*1. *§. fin. n.*7. Franch. & Scacc. *n.*52.

Diem appellationis. 5. Præterea 4. exprimendus est dies, in quo appellatio interponitur, vt, an intra legitima tempora appellatum sit, appareat, Gau. Ruginel. & Scacc. *n.*57.

Appellatio in scriptis, debet esse. 6. Tandem 5. appellatio à sententia diffinitiua in scriptis esse debet, de substantia enim appellationis est scriptura, Contard. Franch. & alij, quos sequitur Scacc. *n.*1. Bursat. Costa, & Guaz. cum cōcordant. *defen.*36. *c.*19. *nu.*1. *& est tex. in l.*1. *§. fin. ff. de appel.*

Quid dū lapso tēpore appellatur, Actuario scribēte? 7. AMPLIATVR 1. 5. substantiale; Vt non satis sit, quòd appellans, aliquo tempore elapso post latam sententiam, oretenus dicat, appello, &c. quamùis verbo pronunciato, statim Notarius appellationē in scriptis redigeret, Franch. & Scacc. concordantes referens, *n.*5. Marſ. & Guaz. *d. n.*1.

8. AMPLIATVR 2. 5. substantiale; Vt procedat etiam in interlocutoria, vim diffinitiuæ habente, Guid. Pap. & Scacc. *n.*2. Et de iure Canonico, in omni interlocutoria, Bal. Bar. & Scacc. *n.*9. — Quid in interlocutoria?

9. LIMITATVR 1. substantiale 5. Vt appellatio sinè scriptis teneat, quandò Iudex à quo, illam admitteret, Contard. Franch. Gemin. & Scacc. *de appell. q.*4. *n.*18. — *Admissa* sine scriptis tenet appellatio.

10. LIMITATVR 2. substantiale 5. Vt non procedat, quandò statim lata sententia appellatur, quòd potest fieri viua voce, absque eo quòd scriptura porrigatur, tamēn in actis id Notarius scribat, Frāch. Papien. & Scacc. cum alijs, ab eo relatis, *n.*15. Et quandò quis incontinenti post sententiam appellat, sufficit, quòd tantummodò dicat; Appello; Caputaq; & Scacc. *n.*40. Et ex hoc limitantur singula quinque substantialia in Regula 1. proposita, Statim autem, in hoc casu, dicitur, quòd sit, dum Iudex à tribunali non recessit, Bar. qui de communi obseruantia testatur, Gemin. Specul. & Scacc. *n.*16. — Quid si incontinēti appellet?

11. LIMITATVR 3. substantiale 5. Vt non procedat in causis Regularium, in quibus, vt probatum est supra, *q.*8. *n.* 3. proceditur summariè, &c. in summarijs autem scriptura de substantia non est in appellatione, Franch. & Scacc. *n.* 10. & 11. Sicut nec libellus in scriptis datur in causis summarijs, in quibus proceditur sinè figura iudicij, Scacc. concordantes remissiuè citans *d. n.*11. vbi cum ijsdem ait; in causis enim summarijs remissa sunt omnia substantialia ordinis iudicialis; & consequentèr scriptura appellationis remittitur, quæ est libel- — An, & quæ scriptura requiratur intèr Regulares?

libellus secundæ instātiæ, Franch. Ruginel. & Scacc. *n.* 38.

12. Sed ego in hoc concluderem, sicut probatum est *sup. q.* 19. *n.* 4. & 5. de denunciatione iudiciali, quòd licèt melius sit, vt etiam apud Regulares appellatio in scriptis porrigatur, sufficiat tamen, vt verbalitèr proponatur, dummodò Notarius, dum interponitur, in scriptis eam redigat, quià, vt obseruat D.Thom. 2.2. *q.* 68. *ar.* 2. *in corpore*, ea quæ verbotenùs dicuntur, non redacta in scriptis, facilè à memoria dilabuntur, & vlterius circumscripta omni scriptura, appellatio ex actis nō appareret, prout de Iure deberet.

Opinio Authoris.

13. REGVLA 2. fit. Non sunt de substantia appellationis, primò verbum appello; 2. Nec expressio causæ grauaminis; 3. Nec nomen appellati; 4. Neque nomen Iudicis ad quem; Singula separatim probanda hic erunt.

Cōgruētia non substātialia appellationis sunt.

14. Non esse necessarium, licèt sit congruum primùm, nempè, vt appellans vtatur hoc verbo, appello, sed posse vti verbis æquipollentibus, putà, proclamo, vel prouoco, seu conqueror, aut similibus, dummodò appareat de mēte proferentis, tenent Franch. & Scacc. *de appell. q.* 4. *nu.* 19. & Natt. *cons.* 606. *n.* 1. & 4.

Verbum appello.

15. Expressionem verò causæ, quòd est 2. non esse de substantia appellationis à diffinitiua, volunt Abb. & Franch. *in c. cum in Ecclesia, de appel.* Archid. Specul. & Scacc. *q.* 4 *n.* 25. vbi concordantes; & hoc procedit, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico, Contar. & Scacc. *nu.* 26. Non tamen incongrua est expressio causæ, dummodò nō irrationabilis; Et idem procedit in interlocutoria habēte vim diffinitiuæ; Limita, vt requiratur expressio causæ in appellatione à sententia diffinitiua ad correctionem; Item in appellatione ab executione; Pariter in appellatione à sententia diffinitiua lata in causa commissa, appellatione remota; Sicut etiam in appellatione interposita à tertia diffinitiua, propter suum interesse, Franch. & Scacc. *n.* 29.

Expressa causæ in appellatione à diffinitiua,

Limitatur hoc multiplicitèr.

16. Appellatio autem, à mera interlocutoria, debet esse cū expressione causæ grauaminis nominatim, Gemin. & Franch. *in cap.* 1. *de appell.* Abb. Specul. & Scacc. *q.* 4. *n.* 30. Vnde non satis esset dicere, appello, quia interlocutoria est iniusta, & in ea grauatus sum; Cum exprimi debeat grauamen, & iniustitia in specie, Franch. & Scacc. *n.* 33. nec non Innoc. *in c. fin. de noui oper. nuncup.* Et quòd causa in specie exprimi debeat, aliàs non teneat appellatio, voluerunt Maran. & Scacc. *d. n.* 30. Nec sufficit se referre ad acta, puta dicendo; Allego pro grauamine omnes causas, quæ colligi possunt ex actis, Rot. *decis.* 2. *aliàs* 7. quæ incipit; *si appelletur, n.* 1. *de appell. in nou.* Franch. Maran. & Scacc. *n.* 31.

Quid in interlocutoria?

17. Nisi fieret relatio ad certam partem actorum, in quibus diceretur, de grauamine apparere, tunc enim grauaminis causa, in specie expressa, dici posset, & sufficeret, Rot. Bal. Franch. & Scacc. *nu.* 32. Vel nisi ex inspectione sententiæ con-

constaret de grauamine, puta, quia in ea exprimeretur causa reprobata à Iure, Franch. Scacc. & alij, *n.* 34. Seu nisi Iudex tali deferret appellationi, factæ finè causæ expressione, Franch. Gemin. & Scac. *q* 4. *n.* 36. Et excipe etiam causas, in quibus summariè procedi potest, & in quibus appellatio ab interlocutoria valet etiam causa nō expressa, Foller. Franch. & Scacc. *n.* 37. *&* *n.* 10. cum Ang. nec non, *n.* 11. vt apud Regulares; nisi obstaret ius Canonicum nouum, vt dicetur *infra, q.* 150. *n.* 15.

Et apud Regulares.

18. Sed nota, quòd dum dictum, probatumq; est, causam in appellatione ab interlocutoria esse exprimendam, intelligi debet, vt causa sit rationabilis, aliàs enim appellatio non valeret, Frāch. & Scacc. *ibidem*: & hæc doctrina semper habet locum in appellatione ab excommunicationis sententia, quæ numquam diffinitiuæ æquiparatur, & ideò in ea causæ expressio requiritur, Franch. & Scacc. *n.* 30. *in fin.*

Causa rationabilis exprimatur.

19. Quo verò ad 3. non substantiale sententiæ, in Regula 2. propositum: Nomen appellati, seu aduersarij, non necessario continere appellationem, dixerunt gl. *in l.* 1. *§. fin. & ibi* Bar. *ff. de appell.* Franch. Lancel. Put. Specul. & Scacc. *n.* 40. *& est tex. in l. scio, in prin. ff. de appel.* Congrua tamèn est talis nominatio, præsertim cum nō desint, relati à Scacc. *ibidem*, tenentes appellatum in appellatione nominādum esse.

Appellati nomē, an sit exprimēdū?

20. Quo tandem ad 4. non substantiale in Regula 2. insinuatum; Iudicis ad quem nominis expressionem non necessario fieri debere, tenendum est; Talis enim expressio substantialis non est; Ideoque valere appellationem, licèt in ea, nomen Iudicis ad quem, nō exprimatur, voluerunt Ang. *in l.* 1. *§. si quis, ff. de appel.* & Scacc. *q.* 4. *nu.* 46. Et appellationem simplicitèr interpositam, non expresso nomine Iudicis ad quem, valere, & factam intelligi ad Superiorem proximū, tenēt Ang. & Bar. *in l.* 1. *§. si quis, ff. de appell.* Alex. Archid. Bal. Socin. Maran. qui testatur de communi, & Scacc. *q.* 7. *n.* 4. qui idem probat, *n.* 12. dicente, Appello ad Iudicem competentem; Et dicetur *infra, q.* 151. *n.* 1. De consilio tamen exprimatur ad cauendas ambiguitates, cum talem expressionem necessariam esse, tenuerint Franch. Lancel. & Rebuff. à Scacc. relati, *q.* 4. *n.* 46.

Et Iudicis ad quem?

21. Neque obstat, quòd cum, de Iure Canonico, possit appellari ad Papam, ad Legatum a Latere, & ad Patriarcham, omissis medijs, appelatio de hoc Iure videatur non valere, tamquam incerta, ad quem appelletur, vt tenent Card. Alex. & Franch. à Scacc. relati, *q.* 7. *nu.* 7. Quia respondetur, quòd hæc incertitudo tolletur, cum appellans prosequi cœperit appellationem, & coram certo Iudice, appellatum citare faciet, Rot. *decis.* 33. *aliàs* 209. *de appel. in nou.* & not. Scacc. *q.* 9. *n.* 1. *vers. non recedam*; Quòd si appellans non prosequatur, competentem, quem maluerit appellatus, eligere poterit, Gundis. & Scac. *ibidem.*

Quid de iure Canonico?

22. Ani-

Declaratur. 22. Animaduerte pro maiori declaratione, quòd ille, qui, non specificato nomine Iudicis ad quem, appellauit, sed tantùm dixit, puta; Appello ad quem de iure, Poterit postea Iudicis nomen declarare, & non modo intra 10. dierum tempus, à lege datum ad appellandum, secundùm communem DD. de qua Scacc. *q.9. n.* 8. *vers. contra*, sed etiã intra tempus datum ad appellationem prosequendam, Bero. Gundis. & Scacc. *n.* 1. *& nu.* 8. vbi citat Rot. & ait, hoc verius esse, licèt nõ sinè controuersia.

In appellatione alternatiua. 23. Hinc infertur 1. Apellationem alternatiuam ad Iudices competentes, puta, ab Episcopo, ad Archiepiscopum, vel ad Papam, etiam sine clausula (Reseruatæ optionis) validam esse, Rot. *decis.* 33. *de appel. in nou.* Alex. & Scacc. *num.* 8. quòd multò magis est verum, dum appellatio, cum d. clausula optionis reseruatiua, interposita fuit, Rot. *in d. decis.* 33. Bero. Lancel. Specul. & Scacc. *n.* 1. Quamuis, vt *ibidem* apparet, hic punctus non sit sinè controuersia: Nisi appellans eligat antè legitima tempora appellationis transacta; Vel nisi in appellatione concurrat probabilis aliqua dubitatio Iuris, vel facti, ad quem sit appellandum, tunc enim controuersia cessaret, cum etiam de Iure Canonico, appellatio alternatiua, & generalis in his casibus teneat, secundùm Card. Alex. & Franch. *in c. dilecti, de appel.* Ferrar. Gamb. Ruginel. & Scacc. *n.* 6.

Seu copulatiua. 24. Infertur 2. quòd appellatio copulatiua, qua quis ad diuersos appellat Iudices, valida est, & dum ad singulos illorum, quis legitimè appellare potest, ad supremum nominatorum appellatum intelligitur, vt si quis appellet ad Papam, & ad Legatum, appellatum ad Papam intelligitur, Archid. Gundis. & Scacc. *de appel. q.* 10. *n.* 1. *&* 2. *ver. quid dicendum*, vbi ait, appellationem talem valere, siuè appellans intra dies decem, siuè postea declaret, coram quo appellationẽ prosequi velit. Sed animaduerte etiam, hunc punctum controuersum esse, vt not. Scacc. *d. num.* 1. Et pro opposita opinione, quòd appellatio ad diuersos Iudices non valeat, *ibidem* inducit Franch. Io. Andr. & Specul.

25. Plura de hac q. diffusè agit Scacc. *de appel. q.* 4. 9. *&* 10.

Qui possint, quiuè appellare nõ possint? Quæstio 147.

1 REGVLA 1. sit. Omnis iniustè grauatus appellare potest, Papien. Ruginel. Specul. & Scacc. *de appell. q.* 5. *nu.* 1. & est tex. *in c. vt debitus, de appel.* & tenent D. Tho. Sylu. Sayr. Valen. & Bouer. cum alijs, *in direct. p.* 3. *c.* 2. *vers. cum igitur.* Iniustè grauatus appelare potest.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt cum appellatio iudicialis sit defensio, Scacc. *n.* 6. etiam excommunicato grauato concedatur, Franch. Specul. Scacc. cum concordantibus, *q.* 5. *nu.* 5. Qui & Procuratorem in causa appellationis constituere, & etiam per se prosequi pòtest, Butr. & Innoc. *in c. veniens, il* 2. *de testibus.* Quamuis excõmunicatus.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1.

Quilibet nō prohibitus, appellare potest.

Vt cuilibet appellatio permissa cēseatur, nisi in iure alitèr expresè statutum reperiatur, *l. & in maioribus, & ibi* gl. & communitèr omnes DD. *C. de appel.* Viuian. *opin.* 55. *nu.* 1. *& seq.* vbi concordantes refert, & de cōmuni testatur, Ang. Specul. Lancel. & Far. alios etiam inducens, *q.* 101. *n.* 1. Et in tantùm verum est, cuicumq; licere in criminalibus appellare, vt nec renunciatio facta appellationi teneat, *l. addictos*, & ibi communitèr DD. *C. de appell.* Ang. Put. Lacel. Franch. & Far. *nu.* 20. vbi testatur de communi; Licèt Din. & Bar. relati à Far. *n.* 21. contrà sentiant; quorum opinio potest procedere in delicto notorio, in quo verum est, renūciationem appellationis valere, Far. *n.* 22. Bal. Ang. & ad eum Aug. *de malef. in ver. præsente dicto Caio, &c. n.* 11. vbi hoc extendit ad casum, dum Reus esset confessus, vel talitèr conuictus, q̄ negare nō posset.

Renunciatio appellationis, an teneat?

4. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt Procurator, qui habet mandatum, licèt tantum generale ad lites, non modo possit, sed etiam, dū expedit, appellare teneatur, glo. *in l. vlt.* vbi ait, quod ita tenent omnes, *ff. an per aliū caus. appellat.* Ang. Castr. Specul. & Scacc. cum pluribus concordantibus, *q.* 5. *n.* 12. Non tamèn tenetur appellare, quandò iustè succubuit, vel dum est in dubio, cū sentētia, in dubio, iusta præsumatur, Alex. Nat. & Scacc. *n.* 22.

An procurator appellare possit, & teneatur?

5. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt in causis criminalibus quilibet extraneus, etiam condemnato inuito, appellare possit, Farin. qui de communi, *q.* 79. *n.* 175. Franch. Specul. & Scacc. cum concordantibus, *q.* 5. *n.* 44. Licèt non habeat mandatum, Far. *q.* 79. *n.* 175. & Scacc. *eod. nu.* 44. Et potest prosequi appellationē, Far. *n.* 25. Ang. Fely. & Scac. *num.* 46. Siuè Reus sit damnatus ad mortem naturalem, siuè ad membri mutilationem, siuè ad mortem ciuilem, vt ad perpetuum carcerē, Far. *q.* 101. *n.* 24. *in fin.* Scacc. cum alijs, *n.* 51. Immò quandò Reus reperitur in fortijs Curiæ, à quauis pœna appellare potest, & quilibet extraneus, etiam sinè mandato, Guid. Pap. & Scacc. *n.* 52.

An extraneus, sine mandato, appellare possit?

6. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt Regularibus, qui iniustè grauati sunt, ad legitimum Superiorem appellatio denegari non debeat, iuxta decretum Sac. Congr. super. Episc. & Regulares, *Anno* 1587. de quo Sorbus, *in compen. Priuil. mendic. vers. appellare*, & not. Azor. Nauar. & Lez. *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 7. vbi in comprobationem citat, *c. de priore, de appell.* & alia iura, & apud nos, hoc habetur, *in nostris Constit. in c.* 10.

An Regulares appellare possint?

7. LIMITATVR Ampliatio 5. Vt Regularibus á suorum Superiorum correctione, quæ vt plurimum leuis esse solet, quæue secundùm Regularia instituta sit si in ea modus non excedatur, appellare non liceat, cum in ea Superior, non vt Iudex, sed vt Pater procedat, *c. ad nostram, c. reprehensibilis, & c. cum speciali, de appel.* & not. Bouer. *in direct. p.* 3. *c.* 2. *ver. id quoque*, Scacc. *de appel. q.* 17. *lim.* 26. *nu.* 8. Rodr. *to.* 1. *q.* 29. *ar.* 1. & Lez. *to.* 3. *ver. appel. n.* 3. Caueant igitur Regulares á tali appellatione, nec non á quacumq;

A correctione Regulari?

cumq; alia à sententia iusta; iniustè enim appellantes, mortalitèr peccant, D. Tho. 2. 2. *q. 69. ar. 3.* Portel. & Lez. *to. 3. ver. appel. n.* 8. Vide tamen hic sup. in tit. huius Trac. *n. 3.* Immò Christi, & tot Sanctorum exemplo, potius iniquum iudicium sustinere eligant, quam ad appellationem, quamuis iustam deuenire. Et iuxta hanc limitationem declarandæ sunt Apostolicæ, & Conciliares Constitutiones, dum appellare Regularibus prohibent, ita Sanch. *lib. 4. Decal. c. 8. n. 109. Rodr. to. 1. q. 29. ar. 2.* Nauar. Azor. & alij, quos refert, & sequitur Sanctor. *in exam. pœnal. distric. c. 26. q. 1. vers. Resp. 4.* extra quos casus Regularibus appellare licet, & eorum innocētiam defendere, qui naturæ legibus non renunciarunt, nisi in expressis in suis votis, & Regulis Sanctor. *ibid.*

Conuictus appellare potest.

8. AMPLIATVR 6. Regula 1. Vt quilibet, etiam conuictus, regularitèr appellare possit, *l. 2. §. 1. vbi* gl. Bar. Cyn. & Castren. *C. quorum appel.* Viuian. *opin. 50. n. 5.* qui de communi, Chart. & Guaz. *defen. 36. cap. 11. n. 1.* Alber. Dec. Rom. Imol. & Far. cum concord. *q. 101. n. 131.* Butr. Lancel. & Scacc. cum alijs, *de appell. q. 17. lim. 4. n. 72.* vbi testatur de communi, & recepta in praxi opinione; Quid autem dicendum sit de conuicto, & confesso, seu de confesso tantùm, dicetur *infra hic, n. 14. vsq; ad 16.*

Limitationes primæ Regulæ remissiuè.

9. Possēt hic subnecti variæ limitationes Regulæ 1. puta, quòd non possit quis appellare ad Iudicem incompetentem, nec à Iudice supremo, neq; post 10. dies, neuè à quibusdam sentētijs; Sed suis locis opportunius de his materijs agetur in proximè sequentibus quæstionibus.

An cōtumax appellare possit?

10. Et in hoc loco, tantùm Limitatur Regula 1. vt verus cōtumax, nempè qui legitimè, & peremptoriè fuit citatus, & non comparuit, appellare non possit, Franch. Maran. Specul. & Scacc. qui plures concordantes refert, citans Rot. *q. 17. lim. 3. n. 1. 2. & 3.*

11. SVBLIMITATVR hæc Limitatio; Vt Rota fundata in æquitate Canonica admittat appellationem contumacis, præsertim intra 10. dies à sententia lata, testatur Rot. *decis. 16. alias 364. in fin. de dolo, & contum. in nou.* quam referunt Fely. Ferret. N. cel. & Scac. *n. 12.* vbi ait, ita omni prorsus difficultate remota, seruari in Curia Romana, & in toto Statu Ecclesiæ; etiam vbi Constit. Marchiæ seruantur, contumaci appellare prohibentes, Scacc. *n. 13.*

Non grauatus appellare nō potest

12. REGVLA 2. fit. Non grauatus appellare non potest, Bal. *in l. vnica, n. 7. C. nec lic. vna ead. caus.* Franc. Osac. & Scac. cum alijs, *de appel. q. 5. n. 94.*

Cōfessus, & conuictus appellare nō potest

13. Infertur 1. ex Regula 2. Confessum, & cōuictum appellare non posse, Viuian. Cyn. & Guaz. *defen. 36. cap 11. n. 1.* gl. *in l. 2.* vbi Bar. Bal. Castren. & Salyc. *C. quorum appell. non recip.* & Scacc. qui de cōmuni testatur, *q. 17. lim. 4. num. 3.* quia ait Scac. talis non dicitur grauatus; Et si talis appellaret, posset Iudex suam exequi sententiam, appellatione non obstante, Guaz. *vbi supra,* Specul. Lancel. & Scacc. *q. 17. lim. 4. n. 4.* Bost. Clar. & Far.

concordantes ad saturitatem cumulans, *q.*101 *n.*14. intèr quos Couar. & Viuian. de communi testantur, & *ibidem, vsque ad finem capitis*, plures Ampliationes, & limitationes in proposito ponit; immò Iudex, talem admittens appellationē, peccaret, Clar. Rolan. & Guaz. *n.* 4. Ang. & Scacc. cum concordantibus *d. n.* 3.

In quocunq; delicto. 14. AMPLIATVR illatio 1. Vt procedat in quocumq; delicto, gl. *in l.*2. & ibi Bar. & Bal. *C. quorum appell. non recip.* Clar. Lancel. & Guaz. cum pluribus concordantibus, *defen.*36. *c.*11. *n.*2. Viuian. qui testatur de communi, Franch. Saly. & Far. cum alijs, *q.*101. *n.*126. & in ciuili, & in criminali, vt tenent, & de cōmuni testantur, Ang. Card. Alex. Franch. & Scacc. *n.* 7. inducens Butr. Clar. Dec. Lancel. & plures alios, ita tenentes; Subscribit Far. *q.*101. *n.*116. Licèt alij cōtra, relati a Scacc. *n.*9. *ver. aduerte*; Intellige de conuicto, & confesso sponte, Card. Alex. & Scacc. *n.*11. secus si vi tormentorum, Scaccc. *n.* 17. Far. *q.*101. *n.*132. cum concordantibus; Nisi debito tempore ratificata confessio fuerit, quia tunc in nostro casu spontanea diceretur, & appellationem impediret, Bal. Castr. Franch. Lancel. Saly. Scacc. & Far. *q.*101. *n.*133.

Nisi inducat causā rationabilem. 15. LIMITATVR 1. illatio 1. Vt conuictus, & confessus rationabilem causam inducendo, appellare possit, Far. *q.*101. *n.*143. & Scac. *q.*17. *lim.*4. *n.*15. vbi exemplificat, in dicente, ad sui defensionem occidisse, vel occisum fuisse bannitum, qui impunè occidi poterat; Et hæc limitatio tūc maximè procederet, quandò appellans vlterius offerret, incontinenti rationabilem expressam causam probare, Scacc. *ver. declara nunc*, vbi hoc comprobat, talis enim grauatus dicitur.

16. LIMITATVR 2. illatio 1. Vt non procedat, quādò condemnatio excederet pœnam, à lege taxatam pro illo delicto, de quo Reus cōuictus, & confessus est; Vel quandò etiam pœna esset arbitraria, & in ea taxanda iniustè arbitratus esset Iudex; Et hoc procedit generalitèr, in omnibus casibus, in quibus appellatio in criminalibus, prohibita est: quandocunque enim in pœna excedit Iudex, à pœnæ excessu appellari potest, *c. nouit*, & ibi DD. *de appel.* Butr. Hostien. & Innoc. *in c. cum speciali, de appell.* Lancel. Mascar. & Far. *q.*101. *nu.*110. In his namq; casibus, grauatus Reus dicitur. Vel condemnatio excederet.

17. LIMITATVR 3. illatio 1. Vt si Iudex, ad quem inhibeat, ab executione, Iudex à quo, supersedere debeat, *c. Romana, §. fin autem*, & ibi Archid. Franch. Hostien. & alij, *de appell. in* 6. Abb. Fely. Foller. & plures alij, quos cumulat, & sequitur Farin. qui testatur de communi, *q.*101. *nu.*109. De conuicto tantùm, quid tenendum sit, habetur *hic supra, n.*8. Seu Iudex ad quem inhiberet.

18. Infertur 2. ex Regula 2. Vt cōfessus, licèt non conuictus, si condemnetur, grauatus non dicatur, vnde si appellet, eius appellatio nō impediet executionem, nisi in appellatione, aliquam causam offuscantem, & excusātem ipsam confessio- Cōfessus tātum, in appellatione causam inferere debet.

fessionem inferat; Puta, dicendo; se erraſſe in confessione, vel quod occidit ad sui defensionem, ita, Abb. Bal. Butr. Dec. Franch. Hostien. & alij, *in c. cum specialis, §. porro, de appell.* Boss. *tit. de appel. n.* 27. vbi de communi, Chart. *de exeq. sent. c.* 1 *n.* 71. & 72. vbi refert DD. testantes, hanc opinionem, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico, magis communitèr esse receptam, Alber. Foller. Viuian. & Farin. concordantes inducens, *quæst.* 101. *num.* 157. Vbi ait, opinionem DD. ab eo citatorum, *n.* 150. asserentium, appellationem confessi tantum, sustineri, procedere, dum in appellatione dicta causa inseritur; oppositam autem, nempè non sustineri prædicti appellationem, quam sectantur DD. ab eo relati, *n.* 154. quoad effectũ suspensiuũ procedere, dum nulla talis causa in appellatione inseritur.

Ad quid causa sit exprimẽda?

19. Vnde nota hic 1. á confesso, sed non conuicto in appellatione necessario causam inferendam esse, non ad effectum, vt appellatio sustineatur, quia etiam sinè ea sustineretur appellatio, & effectum deuolutiuum produceret; sed ad hoc, vt sententiæ executio impediatur, dictæ causæ expressio necessaria dicitur, Abb. Foller. Franch. Hostien. Imol. Carer. Maran. & Far. cum alijs concordantibus, *n.* 158.

Declarantur Constitutiones Marchiæ, & Pij V.

20. Nota 2. quod dum in Const. Marchiæ, *lib.* 6. *c.* 3. statuitur, quod confessus tantùm, appellans, non audiatur, intelligendum videtur, quandò tantum confessus, confessionem non reuocat, vel, in appellatione probabilem, non adducit causam, cõfessionem excusantem, puta, quod occiderit bannitum, qui impunè occidi poterat, vel quod ad sui defensionem fecit, seu quod erronea sua fuerit confessio, ita Addens, *in dec.* 3. & non dissentit Far. *n.* 162. Vbi insinuatur, eodem modo interpretari posse *Const. Pij V.* 180. quæ incipit, *sicut accepimus*, in qua sancitur, cõfessum tm̃ appellare non posse; Quæ tamẽ Constitutio, vt aduertit Chart. quem refert, & sequitur Far. *q.* 101. *n.* 162. loquitur in condemnato ad pecuniariam pœnã; Vnde non est ad pœnam corporalem, seu capitalem extendenda, vt notat etiam Scacc. *de iudic. lib.* 1. *c.* 97. *n.* 123. De conuicto autem tantum, non confesso dictum est, *in hac q. n.* 8.

21. Plura de materia huius qu. Scac. Far. & Guaz. *loc. hic sup. relatis*

Coram quo appellatio sit interponenda; Quo tempore; Et quomodo in eodem tempore, & deinceps se gerere debeat ille, coram quo appellatio interposita fuit, appellatione pendente? Quæstio 148.

Appellatio interponenda coram Iudice à quo.

1 REGVLA 1. sit. Coram Iudice à quo appellatio interponi debet, Abb. *in c. suggestum, de appell.* Franch. Lancel. Maran. Surd. & Scacc. *de appel. q.* 6. *n.* 1. vbi citat Rot. & plures DD. concordantes; testaturq; de communi DD. quòd appellatio in præsentia Iudicis à quo sit interponenda, & est tex. *in c. vt debitus, de appel.* Aliàs esset nulla, Socin. qui de communi, *cons.* 39. *lib.* 4. Gram. concordantes inducẽs, *dec.* 36. *n.* 77. Frãch. Lan-

Lancel. & Scacc. cum alijs, *n.6.*

Ampliatur. 2. AMPLIATVR Regula 1. Vt dum plures Iudices sententiam tulerunt, coram omnibus, vel saltem maiori parte, appellandum sit, Franch. Scacc. & alij, *n.2.*

Limitatur in appellatione coram honestis viris. 3. LIMITATVR Regula 1. Vt quandò non potest haberi Iudicis à quo præsentia: Vel dum quis ob iustum timorem coram illo appellare non audet, coram honestis viris, vel coram Iudice ad quem, appellatio sit interponenda, Ferrar. Maran. & Scac. *q.6.n.20.* Viri autem honesti sint saltem duo, & duo pariter testes, Franch. Card. Alex. Surd. & Scacc. *n.* 23. De consuetudine autem appellatio dicitur coram Iudice interposita, dum, etiam Iudice absente, Notario causæ in eius Officio appellatio præsentatur; vt testatur Scac. *n.*40. Et quòd appellatio coram Notario absque Iudicis præsentia possit interponi, voluerunt etiam Gram. Mising. Marsil. Vestr. & Guaz. *defens. 36. c.1. vers. & potest.*

Vel corā Notario.

Appellādum intra decē dies. 4. REGVLA 2. sit. Intra decem dies appellatio interponi debet. Lancel. Specul. & Scac. *de appel. c.* 12. *n.* 2. vbi concordantes cumulat, & est tex. *in c. concertationi, de appell. in 6.* Et à die quidem latæ sententiæ, dum Reus ad sentētiam personalitèr citatus fuit, vel ad eā fuit præsens, Capic. Caputaq. Vestr. & Scacc. *n. 9.* A die vero notitiæ sententiæ, quandò Reus domi citatus fuit, Felyn. Lancel. Tiraq. & Scacc. *n.* 13. & tenuit Rot. *p.p. diuers. decis.* 55. *n.* 2. Et id tempus currit à primò momento decem dierum, vsq; ad vltimum decendij momentum, Bar. Felyn. Lancel. Maran. Saly. Specul. Tiraquel. & Scac. cum concordantibus, *n.* 49. Sed ex dispositione *Bullæ Inn. VIII. datæ, idibus Ian.* 1587. satis est, appellare vltimà die decendij, vsque ad extremum punctum diei, ante tempus noctis, vt declarant Vestr. & Scacc. *c.* 12. *n.* 53. *& seq.* Et hic stylus seruandus etiam est in omnibus Ecclesiasticis curijs, secundùm Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsump. 95. n.6.* Et hæc, non modo in ciuilibus, sed etiā in criminalibus sententijs procedunt, Scacc. *n.42. in fin. & est tex. in l. addictos, C. de Episc. aud.*

5. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt procedat, non modò in diffinitiua, sed etiam in sententia interlocutoria, Castren. *cons.* 334. *n.* 3. *lib.* 1. Lancel. Maran. Saly. & Scac. *n.*84. & habetur, *in c. Romana, §. si vero, de appel. in 6.* Alias enim etiam interlocutoria, respectu partium, in rem iudicatam trāsiret, Franch. & Scacc. *vbi supra*; Ita vt, ad instantiam partis, non possit eam Iudex reuocare, Abb. *in c. cum cessante, n.9. de appell.* & Scacc. *n.* 96. Licèt ex se posset Iudex post decem dies interlocutoriam reuocare; Franch. Socin. Scacc. & alij, *n.*95. Et in hoc sensu, *ibidem* dicitur, quòd respectu Iudicis sententia in iudicatum non transit. Etiam ab interlocutoria.

6. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt intra decem dies debeat appellari, vel protestari coram honestis viris, Franch. & Scacc. *n.* 107. seu coram Iudice ad quem, Scacc. *nu.* 37. quòd intellige iuxta declarata, *in hac q. n.3.* Saltē corā honestis viris, vel iudice ad quē.

Vt

Alias sententia in iudicatū transit?

7. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt lapsis decem diebus, ipso iure, & absq; Iudicis declaratione, sententia in rem iudicatam transeat, *c. quod, de sent. de re iud.* Maran. & Scac. qui de cōmun. *q. 6. c. 12. n. 145.*

A quacunque sententia appellandū intra decendium.

8. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt quamuis sententia esset manifestè, & euidentèr iniqua, quæ in rem iudicatam non transit, secundùm Bald. Dec. Tusch. Vant. & Guaz. concordantes inducens, *defens. 35. c. 23. vers. quæ*; Ab ea tamen intra decem dies appellādum sit, Rebuf. & Scacc. *q. 12. n. 67.* Et generalitèr dicendum est, quòd a quacunque sententia, quamuis talis sit, quod in rem iudicatam transire non possit, intra decēdiū est appellandū, Abb. *in c. tua nobis, n. 7. de appel.* Maran. concordantes referens, & Scacc. *n. 67.* Et hinc est, quòd quamuis indubitatum sit, sentētiam notoriè nullam in rem iudicatam nunquam transire, Bertaz. Scacc. & Guaz. *defen. 35. c. 24. n. 4* nihilominus, ab ea, intra decendium appellari debet, aliàs succumberet appellans, Abb. Card. Alex. Franch. Io. Andr. & alij communitèr, *in c. dilecto, de appell.* Vant. & Scacc. *n. 59.*

Quid in grauaminē successiuo?

9. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt non procedat in grauamine successiuo; Appellandi enim tempus in tali grauamine nunquā currit, cum grauamen semper perseueret, & consequentèr semper appellans dicitur esse intra decē dies, ad appellandum, à iure concessos, ita Rot. *decis. 4. aliàs 54. de restit. spoliat. in antiq.* Franch. Felyn. Iaf. Specul. & Far. *in fragm crim. lit. A. n. 236.* vbi ait, quòd quandò quis est damnatus ad carceres, triremes, vel exilium, quandocumq; etiam post decem dies appellare potest, cum grauamen successiuum sit, & de obseruantia testatur; Subscribūt huic limitationi Gom. Marsil. & Guaz. *defens. 36. c. 1. n. 5.* Donec durat grauamen, Bal. Castrē. Lancel. Scacc. & alij, *q. 12. n. 145.*

Vt in pœna carceris.

A qua appelletur à præsenti detentione.

10. Sed appellās sit benè cautus, vt non appellet ex causa grauaminis de præterito, puta dicendo, appello à sententia lata, qua damnatus fui ad carcerem, quia tunc si decem dies post sententiam transacti essent, appellatio non valeret; Sed appellet ex causa grauaminis de præsenti, puta dicendo; Appello à præsenti detentione in carcere; Et appellatio etiam post decendiū tenebit, Franch. & Scacc. *n. 149.*

An à conductione ad carceres possit appellari?

11. Nota hic obitèr, quòd licèt de iure à conductione ad carceres possit appellari, hoc non practicatur, nec de consuetudine recipitur, Clar. *q. 46. n. 2.* Guaz. *defen. 36. c. 1. in fin.* Et ideò quandò quis præcedente decreto interlocutorio, dum ad carceres ducitur, seu dum carceratur, appellat, non est relaxandus, quousque per Iudicem, ad quem ita mandetur, Bald. quem sequitur Ang. *in l. 2. n. 27. ff. de appel.* quia in appellatione ab interlocutoria, non est prohibita innouatio, (dato quod hæc innouatio esset) donec à Superiore inhibitum fit, secundùm citatos proximè DD. quos sequuntur Lancel. Guid. Pap. & Scacc. *q. 17. lim. 47. mem. 1. nu. 161.* immò quando Reus, in carcere detentus, de crimine cōdemnatur, licèt à condemnatoria appellet,

Quid si carceratus appellet, petēs relaxari?

let, petens, appellatione stante, relaxari à carceribus, relaxādus non est, Lancel. Specul. Vital. & Scacc. *n.* 162. Nec ista esset innouatio, sed potius excarceratio, innouatio diceretur, Lancel. & Scacc. *vbi sup.* & hoc procedit, quamuis pœna cōdemnationis esset, quòd Reus in pœnam, in carcere detineretur, Bald. Lancel. Maran. & Baiar. ad Clar. *q.* 46 *n.* 6. De appellante carcerando, ob suspectum fugæ, dicetur, *infra, q.* 154. *n.* 9.

A declaratoria, quod legitimè Reus fuit carceratus, debet appellari intra decendium.

12. SVBLIMITATVR 1. Limitatio 1. Vt non procedat, quandò quis legitimè declaratur affectus illo successiuo grauamine, puta, dum declaratur, quòd Reus legitimè fuit carceratus, quia ab ista declaratoria, intra decem dies, à tempore declarationis, Reus appellare debet, Franc. Grauat. Lancel. Ruginel. & Scacc. *n.* 146.

Quid in consentiente grauamini?

13. SVBLIMITATVR 2. limitatio 1. In eo, qui consensit, saltem tacitè, successiuo inflicto grauamini (puta fideiussores dando de redeundo ad carceres, sic enim tacitè carcerationi consentitur) Soc. *cons.* 113. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 3. Bart. Scacc. & alij, *n.* 147. immò consequentèr talis appellare, nec intra decem dies posset, propter dictum consensum præstitum, Ruginel. & Scacc. *d. n.* 147.

Vel in sententia per dolum lata?

14. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt à sentētia, per dolum lata, post dies decem appellari possit, talis enim sententia, in rem iudicatam, nunquam transit, Contar. *in l. vnica, lim.* 10. *n.* 7. *C. de momen. poss.* & Scacc. *q.* 17. *lim.* 47. *mem.* 1. *n.* 162.

15. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt impossibilitas, seu difficultas excuset à mora, ita vt, post decem dies, appellari possit, Callad. *decis.* 6. *n.* 1. *de appel.* Lancel. & Scacc. cum cōcordantibus, *n.* 163. *&* 167. Dummodò interuenerit protestatio, de impedimento, debito tempore, Scacc. *n.* 168.

Seu interueniente impedimento?

16. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt procedat in appellatione, non autem in alijs extraordinarijs remedijs; vnde post decem dies, quis de nullitate dicere potest, vsque ad 30. annos, Bald. Franch. Maran. Scacc. & alij, *q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 7. Item post dictos decem dies, Iudicis officium implorari potest, Rebuf. & Scacc. *q.* 12. *n.* 173. Et idem dicendum est, de petitione restitutionis in integrum, Soc. *cons.* 299. *n.* 4. *lib.* 2. Scacc. *q.* 19. *remed.* 2. *n.* 3. *& est tex. in l.* 1. *C. si aduer. rem. iudic.*

Siuè in alijs remedijs?

17. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt non modò post decem dies, sed quandocunque possit appellari ab excommunicatione, quæ nunquam in rem iudicatam transit, Franch. & Scacc. *quæst.* 17. *lim.* 47. *mem.* 1. *num.* 151.

Aut ab excōmunicatione

18. REGVLA 3. fit. Iudex post latam sententiam, & appellationem interpositam, tempore pendente ad appellandum, ita gerere se debet, vt nihil innouet, cum de Iure nihil innouare possit, Lancel. diffusè ponens Ampliationes, & Limitationes, *de attent. cap.* 12. *in præfat.* Guaz. *defens.* 36. *c.* 28. *nu.* 1. Quòd procedit, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, Boss. qui ex Felyn. testatur de communi, Ang. Bar. Imol. & Farin. plures concordan-

Appellatione pēdente nihil innouetur.

dantes inducens, q.101.n.2.& 3.

Iudex innouans punitur.

19. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt Iudex post legitimam appellationem innouans, suam exequendo sententiam, puniendus sit: Et quidem, de iure Ciuili pœna erit illa, de qua Scacc. q. 13. n. 100. & Far. q.101.n.5. De iure vero Canonico (quòd inter Ecclesiasticos seruandum est) si causa sit ciuilis, pœna est arbitraria, Franch. Maran. & Scacc. q.13.n.101. Si vero causa sit criminalis, pœna erit deportationis, dum Iudex non modo non admittit appellationem, sed etiam ad executionem procedit, Franch. Maran. Boer. Lancel. & Scacc. d. n.101. Si verò tantùm non admitteret, sed ad executionem non procederet, mitiùs puniretur, Lancel. & Scacc. nu. 103. At legitimæ appellationi ad Papam non deferēs, cum literis Ordinarij ad curiam puniendus mittitur, cap. de priore, de appell. & not. Scacc. nu.101. Iudex enim ob reuerentiam Superioris, etiam in dubio, tali appellationi deferre debet, Contard. & Scacc. d.n.101.

Cautela.

20. Cessarent tamen pœnæ in proposita Ampliatione indicatæ, dum Iudex non admittendo, vsus esset clausula (nisi si, & quatenus) quia tunc appellatio, pro reiecta, simpliciter non haberetur, Contard. in l. vnica, q.19.n.6.C. de momen. poss. & Guaz. q.17. lim.6. mem. 7.n.100. vers. subdeclara. Prædicta enim clausula, seu alia similis, puta (Admissit si, & in quantum, &c.) seu (Quatenus de iure tenetur, aliter non) operatur, vt casu, quo appellatio admitti debeat, admissa

Clausula (admisit, si & in quātum) quid operetur.

censeatur, & non alitèr, Roman. cons.501. Bar. Bal. & Fely. quos refert, & sequitur Sanctor. in exam. pœnal. distric. c.26. q.4 vers. Resp. admissam; & est cautela Iudicum, ne in pœnas incidant; At cum dictis clausulis, appellatione admissa, si procederet Iudex, nullus esset processus, vt tenent communitèr DD. teste Rom. vbi sup.

21. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt non modò procedat, dum est certum, appellationem admittendam esse, Franc. Io. Andr. & Scacc. q.10.n.6. Sed etiam dum est dubiū, cum appellatio in dubio admittenda sit, Franch. Specul. Tiraq. & Surd. Supersedendum, & nihil innouandum, Specul. & Scacc. q.17. ampl.16.n.60. vbi alios concordātes inducit: Licèt enim antè appellationem in dubio pro iustitia sententiæ præsumatur, tamē post appellationem hoc non procedit; in principio namque appellationi fauendum est, præsumendumque, quòd iusta sit, sententia verò iniusta; In medio est vtrique æqualitèr fauendum; In fine verò fauendum est sententiæ, & in dubio prò sententia iudicandum est, Franch. qui benè declarat, in c. de priore, n. 2. de appell. & Scacc. n.65.

In dubio appellatio admittenda.

22. Quamuis verum sit, quòd, si notoriè pateret, appellationem nullam, vel iniustam esse, & consequentèr non tenere, Iudex à quo eam admittere non deberet, Io. Andr. in c. Pastoralis, n. 11. de offic. Deleg. Specul. & Scacc. q.11. n. 6. Et idem Iudex à quo, dum appellatio talis est notoriè, ad suæ sententiæ executionem, appellatione

Sed notoriè iniustam, reijcienda, & sententia exequenda.

Nnnn non

non obstante, procedere potest, Io. Andr. vbi supra, Franch. Specul. & Scacc. cum concordantibus, *q.11. n.11.* & tenuit Rota, *decis.35. aliàs 234. de appell. in nou.* Circumscripta tamen notorietate, licèt Iudex à quo appellationem non admittat, nihilominus aliquid innouare non debet, à Iure enim innouatio inhibetur, Specul. & Scac. *n.10.* & est tex. *in l. 1. & ibi DD. ff. nihil innou. appell. interp.*

Plura appellatione pēdente fiunt sine innouatione à Iudice à quo.

23. LIMITATVR, seu declaratur Regula 3. Vt, sinè innouatione, sineq; labe attentatorum, plura Iudex à quo, appellatione pendēte, prestare possit, ad faciliorem appellationis exitum tendentia, Guaz. *defen. 36. c. 28. n. 1. iuxta c. cum teneamur, & ibi* Franch *de appell.* Specifico prædicta, quæ Iudex potest, & sæpè etiam debet præstare, appellatione pendente.

Vt cognoscere, an appellationi sit deferendum?

24. Primum, quod Iudex à quo, post appellationem, potest, & debet præstare, est cognoscere, an appellationi sit deferendū, Franc. *in c. ad audientiam, n. 2. de appel.* Specul. & Scacc. qui testatur de communi, *q. 10. n. 1.* Scilicet, an appellatio legitima sit, cui deferre debeat, vel friuola reijciēda? Franch. vbi sup. & Scacc. *n. 2.* Et consequēter, an appellatio talis sit, propter quam ab executione, vel ab vlteriori processu supersedere debeat? Contard. & Scacc. *nu. 2.* Sed animaduerte, quòd dictam cognitionem Iudex à quo habere debet, ad sui tantùm instructionem, non autem ad pronunciandum, an iusta, legitima, & admittenda appellatio sit? hoc enim non ad Iudicem à

Nota.

quo, sed ad Iudicē ad quem, de iure spectat, Franch. vbi supra Cōtard. & Scacc. *q. 10. n. 3.* Et propterea Iudex à quo, ita debet pronunciare; Admitto, vel non admitto; Quod est quid facti, ad eum spectans; Non autem debet dicere; Admittendam, vel non admittendam appellationem, hoc enim esset quid iuris, ad Iudicem ad quem pertinens, Franch. *in c. constitutus, n. 19. de appell.* & Scacc. *n. 4.*

Quomodo pronūciare debeat?

25. Ad agnoscendum autem, an appellatio sit legitima, & admittenda, vel non? consideret Iudex à quo, an vt illegitima illa appellatio sit expressa in iure, & declaratum recipiendam non esse? aliàs esset admittenda, etiam in casu dubio, ita vt nihil debeat innouari, Contard. & Scacc. *q. 11. n. 8.* In casibus verò, in quibus appellatio nō admittitur de iure, sine causæ expressione; Consideret Iudex a quo, an causa expressa in appellatione, ex actis constet? non .n. sufficit, vt exprimatur, nisi probetur, Cōtard. & Scacc. *n. 8.* & an vt legitima sit expressa in Iure not. prædicti DD.

Quomodo cognoscatur, an admittēda sit appellatio?

26. Secundum, quòd Iudex à quo, post interpositā appellationē, præstare potest, & debet, dū in termino assignato, prosecutio non fuit facta, est, vt faciat exequi suam sententiā, Frāch. Rebuf. Vestr. & Scac. *q. 11. n. 166.* vbi ex Mādos. ait, quòd idem Iudex pronunciabit causam desertam, & sentētiam exequetur.

Iudex à quo suā exequitur sentētiā, dum appellatio non fuit prosecuta.

27. Tertium, quod præstare potest Iudex, a quo, post legitimam interpositam appellationem, est in ordine ad apostolos, circa quos plurimæ statuendæ sunt cōclusiones.

plura circa apostolos præstare potest.

28. Con-

Aposto-los postu latos exi bet.

28. Conclusio 1. sit. Iudex à quo, post legitimam interpositam appellationem, postulatos apostolos exhibere potest, & debet, *c.1. & c. vt super, de appell. in 6.* Immò, dum Iudex appellationi detulit, etiam si apostoli non petantur, eos tradere tenetur, Anchar. Franch. Gemin. & Scacc. *q. 13. n. 37.* Si verò nō detulit Iudex appellationi, apostolos dare tenetur, si petiti fuerint, Franch. Gemin. & Scacc. *n. 42.* in hoc enim 2. casu, apostoli ab appellante sunt petendi, aliàs eos Iudex dare non tenetur, Franch. *in c.1. n.3. de appell. in 6.* Abb. & Scac. *q.2. n.40.* & est *tex. in c. ab eo, tit. eodē*; Et non modò apostoli sunt petendi, sed iuxta ius antiquū, pluries, & instantissimè peti debent, Lancel. & Scac. cum alijs, *q 13. n.25.* & est *tex. in d. c. ab eo, & in l. vnica, ff. de libell. dimiss.* licèt hodiè sufficiat, quòd, vnico contextu, fiat ista petitio, Cassan. & Scac. *q.13. n.26.* Rot. *decis 46. aliàs 351. de appell. in nouis.*

Nō tamē tenetur statim dare.

29. At in vtroq; proposito casu, nempè, siuè appellationi detulerit Iudex, siuè non detulerit, apostolos incontinenti dare non tenetur; cū lex ei, ad deliberandum, dies triginta concedat, an appellationem debeat, vel non debeat admittere? Lancel. Vestr. & plures alij, quos sequitur Scacc. *q.13. n. 42.* vbi ait, hoc esse indubitatum, cum ita statuatur, *in c. ab eo, de appell. in 6.* Sicut è contra, nec est necessarium, vt Reus in ipsa appellatione apostolos petat, sed eos separatim petere potest intra terminum iuris, nempè triginta dierum, glos. Franch. & Gemin. *in c. ab eo, de appell. in 6,* Specul. & Scacc. qui concordantes inducit, *q.13. n.28.* Sed si intra dies 30. non petantur, renunciatū appellationi reputabitur, *d. c. ab eo,* vbi gl. & Gemin. & not. Specul. & Scacc. *c.13. n.24.* vbi citat Rotam, & testatur de communi; Et iterū, *in d. n.28.* Inducens Bart. & cum Maran. ait, quòd aliàs appellatio deserta efficeretur. Cautius tamen est; vt in ipsa appellatione instantèr, vt solet, apostoli petātur, Bar. Franch. & Scacc. *d. n.28.*

Quid si intra debitū tempus nō petantur? — Consiliū.

31. Conclusio 2. sit. Iudex à quo, vsq; ad 30. dies sibi concessos, expectare non tenetur, sed potest, si velit, citius respondere de apostolis, & præfigere appellanti competentem terminum ad redeūdum pro ipsis, eius arbitrio, Maran. Grauat. Vestr. & Scacc. *q.13. n.44.* vbi citat Rot. Et non redeundo pro apostolis in termino præfixo, appellatio efficeretur deserta, Franc. Maran. & Scac. *n.49.* immò non sufficeret rediisse in termino præfixo, sed etiā requiritur, vt habeantur apostoli, & si non darētur deberet fieri protestatio contrà Iudicem, aliàs appellatio efficeretur deserta, Maran. & Scacc. *n.52.* Et dum pendente termino iuris, vel alio dato ad redeundum pro apostolis, impetraretur Iudex appellationis, cōmissio non teneret, secundùm veriorem, Vestr. Scacc. & alij, *q. 13. n.74.* & omnia interim gesta, siuè à parte, siuè a Iudice à quo, siuè a Iudice ad quē, essēt attētata, & nulla, Lancell. & Scac. *n.76.* Prædicti autem 30. dies incipiunt Iudici currere à die sententiæ, *l. Iudicibus, C. de appell.* & not. Scacc. *n.* 84.

Item potest Iudex intra 30. dies respondere de apostolis, & terminū præfigere ad redeundum pro ipsis.

Qui si interim impetretur Iudex appellationis?

Quando incipiant currere 30. dies?

84. In appellante verò est controuersia, de qua Scacc. *n.*83. qui concludit, *n.* 84. quòd dum pars est citata personalitèr, currit spatium, vt in Iudice; Si verò non fuerit citata personalitèr à die sententiæ, vel saltem, (& hoc est indubitatum) à die appellationis. In praxi verò, communitèr obseruata, omnibus currit dictum tempus, à die interpositæ appellationis, vt ait, *ibidem*, Scacc.

Item præfigere potest terminum appellāti ad se præsētandum corā Iudice ad quē cum apostolis.

32. Conclusio 3. Dum Iudex apostolos dimissorios, appellanti dat, præfigere ei potest terminū competentem, ad se præsentandum cum apostolis coram Iudice appellationis, Franch. Rebuf. & Scacc. *q.*13.*n.*87. & dum terminus est cōpetens, si intra illum appellās, non se præsentet, appellatio deserta efficeretur, probat Scacc. *q.*14.*n.*5. Et nō sufficeret semel Superiorem adire pro commissione impetranda, & eum impeditum esse, nisi perseueret impedimentum, Alex. Butr. Gram. & Scacc. *d. n.*5. Nec Iudex à quo, terminum præfixum, prorogare potest, Guid Pap. quem sequitur Lancel. *trac. de atten. p.*2. *c.*12. *lim.*13. *n.*6. *to.*5. & Scacc. *q.* 13. *n.*87. Sed si à Iudice à quo, terminus non præfigatur, appellans habet spatium vnius anni ad appellationem prosequendam, & ad faciēdum committi causam appellationis, Franch. *in cap. oblata, n.*4. *de appell.* & Scacc. *q.*14. *n.* 1. Et ex causa habet biennium, Bal. Card. Alex. & Scacc. *d. n.*1. & dicetur diffusius infra, *q.*153. *nu.*1. 2. 3. *&* 8. *vsque in finem.*

Quid si terminus nō præfigatur?

33. Conclusio 4. Non modo potest, sed, requisitus Iudex à quo, dare debet apostolos, aliàs puniendus esset, Gemin. & Scacc. *q.*13. *n.*100. Et secūdùm veriorem opinionem, in diffinitiua non dando apostolos, sed procedens ad vlteriora, attentaret, & ipso iure nullitèr faceret: In interlocutoria verò, si appellans obtinuerit, processus retractabitur, aliàs non, Franch. Gemin. & Scacc. *n.*91. *vers. prima opinio, & vers. non discedas.*

Item potest, & debet requisitus Iudex, dare apostolos.

34. Conclusio 5. sit. Ea, quæ de apostolis dicta sunt, locum etiam habent in appellatione ab interlocutoria, nempè, vt in ea sint petendi apostoli, Frāch. Gemin. & Scacc. *n.*91. Vt sint seruanda eadem tempora, Scacc. *ibidem*; Vt Iudex apostolos petitos tradere teneatur, *c.*1. *de appell. in* 6. & not. Scacc. *n.* 91. Item, si Iudex à quo expressè denegaret apostolos dare, vel in termino iuris illos non exhiberet, & postea procederet, ipso iure, nullus esset processus, *c. vt super, & ibi* gl. & Franch. *de appell. in* 6. & Scacc. *eodem, n.*91.

Quod dictum est de apostolis, habet locum etiā in interlocutoria.

35. LIMITA hanc conclusionē; Vt si interponatur appellatio ab interlocutoria, sed non petantur apostoli, possit Iudex à quo pendēte appellatione, & termino ad petendum apostolos procedere, Lancel. & Scacc. *q.*17. *lim.*47. *mem.*1. *n.*28. vbi probat præsertim, *per tex. in c. non solum, de appell. in* 6.

Quid si non petantur apostoli.

36. Vt tota materia apostolorum necessaria hic habeatur, cum nec alius locus aptior de his ad agendū super sit, Pauca superaddenda hic erunt. Nempè quod apostoli, in nostro proposito, dicūtur literæ nunciato-

Apostoli quid.

ciatoriæ Iudicis a quo, quibus Superiori nunciatur, à sua sententia in tali causa appellatum esse, seque appellantem dimittere, vel non dimittere Marches. Vestr. & Scacc. *q.13.n.1.* vbi etiam probat in apostolis exprimendam esse causam delationis, puta ob reuerentiam; Vel non delationis, quia appellatio friuola sit.

In quibus causa exprimatur.

37. Præterea sciendum, plures esse apostolorum species; Prima species, dicuntur dimissorij, seu delatorij apostoli, in quibus apparet, quòd Iudex à quo appellationi detulit, & appellantem, à sua iurisdictione, ad Iudicem ad quem dimittit, Franch. *in c. dilectis, n.10. de appel.* Maran. Vestr. & Scacc. *q.13. n.10.* Et hos apostolos, dum Iudex statim non daret, terminum præfigere deberet, in quo appellans reuerti teneatur ad eosdem apostolos accipiendos, aliàs Iudex habetur pro expressè denegante, in tantùm, vt licèt postea idem Iudex citaret, intra terminum Iuris, ad apostolos recipiendos, appellans reuerti non teneretur, nec Iudex refutatoris amplius dare posset; In hoc enim casu habetur Iudex, ac si appellationi detulisset, quo ad hûc effectum; vt ab eo iurisdictio abdicata sit, & vlterius procedere non possit, Franch Luc. Pet. & Scac. *q.13.n.11.*

Apostoli dimissorij, seu dilatorij explicatur.

38. Secunda species apostolorum dicuntur reuerētiales, seu reuerendi, quandò appellationi, aliàs non admissibili defertur, propter Superioris reuerentiam, Franch. *in c.1. §. in quibus, de appell.* Specul. Vestr. & Scacc. *n.18.* vbi ex Franch. ait, reuerentiales à dimissorijs, in hoc differre, quod dimissorij dantur, quandò Iudex appellationi esse differendum existimat, reuerentiales vero, cum dubitat; Et in apostolis reuerentialibus causa exprimatur, cur non dimissorios, sed reuerentiales Iudex det, *c.1. de appell. in 6.*

De reuerentialibus, seu reuerendis.

In his causa exprimatur.

39. Species 3. apostolorum dicuntur refutatorij, quandò Iudex non admittit appellationem, Specul. Vestr. Scacc. & alij, *n.19.* Et in his refutatorijs exprimi debet causa non admissionis, *cap.1. de appel. in 6.*

De refutatorijs, in quibus etiam causa exprimatur.

40. Speciem 4. addo apostolorum testimonialium, qui locum habent, quandò, vel propter absentiam Iudicis, vel propter eius timorem appellatur corā honestis personis, & hi de appellatione fidem faciunt, Franch. Vestr. & Scacc. *n.7.* An suspectus fugæ appellās carcerandus sit? vide inf. *q.154. nu.9.* De ducto verò ad carceres, vel carcerato appellante, vide hic sup. *n.9.*

De testimonialibus:

41. Si quæ alia à supradictis, appellatione pendente, præstanda sint à Iudice à quo, pro faciliori appellationis exitu, hæc vtiq; fieri debēt appellante cōsentiente, secundùm Abb. Franch. Lancel. & Guaz. *defen. 36.c.28.n.3.*

Si alia facienda sint pro faciliori causæ expeditione, hæc de consensu appellantis fiant.

42. Plura de materia huius q. Scacc. locis sup. relatis.

A quibus Iudicibus appellare liceat?

Quæstio 149.

1 REGVLA sit. A quolibet Iudice regularitèr appellari potest, Bar. *in l. à Proconsulibus, n.3. de*

A quolibet Iudice appellatur.

de appell. Specul. & Scacc. apud quem concordantes, *de appel. q. 16. in prin.* Et hæc Regula procedit, secundùm eosdem DD. tam in Iudice Ordinario, quā in Delegato.

A quo expresse nō prohibetur.

2. AMPLIATVR Regula; Vt appellari possit à quocumq; Iudice, à quo expressè appellatio prohibita non sit, Scacc. *n. 25.*

Non tamē à Supremo Principe.

3. LIMITATVR 1. Regula; Vt à sententia Principis, Superiorem non recognoscentis, appellatio nō detur, Archid. Franch. Ias. Specul. & Scacc. *q. 16. lim. 1. n. 1.* vbi concordantes, & tenuit Rota *diuers. decis. 50. n. 4. p. 2.* & est *tex. in l. 1. ff. à quibus appell. non lic.*

Vt à Papa, &c.

4. LIMITATVR 2. illatiuè Regula, Vt à sententijs Papæ, & Imperatoris appellatio non detur, Rebuf & Scacc. *lim. 1. n. 2.* Guaz. *defens. 36. c. 8. n. 1.* Far. *q. 101. n. 72.* Rolan. *cons. 94. n. 1. lib. 1.* vbi relatis concordantibus testatur de vera, communi, & obseruata opinione, & est *tex. in l. 1. §. 2. ff. à quibus appell. non lic.* immò si quis a Papa ad futurum Concilium appellaret, eius fautores, & consiliarij, in excommunicationem Papæ reseruatam, & in crimen læsæ Maiestatis, ipso facto, incurrerent, vt not. Lezo. *3. vers. appellare, n. 19. ex Bulla Pij II.* Et hæc reseruatio est in Cœna Domini; Et qui talem appellationem licere assereret, hæreticus esset, vt probat Scacc. *q. 8. n. 63.*

Appellantes ad futurum Conciliū ex communicantur.

Nec à Cōcilio generali, cui Papa præfuit, seu à Senatu Cardinalium.

5. LIMITATVR 3. Regula; Vt à Concilio generali, cui Papa præfuit, appellari non possit, Card. Alex. Rebuf. & Scacc. *q. 8. n. 100.* Secus si non præfuit, quia tunc ad Papam appellaretur, Car. Alex. & Scacc. *ibidem.* Similiter non appellatur à cetu Cardinalium, quia est Senatus Ecclesiæ, vt probat Scacc. *q. 16 lim. 3.* vbi cum Card. Alex. ait, ab vno Cardinali appellari posse; Quamuis esset Legatus a Latere, vt tenet, *ibid.* Scacc.

Ab vno, etiam Legato, appellatur.

6. LIMITATVR 4. Regula; Vt nec a sententia Regis appellari possit, quamuis Romano Imperio subditus esset, vel Superiorē alium recognosceret, Dec. Paris. & Scac. *q. 16. lim. 5.* Et nota quòd quandòcumq; appellatio prohibita est, ob excellentiam Iudicis, qui eam fert, quo ad suspensiuum, & etiam quo ad deuolutiuum prohibetur, Scac. *q. 16. lim. 24. n. 2.*

Nec à Rege.

7. SVBLIMITANTVR 1. omnes propositæ Limitationes. Vt licèt à prædictis Iudicibus appellatio non detur, nihilominus ad eosdem licitus sit recursus, Rolan. qui concordantes refert, *cons. 94. nu. 2. & seq. lib. 1.* Capic. Gram. Gabr. & Far. *q. 101. nu. 74.* Paris. & Guaz. *defen. 36 c. 8. n. 2.*

Licitus est recursus.

8. SVBLIMITANTVR 2. prædictæ Limitationes; Vt à sententia, quamuis à Papa, vel ab Imperatore lata, dum ex relatione alterius prolata fuit, appellatio detur, Gabr. qui testatur de magis communi, Contar. Dec. Rom. & Scacc. cum concordantibus, *q. 16. lim. 1 n. 130.* Mars. Put. & Far. *q. 101. n. 75.* Sed appellandum est ad eum, qui sententiam tulit melius informandum, Scacc. *n. 134.* & Guaz. *defen. 36. c. 8. n. 3.* At Papa, vel Imperator huiusmodi appellationi deferre non tenetur, & dum non vult, executio non retardabitur, Guaz. *ibidem*,

Quid in sententia lata ex relatione?

Fa-

Farin. *n.*76. Gabr. Ruginel. & Scac. *n.*34. *in fi. &* 135.

Non potest appellari à dato à Principe cum clausula, remota appellatione.

9. LIMITATVR 5. Regula; Vt appellari non possit à sententia illius Iudicis, qui datus fuit a Principe cum clausula (appellatione remota) *c. pastoralis, & ibi*, communitèr Canonistæ, *de appell.* Franch. Maran. Specul. & Scacc. plures DD. inducens, *q.*16. *lim.*1. *nu.*20. Princeps enim per rescriptum appellationem tollere potest, Couar. qui testatur de communi, & Scacc. *n.*21. vbi obijcit, *& n.*22. cum seqq. soluit.

Vel cũ simili clausula.

10. AMPLIATVR 1. Limitatio 5. Vt appellatio à sententia Iudicis tollatur, non modo, dum datus fuit cum prædicta clausula, quæ verba habet aperta, sed etiam quandò datur cum alijs clausulis, quæ verba adcò aperta non habet, Lancel. & Scacc. *q.*16. *lim.*1. *n* 28. Exemplificatur in clausula (sententia firma maneat, & executioni mittatur) ita Ias. *cons.*187. *nu.*23. *lib.*2. Contar. Ruginel. & Scacc. *d. n.*28. qui, *in seqq. vsque n.*77. exemplificat pluribus modis: Præsertim in clausula (nullatenus audiatur;) item in alia (imponatur perpetuum silentium) ex Lancel. Nicel. & alijs.

Clausula, an ad omnia, in patentib. literis cõtenta, referatur?

11. AMPLIATVR 2. Limitatio 5. Vt dicta clausula (appellatione remota) vel similis, siuè in principio, siuè in medio, siuè in fine patẽtium literarum posita sit, ad omnia in eisdem literis contenta, referri debeat, quandò non est dare diuersitatis rationem, quare magis ad vnum, quam ad reliquum referatur, Franch. *in c. secundo requiris, n.*3. & Card. Alex. *n.*7. *de appell.* Si verò extaret ratio, cur ad quædam referri non posset, ad ea non esset referenda, Bar. & Afflic. quos refert Scacc. *q.*16. *lim.*1. *n.*78. vbi apparet, istam Ampliationem controuersam esse.

An stãte dicta clausula, si sentẽtia exequatur, reuocetur, per viã attentatorum?

12. AMPLIATVR 3. Limitatio 5. Vt dum causa (appellatione remota) commissa est, si Iudex à quo ad executionem suæ sentẽtiæ, appellatione non obstante, procedat, reuocatio executionis per viã attentatorum non sit facienda, Abb. & Franch. *in c. Pastoralis, de appell.* latè Lancel. quem sequitur Scacc. *nu.* 103. vbi concordantes. Nisi fuerit attentatum post inhibitionem, vel nisi appellatio ex iusta causa in Iure expressa interposita esset, Franch. Lancel. & Scacc. *n.*105.

Efficaciores sunt clausulæ à Iure inductæ.

13. AMPLIATVR 4. Limitatio 5. Vt licèt fortis sit clausula (appellatione remota) vel similis, in rescripto Principis, ad tollendam appellationem, talis clausula efficacior sit, dum à Lege, vel à Statuto inducitur, Dec. *in c. sicut Romana, n.*18. *de rescript.* Ruginel. & Scacc. *q.*16. *lim.*1. *n* 92.

Quid operetur d. clausula in ordine ad Iudicẽ à quo?

14. AMPLIATVR 5. Limitatio 5. Vt clausula (appellatione remota) operetur, vt Iudex à quo, nisi velit, non teneatur deferre, neque friuolæ, neq; rationabili, & ligitimæ cuicumq; appellationi; Et sic appellatio quæcumque executionem non suspendet, Contar. Specul. & Scacc. *n.*97. & scribit Franch. *in c. Pastoralis n.* 1. & Abb. *n.*9. *de appell.* Exceptis casibus, in quibus in Iure expressè appellatio per-

permissa est, Abb. & Franch. *in cap. Pastoralis, de appell.* Contar. Specul. & Scacc. *nu.* 100. Prædicti verò casus expressi, ponuntur ab Abb. Dec. & Franch. *in d. c. Pastoralis.*

Quid, quo ad Iudicem a quem? 15. Secus tamen est, quò ad Iudicem ad quem; Et sic respectu deuolutionis causæ ad Superiorem, qui per viam appellationis grauamen reuocare potest, secundùm communem intellectum DD. *ad d. c. Pastoralis*, præsertim Franch. *n.* 6. Etiam in casu grauaminis in Iure non expressi, vt *in d. c. Pastoralis.* tenent Franch. *nu.* 5. & Abb. qui testatur de magis communi, *n.* 15. & sequuntur Specul. & Scac. *q.* 16. *lim.* 1. *n.* 98.

Seu quoad notorium grauamen? 16. SVBLIMITATVR Limitatio 5. Vt clausula (appellatione remota) non excludat notorium grauamen, Fely. Lancel. Scacc. & alij, *nu.* 84. Nec appellantem, qui in continenti appellationem iustificare se exhibet, Contar. & Scacc. *n.* 88.

An appelletur ab executore? 17. LIMITATVR 6. Regula; Vt à mero executore non appelletur, Scacc. *q.* 17. *lim.* 10. *nu.* 37. & *lim.* 11. nisi executio esset excessiua, Scacc. *lim.* 10. *nu.* 28. vbi concordantes.

Vel à proprio Iudice de cõmissis ab Officiali, vel à Syndicatoribus 18. LIMITATVR 7. Regula; Vt sententia lata à proprio Iudice cõtrà suos Officiales, pro delictis in officio commissis, appellatio non detur; sicut nec etiam à Syndicatorum sententia, vt probabitur *infra, q.* 50. *lim.* 7. *n.* 25. & 26.

An appellatio à criminalibus sententijs detur? Quæstio 150.

1 REGVLA sit. Sicut in ciuilibus, ita etiam in criminalibus appellatio ab omni sententia datur, nisi expressè in Iure prohibita sit, Franch. Lancel. Surd. & Scacc. *de appell. q.* 17. *nu.* 1. Et in specie loquuntur in criminalibus Papien. Rebuf. Scacc. & alij, *n.* 23. Huic Regulæ subscribunt Viuian. qui, alijs relatis, testatur de communi, Ang. Specul. & Far. cum pluribus concordantibus, *q.* 101. *n.* 1. Decian. Menoch. & Guaz. *defen.* 36. *cap.* 3. *n.* 1. & est *tex in l. maioribus*, & ibi gl. & communitèr omnes, *C. de appell. & in c. vt debitus, de appell.* Hoc de Iure communi; Quid verò dicendum sit de Iure municipali, vel de consuetudine, ostendetur *infra hic. nu.* 16. 17. & 18. — In criminalib. ab omni sẽtentia appellari potest.

2. AMPLIATVR 1. Regula; Vt procedat etiam in causis summarijs, in quibus appellatio datur, Capic. Contar. Ruginel. & Scacc. *n.* 7. — Etiã sum marijs in causis.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt in criminalibus, adeò licita sit appellatio, vt nec renunciatio appellationi facta, valeat, *l. addictos*, & ibi communitèr DD. *C. de appell.* Franch. Lancel. Put. & Farin. qui testatur de communi, *nu.* 20. Ang. *de malef. in ver. præsente d. Caio, n.* 80. vbi præsertim, quandò de morte ciuili, vel naturali, seu de mutilatione membri agitur; in quibus terminis scribunt Guid. Pap. & Scac. *q.* 17. *lim.* 2. *n.* 92. Et quòd expressè nõ possit renunciari, tenent Afflic. Ruginel. & Scacc. *num.* 91. vbi refert — An possit renunciari appellationi?

fert Dyn. & Bar. contrarium in hoc tenentes.

4. LIMITATVR 1. Ampliatio 2. Vt tacitè possit renunciari appellationi, nempè non appellando, seu non prosequẽdo intrà legitima tempora, Franch. & Scacc. qui hoc ait, esse certum, *n.93*. Tacitè.

5. LIMITATVR 2. Ampliatio 2. Vt etiam expressè renunciare appellationi possit delinquens notorius, Bal. Ang. & Far. *q.101.n.22.* vel conuictus, & confessus, seu adeò conuictus, quòd delictum negare non posset, Aug. ad Ang. & Far. *ibidem*, & huic limitationi subscribit Scacc. *n.93*. Vel expressè.

6. AMPLIATVR 3. Regula; Vt etiam procedat in delictis enormissimis, & atrocissimis, in quibus, nisi à Iure expressè prohibeatur, appellari licet, Boss. *in tit. de appel. n.25.* Vulpel. & Farin. *q.101. n.7.* Puta in crimine læsæ Maiestatis, in quo appellatio datur, Boss. *n.1. & 2.* vbi etiam testatur de veriori, Rolan. *cons.73.* vbi reprobatis contrarijs, ait, hanc opinionem communem, veriorem, & ab ea in consulendo, & iudicando non recedendum, Gom. qui testatur, hanc veram, communem, & semper tenendam opinionem, Afflict. Aret. C lar. & quamplures alij, quos sequitur Far. *n.9.* Licèt Ang. Rom. & alij contradicant, relati à Scacc. *q.17. lim.4. n.48.* & à Farin. *q.101. n.10.* qui, *n.12. & 13.* cum hac contraria concurrit in ducibus factionum, concitatoribus factionum, & rebellionum contra personam Principis, & ibi concordantes inducit. Apellatur etiã in atrocissimis.

7. Expressè autem in iure appellatio prohibetur in crimine simoniæ, Fely. *per illum tex. in c. sicut, il 1. de simon.* Carer. Maran. Rolã. & Farin. *nu.47.* vbi cum Rota declarat, hoc procedere in simoniaco notorio, vel confesso; & etiam in occulto, dum simonia est respectu Ordinationis; Si verò esset occultus simoniacus super Beneficium, appellatio daretur. Quid in simonia?

8. Eadem prohibitio est in raptu, *l.1. in fin. princ. C. de rapt. virg.* Ang. Decian. Gom. qui testatur de communi, Specul. & Farin. *q.101. nu.48.* Intellige in principali raptore, qui non modò rapuit, sed etiam cognouit; secus si nõ cognouit, Carer. Decian. & Farin. *n.49. & 51.* In raptu.

9. Item appellatio in iure prohibetur in crimine falsæ monetæ, *l.1. §.1. C. de fals. monet.* Ang. & ad eum Aug. Bal. Farin. & alij, *q.101. nu.52.* Item in insignibus latronibus, seditionum concitatoribus, factionum ducibus, *l. Constitutiones*, & ibi Alber. Ang. Bar. & communitèr omnes, *ff. de appell.* & Farin. qui concordantes citat, & declarat, *n.53. & seq.* Item in assassinio, Hostien. Franch. & alij, *per illum tex. in c. pro humani*, ponderando, *ver. liberè, de homic. in 6.* Et hoc subampliatur, vt licèt homicida non sit assassinus, appellare non possit, dum absens est, & contumax, vigore *Constitutionum Pontificum*, quas refert Far. *n.58. & 59.* & not. Scacc. *q.17. lim.48. n.29.* Quamuis homicida ordinarius appellare possit, Farin. *d. n.59.* In crim. falsæ monetæ, & in quibusdam alijs. In assassinio. In homicida contumace.

10. Declaratur proposita do-

Declaratur prædicta. ctrina, vt in prædictis criminibus enormibus, de quibus dictum est supra. *à n.7. vsque huc*, & in omnibus alijs, in quibus iura appellationem denegant, denegatio intelligenda sit semper, dum Reus, vel ore proprio legitimè confessus, vel iuridicè plenè conuictus, seu in flagranti crimine repertus fuit, aliàs enim sola criminis atrocitas, & maxima enormitas, ad appellationem prohibendam, sufficiens non esset; Hanc declarationem verissimam credit Decian. loquens speciatim in delicto raptus, *in trac. crim. lib.6. cap.9. n.12. to.2.* quem generalitèr sequitur Far. *q.* 101. *nu.* 113. vbi reddit rationem, quia alitèr Iudicibus occasio præberetur, indebitè, & iniustè condemnandi, absque timore, quòd alius Iudex eorum iniustitiam reprobare posset; Subdens, tunc præsertim proculdubio appellationem in prædictis casibus esse admittendam, dum causa iniustæ sententiæ in appellatione exprimitur; Et huic dicto subscribit Scacc. *q.*17. *lim.*4. *n.* 84. inducens Abb. Alex. Dec. Franch. Innoc. Rom. & Tiraq.

Appellatione pēdente nihil innouandum. 11. AMPLIATVR 4. Regula; Vt adeò verum sit, quòd a quacumque criminali sententia, de Iure, appellatio detur, vt appellatione pendente nihil sit innouādum, vt probatum est supra, *q.*148. *n.*19. tenet Far. *q.*101. *n.* 2. & Scacc. *q.*17. *nu.* 25. Et innouando, exequendoque Iudex suam sententiam, à qua debitè fuit appellatum, punitur, vt traditum fuit, *q.*148. *n.*61. & sustinent Far. *q.*101. *n.*5. & Scacc. *n.*26. & 27. Et per amicos, & consan- Aliàs Iudex punitur.

guineos condemnati, ei de facto impunè resisti posse, Far. cum concordantibus, *q.*101. *n.6.* Immò, in puncto Iuris, idem dicendum est, pendente termino decem dierum, dato ad appellandum, Bar. & Far. *n.* 3. vbi alios inducit, præsertim Boss. & Put. testantes de communi. Sed de consuetudine, pluribus in locis seruatur contrarium, nempè, vt confessus condemnatus in capitalibus, & corporalibus, si non appellet, Iudex, termino pendente, sententiam exequatur, Bal. Carer. qui concordantes inducit, & Far. cum alijs, *n.*4. Et ei resisti potest de facto. Quid in termino 10. dierū?

12. AMPLIATVR 5. Regula; Vt à sententia nulla appellari possit, licèt non sit necesse, Innoc. Io. Andr. quos sequitur Franch. *in c. dilecto, n.*15. *de appell.* Scacc. qui concordantes referens testatur de vera, & communi opinione, *q.* 17. *lim.*19. *n.*2. qui, in seqq. benè declarat, & comprobat, quicquid alij contra dicant, relati ab eo, *n.* 1. An à sententia nulla appelletur?

13. AMPLIATVR 6. Regula; Vt non modo locum habeat in diffinitiua sententia, sed etiam in interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, à qua appellatio datur, Ruginel. Vestr. & Scacc. *q.*17. *lim.*47. *mem.*1. *n.*171. qui, *in seqq. vsque ad n.*207. pluribus modis exemplificat, & probat; Puta, in sententia lata super attentatorum reuocatione, Scacc. *q.*17. *lim.*47. *mem.*1. *n.*172. seu in qua Iudex pronunciat se competentem, vel incompetentem, *n.*174. & 175. In sententia mulctæ, *n.*182. siuè in qua declaratur, appellationem desertam esse, *n.*185. Et generalitèr in omni sententia Vel ab interlocutoria habēte vim diffinitiuæ? Exemplificatur.

tentia interlocutoria, quæ post se aliam non expectat sententiam, *n.* 207. Et in propositis, & similibus casibus, Iudex à quo appellatione interposita, vlterius procedere non potest super illo articulo, à quo appellatum fuit, Scacc. *n.* 208. Licèt, pendente termino ad appellādum, possct in hoc casu, ad vlteriora procedere, Franch. Lācel. & Scac. *n.* 212.

An à simplici interlocutoria?

14. AMPLIATVR 7. Regula; Vt; de iure Canonico, a quacumq; interlocutoria appellari possit, *c. super eo, il 2. de appell. & c. cordi, eod. tit. in 6.* & not. Specul. *in tit. de appel. §. in quibus, n. 29. lib. 2.* vbi ait, quòd, secundùm Canones, in hoc quæstio non est, Bal. Castren. Franch. Maran. & Scacc. cum alijs concordantibus, *n.* 73. immò, etiam de Iure Ciuili, appellatio ab interlocutoria admittitur, dummodo in ea iusta exprimatur causa, Bar. *in l. ait Prætor, n. 3. ff. de minor.* Ang. Marchesl. & Scacc. *n.* 82. Quomodo specificanda sit causa, dictum est *sup. q. 146. n. 16. & 17.* Iustificeturque ex causa expressa, dicetur *infra, q. 152. n. 8. vsque 12.*

De Iure Canonico hodierno.

15. Sed nota, quòd cum, de Iure Canonico hodierno, appellatio à mera interlocutoria prohibeatur, vt apparet in Conc. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 20. in princip.* vbi in fine derogatur priuilegijs in contrariū, & idem determinetur *in Bullis Pontificum,* vt not. Scacc. *n.* 83. vtroque Iure attento, hodie ad appellationis validitatem ab interlocutoria, causæ expressio requiritur, Franch. & Scacc. *q. 17. lim. 47. mem. 1. n.* 81. Qua iusta causa expressa, & probata, appellatio ab interlocutoria semper est admittenda, Scac. *n.* 217. Et dum grauatus incōtinenti se probaturum offerret, si Iudex, hoc non attento, ad vlteriora procederet, si ab hoc appellaretur, talis appellatio, causæ deuolutionem, & attentatorum reuocationem operaretur, Scacc. *n.* 221. & est *tex. in c. interposita,* vbi Abb. Frāch. & communitèr Canonistæ, *de appell.* Lancell. & iterum Scacc. *q. 11. n. 68. & 70.*

16. LIMITATVR 1. Regula; Vt vera sit de iure communi, sed in toto Statu Ecclesiastico, consuetudo viget, vt à sententia in causis criminalibus, in quibus agitur de pœnis corporis afflictiuis, vt triremium, ictuum funis, fustigationis, seu exilij, appellatio non concedatur, Guaz. *defens. 36. c. 4. nu. 3.* Et quòd hæc consuetudo teneat, latè probat Couar. & sequitur Bertaz. & tenent Clar. & Guaz. *n.* 10. immò subdit Scac. *q. 17 lim. 48. n. 1.* in hoc vigere Ius municipale, & consuetudinem generalem fere in toto Orbe Christiano, præsertim in Imperio, in Hispania, & in Flandria, subscribunt Baiar. Guaz. & alij, ab eo relati, *n.* 10. Et quòd vbi Statutum viget, quòd appellatio in criminalibus non admittatur, hæc determinatio valeat, tenent Alber. Couar. concordantes referens, Clar. qui ait, ab hac opinione in praxi recedendum non esse, Bertaz. Scacc. & Farin. *q. 101. nu. 95. & 96.*

Explicatur, qui de cōsuetudine seruetur in appellationib. in criminalibus?

Vel dè Iure municipali.

17. At si in aliquibus locis, vel apud aliquos, nec Statutum, nec consuetudo aliqua, in proposito vigeret,

Quid vbi nec consuetudo, nec Statutū viget?

geret, Regula hic proposita seruanda esset.

Declaratur limitatio.

18. Declaratur hæc limitatio 1. Vt, nunquam procedat, nisi Reus esset legitimè confessus, vel plenè conuictus, vt probat Scacc. *q.* 17. *lim.*48. *n.*24. & visum est hic supra, *n.*10. Et vlterius declaratur, vt non per hoc in criminalibus Reo desint plurima remedia pro sua defensione, prout sunt recursus, dicere de nullitate, appellatio ab excessu pœnæ, vel à sententia notoriè iniusta, seu appellatio à pronunciatione facta à Iudice, quòd ipse sit competens, vt not. & probat Guaz. *defen.* 36. *capit.*4. *n.*11. *vsque in finem*, & dicetur, *hic infra, n.*28.

An in notorio appellatio detur?

19. LIMITATVR 2. Regula; Vt à sententia in crimine notorio, neque de Iure communi detur appellatio, *l.*2. *C. quorum appell. c. cum speciali, §. porro*, vbi gl. Hostien. Butr. Zabar. Anchar. & Franch. *de appell.* Clar. qui de communi, Scac. & Far. concordantes cumulans, *q.* 101. *n.*60. vbi etiam de communi, addēdo, quod habemus in hoc Marchiæ Constitutiones, *lib.*2. *cap.*6. vbi de notorijs per facti euidētiam, non autem de notorio per famam, vel in delicto manifesto: Subdens, *n.*62. Limitationem procedere in notorio per euidentiam facti, secus in notorio Iuris, nempè resultante, vel ex confessione, vel probatione, in quo datur appellatio, ex Mile. Carau. & Baiar. Et vlterius notat Far. *q.*101. *nu.*63. quòd in notorio per euidentiam, non datur appellatio ad effectum suspensiuum, secus quo ad deuolutiuum, ex Butr. & Zabar. Et dum in appellatione aliqua causa insereretur, notorium offuscante, seu delictum excusante, etiam suspensiuum operaretur, Franch. Imol. Saly. Far. & alij, *q.* 101. *n.*64.

An detur appellatio ab interlocutoria?

20. LIMITATVR 3. Regula; Vt de Iure Ciuili ab interlocutoria, etiam in criminalibus regularitèr appellatio non detur, Scacc. *q.*17. *lim.*47. *mem.*1. *n.*1. *&* 2. vbi, & etiā in seq. diffusè probat, & declarat; quid autem dicendum sit de Iure Canonico, insinuat, *n.*73. *& in hac q. dictum est sup. n.*14. *&* 15.

Vel à sententia, in qua pœna taxata à lege imponitur?

21. LIMITATVR 4. Regula; Vt appellari non possit à sententia, in qua pœna, à lege taxata, imposita est, *l. si qua pœna, ff de Legibus*, Dec. Fely. Franch. & Scacc. *q.*17. *lim.*23. *nu.* 1. Marf. Saly. & Far. *q.*101. *n.* 65. vbi ex Carer. & Rom. ait, posse tamen appellari à declaratione incursus d. pœnæ; Et quòd à tali declaratoria detur appellatio, tenent etiam Fely. Franch. Scacc. & alij, *n.* 3. Idem dic de pœna taxata à Statuto generali, à Supremo Principe condito, Scacc. *lim.*20.

Seu à sētentia excommunicationis?

22. LIMITATVR 5. Regula; Vt non detur appellatio à sententia excommunicationis, vel interdicti, Ang. Specul. & Far. *q.*101. *n.* 66. Excommunicatio enim secum executionem trahit, quam appellatio non impedit, *c. Pastoralis, §. verum, de appell.* & not. Dec. Maran. Scacc. & alij, *q.*17. *lim.*22. *n.*1. vbi testatur, hanc limitationem esse communem, & probari *per tex. in c. per tuas, de sent. excom.* Vnde sententiatus, appellatione pendente, excōmunicatus remanet, Franch.

&

& Scacc. *d. n.* 1. Et potest denunciari, seu contra eum excommunicationis cedulones affigi, Frãch. Lancel. Maran. Specul. & Scac. *n.* 4.

Quoad deuolutiuum?

23. SVBLIMITA Limitationem 5. Vt à sententia excommunicationis quo ad deuolutiuum appellatio detur, *c. per tuas, de sent. excom.* Specul. & Far. *q.* 101. *n.* 68. & Scacc. *nu.* 34. A sententia paritèr declaratoria, quem incidisse in excommunicationem, appellatio datur, per quam declaratoria ipsa suspenditur, Abb. Brunor. à Sole, Carer. Franch. & Farin. *q.* 101. *n.* 67. Dec. Fely. Lancel. Maran. & Scac. *lim.* 22. *nu.* 36. Similitèr appellatio sententiam comminatoriam excommunicationis suspendit, Put. & Far. *n.* 70.

Seu à declaratoria?

Quid dũ est periculum in mora, &c.?

24. LIMITATVR 6. Regula; Vt appellare non liceat à sententia, quandò Reipublicæ interest, capitales pœnas in sententia appositas accelerari, statimq; delinquentem puniri, *l. Constitutiones, & ibi* Fulgos. *de appell.* Ang. Rom. & Farin. *q.* 101. *n.* 81. Vndè dum periculum est in mora, appellatione non obstante, Iudex suam exequi potest sententiam, Boss. *de appel. n.* 24. *& seq.* Carer. Castren. Contard. & Far. *q.* 101. *n.* 82.

Vel in sẽtentia lata contra Officialẽ?

25. LIMITATVR 7. Regula; Vt appellatio non detur à sententia lata contra Officiales, pro delictis in officio commissis, dum de illis conuicti sunt, *l. nulli, & ibi* Bellaper. & Cyn. *C. quorum appell.* Specul. Put. Viuian. qui testatur de communi, Far. & alij, *n.* 83. Qui, *n.* 84. *&* 85. inclinat, hoc intelligendum esse de Officiali à proprio Iudice condemnato, pro delictis in officio commissis, in quibus terminis loquitur, *d. l. nulli, & ibi* not. gl. Ang. Bar. Castr. Odofr. & Saly. subscribunt huic doctrinæ Scacc. *q.* 17. *lim.* 16. & Far. *q.* 101. *n.* 85. *&* 86. vbi refert concordantes Maran. Put. Turrecrem. & alios.

Seu à sẽtẽtia Syndicatus?

26. LIMITATVR 8. Regula; Vt à sententia syndicatus, conuictus appellare non possit, saltem quoad suspensiuum effectum, Alb. Carer. Saly. Viuian. qui testatur de communi, Lancel. & Far. *q.* 101. *nu.* 89. Et in hoc Const. Marchiæ, *lib.* 6. *c.* 2. omnes dirimit controuersias, dum generalitèr statuit, à sententia syndicatus appellationẽ non dari; Et idem Far. *n.* 91. de magis communi testatur; addens cum Amad. in toto Ecclesiastico Statu, propter d. Const. rem omni prorsus difficultate carere. Sed circumscripta d. Const. vel simili Statuto, posse à sententia Syndicatorum appellari, tenet Put. quem sequitur Scac. *lim.* 16. *n.* 9. & de communi, & magis tuta opinione, idem Put. testatur.

Siue à friuola appellatione?

27. LIMITATVR 9. Regula; Vt appellatio friuola, a quauis sententia, prohibita sit, nec ei sit deferendum, *c. cum appellationibus, & ibi* gl. Anchar. Franch. & alij, *de appell. in* 6. Bar. Maran. & Scacc. *q.* 17. *lim.* 36. *n.* 1. immò Iudex tali appellationi deferens peccaret, Clar. Lancel. Scacc. & alij, *nu.* 3. Intellige de manifestè friuola, Scacc. *n.* 6. Quam nihilominus, si Iudex admitteret, à se iurisdictionem abdiceret, Ang. Franch. Lancel. & Scacc. *n.* 4.

Fri-

Quæ sit friuola appellatio.

* Friuola verò appellatio dicitur illa, quæ est inanis, leuis, & nullius momēti, & à Syluest. *in ver. appellatio, n. 13.* dicitur frustratoria, & illegitima, Pluribusq; modis cōtingere potest; Primò dum appellatur à sententia lata in delicto notorio, in quo appellatio non datur, ad tradita *supra q. 87. n. 20. & 22.*

Et exemplificatur

* Item dum Reus confessus appellat, confessio enim facit notorium iuris, *c. Romana, de appell. in 6.* nisi allegetur iusta causa, puta erroris, aut vis tormentorum; aliàs confessus in iudicio, non est audiēdus, Archid. *in d. c. Romana, & est tex. in l. 2. C. quorum appell. non recip.*

* Similiter dum Reus condemnatus est in contumacia, nisi expurgata, Pau. de Castro, *in l. & post edictum, §. fin.* per hunc tex. *ff. de iudic.* Siuè contumacia fuerit in comparendo, siue ad agitandum processum, siue ad sententiam audiēdam, Grat. *lib. 1. cons. 100. n. 10.*

* Paritèr dum sententiam iam Reus acceptauit, & subscripsit, vel Procurator eius nomine, quia cum iuri suo ita renunciauerit, eius esset friuola appellatio, *c. directè nobis, de appell.*

* Friuola etiam, & non admittēda est appellatio, à tertia sententia conformi, *c. sua nobis, de appell. & l. vnica, C. ne liceat in vna, & eàdem causa.*

* Nec non appellatio, vt friuola, est reijcienda ab interlocutoria dum nulla iusta causa appellationis adducitur, expressè, & specialitèr, Maranta, qui testatur de communi DD. *in speculo par. 6. rubr. de appell. n. 147. & est tex. expressus in c. vt debitus, de appell.*

* Reijcienda tandem est, vt friuola, appellatio a sententia Arbitri de consensu partium electi, *c. de Iudicibus 2. q. 6.* nisi dum ingens læsio appareret, quo casu de iure Canon. appellatio daretur, *c. cum olim, de arbitr.*

Declarātur allatæ limitationes.

28. SVBLIMITA omnes propositas Limitationes, in quibus dictū est, in criminalibus appellationem non dari in casibus illis insinuatis, vt sicut dictum est *in hac q. n. 10.* intelligantur, dum Reus est confessus, vel conuictus, seu in flagranti repertus, & vt per hoc non sit prohibita supplicatio, seu recursus ad Principem siuè ad alium Superiorem, Rolan. concordantes inducens, *cons. 94. n. 2. & seq. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. q. 72. per totam*, Ang. Decian. Lancel. Rom. & alij, quos sequitur Far. *q. 101. n. 105.* sicut nec intelligitur prohibita appellatio ab excessu pœnæ, Butr. Hostien. Innoc. & Io. And. *in c. cum speciali, §. porrò de Appell.* Maran. Lancel. & Farin. *n. 110. & est tex. in c. nouit.* vbi DD. *de appell.* Nec pariter dictio de nullitate, prohibita censetur, Ang. Marsi. & Carer. hos sequens, *in praxi in 1. tract. de appellat. §. vlterius, num. 5.* Grauat. qui testatur de communi, Boss. Clar. Ias. Menoch. Farin. & alij, *n. 111.*

Appellatio ab excessu pœnæ.

Quid in tribus cōformib.

29. LIMITATVR 10. Regula; Vt à sentētia, quæ habet duas alias non conformes præcedentes, appellari de Iure non possit, *l. vnica, & ibi gl.* Bart. Bald. Castren. & alij, *C. ne lic. in vna eàdem causa*; non non enim licet tertio prouocare,

Re-

Rebuf. Specul. & Scacc. qui testatur de communi, & hoc non habere contradictorem, *q.* 17. *lim.* 1. *n.* 1. Quòd procedit in diffinitiua, & etiam in interlocutoria, Maran. Specul. & Scac. *n.* 4. Ita vt in hoc casu, nec liceat supplicare, & supplicans puniatur, Bal. Boss. & Ias. quos sequitur Scac. *q.* 17 *lim.* 1. *n.* 15

Siuè dum dicitur de nullitate? 30. SVBLIMITATVR limitatio 10. Vt post tres conformes, de nullitate dici possit, & hæc cautela prodesset, quando in rei veritate nulla esset sententia, Franch. & Imol. quos sequitur Couar. *in l. vnica. n.* 40. *C. de moment. poss.* Sed de Iure Canonico, iuxta *Clement. vt calumnijs, de sentent. & de re iudic.* condemnatus tribus sententijs cõformibus, ad dicendum de nullitate earum, non admittitur, nisi prius sententiæ executioni mandentur, Bal. Franch. Vant. Vest. & Scacc. *num.* 58.

Vel si in Visitatione detur pœna ad correptionem? 31. LIMITATVR 11. Regula; Vt cum Superiores in Visitatione procedunt ad morum correptionẽ sine vllo ordine iudiciario, sed, vt solent apud nos, per viam articulorum, in causis non admodum grauibus, & modus non exceditur, appellatio non detur, vt not. Bouer. *in direct. fori iudic. p.* 3. *c.* 2. *§. id quoq;* estq; *text. in c. ad nostram, de appel.* nec ad Papam, *c. reprehensibilis, eodem tit.* & in Concil. Trid. *sess.* 24. *c.* 10. *de reform.* Cum enim Superiores in hoc casu, non iudicialiter, sed de paterno modo in pœnis imponendis procedant, quæ leues plerumq; esse solent, consentaneum non est, vt in his appellationi locus sit.

32. Plura de hac q. Farin. *q.* 101. & diffusiùs Scacc. *q.* 17.

Appellatio ad quem sit facienda?
Quæstio 151.

1 REGVLA 1. sit. Appellatio à minori ad maiorem Iudicem gradatim, non omisso medio, fieri debet, gl. *in c. dilecti, il* 3. *& ibi,* Abb. & Dec. *de appel.* Fel. Maran. & Scacc. concordantes cumulans, *de appel. q.* 7. *n.* 1. idest ad Superiorem proximiorem Iudici à quo, Dec. & Scacc. *n.* 3. alios inducens; Et sufficit vt dicatur, appello ad Iudicem competentem, Maran. qui testatur de communi, Bal. Bar. & Scacc. cum alijs, *q.* 7. *n.* 4. & 12. & probatum est supra, *q.* 146. *num.* 20. — Appellatio ad Superiorem proximũ fieri debet.

2. AMPLIATVR Regula 1. Vt procedat in vtroque Iure, Card. Alex. & Franch. *in c. dilecti, il* 3. *de appell.* Ang. & Scacc. *nu.* 15. aliàs, omisso medio, appellatio, & processus nulli essent, Archid. Bar. Hostien. Innoc. & Scacc. *n.* 17. De Iure Ciuili, in hoc non est dubium: Et saltem parte opponente, idem certum est etiam de Iure Canonico, Franch. & Scacc. *n.* 26. — Aliàs nulla esset in vtroque Iure.

3. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt non procedat in appellatione ad Papam, ad eum enim, medio omisso, appellari potest, Abb. & Franch. *in d. c. dilecti,* Ang. Afflict. Lancel. & Scacc. *q.* 7. *n.* 45. Et stante tali appellatione, si Superior immediatus procederet, vtique attentaret, & processum nullum fabricaret, Lancel. & Scacc. *n.* 57. & 59. — Quid in appellatione ad Papam?

4. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt ap-

Vel dum medius per errorem omittitur? appellatio inutilis non sit, quando, omisso medio, per errorem, ad maiorē appellatur, *l. 1. & ibi* Bart. *ff. de appell.* Archid. Papin. Scacc. & alij, *q. 7. n. 96.* Et in hoc casu ad Iudicem competentem causa deuolueretur, Abb. & Franch. *in d. c. dilecti*, Scacc. *n. 96.* vbi ex Bar. rationem reddit; Et quamuis scientèr

Vel dum non excipitur? per saltum fuisset appellatum, dum non exciperetur, appellatio teneret, Abb. Afflic. Franch. Rebuf. & Scacc. cum alijs, *n. 105.*

Seu in appellatione ad Delegatum Papæ? 5. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt ad delegatum Papæ in eius Legatione, omissis medijs, appellari possit, Abb. qui de communi, & Franch. *in c. dilecti, il 3. de appel.* Ang. qui paritèr de communi, Maran. Specul. Scacc. & alij, *q. 7. n. 103.* Qui, *n. 104.* idem probat in Patriarca Constantinopolitano, & Alexandrino.

Vel dum proximus est impeditus? 6. LIMITATVR 4. Regula 1. Quando Iudex proximus esset absens, longo impedimento detētus, quia tunc, eo omisso, ad Superiorē appellari posset, secus si modico tempore impeditus esset, Franch. Maran. & Scacc. *n. 111.*

7. Vt autem Regulares in appellando per saltum, vel ad quos de Iure non possunt, non errent, proximè adnotanda, obseruent.

Ordo seruandus à Regularibus in appellando. 8. REGVLA 2. fit. Appellatio à Regularibus hoc ordine interponenda est. A Guardiano, seu ab alio Superiore locali ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Sacr. Congr. super negotijs Episcoporum, & Regulariū, & ad Papam, ita *d. Cong.* decreuit, *anno* 1587. & not. Lez. *to. 1. c. 9. n. 4.* & Bouer. *in suo direc. p. 3. c. 3.* & cōformitèr ita decernitur *in nostris Constit. c. 10.*

9. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt si quis ex Regularibus per saltum appellaret, Iudex ad quem, nullitèr ageret, iuxta tradita, *in hac q. n. 2.* cum limitationibus, *quæ ibidem* subduntur. *Per saltū appellatio est nulla.*

10. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt Regularibus sit prohibitum, appellare ad alia tribunalia, præter prædicta, præsertim sæcularia sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt not. Portel. Arag. Miran. & Lez. *to. 3. ver. appellare, n. 5.* & habetur, *in nostris Constitutionibus, in c. 10.* *Et prohibita ad tribunalia sæcularia præsertim.*

11. Regula 3. fit. A sententia Delegati Iudicis ad causam, appellatur ad Delegantem, siuè Delegatus sit à Principe, siuè ab alio Ordinario inferiore, Papien. Specul. & Scacc. *q. 7. n. 14.* vbi alios inducens, testatur de communi omnium DD. Si verò Delegans sit & ipse Delegatus ad vniuersitatē causarum, si ab eo sit subdelegata vna causa in totum, tunc à Subdelegato ad Delegatum ad vniuersitatem causarum appellari, tenet Specul. *tit. de appell. §. nunc tractemus, n. 3. & 10. lib. 2.* Sed ad primum Delegantem appellandum esse, tenuerunt gl. Abb. & Maran. quos refert Scacc. *q. 8. n. 30.* vbi refert Abb. & Franch. idem asserentes in Delegato ad vnam causam, qui si illam de licentia in totum subdelegauerit, à Subdelegato ad primum Delegantem appellatur. *A delegato ad causā, appellatur ad Ordinarium Delegantē.* *Quid si Delegans sit, & ipse Delegatus ad vniuersitatē causarū?* *Vel ad vnam?*

12. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt

Vel dum Delegatus est à Papa? Vt à Delegato Papæ in partibus, vbi adest Legatus à Latere, non ad hunc, sed ad Papam appellatio fieri debeat, Marches. & Scac. *q.7.n.16.*

13. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt Ordinarius causam delegans, quia suspectus sit, à Delegato non ad Delegantem, sed ad Superiorem appelletur, Frãch. Maran. Specul. Scacc. & alij, *q.7.nu.42.* Qui idem dicit, *q.8.n.48.* quando Delegatus, quia suspectus sit, subdelegauit, tunc enim, non ad Delegantẽ, sed ad Superiorem appellatur. — Quid si Delegatus sit à suspecto?

14. Plura de hac q. & diffusè agit Scacc. *de appell. q.7. & 8.*

De officio Iudicis ad quem.
Quæstio 152.

1 REGVLA sit, Officium Iudicis ad quem ad multa se extendit, latiusq; se diffundit, quam officium Iudicis a quo, Franch. *in c. cum in Ecclesia, de appell.* Ruginel. & Scac. *q.11 n.17. ver. contrarium;* vt magis patebit *in Ampliationibus sequentibus.* — Latius se diffundit Iudicis ad quem officiũ, quã Iudicis à quo.

2. AMPLIATVR 1. Regula, Vt quando Iudex ad quem de appellatione cognoscere cæpit, ad eum cognitio spectet, an admittenda sit appellatio, an legitimè, & in tempore appellatum sit, an nulla, desertaq; sit appellatio? & similia. Iudex verò a quo, postquam Iudex ad quem hæc cognoscere cæpit, non potest in hac se ingerere cognitione, Butr. & Franch. *in c. constitutus, de appell.* & Scacc. *q.11.n.12.* — Vnde plura cognoscit de appellatione.

3. AMPLIATVR 2. Regula; Vt Iudex ad quem, non solum cognoscere, sed etiam inter partes pronunciare possit, an iusta, legitimaque sit appellatio, an causæ in ea insertæ legitimæ sint, an sit recipienda? Contard. Franch. Scac. & alij, *nu.13.* Cum è contra, Iudex à quo, antequam Iudex ad quem hæc cognoscere incipiat, tantummodo ad sui instructionem hæcmet cognoscere possit, Scacc. *ibidem*, & probatum est *supra, q.148. n.19.* Ad eundem autem Iudicem ad quem, quando coram eo causa iam introducta fuit, cognoscere, & pronunciare spectat, an appellatio fuerit deserta, vel an appellans legitimè impeditus fuerit; Franch. & Scacc. *q.11. n.151.* — Et pronunciat.

4. AMPLIATVR 3. Regula; Vt Iudex ad quem attentata, articulum appellationis tangentia, appellatione pendẽte, reuocare possit, Franch. & Scacc. *n.18.* & diffinitiuam ex falsa causa latam, ex alia causa vera, confirmare, Franch. Maran. & Scacc. *n.22.* dummodò, saltem implicitè, in actis primi Iudicis, noua causa fuerit, Franch. Rebuf. & Scacc. *n.23.* — An possit reuocare attẽtata? — Et diffinitiuam ex falsa causa latam cõfirmare?

5. AMPLIATVR 4. Regula; Vt Iudex ad quem, legitima attenta appellatione, Iudici à quo inhibere possit, Scac. *n.34.* vbi citat DD. de hoc tractantes. — Et inhibere Iudici à quo?

6. AMPLIATVR 5. Regula; Vt consequentèr appellans, coram Iudice ad quem, suam debeat appellationẽ iustificare, quo ad eiusdem appellationis admissionem, probando, se benè, & intra legitima tempora appellasse, Scacc. *n.6. vers. capio primum.* Item quo ad causæ deuolutionem consequendam, dum Iudex à quo appellationem — Coram Iudice ad quẽ, quid probare debeat appellãs?

 non

non admisit, appellans exceptionis veritatem, coram Iudice ad quem, probare similitèr tenetur, aliàs causa non deuolueretur, *c. interposita, & ibi* Butr. Dec. & Franch. *de appell.* Nec iustam exceptionem proposuisse sufficeret, secundùm eosdem, & not. Scac. *n.62*. Nisi appellans, coram Iudice à quo, incontinenti, legitimam exceptionem probare obtulisset; Quo casu, si ob non admissionem appelletur, sufficit probare corā Iudice ad quem, ad effectum deuolutiuum, legitimam fuisse propositam exceptionem, cum exhibitione probationis, incontinenti, & Iudicem admittere noluisse, *d. c. interposita, in fi. & ibi* Abb. Franc. & communitèr alij Canonistæ, *de appell.* & not. Lancel. & Scacc. *q.11. n.68.*

Alia corā eodē probanda.

7. AMPLIATVR 6. Regula; Vt quo ad effectum reuocationis sententiæ, quam tulit Iudex à quo, appellans, coram Iudice ad quem, veritatem probare teneatur, & appellationis causam iustificare, Abb. Butr. Franc. & Scacc. *nu. 83*. Vbi concludit, quòd appellans, ex ipsis actis factis in prima, vel ex faciendis in secunda instantia, sententiæ iniustitiam probare debet. Vnde testes à Iudice appellationis examinari possunt. Anchar. Fely. Frāch. Maran. & Scacc. qui ait, hoc esse indubitatum, *n.102*. Nisi fortè in prima instantia appellans, scietèr, probare neglexisset, id quod in secunda instantia se probaturum offert, Lancel. qui de magis communi, Franch. Marſ. Menoc. & Guaz. *defens. 36. cap. 18. n. 4.* & latissimè de hoc agit Cæual. *in tract. commun.*

An corā eo testes examinari possint?

contra com. q.301. per tot. Et sicut ex nouis probationibus, sic etiam ex noua causa appellatio à diffinitiua iustificari potest, Franch. Maran. & Scacc. *n.84*. An autem publicatis attestationibus, liceat testes in causa appellationis examinare super productis articulis in principali causa, directè contrarijs? admodum controuersus est punctus, vt videre est apud Cæual. *in tract. com. contra com. q. 30.* vbi adductis DD. pro affirmatiua, & etiam pro negatiua, hanc magis communem vocat, refert. Guaz. *defens. 36. c. 18. nu. 4.* & huic negatiuæ subscribunt Afflict. Gabr. & Scacc. *q.11. n.106.* vbi remissiuè ait, hoc plurimas Ampliationes, & Limitationes habere; & huic opinioni fauet tex. *in c. fraternitatis, & ibi* glo. & cæteri Canonistæ, de testibus; Super capitulis verò omnino nouis, siuè testes fuerint publicati, siuè non, in instantia 2. non possunt testes examinari, Marſ. Socin. & Scac. *n.111.* Sed nihilominus animaduerte, quòd Iudex post datam copiam processus, & hoc ita publicato, pro suo arbitrio potest testes repetere, & etiam alios testes de nouo recipere ex officio, Natt. *conf. 359. vol. 2.* Clar. *q. 61. vers. sed quaero*, & Ambrosin. *de modo forman. proces. in form. lib. 3. c. 1. n. 55.*

Super articulis pductis, &c.

Vel super capitulis omninò nouis?

8. Notandum tamen, quod appellatio a mera interlocutoria, nisi ex causa nominatim in appellatione expressa, nō iustificatur, ita sentiunt Bar. Franch. Maran. & Scac. *q.11. n.87.* Nec suffragaretur illa clausula generalis, (& ab omnibus alijs grauaminibus, quæ colligi pos-

Appellatio debet iustificari ex causa in actis Iudicis à quo, dum est à mera interlocutoria.

possunt ex processu causæ) Franch. & Scacc. citans Rot. *n.* 88. Et causa prædicta constare debet ex actis coram Iudice à quo factis, & non aliter. Bart. Franch. Maran. & Scac. *n.* 89. Benè verùm est, quòd ex multis causis expressis, satis est, vt vna tantùm sufficiens probetur, Franch. Lancel. & Scacc. *n.* 90. De his dictum est etiàm *sup. q.* 150. *n.* 14. & 15.

Nisi causa noua superueniat.

9. Quod dictum est in præcedenti notando, pluribus modis limitandum erit; Igitur limitatur 1. notandum; Vt non procedat quandò noua causa superueniret, quia tunc appellans posset eam proponere, quamuis in appellatione non fuisset expressa, Card. Alex. Maran. & Scacc. *n.* 92.

Vel dum executio interlocutoriæ cō tinet dānum irreparabile.

10. LIMITATVR 2. not. Dum executio interlocutoriæ damnum irreparabile contineret, quia tunc appellatio posset iustificari ex nouis causis, Maran. & Card. Alex. quos sequitur Scacc. *n.* 93.

Aut dum Iudex a quo noluit probationes admittere; Vel dū Reus abest.

11. LIMITATVR 3. not. Quandò Iudex à quo noluisset probationes admittere, vel si essemus in appellatione ab interlocutoria, lata contrà absentem, in his enim casibus possent in appellatione nouæ causæ adduci, Maran. Card. Alex. & Scacc. *n.* 94. & 96.

Item in nouis probationib. causæ, iā expressę.

12. LIMITATVR 4. not. In nouis probationibus, tendentibus ad probationem causæ, iam in prima instantia expressæ, quæ semper deduci possent in secunda instantia, Franch. Maran. & Scacc. *q.* 11. *n.* 95. Et idem dic in omnibus casibus

Et in allegationibus Iuris.

de allegationibus iuris, non deductis in prima, quæ in secunda instantia deduci posse, certum est, Card. Alex. & Scacc. *n.* 100.

Iudex ad quem sententiā iustam, sed nullā confirmare potest.

13. AMPLIATVR 7. Regula; Vt Iudex appellationis sententiam nullam confirmare possit, dùmodo iusta sit, Put. qui testatur de communi, *decis.* 60. *lib.* 3. Abb. Alex. Ripa, Vant. & Scacc. *n.* 114. vbi alios inducit, testantes etiam de communi, & *in seqq.* pluribus modis ampliat, & exemplificat.

Fallit in interlocutoria.

14. LIMITATVR 1. Ampliatio 7. Vt non procedat in sententia interlocutoria, quæ si nulla sit, Iudex appellationis eam confirmare non potest, Granut. Paris. & Scacc. *n.* 146. Sicut nec etiam sententiam diffinitiuam nullā executioni mandatam, nisi prius attentatis reuocatis, Granut. Ruginel. & Scacc. *n.* 147.

Et in diffinitiua executioni mādata.

Itē dum petitio, vel commissio fuit tantū de nullitate.

15. LIMITATVR 2. Ampliatio 7. Quandò simplicitèr petitum fuit, pronunciari diffinitiuam sententiam nullam, quia super hoc, primò pronunciandum esset, Bar. Vant. Scacc. & alij, *n.* 127. vbi etiam Rotam inducit; Aliàs Iudex appellationis, super meritis causæ, nullitèr pronunciaret, Granut. & Scacc. *n.* 128. Et idem dicendum esset, dum commissio, Iudici facta, mandaret, vt prius super nullitate procederetur, Granut. Put. & Scacc. *n.* 132. Benè verùm est, quòd Iudex appellationis, post cognitionem super nullitate, deindè super meritis causæ cognoscere posset, causa enim nullitatis, causam etiam iniquitatis deuoluit, Abb. Bar. Fely. Franch. Tiraq. Vant. qui testatur de communi, & Scacc. *q.* 11. *n.* 122.

Post cognitionē de nullitate cognoscitur de meritis etiam.

Quid si etiā processus esse: nullus?

16. LIMITATVR 3. Ampliatio 7. Vt non procedat, dum, nō modò sententia, sed etiam processus, nullus esset, Alex. qui de cōmuni, Dec. Natta, Ruginel. Vant. & Scacc. *n.135*. Ratio est, quia idem vitium esset in sententia confirmante, Gabr. Marchef. & Scacc. *n.136*. Nisi nouus, & aptus processus formaretur, Scacc. *n.137*.

Potest omnis sētētia nulla confirmari, dū Reus est cōfessus.

17. AMPLIATVR 8. Regula; Vt quandò in actis est confessio Rei, Iudex appellationis absolutè sententiam nullam confirmare possit, quia confessio omnes processus nullitates sanat, Anā. Chart. Dec. Gom. Mascar. & Viuian. qui omnes testantur de cōmuni, Abb. Bar. & Farin. concordantes cumulans, *q.81.n.66*. Vbi *in seqq.* diffusè ampliat, & limitat, Clar. *§.fin.q.55. ver. item posset*, vbi ait, hanc opinionem tanquam canonizatam in iudicijs, & in scholis intrepidè sequēdam esse, Ang. Innoc. & Scacc. cum concordantibus, *n.139*. Nisi error in sententia esset expressus, quia tunc nunquam confirmari posset, Bar. Franch. & Scacc. qui testatur, quod ità tenent omnes, *n.141*.

Nisi exprimatur error in sentētia.

Tota causa cognoscitur à Iudice ad quem.

18. AMPLIATVR 9. Regula; Vt iustificato interlocutoriæ grauamine corā Iudice appellationis, & ab eo pronunciato, quòd benè sit appellatum, tota causa ab eòdem Iudice appellationis cognoscenda remaneat, Bar. Frāch. Scacc. & alij, *q.17.lim.47.mem.3. n.1. & 2.* & est *tex. in c. vbi debitus, & ibi* glo. Abb. Card. Alex. & Dec. *de appell.*

19. AMPLIATVR 10. Regula; Vt Iudex appellationis etiam pronunciare possit super articulis accessorijs, super quibus poterat, sed non pronūciauit Iudex à quo, Rot. *deci.59. aliàs 424. de appell. in nou.* Card. Alex. Rebuf. & Scacc. *q.11. n.34. ver. Ampliatur 4.*

Qui pronunciat etiam super accessorijs.

20. AMPLIATVR 11. Regula; Vt dum appellationis causa, corā Iudice ad quem introducta fuit, ad eum spectet super desertione appellationis pronunciare, Franch. & Scacc. *n.151*. & idem Iudex ad expensas, in appellationis prosecutione factas, condemnare possit, Franc. & Scacc. *n.161*.

Super desertione, & super expensis.

21. AMPLIATVR 12. Regula; Vt Iudex appellationis, Reum, à primo Iudice absolutum, condemnare, & condemnatum absoluere, carceratos liberare, relaxatos carcerare, non tortos torquere, possit, & reliqua præstare, quæ primus Iudex potuit, Far. *conf.53. nu.33*. Ad Iudicem enim appellationis, errorem, & grauamen primi Iudicis corrigere spectat, Contar. Franch. Maran. Rebuf. & Guaz. *defen.36. c.18. nu.3.* & subscribit Scacc. *q. 3. n.1*. Et dum appellatum à diffinitiua fuit, ex quo tota iurisdictio ad Iudicem appellationis deuoluitur, sibi carceratum remitti, iste Iudex mandare potest, Ang. Scacc. Guaz. & alij, *cap.24 n.2*. Sed quandò ab interlocutoria appellatum fuit, dum appellationis articulus discutitur, carceratus sub Iudice à quo manere debet; At si Iudex ad quem benè appellatum, & malè iudicatum pronunciet, idem Iudex ad quem, carceratum sibi remitti, vel apud Iudicem à quo retineri, mandare potest: si verò malè appella-

Item potest absolutū damnare, & è contra, torquere. &c.

Quid de remissione carcerati?

pellatum pronunciet, tunc Iudex à quo carceratum retinebit, processumq; prosequetur, Guid. Pap. & Guaz. *defen.36. c.24. nu.2.* Scacc. *q.20.n.26.*

22. AMPLIATVR 13. Regula; Vt officium Iudicis appellationis sit, animaduertere, antequam suam ferat sententiam, vt coram eo omnia primæ instantiæ acta transportentur, alias enim sententia, quæ ab ipso pronunciaretur esset nulla, Graf. *decis.37. alids 9. n.5. de causa possess. & propriet.* Et nulla ipso iure, Gabr. *de appel. lib.2. concl.5. n. 23.* & Guaz. *defen.36. cap.23. n.1.* vbi alios inducit; Et quòd nō transportatis omnibus actis, sententia Iudicis appellationis sit nulla, tenent DD. relati à Scacc. *q.20. n.8.* vbi etiam ipse hanc sequitur opinionem, *n.9. in princ.* Indè in comprobationem, *n.11.* inducit Bar. & Bal. Et in tantùm hoc est verum, vt parte instante, contrà sententiam latam, actis non transportatis, qui iudicare debet, in meritis causæ se ingerere non possit, sed tantummodò ad talem sententiam nullam declarādam arctetur; Bal. Franch. & Scacc. *n.2.* Vbi testatur, ita sæpius tenuisse Rot. & Signaturam Sanctiss. & est *tex. in c. exhibita, de iudicijs.*

Omnia acta debent trāsportari corā Iudice ad quem; alias nullā ferret sententiā.

23. LIMITATVR Ampliatio 13. Vt non procedat, dum acta non transportata, apta non essent ad reddendam sententiam nullam, vel iniustam, vt si trāsportata non fuisset aliqua citatio non necessaria, &c. Scacc. *q.20. n.13.* & Guaz. *defens.36. c.23. n.3.*

Nisi acta nō essent necessaria.

24. AMPLIATVR 14. Regula; Vt Iudicis appellationis officium sit in sententia ferenda, quantùm fas est, honori, ac famæ Iudicis à quo consulere: Et ideò quandò ex nouiter deductis reuocat, vel reformat sententiam, hoc exprimere in sua sententia debet, Mysing. & Guaz. *cap.29. n.4.* Dum verò infligēdo pœnam Iudici à quo pro sententia lata tractatur, iste citandus est, Mysing. & Guaz. *ibidem*; Attamen eiusdem officium est, in sententia, illa verba inserere (sententiamus fuisse iustè, vel iniustè pronunciatum) glo. *in l. eos, & ibi* Bal. & Castren. *C. de appell.* Abb. Fely. & Guaz. *n.1.* Vel (benè, seu malè appellatum) mentionem faciendo de sententia lata in prima instantia, Aufred. & Guaz. cum alijs, *n.2.* Sed si pluries appellatum fuisset, vel plura illata grauamina fuissēt; Pronunciare per singula deberet, vel dicere, in omnibus, & per omnia benè, vel malè pronunciatum, Rebuf. & Guaz. *n.3.*

Iudex ad quē consulere debet honori Iudicis à quo.

Quando citandus?

In sententia appellationis quid inserendum?

25. AMPLIATVR 15. Regula; Vt officium Iudicis appellationis sit, respectu processus, & omnium, quæ de processu sunt primi Iudicis, huius Statutum attendere, Contar. Natta, Rebuf. & Guaz. *cap.30. n. 1.* Alex. Bal. & Scacc. *q.18. n.1.* At respectu processus coram ipso Iudice appellationis formandi, ordinatoria sua propria Statuta iste sequi debet, Tusch. qui testatur de communi, Alex. & Guaz. *cap.30. n. 2.* & Scacc. *q.18. nu.13.* Quo verò ad causæ decisionem, Iudex appellationis seruare tenetur Leges, & Statuta decisoria, quæ Iudex primus seruare debebat, Tusch. qui de com-

Statutum Iudicis à quo in eius attēditur pro cessu.

In Iudicis ad quem processu huius Statutū attēditur in ordinatorijs.

Quo ad causæ decisionem, Statutum attēditur Iudicis à quo.

communi, Alex. & Guaz. *n.6.* Qui Iudex primus, Iure loci contractus, vel loci delicti, seruare tenebatur, Alex. Tusch. & Guaz. *nu.5.* Statutum ordinatorium dicitur, quòd ordinem procedendi tantùm respicit; Decisorium autem, quòd merita, & decisionem causæ tangit, Guaz. cum alijs, *n.4. & 7.*

Statutum ordinatorium, & decisoriũ quid?

26. Plura de materia huius q. Scacc. *de appell. q.11.* & in alijs locis, supra relatis, & Guaz. *defen. 36. c. præsertim 29. & 30.*

Infra quantum temporis spatium inchoanda, terminandaq; sit appellationis causa? Quæstio 153.

1 REGVLA 1. fit. Terminus Iuris ad appellationem prosequendam, est annus, & ex causa biennium, Card. Alex. Bald. & Scacc. *de appell. q.14. n.1.* & Guaz. *defen.36. c.21. n.1.* & est *tex. in c. cum sit Romana, & ibi DD. de appell.* Ideòque sufficit, quòd appellans, quandocumque causam committi faciat, dummodò intrà idem tempus, non modò committi, sed etiam expediri faciat, nisi legitimè impeditus sit, Bar. Franch. Specul. & Scacc. *q.15. n.27.* De quo iterum dicetur *hic, n.8.*

Terminus iuris, ad appellationem prosequẽdam, est annus.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt ille terminus Iuris appellanti detur à Iure, quandò Iudex à quo appellationem reiecit, apostolos refutatorios, siue testimoniales dãdo; Quo casu ipse reijciens, non potest alium terminum dare, nec Iuris terminum abbreuiare, Dec. testans de communi *in c. cum sit Romana, de appell.* Frãc. Lancel. Rom. Vestr. & Scacc. *q.14. n.15.* & tenuit Rot. *decis.16. aliàs 282. de appell. in antiq.*

Quẽm Iudex à quo appellationẽ reijciens, nõ potest abbreuiare.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt idem dicendum sit, dum Iudex appellationem admittit, vel reuerẽtiales apostolos dat, si terminum non præfigat, tunc enim terminus à Iure præfixus remanet, Franch. & Scacc. *n.4.*

Quid si appellationẽ admittat, vel det reuerentiales?

4. REGVLA 2. fit. Iudex à quo, appellationem admittendo, terminum, ad se præsentandum coram Iudice ad quem, appellanti præfigere potest, Frãch. Gemin. & Scac. *q.14. nu.7. vers. huic;* Et termino præfixo à Iudice à quo, appellans intrà illum causam committi facere tenetur, vel diligentiam adhibere solitam, vt cõmittatur, aliàs deserta appellatio efficeretur, Alex. Ang. & Scacc. *nu.5.* Et dato quod prima vice, commissionem non obtineat, iterum, pro habẽda causæ commissione, diligentia vti tenetur appellãs, Alex. Butr. & Scac. *n.5.* Hunc autem terminum potest Iudex à quo elongare, & etiam breuiare, Scacc. *q.15. n.119. ver. tertius terminus*, & iterum, *nu.12.* ex Bal. & Card. Alex.

Iudex à quo præfigere potest terminũ ad appellationem prosequẽdã, quid si nõ prosequatur in termino?

5. Non vbiq; prædictus terminus est æqualis: Romæ Stylus est, vt Iudex à quo ad causam cõmittendam, terminum decem dierum, a die appellationis, concedat, quo elapso, si causa non committeretur, deserta appellatio efficeretur, Caputaq; Cassad. Lancel. Vestr. & Scac. *q.15. n.6. & 7.* Intellige, dũ statim Iudex à quo de apostolis respondit, secus si dederit Iuris terminum, nempè triginta dierum ad redeundum pro

Quot dierum sit terminus prædictus?

apo-

apostolis, quia tunc appellans esset impeditus, cum isti triginta dies Iudici ipsi concessi sint, Scacc. q.14. n.25. citans Rot. Vestr. & alios. Et iterum intellige, vt sufficiat, si appellans, intra terminum sibi assignatum, iter arripiat ad prosequendum, Rot. Franch. & Scacc. q.14. n.48. talis enim terminus ad appellationem inchoandam statuitur, Scacc. *ibidem*, & tenuit Rot. *decis. 66. in nou.* Non ad prosecutionem finiendam, cum Iudex à quo legem Iudici ad quem imponere non possit, Abb. Dec. Franch. & Scac. qui de communi, q.15. n.218. *per tex. in c. ex insinuatione, de appell.*

Non tenetur Iudex terminũ præfigere.

6. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt Iudex à quo possit, sed non teneatur d. terminum præfigere, Dec. Franch. & Scacc. q. 14. n.22. Et dum terminum hunc præfigere vult, saltem ad melius esse, eòdem contextu, quo appellationem admittit præfigere debet, est enim DD. opinio, quòd saltem post tres dies, Iudex à quo terminum præfigere non possit; licèt alij DD. teneant, & sit communis opinio, posse Iudicem a quo, etiam post tres dies, terminum præfigere, & consequentèr hic punctus non est fine controuersia, de qua agit Scacc. q. 14. n.21.

Quid de consilio?

De præfixione termini ad fidẽ præsentandã de prosecutione appellationis.

7. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt Iudex à quo appellanti terminum præfigere possit ad faciendã sibi fidem de appellationis prosecutione, qua fide, intra terminum non præsentata, nisi aliter ipsi Iudici de prosecutione constet, potest de consuetudine, suam exequi sententiam, testibus Franch. Lancel. & Scacc. q.15. n.22. nec non Rot. *decis. 13. aliàs 94. n.1. & 2. de appel. in nou.* Et talis executio per viam attentati non retractabitur, sed ex futuro euentu causæ appellationis pendebit, in quã si sententia infirmetur, executio cassabitur, Lancel. Franch. & Scacc. n.23. & Rot. *in d. decis. in fin.* At ex defectu d. fidei, appellatio deserta non efficeretur, Rot. *ibidem*, n.3. Franch. & Scacc. cum alijs, n.25. immo, secundùm Franch. Lancel. & Scacc. n. 24. si appellans assignationi talis termini contradiceret, eidem termino obedire non teneretur.

Terminus Iuris ad finiendam causã appellationis.

8. REGVLA 3. sit. Terminus assignatus in Iure, non tantùm ad incipiendam, sed etiam ad finiendam appellationis causam, est spatium vnius anni, & ex causa biennij, Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. cas.446. n.1. per tex. in auth. de ijs, qui ingred. ad appell. §.1.* Card. Alex. Bal. & Scacc. q.15. n.2. & 12. *vers. septimum tempus.*

Fatalia quæ, & vnde dicta?

9. Notandum pro declaratione Regulæ, quòd tempora, intèr quæ causa appellationis inchoari, & terminari debet, fatalia vocantur, dicta à fato, seu morte, idest mortalia, quia appellationi sunt mortem inferentia, & causa, his temporibus transactis, mortua, seu deserta efficitur, ita Scacc. cum concordantibus, q.15. n.1. & 2. Hæc verò fatalia à die appellationis interpositæ currere incipiunt, Abb. Butr. Dec. & Franch. *in c. ex ratione, de appell.* Bar. Bal. & Scac. cum pluribus alijs, n.161. vbi testatur de cõmuni, & est *tex. in c. ex parte, de rescriptis*, & dies appellationis, nõ computa-

tur

tur in termino, Franch. & Scacc. *n.*171.

Regula procedit in omni sentētia, & in omni causa. 10. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt procedat, non modò in diffinitiua, verùm etiàm in interlocutoria, Butr. Franch. & Scacc. *nu.*4. Qui, *n.*5. ait, hoc locum habere etiam in criminalibus. Item in causis summarijs, & executiuis, secundùm Scacc. *n.*11.

In instantia 2. & in 3. 11. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt d. terminus, tam in secunda, quàm in 3. instantia locum habeat, Mandos. & Scacc. *n.* 36. dicens, in hoc non inuenisse dubitantem.

Differentia intèr anni terminum 1. & 2. 12. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt primus annus simplicitèr ab initio detur, secundus verò annus, non nisi primo elapso concedatur, Papien. & Scacc. *n.*12. *vers. non datur*, & est *tex. in c. cum sit Romana, de appell.* Primus terminus à Lege, ipso iure, sinè alia consideratione conceditur; Secundus verò paritèr à Lege, ipso iure, sed non sinè causa datur, *Auth. ei, qui, & ibi* Bart. & communitèr alij, *C. de temp. appell. c. cum sit Romana, & ibi* gl. Io. Andr. Card. Alex. & cæteri, *de appell.* Franch. Specul. & Scacc. cum concordantibus, *q.*15. *n.*27. & 28.

Causæ cōcedendi annum 2. 13. Causa autem, ex qua annus 2. conceditur, est iustum impedimentum concernens, siuè appellantis personam, Abb. & Dec. *in c. ex ratione. de appell.* Scacc. qui de communi, *nu.*44. *cum seq.* Siuè ortum habuerit ex facto appellati, Abb. & Dec. *vbi supra.* Caputaque, Scacc. cum alij, *n.*61. & *seqq.* Qui idem solidè probat in impedimento mixto ex facto appellantis, & appellati, *n.*105. Idem dic quandò impedimentum ex Iudicis facto processit, Dec. qui de communi, Abb. & Franch. *in d. c. ex ratione*, Oddo, Castad. & Scacc. *n.* 122. Si verò impedimentum ex tertij culpa fuerit, ad interesse idem tertius tenebitur, sed si non esset soluendo, appellans in integrum esset restituendus, Abb. qui de communi, Dec. & Scacc. *n.* 135. Qui, *n.* 136. exemplificat in Procuratore, qui, ex dolo, causam desertare facit; Similitèr, ipso iure, secundus annus datur, quandò impedimentum ex casu fortuito fuit, Cardin. Alex. & Franch. *in d. c. ex ratione*, Innoc. & Scacc. *n.*145.

14. Sed animaduerte, quod impedimentum sufficiens, ad secundum annum habendum, ineuitabile esse debet; Alex. Butr. Dec. & Scacc. *q.*15. *n.*156. vbi alios inducens, exemplificat in negligentia Iudicis, quæ non excusat, nisi appellans, non modò instantiam fecerit, & coram Iudice protestatus fuerit, sed etiam ad Principem, Iudicis negligentiam incusando, recurrerit; Vide *infra hic, n.*17. Impedimentum debet esse ineuitabile.

15. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt detur aliquandò etiam tertius annus ad causam terminandam, non quidem ipso iure, sed per viam restitutionis in integrum a Iudice, *c. ex ratione, & ibi* Abb. Franch. & alij, *de appell.* Maran. Ruginel. & Scacc. cum concordantibus, *q.*15. *n.*28. At iste tertius annus integer esse non debet, sed per tantùm temporis, quātùm impedimentum fuit, Franch. & Scacc. *n.*32. De anno 3.

16. Nota hic 1. Vt stantibus supradictis impedimentis, satis sit,

&

Consiliũ appellan-ti, dum e-lapsus est annus 1. vel 2.

& cautius appellans agat, si primo, vel etiam anno 2. elapso, absq; eo quod prorogationem petat, suam prosequatur appellationem; Et si ei de desertione opponatur, replicet de impedimento, quo probato, obtinebit, Card. Alex. & Franch. *in cap. ex ratione, de appell.* & Scacc. *n.* 29. Sed in omni casu appellans impedimentum probare tenetur, nec non se diligentiam adhibuisse, Card. Alex. Franch. & Scacc. *n.*146.

Quantũ debeat esse impedimentũ?

17. Nota 2. Admodum controuersum esse apud DD. quantùm esse debeat impedimentum, vt secundus annus concedatur, sicut videre est apud Scacc. *q.*15. *à n.*148. *vsque* 155. In qua controuersia adhærendum esse puto opinioni Bar. *in Auth. item si appellatione, n.*2. *C. de temp. appell.* vbi tenet, quòd si appellans tanto tempore impediatur, quòd intra illud causa expediri potuisset, annus 2. dandus sit; Et cum Lex præsumat, quòd causa intra mensem expediri possit, vnius mensis impedimentum ad hoc sufficiet, & subscribunt Cardin. Alex. Dec. Neuiz. Oltrad. & Scacc. *nu.* 148. *vers. contra. & n.*149. qui hanc opinionem expresè sequitur, & de communi testatur, *n.*152.

Quid si fatalia breuiẽtur à Principe vel à Statuto?

18. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt non procedat, quandò à Principe, vel à Statuto appellationis fatalia breuiata essent, tunc enim à Principe; vel à Statuto tempora præfixa seruanda essent, Scacc. *n.* 38. Vndè, vt not. idem Scacc. *n.*41.

Vt in Marchiæ Cõstituitur.

cum in Constit. Marchiæ, quæ in toto Statu Ecclesiæ vigent, *lib.*6. *c.*9. statuatur, quòd dum appellatur ab interlocutoria in causa ciuili, intrà duos mẽses causa ipsa sit expedienda, dum verò à diffinitiua, intrà tres menses; sed si causa criminalis sit, expediri debeat intra mensem, dum in eodem loco causa reuidetur, intrà verò duos menses, dum in alio loco; Hæc seruanda erunt in toto Ecclesiæ statu, secundùm Scacc. sed fortè hæc Constit. non practicatur, vt à practicis audiui Iudicibus sæcularibus.

Perpetua sunt fatalia in Cõcistorio Principis impediti

19. LIMITATVR 4. Regula 3. Vt in Concistorio Principis fatalia nunquam currant, sed dum ex facto Principis impedimentum oritur, perpetua sint, Dec. qui de cõmuni, Abb. Franch. & alij, *in c. ex ratione, de appell.* Hostien. Lancel. Scacc. & alij, *q.*15. *n.*131.

Quid si appellans modicã fecerit in prosequẽdo diligẽtiam?

20. LIMITATVR 5. Regula 3. Vt dum appellans nullam, vel modicam diligentiam fecit, puta, quia tantùm appellauit, & in toto primo anno solummodò commissionem præsentauit; tunc ad causæ desertionem inducendam, lapsus primi anni sufficiat, Rot. *diuer. decis.*102. *par.*3. *lib.*1. Scacc. *q.*15. *n.* 180. & tenent Butr. Innoc. Maran. & Osasc. Qui, vt refert Scac. *n.* 179. *vers. secunda opinio*, vlterius sustinent, absolutè, per lapsum primi anni, sententiam in rem iudicatam transire, causamque appellationis desertam fieri; Licèt dum appellãs in primo anno, vltrà prędicta, partem citare fecit, & aliquem alium actũ præstitit, ad hoc vt causa appellationis deserta dicatur, & sententia in rem iudicatam transeat, biẽnij lapsus requiratur, ita distinguit Ruginel. quem sequitur Scac.

*n.*179. & *seq.* vbi refert Alex. Bal. & Bart. dicentes, ad prædicta biennium requiri, & subscribunt Fely. Dec. & Franch. *ibidem*, relati.

21\. LIMITATVR 6. Regula 3. Vt Iudex dictum tempus appellationis prosequẽdæ prorogare non possit, Cyn. Dec. Tiraq. Scacc. & alij, *q.*15. *nu.* 214. Nec minuere, Cyn. Bal. & Scacc. *n.*215. Ex causa tamen iusta posse Iudicem fatalia prorogare, vt proptèr loci distantiam, vel simile, tenent Gail. & Scacc. *n.*291. Sicut etiam, sine alia causa, de consensu partium, idem prestare potest Iudex, secundùm Bald. Dec. Felyn. Frãch. Maran. Marchef. & Scacc. cum alijs, *n.*288. Vbi inducit etiam DD. plurimos contradicẽtes, nempè Abb. Butr. Lancel. & alios; Subdens, *n.* 289. quòd dum fatalia, de consensu partium, prorogantur, nõ per modum duplicationis, vel triplicationis, sed per conuentionem per tantùm tempus, puta durante absentia, tractatu, &c. quia hæc prorogatio est suspensio, potest proculdubio fieri, cum omnes admittant, de partiũ consensu, suspensionem fieri posse, hæc Scacc. *ibidem*; Sed si breuiora Statutaria fatalia prorogarentur, prorogatio vltra terminum Iuris communis fieri non posset, Ruginel. & Scacc. *n.*293. Et quod dictum est de prarogatione de partium consensu, multò magis in fatalium restrictione procedit, quia partes breuiando, actum Legi placentem faciunt, Alex. Cyn. & Scacc. *nu.* 195. Sed animaduerte, quod dicta prorogatio, seu suspensio fieri non potest, nisi fatalibus durantibus. Bal. Franch. Marchef. Scacc. & alij, *n.*297.

An fatalia prorogari, vel minui possint?

Quid de consensu partium?

Sed durãtibus fatalibus.

22\. Plura de hac q. Scac. *q.*14. & 15.

De effectibus appellationis.
Quæstio 154.

1 DE præcipuis duobus appellationis effectibus cũ DD. hic mentio facienda est; Nempe de deuolutiuo, & suspensiuo.

2\. REGVLA 1. sit. Effectus primus, & principalis legitimæ appellationis est deuolutiuus, appellatio enim totam causam, & iurisdictionem ad Iudicem ad quem deuoluit, Abb. Alex. Bar. Castren. Franch. & Scacc. *q.*3. *n.*13. *de appell.* Nec non accessoria, *c. dilectus*, & *ibi*, communitèr DD. *de appell.* Franch. & Scacc. *n.*14.

Appellatio causã deuoluit ad Iudicẽ ad quem.

3\. Quomodò autem Iudex ad quem se gerere debeat circà causam ad eum deuolutam, & de eius officio, actum est supra sufficientèr, & distinctè, *q.*152. *per totam*, hic non repeto.

De eius officio.

4\. REGVLA 2. sit. Effectus 2. principalis appellationis est suspẽsiuus, iudicatum enim suspendit, *l. ita demum*, vbi Bart. *C. de Procurat.* Farin. Scacc. Guaz. & alij, *defen.*36. *c.*15. *n.*1. Et iurisdictionem Iudicis à quo, ita suspendit, vt, quo ad illam causam, appellantem totalitèr eximat, Franch. Lancel. & Scacc. *de appell. q.*3. *n.*16. Et nihil sit innouandum, Lancel. & Scacc. *n.*48. & probatum est sup. *q.*148. *n.* 19.

Appellatio iudicatũ suspẽdit, &c.

Nihil innouandũ.

5\. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt procedat, siuè Iudex à quo, appellationem admittat, siuè non, ea enim

Quamuis nõ admittatur appellatio.

enim pendente, nihil est innouandum, *l.1. & ibi* DD. *ff. nihil nou. appell. interp.* Specul. & Scacc. *q.11. n.10.* vbi comprobat, & concordantes inducit.

Nisi esset notoriè nõ admittenda appellatio.

6. LIMITATVR Ampliatio 1. Vt non procedat, dum notorium esset, appellationem nullam, seu iniustam esse, siue nõ recipiendam, quia tunc Iudex à quo ad executionem procedere posset suæ sententiæ, Ang. Franch. Io. Andr. & Scac. *n.11.* Et quòd non attentet Iudex à quo, exequendo contrà appellantem, cui ius commune resistit, tenuit Rot. *decis.35, aliàs 234. de appel. in nou.*

Innouãs attentat & punitur.

7. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt si quid innouetur, appellatione pendente, vt attentatum reuocandum sit, Abb. Dec. & Franch. *in c. bonæ memoriæ, de appell.* Lancel. & Scacc. *n.48.* Et Iudex attentans puniendus sit, vt probatum est suprà, *q.148. n.20.*

Depositus appellans retinet suum officium.

8. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt cum appellatio iudicatum suspendat, Prælatus, vel alius Officialis à sua Dignitate, vel Officio depositus, pendente appellatione, cũcta possit, quæ prius exercere poterat, Abb. *in c. sæpè, de appell.* Franch. Lancel. & Scacc. *n.72.* Dec. & Guaz. *defens.36. c.15. n.4. & 5.* Et voce actiua, & passiua priuatus per sententiam, à qua appellauit, appellatione pendente, ad vtramque vocem concurrere potest, Rodriq. *in q. Regul. to.1. q.29. ar.5.* Sigism. de Bonon. *de elect. p.2. c.5. dub.90. n.5.* Peyrin. *de R. S. q.1. n.10. §. vn.* Spatar. *par.4. tr.10. c. vlt.* Pelliz. *in manu. Regul. tr.7. c.6. n.10.*

Et voce priuatus concurrere potest.

Post appellationem quid præstare possit Iudex à quo?

9. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt plura præstare possit Iudex à quo post appellationem, quæ ad fauorem, & expeditionem faciliorem causæ appellationis faciũt, de quibus dictum est supra, *q.148. nu.23. vsque ad nu.41.* & tenent Franch. Lancel. Maran. Vestr. & Scacc. *q.3. n.20.* vbi, *in seqq.* specificat casus huius limitationis. Præsertim, quòd appellans suspectus fugæ, appellatione pẽdente, á Iudice à quo, carcerari potest, Franch. & Scac. *n.27.* talis enim captura, attentata non inducit, Lancel. & Scacc. *ibidem*, & tenuit Rot. *diuersarum decis. 926. par.3. lib.3.* De ducto ad carceres, vel carcerato appellante, dictum est supra, *q.148. n.11.*

Suspectũ fugæ carcerare potest.

10. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt speciale sit, quòd, appellatione pendente ab excommunicatione, appellans excommunicatus remaneat, Franch. Io. Andr. & Guaz. *defens.36. c.15. n.9.* Et generalitèr in qualibet sententia censuræ Ecclesiasticæ, ab ea appellans, remanet innodatus, nempè excommunicatus, suspensus, siuè interdictus, Dec. Franch. Specul. Scacc. & alij, *q.3. n.65. 76. & 77.* & diffusè, *q.17. lim. 22. n.1. & seq.*

Appellatio à censura non operatur suspensiuum effectum.

11. SVBLIMITATVR 2. limitatio; Vt procedat in sententia censuræ absolutè lata; Nam si feratur e. g. (nisi infra tres,) & sic sub conditione, appellatio sententiam suspenderet, Lancel. Frãch. Io. Andr. & Guaz. *defens.36. c.15. n.10.*

Nisi sẽtẽtia conditionalis sit.

12. Ex occasione prædictorum duorum appellationis effectuum, nonnulli difficultatem mouent; an ipsimet effectus ab inuicem, & ab

Deuolutiuus, & suspensiuus effectus, an separabiles sint ab inuicem, & ab appellatione?

appellatione separabiles sint? Et quidem deuolutiuum effectum inseparabilem esse ab appellatione statuendum est; Cum enim, secundùm DD. communem opinionem, appellatio sit prouocatio ad maiorem Iudicem, ratione grauaminis, vt definiunt præsertim Franch. Lancel. & Scacc. *q.*1.*n.*1. quomodò hæc prouocatio subsistere posset, nisi causa ad Superiorem Iudicem cognoscenda, & emendanda deuolueretur.

Deuolutiuus inseparabilis est ab appellatione.

13. Appellationem verò, sine effectu suspensio, subsistere posse cum solo deuolutiuo, & sic suspensiuum effectum, & ab appellatione, & à deuolutiuo separabilem esse, immo, & de facto separari in pluribus casibus, certò certiùs est (quicquid quidam modernus, aliàs admodum doctus, contradicat, & ingeniosè argumentetur.) Et pro nostra sententia sunt Abb. Hostiē. Imol. Foller. Franch. Maran. & Farin. qui alios etiam concordantes refert, *q.*101. *nu.*158. vbi ait, quòd appellatio á sententia diffinitiua sinè causæ expressione, dum Reus est tantùm confessus, sustinetur, & deuolutiuum effectum operatur, non autem suspensiuum, nisi causa inseratur, & ad hoc inducit præcitatos DD.

Suspensiuus effectus separabilis est ab appellatione, & à deuolutiuo.

14. Confirmatur intentum; Nam clausula (appellatione remota) non tollere deuolutiuum effectum, sed suspensiuum, tenuerunt relati à Contar. *in l. vnica, n.*16. *C. de momen. possess.* quos sequitur Scacc. *q.* 16. *lim.*1. *nu.*105. *ver. declara*; Et hinc est, quòd in aliquibus causis, quo ad effectum deuolutiuum, appellatio datur, putà in possessorijs, Bar. quem refert, & sequitur Abb. *in c. cum ad sedem, de restit. spoliat.* Maran. Menoch. & Scacc. qui concordantes citans, de communi testatur, *q.*17. *lim.*6. *mem.*7. *n.*16. 17. 18. & 22. Et tamen in his causis appellatio non datur quoad suspensiuum, in quibus Iudex à quo suam exequitur sententiam, Scacc. *d. n.*22.

Cōfirmatur intentum.

15. Praxis quoque quotidiana est, seruata in tribunali Signaturæ Iustitiæ, vt appellatio in possessorijs operetur deuolutiuum, non autem suspensiuum, & ideò in possessoris, dum appellatio interponitur delegare solet Signatura eadem, quo ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, & cum clausula (sinè præiudicio legitimæ executionis) De hac praxi testes sunt Lancel. & Scacc. *d. n.*22. Eandem praxim seruat Signatura iustitiæ in appellationibus à mandatis decretis, & relaxatis vigore obligationis in forma Cameræ, vt ponderat, & testatur Scacc. *d. n.*22. nec non, *n.*23. & 24. Cum igitur hoc præstari possit per decretum Signaturæ, seu Principis, multò magis idem præstari poterit per Legem, seu Statutum, cum in Lege, & in Statuto, maior, quam in Principe, efficacia resideat, vt probatum est supra, *q.*149. *n.*13.

Item ex praxi.

16. Plura de materia huius q. Scacc. *q. præsertim tertia, per totam, de appell.*

De

De remedijs appellatione deficiente. Quæstio 155.

De nullitate potest dici cõtra inappellabilem sẽtentiam.

1 REGVLA 1. sit. Nullitàs remedium est, quo quis vti regularitèr potest contra quamcumque, etiam inappellabilem sententiam, Ias. *in l.* 1. *n.* 6. *de iust. & iur.* Scacc. *de appell. q.* 19. *remed.* 1 *concl.* 2. *n.* 9. Prohibita enim appellatione, de nullitate dici potest, Grauat. Vestr. & Scacc. *n.* 7. Corroboratur Regula ex seqq. Ampliationibus.

Puta, quia trãsijt in rẽ iudicatã, vel est tertia cõformis.

2. AMPLIATVR 1. Regula 1. Vt licèt appellari non possit à sententia, quæ in rem iudicatam transijt, nec à tribus conformibus, de nullitate tamen in vtroque casu dici possit, Contard. Specul. Vànt. Scacc. & alij, *q.* 17. *lim.* 1. *n.* 5.

Vel est maximi Magistratus.

3. AMPLIATVR 2. Regula 1. Vt quamuis à sentẽtia maximi Magistratus non appelletur, nihilominus de talis sententiæ nullitate dici possit, Vant. & Scacc. *q.* 19. *remed.* 1. *n.* 10. *concl.* 2. Licèt sententia esset Cardinalis Legati à Latere, Vant. & Scac. *ibidem*; immo idem dicendum est de sententia Principis, Scacc. cum Lancel. *vbi supra*; Quandò nullitas cõsistit in defectu Iuris naturalis, putà in defectu necessariæ citationis, vel quia sinè causæ cognitione Princeps processerit, Vant. & Scacc. *concl.* 2. *n.* 19. *vsque ad* 25. Et idem dicendum esset, dum defectus esset Iuris positiui, quandò non constaret, Principẽ plenitudine potestatis vti velle, Vant. & Scac. *n.* 27. *& seq.* Intellige in ordine ad sententiam Principis iuxta tradita *hic supra*, *q.* 149. *nu.* 8.

Legati à latere, vel Principis.

Nullitas intentari corã Ordinario à quo, vel ad quem potest.

4. AMPLIATVR 3. Regula 1. Vt dum nullitas simplicitèr deducitur contrà sententiam diffinitiuam sinè appellatione, coram Iudice Ordinario, qui sententiam tulit, & etiam coram Iudice ad quem, intẽtari possit, Abb. & Fely. *in c. In literis, de offic. Iudic. Deleg.* Vant. qui de communi, Bar. Scacc. & alij, *remed.* 1. *concl.* 6. *n.* 73.

Aditus Superior cognoscit, & reformat.

5. SVBAMPLIATVR 1. Ampliatio 3. Vt si aditus Superior sit, non modò cognoscere, sed cognoscendo, diffinitiuam sententiam nullam esse, & eam reformare, & aliàm ferre, ipsemet Superior possit, Abb. & Felin. *vbi supra*, Bart. & Scacc. qui testatur de communi, *concl.* 6. *n.* 109.

Ordinarius à quo aditus suã reformat sententiam nullam.

6. SVBAMPLIATVR 2. Ampliatio 3. Vt Ordinarius, qui diffinitiuam sentẽtiam tulit, aditus super nullitate, eam reformare, & reuocare, nec non contrariam ferre possit, Felin. vbi supra Tiraq. & Scac. *d. n.* 109. *gl. in l. Iudex postquam*, *& ibi* Alex. & Bar. *ff. de re iudic.* Vãs. & Menoc. *de arbit. iudic. lib.* 1. *q.* 62. *n.* 2. Maran. Rot. Rom. & iterum Scacc. *de iudic. lib.* 1. *c.* 97. *nu.* 132. Hoc autem, & quod infra dicetur, procedit in nullitate ipso iure, vt dictum est *sup. q.* 134. *n.* 14.

An prius de nullitate, quàm de meritis pronũciandum?

7. Intellige duas praecedentes Subampliationes; Vt prius cognoscatur, & pronũcietur super nullitate, & postea super meritis causæ, Bart. Bal. Saly. & Scac. *q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 6. *n.* 111. Nisi patentèr ex actis nulla esset sententia, quia tũc de nouo immediatè Iudex iudicare posset, Bald. Salyc. & Scac. *n.* 114.

8. LIMITATVR, seu declaratur

Am-

Delegatus non cognoscit de nullitate suæ sententiæ.

Ampliatio 3. Vt procedat, prout loquitur in Ordinario, secùs verò in Delegato, qui post diffinitiuam latam, quamuis nullam, de ea amplius iudicare, vel cognoscere non potest, *l. si vt proponis, & ibi*, Bar. Bal. & Saly. *C. quomodo, & quan. Iud.* Franch. Felyn. Innoc. Vant. & Scacc. *n.* 91. Quòd procedit etiam in Delegato Principis, secundùm Rip. qui testatur de communi, Fely. & Scacc. *n.* 93. Sed hic punctus de Delegato Principis est controuersus, & oppositum tenent Ang. & Boer. & huic opinioni videtur subscribere Vant. eamque conatur tueri Dec. & citatus Boer. ait, hanc opinionem benigniorem esse, & secundùm eam fuisse iudicatum, & hos refert Scacc. *n.* 94. Et cum, vt aliàs probatū est, Delegatus Principis Ordinario æquiparetur, in hanc contrariam opinionem, & ego inclino, consulendo tamen, vt Delegatus Principis primam tutiorem sequatur opinionem.

Quid in Delegato Principis?

9. SVBLIMITATVR 1. hæc limitatio; Vt procedat in Delegato ad causam, secùs in Delegato ad vniuersitatem causarum, qui suam diffinitiuam nullam reuocare potest, cum & iste Ordinario æquiparetur, Bal. & Saly. *in l. si vt proponis, C. quomod. & quan. Iud.* Fely. Vant. & Scacc. *q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 6. *n.* 99.

Vel aliàs ad vniuersitatem causarū?

10. SVBLIMITATVR 2. limitatio; Vt non procedat in Delegato, qui euidentèr contrà mandati formam diffinitiuam sententiam protulit, tunc enim, cum officio suo functus non sit, iterum, iuxta mandatum, sententiam ferre poterit, Cardin. Alex. qui testatur de communi, & Fely. *in c. dilecto, & ibi* Franch. *de appell.* Abb. Bal. Tiraq. concordantes inducens, Vant. & Scac. *n.* 102. Intellige, dum sententia contra formam substantialem mandati lata fuit, Fely. Innoc. & Scac. *n.* 106.

Seu in eo qui sententiā tulit contra mandati formam?

11. SVBLIMITATVR 3. limitatio; Vt non procedat, quādò Delegatus non iudicauit super toto, tunc enim, cum perfectè officio suo functus non fuerit, id quòd nullitèr pronunciauerit reuocare poterit, iterumque sententiare, Bar. Mysinger. & Scacc. *n.* 108.

Vel qui in toto non pronunciauit?

12. AMPLIATVR 4. Regula 1. Vt nullitas per modum exceptionis, perpetuo opponi possit, Gram. Felyn. Franch. Vant. & Scac. *conclus.* 7. *n.* 4. immò in omnibus causis, in quibus animæ periculum vertitur, idem dicēdum est, dum etiam nullitas per modum actionis proponeretur, Maran. Vant. & Scac. *concl.* 7. *n.* 2. Sicut etiam, dum notoria esset nullitas, Vant. & Scac. *n.* 3. Licèt regularitèr nullitatis actio 30. tantùm annis duret, Card. Alexan. & Franch. *in c. dilecto, de appel.* Bal. Saly. & Scac. *q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 7. *n.* 2.

Quæ nullitas perpetuo opponi potest excipiendo.

13. AMPLIATVR 5. Regula 1. Vt sententia, plura continens crimina, vel capita vnita, connexa, inseparabilia, vel quæ diuidi non possunt, dum de iure, in vno capite, vel crimine, vt nulla impugnatur, in omnibus nulla euadat, Alex. Bar. Bal. Castren. Cagn. Ias. *in l. si. ff. de iurisd. omn. Iud.* Alber. & Guaz. *defen.* 35. *c.* 13. *n.* 2.

In vno nulla sententia, etiam talis est in alijs inseparabilibus.

14. SVBAMPLIATVR Ampliatio

Vel dum nullitas resultat ex defectu iurisdictionis.

pliatio 5. Vt sententia plura capita distincta continens, in vno nulla, in omnibus nulla sit, dum ex defectu iurisdictionis nullitas resultat, Alber. Cabal. & Guaz. *nu.* 4. Nisi iurisdictio plures respiceret personas, tunc enim quo ad illam personam, quæ iurisdictioni subesset, sentētia sustineri posset, Bal. Rom. & Guaz. *d. n.* 4.

Secus in capitibus separatis.

15. LIMITATVR 1. Ampliatio 5. In sententia, quæ plura capita distincta, & separata contineret, in quibus vtile per inutile non vitiaretur, & in vno sustineri posset, in alio verò nulla declarari, vt tenēt *in d. l. fin.* præcitati DD. & Abb. Tusch. Scacc. Guaz. *n.* 20.

Exemplificatur.

16. LIMITATVR 2. Ampliatio 5. Illatiuè ex præcedenti limitatione; Vt sententia, quæ quoad prosequentem, causam appellationis reuocari potest, quoad deserentem valida sit, Alex. Tusch. & Guaz. *d. n.* 4. Item, vt sententia lata sinè scriptus, continens diffinitiuam, & interlocutoriam, quo ad partem interlocutoriam valere possit, Bal. Tusch. & Guaz. *defen.* 35. *c.* 13. *n.* 4.

Delicta inseparabilia, quæ?

17. Nota hic, quod delicta annexa, & inseparabilitèr vnita, ea dicuntur, quæ ab inuicem dependentia, easdem causas, eosdemque effectus habent, ita vt vnum tantùm factum censeatur, Bal. Cabal. Fulgos. & Guaz. *n.* 3. vt sunt adulterium, & in eo lenocinium, cum ad idem tendant, Cabal. Dec. Scac. & Guaz. *n.* 3. Delicta verò diuersa, & separata dicuntur, quæ causas, & effectus diuersos habent, Anchar. Bal. Fulgos. Rom. Tusch. & Guaz. *n.* 3.

18. LIMITATVR modo 1. Regula 1. Vt procedat, quandò nullitas sententiæ principalitèr opponitur, Bald. Chart. Marches. Saly. & Scac. cum alijs, *q.* 19. *remed.* 1. *n.* 14. *concl.* 2. secus si nullitas incidentèr, & accessoriè stet in appellatione, huius enim naturam sequeretur, & non prodesset contrà sententiam inappellabilem, Bal. Saly. & Scacc. cum concordantibus, *n.* 14. vbi testatur de communi omnium DD.

Nullitatis oppositio prodest cōtra sententiā in appellabilem, dum opponitur principaliter.

19. Principalitèr autem nullitas deducitur, cum separatim ab appellatione, vel à quouis alio remedio deducitur, Couar. Card. Alex. Vant. & Scac. cum alijs, *concl.* 3. *n.* 3. Vel cum expresè cumulatur in appellatione æquè principalitèr, putà (dico sententiam nullam, & si quæ est, appello) Ias. Vant. Couar. Contard. qui de communi testantur, Scacc. & alij, *n.* 4. Incidentèr, & accessoriè nullitas deducitur, cum à diffinitiua appellatur, mentione non facta de nullitate, vel dū deducitur nullitas per viam causæ, putà (appello à sententia, quia est nulla) seu cum ille, contrà quem petitur executio sententiæ, exciperet de eius nullitate, Card. Alex. Vant. & Scacc. *q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 3. *n.* 10. *vsq; in fi.* Seu dum nullitas non opponitur, sed ex actis resultat, Afflic. Vant. & Scacc. *concl.* 4. *n.* 27.

Principalitèr quādo dicatur deducta nullitas?

Quando accessoriè?

20. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt nullitas agēdo opposita, quamuis prærogatiuam habeat, de qua in Regula, executionem tamen sententiæ talis prærogatiua non impediat, Card. Alex. & Franch.

Nullitatis oppositio agēdo deducta, non impedit executionem.

in

in c. dilecto, de appell. Lancell. qui hoc latè defendit, & testatur de veriori, & cõmuniori opinione, Ang. Bal. Vant. & Scacc. qui etiam de magis communi testis est, & alios inducit, *concl.* 4. *n.* 1. & tenuit Rot. *decis.* 3. *aliàs* 280. *de excep. in nou.* Licèt Castren. qui de magis communi, Dec. & alij relati a Scac. *n.* 2. impediri executionem sentiant, dùm condemnatus sua petitione præueniret executionem. Retenta limitatione, à qua non puto discedendum, nota, quòd præsertim procedit in sententia, quæ ob non interpositam appellationem in iudicatum transijt, hæc enim sententia, per dictionem de nullitate, minimè suspenditur, Vestr. & Scacc. *n.* 6. immo nullitas sine appellatione principalitèr deducta aduersus vnicam tantùm sententiam appellabilem, nec executionem impedit, Scacc. cum fundamentis ab eo deductis, *q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 4. *nu.* 9. Dummodò executio non fiat antè tempus, ad appellandum datum, Scacc. *n.* 20.

21. AMPLIATVR 1. Limitatio 2. Vt multò magis procedat in nullitate deducta aduersus tres conformes, quæ non modo executiones non impedit, quin potius ipsæ sententiarum executiones, impediant, ne causa nullitatis prosequatur, donec ipsæ sententiæ plenariè executioni demandatæ sint, Bal. Franch. Vant. & Scacc. *concl.* 4. *n.* 3.

Quid in nullitate deducta cõtra tres conformes?

22. LIMITATVR 1. hæc 1. Ampliatio; dùm nullitas agendo deducta, notoria, & ex actis resultans esset, quià tunc trium conformium executionem impediret, Franch. Contard. Vestr. & Scacc. *concl.* 4. *n.* 25. Qui, *in seqq.* diffusè comprobat, & exemplificat in nullitate ex defectu citationis in actis apparente, *n.* 33. Ex defectu iurisdictionis, *n.* 38. & *seq.* Ex defectu nullitatis, ex facie sententiæ apparente, *n.* 40. Ex non seruatis terminis substantialibus, *n.* 42. Quamùis contrà faciant, quæ refert, sed non sequitur, Scac. *n.* 21. *vsq;* 24.

Quid dũ ex actis nullitas notoria est?

23. LIMITATVR 2. hæc 1. Ampliatio; quandò nullitas notoria incontinenti exhiberetur probanda, licèt ex actis euidentèr non appareret, & per viam actionis esset proposita, talis enim nullitas, simplicitèr executionem impedit, secundùm Bar. Contard. Socin. Scac. & alios, *concl.* 4. *n.* 60. Incontinenti verò in propositio, secundum aliquos, dicitur, quòd sit intrà triduum, secundùm alios intra decendium, sed melius hoc arbitrio Iudicis relinquitur ab Aret. qui testatur de communi, Contard. & Scacc. *q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 4. *n.* 67. In hoc tamen puncto excipienda est executio trium conformium, secundùm Couar. Lancel. Rip. & Scacc. *n.* 71.

Vel dum incontinẽti probãda exhibetur?

Incontinẽti quid dicatur?

24. Sed si nullitas opposita, quæ notoria prætenditur, altiorem requireret indaginem, executionem non retardaret, Bar. Couar. Lancel. Rip. & Scacc. cum alijs, *n.* 70. Nisi executio irretractabilis esset, tunc enim suspenderetur, secũdùm Card. Alex. quamuis esset executio trium cõformium, Lancel. & Scac. *n.* 70. Vbi idem dicit, quandò nullitas ex defectu iurisdictionis prouenire;

Seu dum probatio altiorem requirit indaginẽ?

niret; iterum hoc affeuerans cum Lancel. Rip. & Vant. *concl.* 5 *n.* 44.

Nullitas per viam exceptionis est fortior, non tamē exceptionē retardat.

25. AMPLIATVR 2. Limitatio 2. Vt quamuis nullitas per viam exceptionis deducta, fortius operetur, quam deducta per viam actionis, Lancel. & Scac. cum alijs, *concl.* 4. *nu.* 22. *& seq.* Tamen nec per viam exceptionis nullitas deducta, sententiæ executionem retardat, Cardin. Alex. Couar. Rip. Socin. & Scacc. *concl.* 5 *n.* 1. qui, *n.* 3. testatur de vera, communi, & practicata opinione: Quòd præsertim procedit in trium cōformium sententiarum executione, Couar. Gabr. Rip. Socin. & Scacc. *n.* 16.

Nisi sit ex actis euidens, vel statim probetur

26. LIMITATVR Ampliatio 2. Vt procedat in exceptione nullitatis, non euidentis, & altiorem indaginem requirentis, quæ executionem non retardat, Lancel. qui testatur de communi, Bar. Bal. Ripa, & Scac. *q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 5. *n.* 4. qui in seqq. hoc declarat; Secus in exceptione nullitatis euidentis, & notoriæ ex actis, seu non requirentis altiorem indaginem, talis enim exceptio executionem impedit, Bar. Bal. Vant. Lancel. qui testatur de communi, Scacc. & alij, *nu.* 23. & tenuit Rot. *decis.* 3. *alids* 280. *de except. in nou.* immo dum nullitas ex actis patet, etiam parte non opponente, Iudex ex officio eam opponere, & executionem retardare debet, Anchar. Dec. Vant. & Scacc. *n.* 40. Exemplifica circà hanc limitationem, vt hic *supra, n.* 22. Hæc Limitatio procedit, secundùm Scacc. *n.* 27. & 28. etiam aduersus tres conformes, sed quia hic punctus controuersus est, plurimos contrarium tenentès, *ibidem* Scacc. inducit.

Quid possit in hoc casu Iudex ex officio?

27. REGVLA 2. sit. Restitutiò in integrum est remediū, quòd minori 25. annorum datur aduersus inappellabilem sententiam, *l.* 1. *& per totum tit. C. si aduers. rem iudic.* Oddo, qui testatur de magis communi, & Scacc. *q.* 19. *remed.* 2. *n.* 2. qui, *in seqq.* declarat, & probat, hoc procedere, tam in sententia inappellabili ex natura causæ, quam proptèr excellentiam Iudicis.

Restitutio in integrū minori datur aduersus inappellabilē sententiā.

28. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt ex iusta causa, idem concedatur cuilibet maiori petenti, Menoch. Socin. Scacc. & alij, *q.* 19. *remed.* 2. *n.* 10.

Etiam maiori petenti.

29. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt procedat, quamuis Statutum disponeret, quòd minor in omnibus, & per omnia pro maiore habeatur, Afflict. Oddo, & Scac. *n.* 21. *&* 22.

Licèt statutū haberet minorē pro maiore.

30. AMPLIATVR 3. Regula 2. Vt quilibet Iudex Ordinarius, etiā dum principalitèr petitur, concedere possit in integrum restitutionem, quæ est iustitiæ, & prout de Iure, Maran. Specul. & Scacc. qui concordantes inducit, & de communi testatur, *n.* 28. & est *tex. in l. fin. & ibi* Bar. & alij, *C. vbi, & apud quem*; Intellige aduersus id, quòd ipse Ordinarius, seu prædecessor, vel alius æqualis, vel inferior fecit, siuè coram ipsis factum est, non autem contrà id, quòd eius Superior fecit, vel coram hoc est factum, Abb. Specul. & Scacc. *n.* 31.

An Ordinarius cōcedat hāc restitutionem?

31. Vndè Ordinarius a quo, antè sententiam diffinitiuam restituere potest in integrum aduersus id, quòd

Exemplificatur.

quòd coram eo factum est, putà aduersus admissas probationes, Bal. Oddo, & Scacc. *n.38.* Item si petatur restitutio in integrum post sententiam, aduersus lapsum temporis ad appellandū, eam Ordinarius concedere potest, Card. Alex. & Franch. *in c. ex ratione, de appell.* Bar. Bal. Oddo, & Scacc. *n.39.* Sicut etiam Iudex ad quem restituit aduersus omne id, quod malè gestum, vel omissum est coram ipso, Oddo, & Scacc. *n.41.*

An Delegatus? 32. AMPLIATVR 4. Regula 2. Vt dum restitutio in integrum incidentèr petitur, etiam à Delegato concedi possit, prout de Iure, Abb. Bar. Franch. Oddo, & Scacc. *q.19. remed.2. n.45.*

Ad vniuersitatē causarū? 33. AMPLIATVR 5. Regula 2. Vt quod dictum est in Ampliatione 3. de Ordinario, idem dicendum sit in Delegato ad vniuersitatem causarum, Abb. Bar. & Scac. *n.56.*

An hoc remediū impediat executionem? 34. AMPLIATVR 6. Regula 2. Vt restitutio in integrum executionem impediat rei iudicatæ, Couar. *in praxi q.9. c.25. n.7.* vbi de communi, Rebuf. Vestr. & Scacc. *n.64.* & est *tex. in l. vnica, C. de restit. in integ.* Et petitio tantùm restitutionis in integrum, sufficiens est ad rei iudicatæ executionem impediendam, Put. qui de communi, Oddo, qui ait, hoc indubitatum, Lancel. & Scacc. *n.65.* immo ad executionem impediēdam, arreptio itineris, vel missio nuncij ad Papam ad restitutionem petendam, sufficeret, Contard. Lancel. Oddo, & Scacc. *n.66.* Sed nota, quod ad restitutionem obtinendam summaria (semiplena læsionis probatio requiritur, Vestr. & Scacc. cum alijs, *nu.71.* Dicta autem in hac Ampliatione, maximè procedunt in executione irreparabili, vt solet esse in criminalibus, vel aliàs in causis magni præiudicij, Lancel. Oddo, & Scacc. *nu.73.* Qui, *n. 75. ver. quicquid*, ait, hoc vltimum in practica non seruari in capitalibus.

Probatio, quæ ad restitutionē obtinendā requirintur.

Quid si calumniosè petatur? 35. LIMITATVR 1. Ampliatio 6. Vt non procedat, quandò calumniosè, restitutio in integrū peteretur, quia tūc executionem non impediret, Contar. Vestr. qui testantur de communi, Lancel. Oddo, & Scacc. *q. 19. remed.2. n.85.* tenuit Rot. *decis.2. aliàs 177. in fine, de restit. in integ.* & est *tex. in c. suscitata, & ibi* Abb. *de in integ. restit.* Calumnia autē coiecturis, & præsumptionibus probatur; Et an calūniosa sit petitio, Iudicis arbitrio remittitur, Bal. Cassad. Contar. & Scacc. *n.86.* Et hæc limitatio maximè in calumnia manifesta procedit, Lancel. Oddo, & Scac. *n.88.* Qua stante, nec executio irreparabilis, & magni præiudicij impediretur, Lancel. & Scacc. *n.89.*

An sufficiat præsūpta calumnia? 36. AMPLIATVR Limitatio 1. Vt sufficiat calumnia etiam præsumpta, qua stante executio non retardatur, Oddo, qui de communi testatur, Lancel. Scacc. & alij, *n. 94.* Putà, dum tres conformes latæ sunt, contrà quas restitutionis petitio calumniosa præsumitur, Oddo, Lancel. & Scacc. *n.95.* Nec impedit executionem, Rot. *diuers. decis. 778. & 884. lib.3. p.3.* Alex. Bal. & Scacc. cum concordantibus, *n.96.*

99.

99.& seq. Sed nota, quòd hæc Ampliatio est admodum controuersa, cum graues DD. contrà eam sentiant, nec non Rot. quæ (secundùm Scac.) in hoc videtur varia, de quo idem Scacc. erit videndus, *n.98.* Et hæc contraria opinio sequenda foret, dum de executione irretractabili, seu grauis præiudicij ageretur, Oddo, & Scac. *q.19.remed.2.n.105.* Nec non, dum ex actis læsio euidēs esset, vt probat Scac. remissiuè, *n. 106.*

Gratiosa restitutio nō retardat executionem

37. LIMITATVR 2. Ampliatio 6. Vt restitutio gratiosa, & ex mera Principis gratia, executionem non retardet, Oddo, Iaf. Corneus, & Scac. *n.131.*

Restitutio, trium conformiū, executionem an impediat?

38. AMPLIATVR 7. Regula 2. Vt causa restitutionis in integrum, trium conformium executionem impediat, quamuis causa restitutionis esset commissa cum clausula (procedat ad legitimam executionem) vel (si quid exequendum fuerit, exequatur;) Sed si commissio esset facta cum illa clausula) sinè præiudicio legitimæ executionis) executio non retardaretur, vt resoluit, & probat Scacc. *n.77. vers. in hac.*

Supplicatio, & recursus datur ab inappellabili.

39. REGVLA 3. sit. Appellatione prohibita, remedium supplicationis, & recursus non denegatur, Contard. Menoch. Scacc. & alij, *q.19.remed.3.n.1.*

Etiā proptèr Iudicis excellentiam.

40. AMPLIATVR 1. Regula 3. Vt quandò, proptèr excellentiam Iudicis appellatio prohibetur, supplicatio concedatur apud eundem Iudicem, Contard. Boss. Iaf. Maran. & Scacc. qui alios concordantes inducens, de omnium communi opinione testatur, *n.2.* At in hoc casu, supplicans de dicto Iudice conqueri non deberet, quia sic supplicatio non teneret, sed propriam negligentiam, vel circumuentionem aduersarij posset allegare, errorisq; proprij veniam supplicare, Castren. Rebuf. & Scacc. cum alijs, *q.19.remed.3.n.3.* Quandò verò causa commissa esset cum clausula (appellatione remota) supplicatio ad Delegantem, non autem ad Delegatum interponenda esset, Scacc. *n.3. ver. declara.* — Quomodo supplicās se geret?

Semper potest ad Principē supplicari per viā gratiæ.

41. AMPLIATVR 2. Regula 3. Vt quocumq; modo prohibita sit appellatio, ad Principem, nihilominus, sempèr per viam gratiæ supplicari possit, Contar. & Scacc. *n.21.*

In supplicatione seruentur ea, quæ in appellatione, &c.

42. AMPLIATVR 3. Regula 3. Vt supplicatio sit facienda, sicut appellatio intrà decem dies, Gail. Lancel. & Scacc. *q.12.nu.83.* Et supplicatione admissa, procedendum est in ea, sicut in appellationis causa, Contard. Franch. Marf. Menoch. & Scacc. *q.19.remed.3.n.24.* Vndè in causa, etiam supplicationis admissæ, non deductum deducitur, & non probatum probatur, Contar. Rolan. & Scacc. *n.25.* Et tantùm durat instantia supplicationis, quantùm appellationis, Rolan. & Scacc. *n.26.*

Supplicatio non retardat executionē, & semel supplicatur.

43. LIMITATVR Ampliatio 3. Vt supplicatio non suspendat sententiæ executionem, Afflict. Castren. Contar. & Scacc. *n.27.* Nec ab vna parte supplicari possit, nisi semel, Afflict. Castren. & Scacc. *nu.28.* Vbi citat etiam Rebuf. ponentem decem differentias intèr

appellationem, & supplicationem.

Non est locus supplicationi, dum non est omnino prohibita appellatio.

44. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt quandò appellatio est prohibita de iure, ex natura, & intuitu causæ, sed non est omnino prohibita, non sit locus supplicationi, quæ est remedium subsidiarium, Rebuf. & Scacc. *q.* 19. *remed.* 3. *nu.* 4. In hoc enim casu grauatus, appellatione deberet vti, eo modo, quo prohibita non esset; Et ideò dum appellatio, quo ad suspensiuum, non autem quo ad deuolutiuum prohibetur, debet grauatus ordinario vti remedio appellationis, nec supplicationi locus est, quæ est remedium subsidiarium, quòd neque executionem suspenderet, vt not. Scacc. *n.* 5. Sicut nec locus est supplicationi ab interlocutoria, cuius grauamen, per appellationem à diffinitiua, reparari potest, Rebuf. & Scacc. *n.* 6. *ver. hac*.

Quid si appellatio sit prorsus prohibita.

45. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt quandò appellatio est prorsus, & omni respectu prohibita de Iure communi ex natura causæ, etiam supplicatio prohibita censeatur, Contar. qui de communi, *in l. vnica, C. si de mom. possess.* *Boss. de supplic. aduer. rem iudic. nu.* 1. Castren. Ias. Maran. & Scacc. *n.* 7. Nisi per viam gratiosam Principi supplicaretur, Contard. & Scacc. *d. n.* 7. Ista Limitatio procedit etiam, dum appellatio per statutum est prorsus prohibita, &c. Boss. vbi supra, Castren. Dec. & Scacc. *nu.* 9. Consequentèr supplicatio aduersus tres conformes prohibita est, & supplicans contrà tres conformes punitur, Bal. Boss. Ias. & Scacc. *q.* 17. *lim.* 1. *n.* 15. Sicut paritèr supplicatio, à sententia, quæ in iudicatum transijt ob non interpositam, vel non prosecutam appellationem, prohibita est, quia in tali casu tacitè appellationi renunciatum dicitur, Contar. qui de magis communi, Castren. & Scacc. *q.* 19. *remed.* 3. *n.* 7.

Vel dum Reus contumax est

46. LIMITATVR 3. Regula 3. Vt verus contumax supplicare non possit, Dec. Maran. Rebuf. & Scacc. *n.* 12.

Nõ de facili admittatur contra res iudicatas supplicatio.

47. Nota duo pro huius tertiæ Regulæ corollario. 1. Quòd Princeps in admittendis supplicationibus aduersus res iudicatas facilis esse non debet, secundùm Contar. Rebuf. Scacc. & alios, *remed.* 3. *num.* 29.

De querela, reclamatione, recursu, & reuisione.

48. Nota 2. Quod ea, quæ dicta sunt de supplicatione, satis applicari possunt, querelæ, reclamationi, recursui, & reuisioni, vt not. Scacc. cum citatis ab eo *nu.* 30. & *seq.* Sumpta tamen supplicatione in genere: nam in specie sumpta, in multis supplicatio, & querela differunt: Et præsertim, quia supplicatio fundatur in errore facti à Iudice commisso, querela verò in errore partium, vel in deceptione aduersarij: Item supplicationis causa ex eisdem tantùm actis reuidetur, querela verò etiam ex nouitèr repertis, & deductis, Scacc. *n.* 34. Vbi etiam subdit, quòd iudicatum in vna curia suprema, in alia suprema curia reuidetur, & ad differentiam supplicationis, reuisio executionem retardat.

Sublatis alijs remedijs, potest in

49. REGVLA 4. sit; Sublatis omnibus prædictis remedijs contrà partem, potest grauatus contra Iudi-

syndicatu contra Iudicem agi.

Iudicem, qui malè iudicauit, in Syndicatu agere, Bar. *in l.* 1. & ad eum Alex. *ff. de appell.* Rebuf. & Scacc. *q.* 19. *remed.* 4. *n.* 1.

Ampliatur tripliciter.

50. AMPLIATVR Regula 4. Vt procedat, siuè à sententia minimè appellatum, siuè appellatum fuerit, & sententia per Iudicem ad quem fuerit confirmata. Et vt contrà Iudicem à quo, ad interesse agi possit, quamuis tres conformes latæ essent, Scacc. & alij, *num.* 2.

De cõsuetudine Iudices non Syndicãtur nisi de dolo, & barattaria.

51. LIMITATVR Regula 4. Vt in Statu Ecclesiastico, & in tota Italia, de generali consuetudine, Officiales non syndicentur, nisi de dolo, & barattaria, Clar. & Scacc. *n.* 4. Non autem de iniquis sententijs, Giachiar. & Scacc. *n.* 4. Præsertim, quandò pars potuit appellare, & non appellauit, Scacc. *d. remed.* 4. *n.* 9. Rebuf. & iterùm Scacc. *q.* 17. *lim.* 21. *n.* 34. *in fi.* Ratio huius limitationis est, ne facilis aditus detur contrà Iudices, qui sunt positi quasi in signum, cui contradicitur, & ex officio sæpè litigantes increpare, in carcerem trudere, & alijs pœnis afficere tenentur, & consequẽtèr in multorum odium incurrunt, & insidias patiuntur, Scacc. *d. nu.* 9. *ver. ratio*. At vbi prædicta consuetudo non vigeret, proposita Regula esset seruanda.

Pœnæ male iudicantis.

52. De pœnis Iudicis malè iudicantis ex barattaria, dolo, negligentia, vel imperitia, visum est *hic supra. q.* 141. *&* 142.

53. Plura, & diffusè de materia huius q. Scacc. *q.* 19. *per totam*, *de appel.*

Quomodo Regularium processus, qui dicuntur nulli, vel aliàs defectibiles, reparari, seu defendi possint?

Quæstio 156.

Cõtinuatio quæstionis.

1 DE remedijs in Rei fauorem aduersus processum, & sententiam contrà eum latam, *in præcedenti q.* actum est, *in præsenti verò q.* de remedijs in fauorem præsertim Iudicis Regularis agetur, inque eaque remedia plurima indicabuntur, ad reparandum, seu defendendum processum, siuè latam sententiam, cum nullitas, vel alius defectus obijcitur: Et quoniam plura ad rem in superioribus qq. tradita sunt, ea regularitèr indicatis locis remissiuè adnotabuntur: Ad aperiendam verò viam, ad huius q. intentum consequendum, nonnullæ firmabuntur Regulæ, ex quibus processus nulli insinuantur; earum verò limitationes, remedia ad nullitates, seu alios defectus reparandos, vel defendendos continebunt.

Ex defectu iurisdictionis processus est nullus

2. REGVLA 1. sit. Ex defectu iurisdictionis Iudicis, processus nullus omnino redditur, *l.* 1. *§. hac autem, ff. quod quisq; iur.* & probatum, ampliatumq; est *hic sup. q.* 88. *nu.* 2. *& seq.*

3. Sed accipe Limitationes in proposito, quibus processus saluari poterit, contrà quem, hic defectus Iudicis iurisdictionis obijcitur.

Ordinarij iurisdictio criminosi tolerati, sustinetur.

4. LIMITATVR 1. Regula 1. Vt contrà Iudicem Ordinarium, in officio toleratum, ad eius iurisdictionem vulnerandam, & ad eius acta annullanda, oppositio non valeat, quòd fit criminosus, infamis,

mis, hæreticus, vel publicè excommunicatus, ita Fely. *in c. suscitatus, col. 2. de rescrip.* & tenent communiter DD. teste Vant. *in tract. de nullitat. processuum, & sententiarum, rubr.* 14. *n.* 40. immò nisi prædicta opponantur, etiam Delegati sententia valeret, Vant. *ibidem, n.* 53.

Quid in Delegato?

Incompetentis iurisdictio quomodo prorogetur?

5. LIMITATVR 2. Regula 1. Vt aduersus oppositionem de Iudicis incompetentia, ad eius processum saluandum, de expressa, vel tacita illius iurisdictionis prorogatione, iure replicari possit; Idest, quòd partes spontè, & scientèr, coram tali Iudice, litem contestarũt, seu alitèr in eum consenserunt, vt coram eo positiuos actus faciendo, quamuis antè litis cõtestationem, qui actus citrà iurisdictionem explicari non poterant, sic enim in Iudicem consentitur, Fely. qui testis est de communi DD. *in c.* 1. *de indic.* & tenet Vant. *in d. rubr.* 14. *n.* 80. Qui pauló superius, ab hac doctrina excipit imperitum litigatorem, in quo error præsumitur, non autem, quòd Iudicis iurisdictionẽ, vllo modo, prorogare voluerit.

Post litẽ contestatã an valeant exceptiones cõtrà Iudicis iurisdictionem?

6. LIMITATVR 3. Regula 1. Vt, dum post litem contestatam contra Iudicis iurisdictionem exceptiones opponuntur de nullitate, talis oppositio non officiat, huiusmodi enim exceptiones, nisi penitus eradicantes essent, antè litis contestationem, obijci deberent, Vant. *in d. rubr.* 14. *n.* 57.

Remedia ad sustinendam iurisdictionem Delegati, qui nõ habet patẽtes literas.

7. LIMITATVR 4. Regula 1. Vt quandò nullitas iurisdictionis Iudicis Delegati opponeretur, ad eius sententiam sustinendam, patentibus literis deficientibus, quarum ostensione Delegati iurisdictio regulariter probatur, non desint plura remedia, notata sup. *q.* 3. *n.* 4.

Vel cuius delegans est mortuus, aut cessauit ab officio.

8. LIMITATVR 5. Regula 1. Vt si nullitas iurisdictionis Delegati opponatur, proptèr mortem, depositionem, vel cessationem ab officio Delegantis, eiusdem iurisdictionis non expiratæ validitas defendi possit, replicando (dato quod ita negotiũ se haberet,) nempè quòd res non esset integra, quia iam ipsius Delegati auctoritate citatio facta esset, vt probatũ est sup. *q.* 4. *n.* 2. Vbi de commissione Delegato facta plurium causarum per modum vnius, vt in delegatione ad vniuersitatem causarum.

Vel si opponatur cõmissionis fines excessisse.

9. LIMITATVR 6. Regula 1. Vt si contrà Delegatum opponatur, quòd nullitèr processerit, limites commissionis in patentibus literis præfixos excedendo, acta in pluribus casibus à nullitate defendi possint, supra insinuatis, *q.* 4. *n.* 4. & 5.

Aut, quod suspectus fuerit Iudex allegatus.

10. LIMITATVR 7. Regula 1. Vt si Iudicis iurisdictio nulla prætendatur, quia suspectus fuerit allegatus, recusatusq; & consequentèr, quòd processus post recusationem ab eo fabricatus, absq; alia appellatione sit ipso iure nullus, vt tenẽt Bar. Butr. Marant. & de communi testatur Ruyn. de magis communi Gabr. de veriori Franch. & Cæphal. quos cum pluribus alijs refert Farin. *in fragmen. Crim. lit. I. n.* 933. Eiusdem Iudicis iurisdictio, & processus pluribus modis defendi possit, videlicèt. 1. dicẽdo, quòd hæc doctrina non sit omnino certa,

ta, immò admodum controuersa, cum grauissimi DD. sustineant, processum, in proposito casu, nullum minimè esse, nisi ab vlteriori fuerit processu appellatum, ita Innoc. *in c. cum speciali*, *& ibi*. Io. Andr. Dec. Anchar. & Zabar. *de appel*. Ang. Specul. Rom. Lancell. & Scacc. quos refert Farin. *ibidem*, *n*.932. & de communi testantur relati à Tusch. *lit. S. in ver. suspicio, concl*.923.*n*.4.*&* 8.& tenuit Rota *diuers. decis*.2.*n*.5. *& seq. par*. 2. vbi dicitur, hanc opinionem in Rota seruari, quamuis opposita sit communior. 2. dicendo; (in casu, in quo ante processum non fuit oppositum, quòd Iudex esset suspectus, & ideò ad vlteriora non procedatur) quòd processus nullus minimè sit, dum ad vlteriora Iudex processit, Viu. *opin*.866.*n*.23. in comprobationem tres Rotæ decisiones inducens, & tenet Farin. *in d. lit. I. nu*. 948. 3. dicere poteris; quòd causa suspicionis sit notoriè friuola, & propterea, quòd processus factus post recusationem non sit nullus, vt tenent Bal. Rom. Lancell. Thusch. & alij relati à Farin. *n*.941. 4. pro defensione processus notetur; quòd Iudice recusato suspecto, an processus postea fabricatus sit nullus, ab euentu dependeat futuro, si .n. à Iudice ad quem, Iudex à quo suspectus pronunciabitur, nullus erit processus, aliàs validus erit, Butr. Lapi. Alex. de Neuo, Prob. & Marches. relati à Farin. *n*.940.5. Processus erit validus, si post recusationem, coram recusato recusans comparuerit, Abb. Alex. But. Dec. & alij apud Farin. *n*.942. nisi comparens protestaretur in singulis actibus, se per hoc recusationi non renunciare, Lancel. citans *decis. Rotæ*, & Franch. locis relatis à Farin. *n*.143.6. Processus factus post recusationem nullus minimè erit, si à Iudice à quo recusatio ignoretur, Tho. Triuis. & Farin. *n*.947. vbi ait, hoc sine difficultate transire. 7. Nota ad rem nostram opportunum remediũ, quia quamuis gesta post recusationem essent ipso Iure nulla, dato quòd sententia iusta esset, à Iudice ad quem, nullitate non obstante, confirmari possit, secundùm communem opinionem, ità Villalob. Lancel. Tusch. & Farin *n*.943. vt dicetur etiam infra *hic*, *n*.54. 8. Nota, quòd licèt Iudex non recusatus, si notoriè sit suspectus, videatur nullitèr procedere, prout accideret, dum ex capitali inimicitia suspectus esset, tamen si ex alijs ab isto capitibus suspectus notoriè esset, validè iudicaret, vt probatum est *sup. q*.6.*n*.42.

11. LIMITATVR 8. Regula 1. Vt pro tuenda, atque fundanda Iudicis iurisdictione, contrà eandem oppugnantes, sanum consilium sit, vt ipse Iudex, in causa, de qua agitur, se Iudicem competentem expressè declaret, ita enim de incompetentia Iudicis, vlterius non erit quærendum, Bart. *in l. lex ex quacumque, col*.3.*ff. si quis in ius vocatus*, *&c*. Abb. *in c. cum ordinem*, *in fi. de rescrip*. cum alijs citatis à Vant. *in rubr*.14.*n*.8. Sed animaduerte, non sufficere Iudicem tacitè se talem declarare, vt per processum ad vlteriora, Felyn. *in c. subor-* Iudex expressè declaret se competẽtẽ, contra iurisdictionem eius impugnãtẽ.

ta, col. 5. ver. limita quarto, de re Iudic. & Vant. n. 9. Vlterius not. limitationem hanc intelligi debere, dummodo aliqualem iurisdictionem, licèt elidibilem, habeat Iudex, nam si penitus nullam haberet, puta, quia literæ iurisdictionales falsæ essent, dicta pronunciatio pronunciantem, Iudicem non faceret, qui non esset, Dec. cons. 18. in fin. lib. 1. cum alijs DD. relatis à Vant. n. 8.

Titulus coloratus, & communis error validat acta.

12. LIMITATVR 9. Regula 1. Vt posito in Iudice, siuè Ordinario, siuè Delegato, titulo aliquo colorato, & communi errore, acta procul dubio talis Iudicis sustineantur, ita Suar. Less. Regin. Coninch. Villal. Valer. Fagund. & Sanch. qui inter alios, hoc solidè probat, plures alios citans DD. locis adductis per Dia. par. 2. tr. 16. resol. 45. & est tex. in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. & in c. infamis, vbi Canonistæ, 3. q. 7. Titulum autem coloratum, semper dicitur quis habere, qui semel habuit, & eius amissio ignoratur, Sanchez, quem sequitur Reginal. in prax. lib. 1. nu. 10. & Alphons. de Leone, in lib. de potest. confess. recollect. 5. n. 168. immò non desunt docti viri asserentes, quod gesta per Iudicem, qui se intrusit, cum communi errore, sinè titulo colorato, nempè, sinè titulo collato à Superiore legitimo, valida sint, tam in foro fori, quàm in foro poli, seu conscientiæ, ita enim docet Pontius, de matrim. lib. 3. c. 22. n. 46. & lib. 5. c. 20. n. 2. vbi affert huius opinionis rationes, Sancius in select. disput. 44. n. 3. Molfes. quem citat, & sequitur Dia. in p. 3. tr. 4. resol. 122.

Quid si desit titulus coloratus?

Hanc opinionem ait idem Dia. p. 2. tract. 16. resol. 45. esse nouam, valde notandam, satis probabilem, & ex illa bono communi magis consuli, quàm si præter errorem communem, titulus quoque coloratus necessarius foret.

Ex nulla inquisitione, nullus processus sequitur.

13. REGVLA 2. sit. Inquisitione nulliter formata, etiam processus, & omnia inde sequuta nulla sunt, Gratus cons. 57. n. 11. lib. 1. vbi ait, quòd omnes DD. ita intrepidè tenent, Clar. Boss. & alij relati supra, q. 13. n. 5.

An valida sit inquisitio generalis dum non cõstat de corpore delicti.

14. LIMITATVR 1. Regula 2. Vt licèt nulla sit inquisitio, nonmodò specialis, sed etiam generalis, dum de corpore delicti non constat, iuxta probata supra, q. 12. n. 3. Tamen inquisitio generalis, seu generalissima, quæ in Visitatione Superioris fieri solet, valida est, quãuis non constet de delicti corpore, vt ostensum est sup. q. 11. n. 4. & 7. immò inquisitio etiam specialis, & in delictis facti permanentis, valida est, licèt de corpore delicti non constet, dum periculum est in mora, vel alia aliqua vrgens subsistit causa: Et in his casibus, contrà suspectos de fuga, deuenire potest Iudex ad capturam incontinenti, habita notitia, quod delictũ sit commissum, quamuis adhuc de corpore delicti non sibi constet, Clar. q. 4. vers. quando verò, & Ambrosin. de modo forman. proces. inform. c. 1. n. 10. Animaduertat tamen Iudex, & benè perpendat in his casibus, criminis grauitatẽ, personæ qualitatem, an delictum sit occultum, vel difficilis probationis? & omnibus maturè perpensis, in hoc suum reguletarbi-

Quid in inquisitione speciali?

arbitrium, vt monent Far. Clar. Baiar. & Guaz. *defens.* 4. *c.* 1. *n.* 10. Et consequentèr, ex vrgenti causa, poterit etiam Iudex, antequam sibi constet de corpore delicti, ad alios actus deuenire, putà ad testes examinandos, &c. dummodò aliquem inter Reos non recipiat, nec constituat, antequam constet de corpore delicti, iuxta tradita à Clar. & post eum ab Ambrosin. *n.* 9.

Dum corpus delicti proiectum fuit in mare? 15. Item generalitèr, dum corpus, e. g. occisi non reperitur, quia fuit combustum, vel proiectum in mare, non est necesse, quòd alitèr constet de corpore delicti, sed sufficit probatio per famam, secundùm Bald. Marf. Aug. ad Ang. & Baiar. ad Clar. *q.* 4. *vers. dictum, n.* 4. Paritèr in occultis delictis, & difficilis probationis, non est necesse, quòd liquido de corpore delicti constet, sed coniecturæ sufficiunt, Boss. Clar. Foller. Gabr. & Farin. *q.* 2. 2. *n.* 12. & latius probatum, declaratumque est sup. *q.* 12. *n.* 13. Seu in delictis occultis?

Vel quæ post se vestigia nõ relinquũt 16. Similitèr in illis delictis, quæ post se vestigia nulla relinquunt, de corpore delicti constare non est necesse, Boss. qui testatur de quotidiana obseruantia, & Farin. *q.* 2. *n.* 1. Bal. & Clar. *q.* 4. *post princ. & vers. scias tamen.*

Validè proceditur à generali ad speciale inquisitionẽ, licèt in illa Reus iniustè fuerit detectus. 17. LIMITATVR 2. Reg. 2. Vt si in inquisitione generali, quis generalitèr interrogatus, iniustè Reũ occultum detegat, si Iudex ab hac generali, ad specialem inquisitionem procedat, non nullitèr, vt fortè quis existimaret, sed validè procedat, ad tradita, probataq; supra *q.* 11. *n.* 10.

18. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt quamuis, fama non præcedente, specialis inquisitio nulla sit, vt probatum est supra, *q.* 13. *n.* 6. Nihilominus multis in casibus, fama non præcedente, inquisitio valida est, vt ostensum est supra, *q.* 13. *nu.* 10. *vsque in fin.* Casus, in quibus inquisitio specialis valida est fama non præcedẽte.

19. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt licèt de Iure communi specialis inquisitio nulla sit, dum non est specifica, certa, clara, continens in se delicti qualitates, & circumstãtias, locum, & tempus, dumuè omnia ista in actis non constant, vt declaratum est, sup. *q.* 14. *n.* 3. Tamen apud Regulares specialis inquisitio in prædictis deficiens, attentis eorumdem Regularium Priuilegijs, non vtique nulla, sed valida est, vt ostensum est, *in d. q.* 14. *n.* 4. Quid verò in proposito, apud non priuilegiatos operetur clausula illa (omni meliori modo) vide, *ibidem, n.* 5. Apud Regulares sustinetur inquisitio specialis nõ certa, clara, & in similibus deficiens.

20. LIMITATVR 5. Regula 2. Vt dato, quòd inquisitio nulla sit, non per hoc absolutè Reus sit absoluendus, tantùm enim ab obseruatione iudicij esset absoluẽdus, deindè contrà eumdem iterum processus formandus esset, Ludou. Cat. Marf. Parif. & plures alij, quos refert, & sequitur Far. *q.* 1. *n.* 5. Dum nulla est inquisitio, Reus tantũ absoluitur ab obseruatione iudicij, vt iterũ processus fieret.

21. REGVLA 3. sit. Plura sunt intrinseca, & essentialia denunciationis, quæ si omittantur, nullitatem inducunt, vt visum est supra, *q.* 29. & idem prorsus dicendum est de accusatione, iuxta tradita sup. *q.* 23. Essentialia denũciationis, vel accusationis, si omittãtur, nullitatem inducunt.

22. LIMITATVR 1. Regula 3. Vt procedat secundùm ordinem, & dispositionem Iuris communis, Quid apud Regulares?

vnde apud Regulares, attento *Priuilegio Bonif. VIII.* quamuis denunciatio, seu accusatio non contineat omnia requisita de Iure communi, processus non per hoc nullus erit, vt demonstratum est *sup. q. 19. nu. 12. & 13. & q. 23 n. 8.*

Vt si prohibitus admittatur ad denunciandum, vel accusandum?

23. LIMITATVR 2. Regula 3. Vt prohibitus de Iure denunciare, vel accusare, si ad denunciandum, seu accusandum admittatur, apud Regulares, valeat processus, *ex d. Priuilegio Bonif. VIII.* vt dictum est *sup. q. 20. n. 6.*

Contra personas dicta, & examen testium nullitates opponuntur.

24. REGVLA 4. sit. Contra personas, dicta, & examen testium, plurima de Iure opponuntur, ex quibus prætendi potest, quòd processus nullus, vel defectiuus sit, & de his abundantèr actum est supra, *à q. 26. vsq. ad q. 56.*

Quid si inimicus testis examinetur?

25. LIMITATVR 1. Regula 4. Vt, quamuis de Iure testis inimicus Rei, à testimonio contra eum repellatur, vt probatum est *sup. q. 26. n. 2.* & hoc non ad apices, sed ad substantialia iudicij pertineat, *ibidem, n. 3.* Si tamen de facto in testem inimicus admittatur,ináitium quale quale faciat, secundùm glos. Mars. Paris. & Baiar. ad Clar. *q. 24. n. 22.* Quid autem importet hoc quale, quale inditium, declarat Fely. *in c. cum dilecti, col. pen. in fin. de accus.* & Bald. *in l. si duo patroni, in princ. ff. de iniur.*

Vel infamis, vbi veritas aliter haberi non potest, & in enormibus?

26. LIMITATVR 2. Regula 4. Vt licèt testis infamis Iuris infamia vel infamia facti, prorsus a testificando in criminalibus repellatur, vt ostensum est *sup. q. 30. nu. 2. & 17.* Nihilominus, vbi veritas alitèr haberi non potest, admittatur, *ibidem, n. 5.* In exceptis enormibus delictis præsertim, & dum testis de facto proprio deponit, *nu. 8.* Hæc de Iure communi; Sed ex Priuilegijs, absolutè, Prælati Regulares ex eorum indultis, testem infamem admittere valent, vt dictum, probatumq; est, *sup. q. 30. n. 10.* Etiam sine tortura, *ibidem, n. 11.* Et si laboraret pluribus inhabilitatibus, stante consuetudine, prout stat, ita visum est, *sup. q. 40. n. 5.*

Vel Religiosus sine licentia?

27. LIMITATVR 3. Regula 4. Vt, licet Regularis non debeat examinari sine eius Superioris licentia; tamen absque ea examinatus, examen non est nullum, vt visum est supra, *q. 25. n. 22. & 23.*

Vel testis præsente parte?

28. LIMITATVR 4. Regula 4. Vt, quamuis testes, parte præsente, examinari non debeant, Farin. concordantes cumulans, *q. 80. nu. 93.* Si nihilominus præsente examinarentur parte, vtique probarent, Aret. Bart. Far. & alij, *n. 98.*

Vel si nō parte citata testis examinetur apud priuilegiatos vel vbi stylus est ita faciēdi?

29. LIMITATVR 5. Regula 4. Vt quamuis, dubio procul, testes parte non citata, tam de Iure Canonico, quàm de Iure Ciuili, in criminalibus præsertim, minimè probent, iuxta tradita *sup. q. 51. n. 3.* etiam in causis summarijs, vt docent probabiliter DD. *ibidem relati, n. 5.* Tamen, non minus probabiliter, alij DD. relati, *nu. 6.* sustinent, quòd quandò agitur coram Iudice procedente sola facti veritate inspecta, vt est quilibet Iudex Regularis, citatio prædicta non requiratur; Quòd tunc magis verum est, cum in loco iudicij consuetudo, & stylus vigeret, testes sine tali citatione examinandi, sicut

semper viguit, & in praxi seruatum fuit apud nos, vt declaratum fuit, vbi sup. *nu* 8. *cum seqq.* vbi cautela indicatur, vt Reus habeat testes pro ritè, rectèque examinatis; Vel vt Reo citato testes repetantur.

Vel nō sit iuratus? 30. LIMITATVR 6. Regula 4. Vt indubitatum licèt sit, testes sinè iuramento examinatos minimè probare, ad tradita sup. *q.* 52. *n.* 2. *& seqq.* Attamen sine iuramento testes probarent, dum apud Regulares, loco iuramenti, sanctæ Obedientiæ præceptum interueniret; Et tunc maximè, quandò per viam articulorum procederetur, vt adnotatum est, in eàdem *q. nu.* 13. *&* 14. Quid autem dicendum sit, dum in actis inuenitur scriptum; (Testis iuratus vel simile; non autem in Sacerdote (Tacto pectore) nec in alijs (Tactis scripturis?) vide *ibidem*, *n.* 8. Vbi, *n.* 4. *&* 5. inuenies, quid concludendum sit in teste, qui post depositionem iurauit.

Apud Regulares? Interueniente præcepto Obedientiæ? Vel dum nō appareret de corporali iuramento?

31. LIMITATVR 7. Regula 4. Vt, & si testis, vt probet, regularitèr viua voce deponere debeat, vt visum est sup. *q.* 53. *n.* 10. *& seqq.* in aliquo tamen casu admittere potest Iudex testis depositionem, per relationem ad scripturā, vel etiam depositionem in scriptis, à teste præsentatam, & tunc magis, cum apud Regulares per viam articulorum proceditur, vel testis de peritia suæ artis deponit, vt visum est, *in d. q.* 53. *n.* 13. 14. *&* 15.

Quid in depositione relatiua ad scripturam, &c.?

Vel antè litis contestationem, aut post terminum? 32. LIMITATVR 8. Regula 4. Vt, quicquid sit de Iure communi, apud Regulares ritè examinari possint testes, etiam antè litis contestationem, ad tradita, sup. *q.* 54. *n.* 5. Etiam post terminum ad probandum datum, *n.* 10.

33. LIMITATVR 9. Regula 4. Vt, licet testes, nec non Reus de Iure citandi sint, &c. Apud nos consuetudo viget, vt sinè formalibus citationibus, validus sit processus, iuxtà declarata sup. *q.* 78. *n.* 5. vbi ostenditur mos, apud nos seruādus: Loquendò verò de Iure communi, non modò diffinitiua sententia, sed etiam interlocutoria, parte non citata ferri non debet; Sed attento etiam eodem Iure, si interlocutoria feratur, quæ vim diffinitiuæ non haberet, parte non citata, vtique teneret, maximè, dum pars parum grauaretur ex ea, Vant. *de nullit. rubr.* 14. *n.* 115. *§. ratione*: immò si parte non citata, diffinitiua feratur, etiam teneret, dummodò plenè causa esset instructa, vel pars alia esset præsens, Vant. *ibid. n.* 106. præsentia enim partis, omnem citationis defectum purgat, etiam in casu, in quo citatio necessaria esset, Vant. *n.* 115 *&* 116. vbi pariter ait, dictūm defectum citationis purgari per expressam, vel tacitam actus ratificationem, vel per probationem, quod ad partis aduersæ notitiam sententia peruenit, Vant. *n.* 122.

Apud nos citatio quomodo fiat? Quid si sententia sine citatione feratur, & quomodo hic defectus purgetur?

34. REGVLA 5. sit. Nullitèr Iudex procedit, nō legitimè Reum interrogans, vel aliter in cæteris essentialibus, erga eundem indebitè se gerens, vt plenissimè suprà probatum est, *in tract.* 7. 8. *&* 9.

Nullitè Iudex procedit, indebitè Reum interrogās, vel in alijs essentialib. deficiens.

35. LIMITATVR 1. Regula 5. Vt, licèt secundùm Summistas, & quamplures Theologos, Reus sine semiplena probatione, suggestiuè, &

Sine semiplena, an Reus nullitèr interrogetur?

& nulliter interrogetur, vt visum est, sup. q.80. nu.14. & hæc tutior, benigniorq; sit opinio, *ibidē, n.15.* Tamen hic punctus controuersus est, cum Legistæ sustineant, sufficere inditia ad sem: plenam non pertingentia, ad ipsum Reum interrogandum, & graues Theologi huic fauent opinioni: Immo ipsimet Legistæ, prædicta inditia etiam ad torquendum sufficere volũt, vt visum est, *in eàdem q.80.n.11. & 12.*

An de socijs sine indicijs Reus interrogetur?

36. LIMITATVR 2. Regula 5. Vt, quamuis de iure Reus crimen confessus, vel plenè conuictus, sine alijs inditijs, validè de socijs interrogari non possit, vt dictum est sup. q.80.*n.*30. Nihilominus hoc intelligendũ est cum limitationibus, *in eàdem q.* adnotatis, *à n.30.vsq; ad n. 34.* immò *iuxta limitationē 6.in d.q. n.36.* quæ omninò videnda est, de consuetudine, (quicquid sit de Iure) oppositũ seruatur, nempè vt Reus, in omni casu, de socijs interrogetur

Rei confessio validat processum nullum.

37. LIMITATVR 3. Regula 5. Vt processus nullus, quia Iudex, nõ legitimè Reum interrogauit, vel ex alio capite, sanetur, validusque reddatur ex iudiciali, & spontanea Rei confessione, vt benè probatũ, declaratumq; est sup. *q.83.n.3.vsq; ad 7.* vbi duæ limitationes, *n.8. & 9.* subduntur.

Suggestiua, nullitas, quãdo nõ incurratur in interrogatione in spe cie, &c.?

38. LIMITATVR 4. Regula 5. Vt, licet Iudex, Reum, & etiam testem in genere, & non in specie de delicto interrogare debeat, aliàs suggestiuè interrogare dicatur, & inde secuta, nulla sint, vt visum est sup. q.80. *n.6.7.* & 37. Attamen quomodo suggestio, & nullitas, in interrogatione in specie nõ incurratur, dum de delicto, in actis, in specie, manifesta existunt inditia, actum est, *ibidem, n.38.* Modum verò ad particularia, & minima, sine suggestione descendendi, inuenies *in eàdem, q. n.42.*

In notorijs, validè Iuris ordo, non seruatur; nota particularia.

39. LIMITATVR 5. Regula 5. Vt plurima, quæ non seruata, processum nullũ, vel defectibilē redderent; Tamē in processu cõtrà Reũ, notoriè delinquentem, non necessariò seruãda sint, in notorijs enim criminibus, Iuris ordinē Iudex seruare non tenetur, Bal. Boss. But. Clar. Foll. Marf. Menoc. & Far. *q. 21.n.60.* vbi Iura, & alios DD. cõcordãtes inducit. Particularia verò, quæ in notorijs de Iure dimitti possunt, adnotata sunt sup, *q.87.n.10. & 11.* cũ declarationibus, quæ, *ibidem sequuntur;* item, *n.19.20. & 24.* Idemque dicendum erit de Reo in flagranti crimine reperto, vt habetur, *in eàdem q. n.25. vsque ad n.28.*

Idem in Reo reperto in flagranti.

Absolutus, ex hactenus deductis, an valide iterũ molestetur?

40. LIMITATVR 6. Regula 5. Vt absolutus de vno delicto, & si de eòdem nulliter iterum molestetur, ad tradita *sup. q.94.n.23. & seqq.* Attamē absolutus, ex hactenus deductis, vel per similia verba, si aliquid de nouo superuenerit, etiam ab eodem Iudice, Reus iterum molestari poterit, secundùm Alciat. Baiar. Boss. Foller. & plures alios refert, & sequitur Guaz. *defen.2. c. 7.n.23.* Quanto autem tempore ius iterum, in hoc casu, procedendi duret, vide, *in d. q.94. n.27.*

In tortura leui, vel Rei, in flagrãti, ratificatio nõ requiritur.

41. LIMITATVR 7. Regula 5. Vt licèt certum sit, Rei confessionem, in tortura factam, ad cõdemnationem non valere, nisi ratificata fuerit extra torturam, vt traditum

tum est, sup. q. 106. n. 2. Nihilominus in tortura leui, robusto illata, ratificatio non requiritur, iuxta declarationem, ibidem, nu. 11. Sicut nec etiam in tortura Rei in flagranti crimine reperti, vt ostēsum fuit, in eadem q. n. 12.

In antiquis creditur, quod quis fit procurator cau sæ, dum ita in processu enūciatur.

42. LIMITATVR 8. Reg. 5. Vt Rei oppositio, quòd ille, qui nomine suo cōparuit, eius non fuit Procurator, seu electus Consiliarius, & si vsque ad mille annos proponi possit, vt tradunt DD. in l. licet, per illum tex. C. de Procurat. & in c. in nostra, eod. tit. Tamen, dum de mandato non constat, si in aliqua processus parte enūcietur, talem Procuratorem, vel Consiliarium esse, temporis diuturnitate concurrente, huiusmodi enunciationi crederetur, Rota, quæ hoc latè disputat, vt per Cassa. decis. 3. de Procuratoribus, col. 2. vers. si igitur, Vant. de nullit. rubr. 14. n. 91. & 92.

Itē, dum principalis, vidit, se gerentem, vt Procuratorem, & non contradixit.

43. Secundò, defendi poterit processus, ex tacito, & præsumpto principalis opponentis mandato, vt si ipse principalis, eius causam per alium, tanquam per eius Procuratorem, tractari vidisset, & nō contradixisset, dum enim quis, in hoc casu, non prohibet, mandare creditur, c. cum olim. vers. protinus, de offic. Deleg. iuxtà theoriàm Innoc. in c. ex parte Decani, de rescript. & Vant. vbi sup. n. 94.

Vel dum Causidico scripturas cōsignauit.

44. Tertiò; defenditur processus in proposito casu, si dominus principalis consignauerit scripturas Causidico, qui in iudicio postea, tanquam eius Procurator comparet, Vant. ibid. n. 96.

45. Quartò; acta defendi poterunt, si expressa, vel tacita ratihabitio adsit, regularitèr enim ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, nec non confirmat, quæ inutilia ab initio fuerunt, c. si quis, de sent. excom. in 6. c. ratihabitionem, de reg. iur. & not. Vant. rubr. 14. n. 101. & 102. Et ibidem subditur, quòd processus ante sententiam latam, in dicto casu, expresè à principali ratificari potest, siue fauorem, siue præiudicium suum contineat; Post sententiam verò, non nisi in sui præiudicium, vt tenuit Rot. dec. 13. nou. quod gesta, & dec. 149. nou. quod vbi; Tacitè verò talis ratificatio fieri potest, si ex processu appareat, quod principalis, causam à tali Procuratore inchoatam, simplicitèr prosequatur, vel si postea eundem, ad eam causam prosequendā, simplicitèr Procuratorem constituat, vel si principalis à sententia talitèr cōtra ipsum latam, simplicitèr appellet, Vant. ibidem, n. 103.

Seu dum adest expressa, aut tacita ratihabitio.

Omissio substantialium in sententia, eā nullā reddit.

46. REGVLA 6. sit. Omissio substantialium, & essentialium in sententia criminali Iudicum, etiam Regularium, nullam eam reddit, vt declaratum est, sup. q. 144. n. 2. & seqq.

Omittēs supersedeat, & recurrat ad Principem.

47. LIMITATVR 1. Regula 6. Vt Iudex, qui suam diffinitiuam sententiam, per errorem tulit, vel iniustam pronunciauit, siue dum Iudici, post suam diffinitiuam sententiam, de innocentia Rei cōstat, cum ipsemet, propriam retractare sententiam, non possit, ad damnū indebitum reparandum, ab executione supersedere, & ad Principem interim recursum, pro remedio,

habere debeat, vt visum est sup. *q.* 134. *n.* 11.

Quid Ordinarius, & Delegatus præstare possint, dum sententia nulla est?

48. LIMITATVR 2. Regula 6. Vt Ordinarius, qui diffinitiuam sententiam nullam tulit, ipsemet remedium præbere possit, eam reuocando, vt probatum est sup. *q.* 155. *n.* 6. Declara, vt *q.* 134. hic sup. *n.* 13. Idem dic de Iudice Delegato ad vniuersitatem causarum, vt sup. *q.* 155. *n.* 9. *&* *q.* 134. *nu.* 15. Nec non in Delegato Principis, quamuis ad vnam causam, *d. n.* 15. in quo tamē est aliqua controuersia intèr DD. de qua, in *d. q.* 155. *n.* 8. Similitèr Delegatus ad vnam causam ab Ordinario, sententiam propriam reuocare potest diffinitiuam, dum contrà mandati formam euidenter lata est, sup. *q.* 155. *n.* 10. *&* *q.* 134. *n.* 17. Vel dum talis Delegatus non iudicauit super tot. *d. q.* 155. *n.* 11. Hanc limitationem intellige, vt procedat, quandò sententia lata, est ipso Iure nulla, secus si tantùm, exceptionis ope, nulla esset, tunc enim, qui sententiam tulit, eam reuocare nō posset, Bal. Tiraq. & Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 67. *n.* 20.

Cōsuetudo excusat iudicantē, & pœnam imponentē contra Iura, vel causa in actis expressa.

49. LIMITATVR 3. Regula 6. Vt quamuis Iudex sinè causa, à Iure approbatā, remittere, minuere, augere, aut mutare non possit pœnas à Lege, vel à Statuto inductas, vt ostensum est sup. *q.* 134. *n.* 9. aliàs sententia nulla esset, ad tradita supra, *q.* 144. *n.* 6. Tamen vbi consuetudo ita faciendi vigeret, Iure non obstante, hæc præstare posset Iudex, consuetudo enim contrà Iura, iudicantem Iudicem excusat, Ias. *in l. singularia. ff. si cer. pet.* Tiraq. *de pæn. temper. cau.* 42. *nu.* 10. Bar. Blanc. Marf. & Far. *q.* 95 *n.* 9. Quomodo autem à pœna falsi cōsuetudo Notarium excuset, eiusq; acta sustineat? visum est sup. *q.* 135. *n.* 21. Ex causā verò, quomodò Iudex sinè nullitatis periculo pœnas augere, & minuere possit? diffusè traditum est supra, *à q.* 133. *vsque ad* 140. An autem, & quomodò, ad nullitatem euitandam, causa in sententia exprimenda sit? dictum est sup. *q.* 133. *n.* 14.

Notariū à falso excusat.

50. LIMITATVR 4. Regula 6. Vt licèt nimis fundata sit, opinio tenentium, Iudicem in sententia ferenda, opinionem communem, & probabiliorem sequi debere, vt traditum est supra, *q.* 143. *nu.* 2. *&* 8. Nihilominus eum, validè, probabilem, sequi opinionem posse, probabiliore, & communiore relicta, tenuerunt tot graues DD. relati *in d. q.* 143. *n.* 5. *&* 6. vbi etiam rationes afferuntur.

Validè an Iudex sequatur minus probabilem opinionem?

51. LIMITATVR 5. Regula 6. Vt plurimæ solēnitates, quæ, apud non priuilegiatos, in sententijs, essentiales sunt, sine periculo nullitatis, in Regulariū sententijs omitti possint; Tales verò solemnitates, quæ etiam apices, seu subtilitates Iuris vocantur, exaratas inuenies, sup. *q.* 145. *per totam*. De apicibus autem in communi agetur, *in hac q. n.* 61.

Apices in sententia Regulariū dimittuntur.

52. LIMITATVR 6. Regula 6. Vt si nullitas contrà sententiam opponeretur, quæ per aliam sententiam ritè latam, & quæ in rem iudicatam transisset, confirmata fuit, audiendus opponens non esset, ita communitèr DD. *in c.* 1. *&* 2. *de*

Nulla sētentia cōfirmata per aliam ritè latā.

2. de confirm. vtil. vel inutil. & not. Vant. in d. rub. 14. n. 25.

Vel fundata in Rei confessione.

53. LIMITATVR 7. Regula 6. Vt sententia fundata super iudiciali Rei confessione, ab eo de nullitate impugnari non possit, nisi de incompetentia Iudicis, vel inhabilitatis confitētis, oppositio esset, Vant. in d. rubr. 14. n. 126.

Vel dum Iudici appellationis constat de bono iure.

54. LIMITATVR 8. Regula 6. Vt dum sententia nulla lata est, à qua appellatum sit, bonum sit consilium, vt Iudici appellationis de bono iure ex parte sententiæ, in negotio principali cōstet, ita enim Iudex in toto, vel in parte, quo ad negotium principale, sententiam confirmare posset, Bar. in l. si vt proponis, la 1. col. 2. vers. ex quo, C. quomodo, & quan. &c. Abb. in c. cum Ioannes, in fi. de fide instr. & testatur de communi Alex. cons. 67. viso themate, lib. 7. quamuis ex iurisdictionis defectu, nullitas prætenderetur, iterum, idem tenet, cons. 111. viso themate, lib. 5. vbi paritèr de communi testatur; Et idem dicendum esset, dum nullitas prætenderetur ex ordinis iudiciarij defectu, vel ex alicuius termini substantialis omissione, Egid. cons. 295. in causa mea, quem sequitur Fely. in c. cum causam, col. 3. in princ. de re iudic. Poterit itaq; appellationis Iudex, primæ sententiæ nullitate reiecta, dummodò in ea, error expressus non fuerit, quo ad merita processus, sententiam confirmare, Alex. cons 53. quæritur, col. 3. lib. 5. vel etiam reiterato prius, & sanato processu, in toto, vel in parte idem appellationis Iudex, & nullitatem declarare, & sententiam latam, quo ad merita causæ, confirmare, & illius vitium emendare poterit, Bal. in l. eos. col. 3. vers. quærunt DD. C. de appell. à sent. nulla. Latius de omnibus, de quibus in hac limitatione, Vant. agit, in d. rubr. 14. nu. 129. vsq; in finem.

Sententia lata festinantèr est nulla.

55. LIMITATVR 9. Regula 6. Vt licèt sententia festinantèr lata, nulla sit, sustineatur tamen, nisi appelletur, iuxta tradita, sup. in q. 44. n. 12. & 13.

Nō innouandū appellatione pendente.

56. REGVLA 7. sit. Sententia lata, & appellatione interposita, pendente tempore ad appellandum, & nullitèr Iudex à quo innouaret, & attentaret, & innouando, ac attentando, puniendus esset, vt demonstratum est, sup. q. 148. n. 18. & 19.

Plura præstantur iure post appellationem.

57. LIMITATVR 1. Regula 7. Vt sine nullitate, nec non absque punibili, immò cum laudabili innouatione, plura Iudex à quo, appellatione pendente, præstare possit, ac quædam etiā debeat, quæ distinctè, sup. allata sunt, q. 148. à n. 23. vsq; ad n. 33.

Quid si nullitas allegetur post terminum?

58. LIMITATVR 2. Regula 7. Vt si Statutum, ad nullitatis causam proponendam, certum præfigeret tempus, eo elapso, sine periculo attentatorum, Iudex á quo reicere posset opponentem de nullitate, super qua, dicto termino elapso, audiri opponens non deberet, Alex. cons. 225. ponderatis, lib. 6. immò si eòdem elapso tempore, Iudex ad quem procederet, nullitèr faceret, Bar. in l. non solum, §. fin. ff. de iniur. & istis DD. subscribit Vant. de nullit. rubr. 14. n. 15.

59. Pro coronide huius q. notentur

In dubio valet actus. tur sequentia. 1. quod in dubijs, processus, & quilibet eius actus validus iudicatur, Vant. *de nullit. rubr.14.n.127.*

Nullitas attēditur, quę est in vsu. 60. Notandum 2. Quod illa tantummodò attenditur nullitas, quæ in loco iudicij, de facto in vsu est, & obseruatur, facit, quod ait Bar. *cons.244. Iudex communis*, & tenet Vant. *rubr.14.n.128.*

Validi processus multi apud Regulares, omissis apicibus sunt. 61. Notandum 3. Quod cum Regulares in eorum processibus, solemnitates, apices, & subtilitates Iuris, *ex Priuilegio Bonif. VIII.* seruare non teneantur, hinc est, quod eorundem processus multoties à prætensis oppositis nullitatibus defenduntur, iuxta tradita sup. q.8. vbi diffusè hoc probatur, & explicatur; perpendenda igitur erit doctrina, *in eadem q.8.* tradita, ex qua plurimas obiectiones nullitatum, in apicibus Iurium fundatas, in Regularium processibus, friuolas, nulliusq; momenti esse apparebit.

Personæ legitimātur per Iudicis prolationem, & acta earum valida sunt. 62. Notandum 4. Quòd cum per simplicem prolationem, & expressam declarationem, personæ litigantium à Iudice legitimentur, & acta per legitimatas personas, ex hoc capite, valida existimentur; An tales sint personæ? vlterius quærendum non erit, Bart. *in l. licet*, vbi etiam alij DD. *C. de Procur.* & Vant. *rubr.14.n.10.*

Reparatio nullitatum remissiue. 63. Notandum 5. Quòd sæpe sæpius limitationes, quæ in superioribus in singulis quæstionibus adnotantur, ad reparandas, seu defendendas prætēsas oppositas nullitates valere poterunt; Ideoq; in occurrentibus casibus, in materijs singulis, ad easdem limitationes recursus habeatur.

Factum contra L. prohibitionē, an sit nullū? 64. Notandum 6. Pro defensione à nullitate actus à lege prohibiti, apud Regulares, & alios Ecclesiasticos. Quod quamuis de iure Ciuili, actus quilibet contra legis prohibitionem factus, ipso iure sit nullus, & pro infecto habeatur, licèt post prohibitionem expressè, lex actum non annullet, *l. non dubium, §.1. C. de legibus*, vbi Bar. Bal. Ias. & alij, & notat Far. *in Fragm. Crim. lit. I. n.170. & 175.* & ibi concordantes. Tamen de iure Canonico, & in foro conscientiæ, actus contra legis prohibitionem factus, nisi lex clausulam irritantem adijciat, non est ipso iure nullus, vt pluribus probat, defendit, & contrarijs respondit Suar. *de legibus, lib.5 c.29. per totum, & n.1.* testatur, hanc esse communem Theologorum, & Iuristarum sententiam; Ex qua infert; in Terris Imperio non subiectis, actus contra prohibitionem legis Ciuilis factos, non esse ipso iure nullos; Et ego vlterius infero, hoc procedere vbiquè apud Regulares, & alios Ecclesiasticos, apud quos ius præualet Canonicum, cuiquè subiecti sunt quo ad vim directiuam, & coactiuam, Iuri verò Ciuili, quo ad vim tantū directiuam, & in casibus, in quibus Canonica dispositio non inuenitur, ad tradita, *sup. q.9. n.5. & seq.* Vide Salas latè disputantem, *de legibus q.96. tr.14. disp.15. sect.8. n.23. vsque ad n.29.*

65. De materia huius q. ex professo pertractat Vant. *in suo tract. de nullitatibus process. & sent. in rubr.14. per totam.*

De

De sententiæ Criminalis executione. Quæstio 157.

1 HAec superest quæstio tractanda, pro huius vltimi tractatus absolutione, nec non ad terminandam totam hanc Theoriam.

2. REGVLA 1. sit. Iudex vnius territorij exequi potest criminalem sententiam, per Iudicem alterius territorij latam, dum sub eòdem Principe territoria sūt, etiam ex se, & sine requisitione Iudicis alterius territoij, qui sententiam tulit, quando requisitus à parte, credit, sententiam executionem mereri, Boss. qui testatur de communi, & Clar. §. fin. q. 96. ver. item quæro.

An Iudex vnius territorij exequi possit sententiā Iudicis alterius territorij?

3. AMPLIATVR Regula 1. Vt procedat quamuis Iudices essent sub diuerso Præside Prouinciæ, seu sub diuerso Prouinciali, dummodò à Iudice, qui sententiam tulit, alter de hoc requiratur, aliàs enim non requisitus, exequendi facultatem in hoc casu non haberet, sicut sine tali requisitione eam haberet, si sub eòdem essent Præside, seu Prouinciali, Castren. qui testatur de communi, & Clar. d. vers. item quæro. Chart. Far. & Rossing. ad Clar. ibidem, n. 17.

4. LIMITATVR Regula 1. Vt quando Iudex exequi deberet sententiam condemnatoriam capitalem Iudicis alterius territorij, non sufficeret, vt exequendam sententiam videret, sed totum processum videre, & considerare deberet, Chart. trac. de exeq. sent. c. fin. & tenent Clar. q. 64. vers. fin. & ad eum Drog. q. 96. n. 17.

Quid in capitalibus?

5. REGVLA 2. sit; Iudex Ecclesiasticus, pro suæ sententiæ executione, brachium Iudicis sæcularis implorare potest, qui illud impertiri tenetur, sententiamq; exequi, Couar. qui Iura, & DD. inducens, de communi testatur, Afflict. Boss. Far. & alij, q. 97. n. 81. & determinatur in c. 1. vbi Abb. Butr. Hostien. & communitèr omnes scribentes, de offic. Ordin. Intellige, tam de Iudice Ecclesiastico Ordinario, quam de Delegato, Couar. & Nauar. qui testantur de communi, Boss. Menoch. & Far. n. 86. Innoc. & omnes alij, in c. significasti, de offic. Deleg.

Requisitus Iudex sæcularis, debet brachiū præstare Ecclesiastico.

6. AMPLIATVR 1. Regula 2. Vt si Iudex sæcularis, suum præstare brachium, requisitus, recusauerit, sub excommunicationis pœna ad hoc cogi possit, c. 2. in fi. de maledic. glo. Hostien. Innoc. & communitèr omnes, in c. 1. vbi præsertim Abb. de offic. Ordin. Boss. Maran. & Far. cum concordantibus, q. 79. n. 83. ver. & quamuis. Immò Iudex sæcularis, vt supra requisitus, & recusans, pro modo culpæ, pœna arbitraria plecti potest, Diaz. Saly. & Far. n. 82.

Et potest cogi excommunicatione, & alijs pœnis.

7. AMPLIATVR 2. Regula 2. Vt in criminibus, de quibus Iudex sæcularis nō potest vllo modo cognoscere, vt est hæresis, sinè aliqua cognitione, sententiam Iudicis Ecclesiastici ipsemet Iudex sæcularis exequi debeat, Cagnol. qui testatur de communi, Bero. Boss. Simanc. & Clar. q. 96. vers. quæro etiam, vbi Baiar. n. 15. demonstrat, hanc opinionem veram, ex DD. authori-

In aliquibus criminibus sine cognitione.

tati-

tatibus, *Papalium Constitutionum*, quibus statuitur, vt absq; reuisione processus, Iudices sæculares exequantur sententias latas ab Inquisitoribus contrà hæreticos, Quicquid alij in contrarium sentiant; Huic Ampliationi subscribūt Abb. Butr. Imol. & alij, in *cap. 1. de offic Ordin.* Chart. Scacc. & Far. qui ad saturitatem concordantes cumulat, *q.97. n.103.* vbi ait, ab hac opinione in praxi communitèr recepta in consulendo, & iudicando, recedendum non esse.

In crimine sæculari, vel mixto, eū cognitione.

8. LIMITATVR 1. Regula 2, In crimine sæculari, vel mixto, super quo Iudex sæcularis cognoscere potuisset, si Reus fuisset laicus, quia in hoc casu non teneretur, immo nō deberet Iudex sæcularis, remissum delinquentem ab Ecclesiastico statim punire, & latam exequi sententiam, sed de ipso crimine regularitèr, de nouo cognoscere deberet, Alciat. & Fely. qui de cōmuni testantur, Curt. Iun. & Clar. *d. ver. quæro etiam*, Alex. Abb. Butr. Ias. Scacc. & alij, quos sequitur Far. *q.97. n.102.* intèr quos Chart. testatur de communiori, & tutiori opinione, & similitèr Viu. *opinione 936. n.1. & seq.* testis est de communiori, tutiori, & veriori opinione.

Præsertim dum sententia esset nulla, quæ exequenda nō esset.

9. Hæc Limitatio præsertim procederet, dum sententia Iudicis Ecclesiastici esset nulla, quia exequi non deberet, Ang. Maran. Menoch. Natta, Nauar. & Far. *q.97. n.91.* Putà, quia lata esset, Iuris ordine non seruato, Anchar. Bellam. Io. Andr. & Zabar. in *c.1. de offic. Ordin.* Et idem dicendum est in sententia nulla, iurisdictionis defectu, Butr. & Imol. *in d. c.1.* Boss. qui de communi omnium DD. *in tit. de sent. n.115.* Bal. Menoch. qui etiam de communi testatur, Saly. & Far. *n.94.*

10. LIMITATVR 2. Regula 2. Vt non procedat in sententia Ecclesiastici Iudicis, à qua fuit appellatū, appellatione pendente, quam Iudex sæcularis exequi non tenetur, Abb. Menoch. Scacc. Farin. & alij, *n.95.* Sicut nec sentētia, à qua fuit appellatum.

11. LIMITATVR 3. Regula 2. Vt non procedat in præceptis extraiudicialibus Iudicis Ecclesiastici, quibus Iudex sæcularis, brachiū præstare non tenetur, Abb. Butr. Innoc. & alij, *in cap. 1. de offic. Ordin.* Nauar. qui de communi, Zabar. & Farin. *q.97. n.97.* Quid in præceptis extraiudicialibus?

12. LIMITATVR 4. Regula 2. Vt Iudex sæcularis, suum brachiū Iudici Ecclesiastico impertiri non teneatur nisi prius ipse Ecclesiasticus fecerit quicquid potuit, Afflic. qui testatur de communi, Bal. Castren. & Far. qui plura iura, & DD. citat, *nu.98.* Vbi tamen existimat verius, quòd teneatur sæcularis Iudex, Ecclesiastico brachiū impertiri, absolutè, & quamuis Iudex Ecclesiasticus nihil fecerit, præsertim ex Trident. *sess.24. c.8.* vbi dicitur, prædictam faciendam esse inuocationem brachij sæcularis, si opus fuerit. Vel dum Ecclesiasticus nihil antea præstitit?

13. REGVLA 3. sit. Delegatus Ordinarij non potest exequi suam propriam sententiam, Scacc. *q.11. n.177. de appell.* ratio est, quia lata sententia, eius iurisdictio expirat, Marches. & Scacc. *n.173. vers. ratio:* Delegatus Ordinarij, non potest propriam sententiā exequi.

Et

Et Ordinarius, qui delegauit, eam exequi potest, Maran. & Scacc. *n.* 179. Etiam non requisitus, Ias. & Scacc. *eòd. n.* 179.

14. AMPLIATVR Regula 3. Vt nec Delegatus Papæ in Curia, suã exequi sententiam possit, Mandos. Marches. Vestr. & Scacc. *n.* 172. *ver. subrestringe, & n.* 173..

In Curia, nec Delegatus Papæ.

15. LIMITATVR Regula 3. Vt Delegatus Papæ extra Curiam, suam sentẽtiam exequi possit, Marches. & Scac. *n* 178. Et idem dicendum est vniuersaliter in Delegato Principis, qui suam potest exequi sententiam, Bar. & Scacc. *n.* 163. dummodò intra annum exequatur; & etiam Ordinario intrà id tempus, executionem committere potest, Maran. Specul. & Scacc. *ibidem.*

Quid extra Curiã, in d. vel in alio Principis. Delegato.

16. Plura de materia huius q. Clar. Far. & Scacc. *locis hic supra relatis.* Et de eàdem materia executionis sententiæ, non pauca etiam, in superioribus qq. sparsim tractata sunt, præsertim, *q.* 154.

17. Hic huius Epithomes Theoriæ finis sit, ad laudem Diuini Optimi Maximi Iudicis, eiusq; Pijssimæ Matris, & Seraphici Patris nostri Francisci. Omnia verò quæcumq; in hoc Opusculò scripsi, iterum, atq; iterum humiliter Sanctæ Catholicæ, Apostolicæq; Romanæ Ecclesiæ censuræ submitto.

Finis Theoriæ.




II. PARS

SECVNDA PARS
EPITOMES;
SEV COMPENDII
Consiliorum, & Commentariorum;
PRAXIS
Causarum Iudicialium Regularium,

Iuxta triplicem procedendi modum, Inquisitionis, Denunciationis, & Accusationis; Cum suis copiosis Indicibus.

FR. PHILIPPI DE BICTIS
A CAMERINO,
Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum, Theologi, ac Vtrisque Iuris Doctoris.



Bononiæ, Typis Io. Baptistæ Ferronij 1660. Superiorum Permissu.

Auctoris præfatio ad Lectorem.



E facultate Legali, quæ theoricè traduntur, dum ad praxim redigenda sunt, in plurima præceptorum varietate intelligenda, mens, non rarò, confunditur, singulis præceptis, singulas operationes aptare, vix sibi perspectum existens. Ideò post Theoriam in Par.1. huius Epitomes traditam, vt facilius cuncta ad exercitationem redigantur, Regularibusque Iudicibus, recta, planaque ad iudicia peragenda, triplex indicetur via, tres sub duntur hìc Praxes; Prima, qua, Inquisitionis; Altera Denunciationis; Et tertia Accusationis via proceditur; Quibus superaddenda erit quarta diuersarum formularum, tribus alijs ferè, communium, data opera, in prædictis prætermissarum, ne nimis prolixæ, confusæque euaderent. Sed quamuis, rationabilibus de causis, omnia in ipsis Praxibus latino idiomate exprimere censuerim; Nihilominus testium saltem, & Reorum responsiones, in processuum compilatione, vernacula, seù vulgari lingua, siuè aliter, in actis erunt scribenda, prout ab ijsdem pronunciabuntur. Nullus (amice Lector) aptior, ni fallor, modus reperitur ad optimè, & absque magno negotio ediscendum, quomodo processus ritè, rectèque fabricari possint, quàm post apprehensam theoriam, seriò, accuratèquè processus aliquos omninò benè compositos, perlustrare; quod assequi poteris, non superficialiter, sed accuratè, iterum, atque iterum sequentes percurrendo Praxes, quæ aliud nihil sunt, quàm velut tot processus, numeris omnibus fabrefacti; Et si quid in illis vlterius desiderabis, in quarta inuenies Praxi.

Vt autem Regulares Iudices, inoffenso pede, prædictis in vijs procedant, præterea, post ad Deum humiles preces, vt eos dirigere in illis dignetur, apud se, statuant; non modò Iudices, sed etiam Patres esse; Practicamque istam (dicam ex Psalmo 2.*)* apprehendant disciplinam; Et cum 70. *Interpretibus;* Manu veluti apprehendant disciplinam; Ne quando pereant de via iusta; *Et ex rerum imperitia eorum, quæ ipsos ignorare nefas est, de Iudicibus Rei, & de Patribus perditionis filij, fiant.*

Non desunt vtique aliæ, quæ circumferuntur Regulares Praxes, in eis tamen fortè minimè reperiet Lector, pro vt in isto libello, formas desiderabiles omnes, quæ in Regularium actis inseri solent; nec processus ita adamussim, & omnibus numeris, per extensum exaratos, præsertim non modo cum generalibus, & specialibus interrogatorijs, testibus, Reisq; faciendis, verum etiam ad singula cum suis proportionatis responsionibus.

Vnum tandem hìc prætermittendum non est; Traditas prædictas Praxes, fuisse ex suppositione; Religiosos, qui eis vsuri erunt, approbatas habere consuetudines, seù Generalia facta, quibus ipsis indulgeatur, in procedendo, prætermittenda omnia esse, quæ ad Iuris apices spectant, rimulis, & solemnitatibus postpositis, prout nos habemus, iuxta tradita supra, in Parte 1.q.8.n.15. *Vale.*

a 2

INDEX PRAXIVM
SECVNDÆ PARTIS
EPITOMES
Causarum Iudicialium Regularium, Consiliorum, & Commentariorum.



IN-

INDEX RERVM
OMNIVM NOTABILIVM
Secundæ Partis
EPITOMES PRAXIS
Causarum Iudicialium Regularium,
Consiliorum, & Commentariorum.

17. Reum

Finis Indicis rerum Praxis.



SECVNDA PARS
EPITOMES;
Seu Compendij, Consiliorum, & Commentariorum,
PRAXIS
CAVSARVM IVDICIALIVM REGVLARIVM,
Iuxtà triplicem procedendi modum Inquisitionis, Denunciationis, & Accusationis.

PRAXIS PRIMA, SEV FORMA PROCEDENDI Per viam Inquisitionis.

1



Nte quam ad Praxim deueniamus, adnotandum est, & pro certo sciendum à Iudice, qui debito ordine, & modo vult iustitiam administrare, non posse id praestare, si nesciat quomodo, se gerere debeat; & cum triplex sit via in hac materia à Doctoribus comprobata, scilicet Inquisitionis, Denunciationis, & Accusationis, de quibus teoricè egimus in parte 1. nostri tractatus satis luculentèr, & ad satietatem vsq; Nam de Inquisitione primo egimus, postea tractatum teximus de Testibus, de Inditijs, de Rei citatione, de Tortura, & tandem de illis, quae attinent ad processum debitè terminandum scilicet de Delictis, & Poenis. de Arbitrio Iudicis, de obseruandis in sententia ferenda, deq; sciendis post sententiam latam; Ideò nunc ad praxim descendendo, vt breuitati, iuxta nostrum morem studeamus, ne tedio afficiamus lectorem, positis hic nonnullis formulis, exemplis, & doctrinis ad maiorem ipsorum Iudicum comodum; in singulis autem particularibus causis, seu delictis poterunt recurrere ad ipsam primam partem locis superius adnotatis, & praecipuè in examine testium ad q.56. vbi agitur de tortura testium, & de Suggestione cauenda in examinibus, & ad q.80. vbi ad longum tractatur de Rei interrogatione, de suggestiuis interrogatorijs, vt agitur plenius, & fusius etiam infra in hac 2. parte Epitomes, praxi 1. n.12. & 13. Est autem hic animaduertendum, quod in quatuor partibus huius nostrae praxis, scilicet in hac p. 2. 3. & 4. semper prae oculis habenda sunt ea, quae

Per inquisitionem generalē quomodo procedi possit in omnibus his 4. tractatibus.

spectant

spectant ad inquisitionem generalem, vt eo ordine quo par est procedi possit, & nos hic infra ponemus.

Et ab ea ad specialem deuenire.

2. *Vera, certaque doctrina cum sit, quod quomodocumque Iudex delictum commissum esse sciat, ex officio, per inquisitionem generalem procedere possit, vt probatum est supra in par. 1. q. 11. n. 8. Et quod in generali Inquisitione, delinquente detecto, Iudici, ad specialem inquisitionem, via aperitur, ibidem n. 9. & q. 13. n. 13. Animaduertendo, quod in eadẽ q. notatur n. 11. Et iuxta illam Theoriam Praxis hac 1. orditur, à generali Inquisitione incipiendo, vt ad specialem deueniatur.*

Sed obserua, quod non omnia, quæ in processu per inquisitionem formanda, accidere solent, adnotantur in hac Praxi 1. ne nimis in longum eadem protrahatur, neuè ex multitudine rerum confusio oriatur; Reseruando indifferentes formulas, quæ tam in processu per inquisitionem, quam per Denunciationem, seu Accusationem aptari possunt, pro Praxi 4. Quia verò exemplificandum erit in progressu in admodum grauibus delictis, quæ inter, præsertim probiores Regulares à paucis, & rarò patrari solent, ideò ad obuiandum pusillorum admirationi, Religio suo Nominè nulla nominabitur, sed dicetur Religio N.

Nota formulas in hac Praxi, immò etiam in tota hac Par. 2. insinuatas, non modò dũ criminaliter, sed etiã cum ciuiliter proceditur, vt plurimũ deseruire posse.

Formula inquisitionis generalis incipient. Formula instituendi Actuarium cũ decreto de visitando corpore delicti, &c.

3. In Nomine Domini nostri Iesu Christi, gloriosissimæque Matris eius, Amen. Quoniam ad aures R. P. Iusti de N. Prouincialis huius Prouinciæ N. Abbatis Religionis N. vulneratum fuisse deuenit, à quodam ex Fratribus eiusdem Religionis, Adimulũ de Occultis à Monte Caluo, iuuenem sæcularem in hoc nostro Conuentu N. Ideò plurimum de integritate P. Fidelis de N. Sacerdotis nostri Ordinis confisus, ipsum sibi in Actuarium elegit; Decreuitque, pro vt præsenti decreto decernit ante omnia de corpore inquirere delicti, & deinde reliqua præstare, prout de Iure, omni, &c. In quorum, &c.

Datum in nostro Conuentu N. die 7. Mensis Iunij anni 1656.

Ita est P. Iustus de N. Prouincialis Abbas.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos Religionis N. Actuarius.

Ante omnia de corpore delicti debet constare. Cur sic dictũ Visũ, & repertum.

4. *Certo certius cum sit, ante omnia constare Iudici debere de corpore delicti, vt patet sup. 1. par. q. 12. n. 2. & 3. nempè in delictis vestigia post se relinquentibus, ibidem n. 12. Cum delictum hic supra propositum n. 3. de illis sit, quæ post se vestigia relinquunt; Iudex in hoc casu, ante omnia accedere debet, vel mittere Actuarium cum idoneis alijs Fratribus ad corpus delicti visitandum. Formam autem talis Visitationis, quæ à Iurisis; Visum, & repertum, dici solet, his enim verbis inchoari consueuit, accipe, vt hic proximè.*

Forma visitationis corporis delicti vulnerati, q; Visum, & repertum dicitur.

5. Visum, & repertum fuit per me Actuarium infrascriptum præsente R. P. Iusto de N. Prouinciali Religionis N. Abbate, nec non PP. N. de N. & N. de N. d. Ordinis, de mandato eiusdem Reuer. P. in quodam cubiculo ad hoc visitato, quod forestaria vulgo dicitur, prope ostium principale Conuentus Religionis N. quod hic sequitur: Nempè quod in eodem cubiculo, in lecto, vulneratus duobus vulneribus iacebat Adimulus de occul-

Occultis de Monte Caluo, ætatis suæ annorum, vt dixit 30. Vnum autem ex dictis vulneribus erat in capite, vt videbatur, aliquo ferro scindente cæsim factum; Alterum verò in sinistro brachio non longè à iunctura cubitali erga manum, quod similiter videbatur ferro cæsim factum, profunditatis, & latitudinis vnius digiti, & longitudinis quatuor circiter digitorum. Hæc omnia nos infrascripti proprijs oculis vidimus. Dat. in nostro Conuentu N. die 7. Iunij anni 1656.

Ita est. Ego P. Iustus de N. Prouincialis Religionis N. Abbas.

Ego P. Videns de N. Prior Relig. N. fui præsens, & vidi, vt supra.

Ego P. Conuidens de N. Sacerdos Relig. N. fui præsens, & vidi, vt sup.

Ego P. Fidelis de N. Religionis N. Actuarius.

6. *Si Prouincialismet non visitauerit corpus delicti, sed ad visitandum alios cum Actuario Fratres miserit, isti in formula adnotentur, & ipsimet tantùm cum Actuario, subscribant. At dato, quod vulnera propter adhibita medicamenta videri non potuissent, tunc dicatur: E. g.* Dum vulnera videri non possunt.

Vulnus capitis, & eius qualitas, propter apposita medicamenta, videri non potuerunt.

7. *Examinari hic possent prædicti duo testes (in Viso, & reperto) subscripti. Non tamen hoc videtur examen necessarium, cum per Actuarij instrumentum, delicti corpus, satis, superq; plenè probetur, vt in dictis sup. in Par. 1. q 86. n. 21. patet.*

Alias formas ad corpus delicti visitandum, infra in Praxi 4. inuenies n. 43. vsq; ad n. 48.

8. In nomine Domini, &c. Amen. Attentis suprascriptis, cum plenè in actis constet de corpore delicti, R. P. Iustus de N. noster Prouincialis Abbas decreuit, prout præsenti decreto decernit super delicto, & delictis, de quo, & de quibus supra, generalitèr inquirere, informationes sumere testes examinare, & alia prout de iure præstare; Omni, &c. In quorum, &c. Datum in nostro Conuentu N. die 8. Iunij anni 1656. Decretũ de procedẽdo per inquisitionem generalem.

Ita est P. Iustus de N. Prouincialis Religionis N. Abbas.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos Religionis N. Actuarius, &c.

9. Eadem die, & coram eòdem in supra scripta forestaria, visitatus fuit Adimulus de occultis de Monte Caluo, requisitusque, vt se examini subijceret, delatoq; iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis sacris scripturis, ad opportunas interrogationes, vt infra respondit. Forma interrogãdi vulneratum.

Interr. Quomodo ita vulneratus reperiatur, & à quanto tempore citra?

Resp. Heri à quodam huius Conuentus Fratre, prout videtis, vulneratus fui.

Interr. An sciat, quis nam sit ille Frater, qui eum vulnerauit?

Resp. Ego scio, & benè illum nosco Fratrem, versatus enim sum in hoc Conuentu, & vocatur Frater Seuerus de N. Conuersus.

Interr. Quare d. F. Seuerus eum vulnerauerit? & enarret quomodo factum acciderit.

Respond. Caput doleo propter vulnus, quod in eo videtis. Nolite mihi

loquendi præbere occasionem; Vestros interrogate Fratres, qui interfuerunt, dum vulneratus fui, qui omnia, si voluerint, manifestabunt.

10. Dictum est ei, vt saltem nostros nominet Fratres, quos, ait facto interfuisse.

Resp. Interfuerunt P. Resistens de N. vester Sacristanus, P. Verus de N. & P. Contestadius de N. Baccalaurei: Poterit etiam P. V. informationem sumere à P. Auditore de N. vestro Cellerario, & ab alijs, qui à prædictis nominari poterunt; Ego verò loqui vlterius nolo, ex prolixo namque sermone meum caput offenditur.

Seruanda regularitèr praxis est, vt vulneratus, dum Iudicis est subditus, quomodò, & qua occasione, vulnus, seù vulnera inflicta ei fuerunt, distinctè enarret; Non subdito autem, præsertim aliquo modo præpedito, nolente vlterius deponere, nisi vt in proposita facti specie, permitti silentium poterit.

11. Et relectum confirmauit, & propria manu subscripsit.

Ego Adimulus de Occultis deposui vt supra.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos Relig. N. Actuarius.

Quomodo se geret Iudex in penuria testiũ

12. *Deueniendum erit hic ad testium examen; sed antea notandum est, primò: Iudicem animaduertere debere, dum delictum probandum, abundantia caret testium de visu, deque proprio auditu, vt in Inquisitione generali, testes tantum examinentur, qui ad viam aperiendam speciali inquisitioni sufficiant, vt sunt personæ bonæ famæ, de auditu alieno, vel similes, quæ loco denunciantis sint, quibus (quantùm fieri potest) postea, tanquam testibus, in inquisitione speciali Iudex vsurus non sit, ne ijsdem simul, non ritè, vt Denunciatoribus, & vt testibus vtatur, ad tradita sup. in Prax. 1. q. 11. n. 9. & q. 20. nu. 9. & 10.* An testes ante examen, oretenus interrogandi q. 25. n. 3. vsq. ad 11.

Caueat Iudex à suggestiuis.

13. *Notandum secundò, tam in testium interrogatione, quam Reorum, cauere summoperè Iudicem debere à suggestiuis interrogatorijs à Iure prohibitis, ex quibus omnia inde sequuta nulla sunt, vt visum est sup. in Par. 1. q. 80. n. 6. & 7 Materia verò suggestionis Reorum, & etiam testium cauendæ, in tota eàdem q. planè explicatur: Specialitèr verò de testibus suggestiuè non examinandis, tractatur q. 56. Ad euitandam verò suggestionem, duo præsertim seruentur. Primum vt antea testes, seu Rei in genere, quàm in specie interrogentur, iuxtà tradita in d. q. 80. n. 40. vsque ad n. 45. Alterum vt antequam ad examen Iudex accedat, capita omnia, super quibus de Iure interrogare potest, sibi ex actis describat, eaque præ oculis in examinando habeat, ne, prout tenetur, vllum ex illis capitibus intactum relinquat, neuè vltra ea interrogando, se diffundat, cum nec de Iure, sinè iniusta suggestione, possit, vt patet in citata q. 80. n. 16. Nec non perpetuò Iudex non obliuiscatur communis omnium doctrinæ, vt testem aliquem non dimittat, quin, si ex se non dixerit, interroget de loco, tempore, & causa scientiæ, & vlterius de contestibus; fidelitèrq; quæcumq; deposita fuerint, tam pro, quam contra Reum, scribantur. Immò, & signa, ex quibus falsitas, inconstantia, vel simile deprehenderetur. Forma testes cogendi, examinari nolentes, eosdemque diuersis ex causis torquendi, habetur infra in Prax. 4. à n. 91. vsque ad n. 94.*

Ad hoc duo seruet.

Quædam alia in examine præstãda

14. Die

14. Die 8. Iunij anni *1656.* in Conuentu Religionis N. & in Abbatis cella solitæ residentiæ. Coram R.P. Iusto de N. Prouinciali Religionis N. Vocatus fuit in testem P. Auditor de N. Sacerdos nostri Ordinis Cellerarius, ætatis suæ annorum 30. Religionis verò 12. & debita monitione præmissa, delatoque ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tacto pectore (*Si non fuerit Sacerdos) dicatur*, tactis sacris scripturis ad opportunas interrogationis respondit vt infra. Forma examinis testis in inquisitione generali.

15. Interr. An vnquam ex huius Conuentus familia fuerit?

Resp. Pater, alijs vicibus, & etiã hoc anno ex familia huius Conuentus sum.

Interr. Qui nam alij modò ex eàdem familia sint?

Resp. Ex huius Conuentus familia modò sunt P. Verus de N. P. Contestadius de N. Sacerdotes, F. Resistens de N. Clericus, F. Seuerus de N. & F. Humilis de N. Conuersi, & plures alij.

Interr. An sciat aliquam contentionem hoc anno inter Sæcularem, & fratrem aliquem accidisse?

Resp. A diuersis in hoc Conuentu pluries audiui, F. Seuerum de N. nostræ Religionis Conuersum vulnerasse Adimulum de Occultis à Monte Caluo Sæcularem.

Interr. A quibus particularitèr hoc audiuit?

Resp. A P. Vero de N. & à P. Contestadio de N. Sacerdotibus, & Baccalaureis nostris audiui, asserentibus, facto interfuisse, & vidisse, dum F. Seuerus prædictus magno cultro in brachio, & in capite d. Adimulũ vulnerauit.

Interr. An sciat, prædictæ contentioni alios interfuisse?

Resp. Interfuisse etiam audiui Fratrem Resistentem de N. Clericum nostrum Sacristanum, nec non Fratres alios, strepitum audientes accurrisse.

Int. An sciat qui nam fuerint illi alij Fratres, qui ad strepitũ accurrerunt.

Resp. Nescio. Sed hoc, P. V. à supra nominatis ame, scire poterit.

16. An d. casus secretus sit, vel publicus?

Resp. Statim post factum prædictum, & etiam postea, ego de eo multoties publicè audiui Fratres inter se colloquentes in hoc nostro Conuentu, & præsertim prænominatos P. Verum, P. Contestadium F. Resistentem, & plures alios. Deponitur de fama.

Interr. An sciat à quo eiusdem facti publicatio originem traxerit?

Resp. Publicationis facti origo præcipua fuit, quia prædictum vulneratum Adimulum viderunt, vt puto, omnes, vel fere omnes huius Conuentus Fratres, prout ego vidi, vnaque voce, & publicè assertum fuit, F. Seuerum eumdem vulnerasse.

Interr. De tempore, & loco prædictæ contentionis.

Resp. Audiui, accidisse die *6.* huius mensis, propè ostium Sacristiæ huius Conuentus.

Interr. An sciat causam, quare d. F. Seuerus Adimulum vulnerauerit?

Resp. Causa fuit, vt audiui, eo quod F. Seuerus Adimulum furantem, in nostra Sacristia, inuenit; de quo melius P. V. à prænominatis Fratribus informationem sumere poterit.

Interr. An aliquid aliud habeat in proposito dicendum?

Resp. Non Pater. Et relectum confirmauit, & propria manu subscripsit; Dimissusque fuit cum præcepto sanctæ obedientiæ de silentio seruando.

Ego P. Auditor de N. Sacerdos Relig. N. deposui, vt supra.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos Relig. N. Actuarius.

17. *Ante inquisitionem specialem, saltem de congruo, si commodè poterit, alter examinetur testis de auditu alieno, & de publica fama, vt hic sup. proximè.*

Decretū specialis inquisitionis.

18. In nomine Domini, &c. Amen. Attenta depositione supra scripta, in qua P. Auditor de N. Relig. N. Sacerdos, testis examinatus in generali inquisitione, nec non alter, cum depositione de fama publica, &c. auctorem criminis nominarunt, nempè F. Seuerum de N. nostrum Conuersum vulnerantem, & eorum nominatione viam aperuerint ad specialitèr contra nominatum inquirendum; R. P. Iustus de N. Prouincialis Abbas decreuit prout presenti decreto decernit, specialitèr contra eumdem F. Seuerum de N. inquirere, informationes sumere, testes examinare, & alia prout de Iure præstare. Omni, &c. In quorum, &c. Dat in nostro Conuentu N. 8. Iunij *1656.*

Ita est P. Iustus de N. Prouincialis Religionis N. Abbas.

P. Fidelis de N. Sacerdos Relig. N. Actuarius.

Examen testis in speciali inquisitione.

19. Die *9.* Iunij *1656.* in nostro Conuentu N. in Cella solitæ residentiæ. Coram R. P. Iusto de N. Prouinciali Relig. N. Abbate vocatus fuit in testem P. Verus de N. eiusdem Ordinis Sacerdos, & Baccalaureus, ætatis suæ annorum 40. Religionis verò 20. & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tacto pectore, ad opportunas interrogationes, resp. vt infra.

20. Interr. Vbi sit ex familia, & à quanto tempore?

Resp. In hoc Conuentu, à mense Maij proximo.

Interr. An in d. tempore sciat, contentionem aliquam inter aliquem Fratrem, & Sæcularem contigisse?

Resp. Paucis ab hinc diebus, F. Seuerus de N. noster Conuersus vulnerauit Sæcularem quemdam nomine Adimulum de Occultis à Monte Caluo.

21. Interr. An sciat, quo instrumento vulnerauerit d. F. Seuerus.

Resp. Adimulum vulnerauit magno quodam cultro Culinæ, qui in ea seruari solet.

Instrumētum, quo vulnus inflictū fuit produci- tur, recognoscitur &c.

Dictum est ei, vt cum P. Fideli de N. Actuario ad videndum pergat, an in d. loco modò culter ille reperiatur, & eum inueniendo, in actis præsentet. Post hæc scripta prædictus testis statim cum Actuario de mandato R. P. Prouincialis, iuit. Non multùm verò post, prædicti reuersi simul sunt, idemq; testis cultrum detulit, lōgitudinis trium circiter palmorum, latitudis verò duorum circitèr digitorum, sine cuspide, totumq; ferreum, quem testis præsentauit, dicens; iste est culter, quo, d. F. Seuerus prædictum Adimulum, vulnerauit, quem in solito reperi loco, vbi in Culina seruari solet. Tunc R. P. Prouincialis Actuario iussit, vt eumdem cultrum seruaret, & in actis insereret cum sua imagine, quæ est, vt hic infra immediatè apparet, sed in pluribus diuisa partibus ad hoc, vt in præsenti quinterno cum eius mensura registraretur, prout, &c.

22. *Hic*

22. *Hic lineis calami d. culter adamussim repræsentetur.*

23. Interr. Vtrum benè noscat istum, in iudicio ab eo præsentatum, cultrum, verè illum esse, quo F. Seuerus Adimulum vulnerauit?

Resp. Ita Pater, optimè cognosco; iste est ille.

Interr. Quot vulnera, & in qua parte corporis, à F. Seuero, inflicta fuisse Adimulo?

Resp. Duo vulnera, ego, inflicta fuisse, vidi; Primum in sinistro brachio, quod Adimulus, ad se ab ictu erga caput directo defendendum, eleuauit, Secundum verò in capite; & magnam sanguinis copiam ex vulneribus his fluxisse vidi.

Interr. Vtrum sciat, quare F. Seuerus, Adimulum, vt supra vulnerauerit?

Resp. Vulnerauit, quia in nostra Sacristia Adimulum furantem inuenit.

Interr. Quod nam illud fuisset furtum? & vt dicat, si sciat, quomodo hoc se habuerit factum.

Resp. Die Veneris præterita 6. huius mensis, dum essem in Culina, confabulando cum F. Seuero de N. nostro Conuerso, illuc casu venit P. F. Contestadius de N. noster Baccalaureus, & erat parum post meridiem, eodem tempore in culinam intrauit F. Resistens de N. Clericus noster Sacristanus, dicens; Accurrite, accurrite, Fur enim in Sacristia reperitur, & vereor ne gemmarum capsulam, quæ intra scrinium, seù credentiam ibidem seruatur, quæ Dominæ Ricchæ de Ricchis sunt, furetur; Illicò d. F. Seuerus quodam magno cultro accepto sinè cuspide, quem in solito loco ibidem inuenit, de culina cum eo exijt, & post eum d. Clericus, quodam assumpto baculo, ibi reperto, deinde d. P. Contestadius, & ego secuti eos fuimus vsque ad sacristiæ ostium, quod cum clausum fuisset repertum, eum manu dextera Clericus impulit, & absque vlla difficultate aperuit; quo aperto, quemdam vidi Sæcularem, capite, & parte corporis intra Sacristiæ d. scrinium manentem, vbi prætiosiora Ministrorum altaris indumenta, vt casulæ, tunicellæ, pluuialia, & similia, seruari solent. Hic per modicum temporis spatium testis siluit.

Dictum est ei, vt prosequatur, & reliqua omnia, quæ in proposito scit, enarrare non desinat.

Resp. Sæcularis ille (quem d. Adimulum esse benè noui) ex ostij apertione, strepitu audito, se extra scrinium illud statim retraxit, manu sinistra manubriolo ex oricalco capsulam tenens, rubeo contectum serico, in qua, prout postea mihi d. retulit Sacristanus d. Dominæ Ricchæ gemmæ seruabantur. Tunc ipsemet Sacristanus in sacristiæ ostio stans, Adimulo ait; Quid hic moliris? Depone ibi illam capsulam. Respondit Adimulus; Ab illo recede ostio, & vt pertranseam mihi permitte; & hæc dicens, exire magna vi conatus fuit: At hoc ei Sacristanus minimè permisit, baculo, quem in manibus gestabat, eum retrudendo, dicens; Hinc non egredieris, nisi capsula dimissa; Tunc Adimulus capsulam in terra deposuit.

Interr. An aliquid aliud tunc acciderit?

Resp. Sinè dilatione, Adimulo appropinquans F. Seuerus de N. noster

Conuersus, prædicto cultro erga caput Adimuli ictum direxit, sed vt supra dixi, iste brachium, ad se tuendum, eleuando, vulnus vnum, in eodem, non leue accepit; Inde statim eòdem cultro P. Seuerus graue in capite aliud vulnus Adimulo inflixit cum abundanti ex vtroq; vulnere sanguinis effluxione.

Interr. Vtrum sciat, vbi capsula illa, de qua deposuit, modò seruetur?

Resp. Capsulam in terra depositam, vt supra, accipiens Sacristanus in dicto, me presente, reposuit scrinio; Postea verò ab eòdem certioratus fui Sacristano, capsulam eamdem cum gemmis d. D. Ricchæ redditam fuisse.

Interr. An sciat, vbi modò sit d. Adimulus?

Resp. Post omnia supra dicta, Adimulus ait, pereo, mea curate vulnera; tunc d. P. Contestadius de N. & ego ad cubiculum, quod forestaria dicitur, propè huius Conuentus ostium præcipuum, vulneratum perduximus, vbi curatus fuit, & ibidem, etiam nunc, puto, eum reperiri.

Interr. An sciat quomodo Adimulus in dictam intrauerit sacristiam, & scrinium aperuerit?

Resp. Sacristanus ait, se clauibus sacristiam, & scrinium clausisse, & ideò creditur, cum fractum minimè appareat, Adimulum ferreo aliquo instrumento vice clauis vsum fuisse, ad prædicta aperienda.

Interr. De causa scientiæ?

Resp. Ea, quæ deposui, scio, quia facto interfui, proprijsque occulis vidi, & proprijs auribus omnia audiui, & a me, hic supra nominati, benè mihi noti sunt.

Deponitur de fama.

24. Interr. An vltra supradictos, aliqui alij prædictorum conscij sint?

Resp. Etiam conscij sunt P. N. de N. & P. N. de N. nostri Conuersi, qui audito strepitu, accurrerunt, sed, post quam vulnera fuerunt inflicta, peruenerunt; postea verò ad cæterorum Fratrum notitiam idem deuenit factum; de quo publicè in eòdem Conuentu eos colloquentes audiui.

Interr. Quosnam particularitèr, vt supra, colloquentes audiuit, & à quo tempore?

Resp. Hi fuerunt P. Contestadius de N. P. Sincerus de N. Sacerdotes, nec non alij, qui præsertim de prædictis publicè colloquebantur, die Veneris, 6. huius mensis, statim ac factum accidit, & pluries etiam postea.

Interr. De origine d. publicæ famæ.

Resp. Originem, publica fama à prædictis traxit, & præsertim quia d. Adimulus vulneratus, vbi supra, publicè à Fratribus huius Conuentus visus fuit, publicèq; buccinatum à prædictis, P. Seuerum eum vulnerasse.

Interr. An aliquid aliud velit dicere?

Resp. Non Pater.

Concluditur examen testis.

25. Et relectum confirmauit, & propria manu subscripsit, & dimissus fuit cum præcepto sanctæ obedientiæ de silentio, &c.

Ego P. Verus de N. Sacerdos Religionis N. deposui, vt sup.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos Relig. N. Actuarius scripsi fideliter.

26. *In suprascripta forma examinis primi testis, videlicet à n. 19. vsque huc, testis*

stis ferè omnia necessaria, liberè, & integrè deponit; At dum in aliquibus deficiens videretur, præsertim in deponendo de loco, tempore, & causa scientiæ, contestibus, deque fama eum suis circumstantijs, vel similibus, interrogantis partis essent, interrogatorijs, non tamen suggestiuis, eundem adiuuare, & inducere ad integrè, completèq; omnia deponenda. Testis iuuādus, vt integrè deponat.

27. *Iuxta interrogatoria facta hic supra primo testi à n. 19. vsque in finem examinis, secundus quoque testis interrogari debet, nempè P. Contestadius, qui, vt ex actis constat, præsens fuit; In cuius examine, sicut etiam aliorum testium, incumbendum præsertim est in contestatione, saltem essentialium delicti, prout in serie hic supra annotata à n. 20. vsque ad 24. & explicato per testes facto, à principio ad finē, quod à singulis testibus interrogans præstari faciet; Deinde interrogatorijs suis, non tamen suggestiuis, si quæ omissa, vel non integrè, aut clarè dicta fuerint, suppleri, declarari, & enarrari per testes curabit, inuigilando, vt facti series habeatur plena, clara, & distincta cum omnibus circumstantijs, & qualitatibus, & quod etiam fama perfectè constet: & hoc modo examinentur alij testes informati, quousque processus sufficientèr, & etiam abundantèr, pro posse impinguetur. Hic autem breuitatis gratia, prætermittitur forma examinis aliorum testium. Solummodò annotandum erit vlterius, vt F. Resistens de N. de quo in actis habetur, quòd furem detexerit, interrogetur, quomodò fur in Sacristiam intrauerit, credentiamq; aperuerit.* De examine 2. testis, & aliorum.

28. *Animaduertendum est, quod in interrogatorijs annotandis hic infra in forma Reum interrogandi, præsupponitur, quod testes plures examinati sint, qui contestes sint, plenèq; delictum probauerint. Hoc enim Seriò ponderandum est, alitèr enim Reus conuictus interrogari potest, aliter non conuictus. Et in omni casu sempèr fidelitèr, & ad literam, Rei responsiones ab Actuario scribantur.* Præuidēda ante Rei constitutum, vsque ad n. 32.

29. *Vlterius annotandum (expleto iam testium examine) circa constitutum Rei, quod non statim in principio deueniendum est ad immediatè Reum interrogandum de delicto, vel de inditijs, sed aliquo circuitu vtendum; E. g. Si Reus de vulnere illato Adimulo sit inquisitus, ita poterit interrogari. An agnoscant Adimulum? A quo tempore? Qua occasione? An viderit Adimulum vnquam in hoc Conuentu? In quo loco? Quid facientem? &c. Vel poterit Reus cum alio circuitu interrogari, vt hic infra n. 34. Et ita etiam in alijs inditijs extorquendis, in quocumque crimine progrediendum erit, vt docet Ambrosin. de modo formandi processum inform. lib. 2. c. 5. n. 7. & c. 6. n. 20. & Chartar. in Praxi lib. 3. c. 1. n. 73. qui in c. 3. per totum, clarè, & diffusè exarat modos omnes, & formas interrogandi Reos.* Modus Reum interrogādi

30. *Circa huiusmodi Rei examine, maxima erit cura inuigilandum, vt ritè, ordinatè, clarè, subtilitèr, & accommodatè Reus interrogetur, & vt illuc adducatur, vt veritatem fateri quasi compellatur. Et quamuis aliquibus hoc negotium Reum interrogandi, facilè videatur, tamen difficillimum est, & maximi ingenij, vt post Chart. not. Ambrosin in d. lib. 2. c. 2. parum post principium, & ideò tam pauci processus laude digni perficiuntur, plurimi autem inglorij.*

31. *Præterea in responsionibus Rei non modò verba, sed etiam gestus corporis, singultus, lacrimæ, suspiria, vultus alterationes, corporis tremores, nec non alia notabilia, vt aliqua signa, ex quibus falsitas, aut inconstantia deprehenderentur, quæ Reo* Scribēda Rei verba, & signa.

ac-

acciderint, notanda sunt per Actuarium, iubente Iudice, in Actis, Bouer. in Prax. p. post formulam 2. constit. quod præsertim seruandum erit, dum Reus torquetur, secun. Ambrosin. vbi sup. lib. 4. c. 2. n. 3.

32. Tandem notandum, quod in Rei primo constituto opportunum erit regularitèr, vt eidem magna confidentia permittatur, ad hoc vt quicquid velit liberè deponat, absque eo quod ei contradicatur, & dum loquax est, sinere, vt nimium ad saturitatem loquatur. In secundo postea constituto, dum sibi Reus aliquo modo contrarius erit, vel falsa deponet, poterit, & debebit ei contradici improperando eidem contradictiones, mandacia, &c. Et in causis magni ponderis, multiplicanda erunt constituta cum interpellatione inter vnum, & aliud plurium dierum, vt mendaciorum prius dictorum oblitus Reus, veritatem dicendo, sibi contradicat &c. Prædicta tamen confidentia, nec in primo constituto permitienda erit Reo, parato ad negandum, ne postea in negatiua obstinatior inueniatur. Valde etiam expediens erit, præsertim, dum Reus est versutus, & creditur paratus ad veritatem negandam, vt submissa voce interrogatoria formentur, & ad scribæ aures dictentur, ne Reus audiat, neue interim, dum interrogatoria in scriptis rediguntur, ipse callidè cogitet de mendaci responsione; Post singula verò iam scripta interrogatoria, oretenus erunt pronuncianda, ita vt, sinè dilatione, responsionem Reus proferre debeat. Et idem seruari poterit cum testibus, similis conditionis.

Permittēda Reo confidentia in cōstituto 1. Quid in 2.

Modus interrogādi versutum paratum ad negandum.

33. In nomine Domini &c. Die 20. Iunij Anni 1656. in nostro Conuentu N. & in cella solitæ residentiæ. Constitutus personalitèr coram R. P. Iusto de N. Prouinciali Religionis N. huius Prouinciæ, Abbate neque &c. Assistente P. F. Mauro de N. Concionatore eiusdem Ordinis, F. Seuerus de N. Conuersus, principalis quo ad se, & testis, quo ad alios, ætatis suæ annorum 30. Religionis verò 10. & decalarato ei statu suæ causæ in genere; nempè quod in actis habeantur ea, quæ requiruntur ad eum iuridicè interrogandum, &c. præmissaq; monitione de veritate dicenda, delatoq; iuramento, prout iurauit, tactis sacris scripturis, de eàdem dicenda veritate, ad opportunas interrogationes resp. vt infra.

Cōstitutū 1. Rei.

34. Interr. Vbi sit ex familia, & à quanto tempore?

Resp In hoc Conuentu N. & à duòbus Mensibus circitèr.

Interr. An in d. tempore in hoc Conuentu attentatū fuerit furtum aliquid?

Resp. Quidam Adimulus de Occultis, diebus præteritis, furtum gemmarum attentauit in Sacristia huius Conuentus.

Dictum est ei; Vt enarret, quicquid scit, & quomodo hoc acciderit factum.

Resp. Die Veneris, proximè præterita, parum post meridiem, mecum in culina confabulabantur P. Verus de N. & P. Contestadius de N. nostri Baccalaurei; Tunc, ex improuiso in culinam intrauit F. Resistens de N. noster Clericus, dicens, fur reperitur in Sacristia, accurrite quæso mecum. Hic, per modicum temporis spatium, d. F. Seuerus siluit.

Dictum est ei, vt prosequatur; & dicat, an requisitus accurrerit?

Resp. Vtique accurri; & assumpsi in culina magnum cultrum, & erga Sacristiam perrexi, & post me venit Sacristanus, nempè d. Clericus, secum baculum

culum deferens, nec non prædicti P. P. Baccalaurei, & cum perueniſſemus ad Sacriſtiæ oſtium, illud, idem Clericus, manu impulit, & aperuit, & intus inuenimus d. Adimulum, qui manubrio manu ſiniſtra capſulam tenebat, in qua gēmæ cuiuſdam D. Ricchæ ſeruabantur; Hæc ſcio de d. attentato furto.

Interr. An aliquid, aliud tunc acciderit?

Reſp. Illicò d. Sacriſtanus Adimulo dixit; Depone ibi illam capſulam; At verbis, & factis Adimulus contradixit, & magna vi de Sacriſtia exire conatus fuit; Sacriſtanus verò, baculo, quem gerebat eum retrudendo, dixit; Non egredieris, niſi capſulam dimiſeris. Tunc Adimulus eam in terram depoſuit.

Interr. An fuerit tunc vlterius d. Adimulus moleſtatus?

Reſp. Ego contra furem iratus, ſinè dilatione, in Sacriſtiam intrando, d. cultro ictum erga d. Adimuli caput direxi; Sed hoc ictu, non in capite, ſed in brachio, quod ad ſe tuendum eleuauit, non leue ei intuli vulnus; Statim, eodem impetu iracundiæ, in capite aliud inflixi graue vulnus; cum abundanti ex vtroque vulnere ſanguinis effuſione.

Interr. An prædictum cultrum, quo dixit, ſe Adimulum vulneraſſe, recognoſceret, ſi eum videret? *Inſtrumētum, quo vulnus fuit inflictū à Reo recognoſcitur.*

Reſp. Ita Pater.

Tunc R. P. iuſſit, vt culter, ſupra in hoc proceſſu deſcriptus, lineis calami repræſentatus, & in actis inſertus, exhiberetur, & in manibus daretur Rei, ad eum benè videndum, prout &c.

Interr. Vtrum cognoſcat iſtum eſſe cultrum, quo ipſemet faſſus fuit, ſe Adimulum vulneraſſe?

Reſp. Ita Pater; Iſte eſt ille culter, quo à me, duobus ictibus, d. Adimulus vulneratus fuit.

35. Interr. An velit aliquid aliud dicere?

Reſp. Non Pater; Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, dimiſſuſq; fuit cum præcepto ſanctæ obedientiæ de ſilentio, &c. *Concluſio conſtituti Rei.*

Ego F. Seuerus de N. Conuerſus Relig. N. depoſui, vt ſupra.

Ego F. Maurus de N. Concionator N. fui præſens.

Ego F. Fidelis de N Relig. N. Sacerdos Actuarius.

Si Reus neſciat ſcribere, terminetur eius conſtitutum ſic.

Et relectum confirmauit, & neſciens ſcribere, propria manu fecit ſignum Crucis.

Signum Crucis † factum propria manu à F. Seuero de N.

36. Circa depoſitionem Rei, nota; Dum Reus paratus videtur, ad ſuum fatendum delictum, non eſt interrogatorijs interrumpendus; Si verò eius confeſſio in aliquo eſſet deficiens ſine ſuggeſtiuis moueatur, vt integrè fateatur; Et à cœpta confeſſione Reus non interrumpatur, nec examen dimittatur, ne detur occaſio non progrediendi, immò reuocādi confeſſionē. Cum Reo negante vtere forma infra Prax. 4. n. 62. vſq. ad n. 69. *Reus paratus fateri non interrumpatur, nec diſcōtinuetur examen.*

37. Præfatus R. P. Iuſtus de N. Prouincialis N. Abbas viſis videndis, & diligenter perpenſis omnibus, quæ contra F. Seuerum de N. Conuerſum ex proceſſu reſultant; & vlterius perpendens, quod crimen, de quo agitur, eius *Decretū carcera-*

tionis ad custodiā. generis est, vt eius fuga meritò timeri possit, mandauit; prout præsenti decreto mandat; d. F. Seuerum capi, & per modum custodiæ carceri mancipari. Actum in nostro Conuentu N. die 21. Iunij 1656.

Ita est P. Iustus Prouincialis N. Abbas.

P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

38. Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius, fidem facio, d. decretum fuisse per me intimatum d. F. Seuero de N. eumdemq; carceri formali mancipatum ad custodiam fuisse, die qua supra proximè.

Ego P. Fidelis Actuarius.

Testes probant non citata parte; sed cautela. 39. *Formam constituti secundi hic dimitto; cum Reo enim, qui liberè, & plenè in primo constituto confessus est, vt in præsenti processu non est opus, secundo costituto vti; Cuius formam inuenies inf. prax 4. n.66. vsq. 68. Licèt probabile sit testes non citata parte examinatos probare apud nos, vt demonstratum est sup. par. 1. q. 51. n. 6. 7. & 8. Tamen, antequam Index concedat Reo defensiones, & actorum copias, det operam, vt Reus habeat testes pro ritè, & rectè examinatis, vt etiam de iure communi probent, vt supra Par. 1. q. 51. n. 9. & 10.*

Reo datur terminus defensionis. Consiliarius, & copiæ. 40. Volens R. P. Iustus Prouincialis Abbas, in hac causa, & causis, ad vlteriora ritè procedere, decreuit, prout hoc decreto decernit, F. Seuero de N. Conuerso N. præsenti, & habenti testes pro ritè, & rectè examinatis, terminum dare spatium trium dierum, ad suas faciendas defensiones, cum copia repertorum, quæ & tradita ei fuit; Insuper oblatus ei fuit Consiliarius ad sui electionem, qui sibi elegit P. F. Sapientem de N. Concionatorem nostri Ordinis. Omni, &c. In quorū, &c. Dat. in nostro Cōuentu N. die 22. Iunij 1656.

Ita est P. Iustus Prouincialis N. Abbas.

P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

Prorogatur terminus defensionū. 41. Die 25. Iunij Anni 1656. vbi supra. Coram R. P. Iusto Prouinciali N. comparuit F. Seuerus de N. eiusdem Ordinis Conuersus, cum d. suo Consiliario P. F. Sapiente, & petijt sibi prorogari terminum datum ad suas faciendas defensiones, quas vsq; huc perficere non valuit; Omni, &c. Tunc idem R. P. Prouincialis, admissa petitione, si, & in quantum, &c. Prorogauit, iam concessum terminum, alios tres ei concedens dies; Omni, &c.

Ita est P. Iustus Prouincialis N. Abbas.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

Admittūtur defensiones. 42. Die 27. Iunij Anni 1656. in eodem loco, & coram eodem R. P. Prouinciali Abbate, comparauit P. Sapiens de N. Consiliarius F. Seueri de N. Conuersi N. Rei, & hoc præsente, eiusque nomine, defensiones præsentauit, quæ incipiunt. Defensiones F. Seueri de N. &c. Et finiunt. Ego P. Sapiens de N. N. Consiliarius. Et institit pro earum admissione, causæque expeditione; Et idem R. P. omnia admisit, si & in quantum, iussitq; easdem defensiones inseri in actis, prout, &c. Omni, &c.

Ita est P. Iustus Prouincialis N. Abbas.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

43. Defensiones F. Seueri de N. Conuersi Religionis N. prætensi Rei. Re-

digat

digat sibi ad memoriam R. P. Prouincialis Iudex, & tota Diffinitio, illam communem doctrinam; nimirum Iudicem teneri, ne dum ad partis instantiam, verùm etiam ex officio indagare Rei innocentiam; cuius communissimæ doctrinæ pluries, & latè meminerunt Bart. in l. penul. §. ad crimen col. 3. vers. sed quæro, ff. de publ. iudic. per l. & si non defendant ff. de pœnis, Boss. & Farin. q 11. n. 10. Quapropter partes R. P. Prouincialis Abbatis, & totius Diffinitionis erũt, quæ mei imbecillitas ingenij nõ attingit, quæ insolertia in patrocinando non subministrat, quæuè librorum inopia non largitur, ea omnia ab ipsis, qui peritissimi sunt, suppeditari; Ne si quæ sint rationes prætensi Rei mihi ignotæ, intactæ remanere permittantur. Præcipuè verò suppliciter exoro, vt non molestè ferant, si ego in hoc patrocinio præstando, meæ conscientiæ consulam, memor officij mei debitas partes esse, vt omnem diligentiam adhibeam, ne mea, vel incuria, vel imperitia, vel pectoris ignauia, rationes Rei prætensi mihi commissi taceantur, vel etiam opprimantur: Cum ex communi Doctorum sententia, grauissimi peccati culpam, & infamiæ pœnam non effugiam, si alitèr me geram. Forma defensionum.

Igitur ad rem deuenendo; F. Seuerus de N. prætensus Reus, contrà quem per Inquisitionem processum est, ad sui defensam, contrà processum confectum, adducit. (*Hæc quæ sequuntur pro opportunitate inducantur, & amplientur, seù quandò ad rem non essent, in totum, vel in partem dimittantur*:) Quod non benè testes sint examinati, ideòq; contrà examen testium, inducit talia, & talia; *Specificentur particularia, ex dictis in p. p. q. 51. vsque ad 56.*

Contrà personas verò testiũ adducit dictus F. Seuerus, si testes contrà eum examinati fortè sint. P. N. de N., & N. de N. quod non sint fide digni, quia, &c. *Et hic specificentur oppositiones contra personas testium, iuxta tradita in p. p. q. 26. vsque ad quæst. 41.*

Contrà autem dicta testium dicit, & opponit prædictus F. Seuerus, quod nempè, &c. *Etiam hic specificentur oppositiones contrà testium dicta, de quibus in p. par. q. 43. vsque ad 50.*

Contra propriam autem suam confessionem d. F. Seuerus opponit, quod, &c. *oppositiones specifica, de quibus in par. 1. q. 83. à n. 23. vsque in finem. Ita fiet de alijs oppositionibus; nec non petitionibus, puta repeti testes, vt sequitur.*

Præterea idem instat testes examinatos repeti, & interrogari super hæc interrogatoria; Videlicet.

Hic per extensum scribenda erunt interrogatoria, quorum formam; nec non repetitionis testium, cum annexis inuenies infra in Prax. 4. n. 131. vsque ad n. 136.

Ex supradictis concludendum videtur, d. F. Seuerum nullo modo esse plectendum, Dat. N. in Conuentu N. 18. Iunij 1656.

Ego P. Sapiens de N. Consiliarius.

44. Citentur F. Seuerus de N. Conuersus Religionis N. nec non Pater F. Sapiens de N. Concionator eiusdem Ordinis ipsius Consiliarius, ad audiendam sententiam diffinitiuam promulgandam, ad primam diem, de mandato R. P. Iusti de N. Prouincialis Religionis N. huius Prouinciæ, prout, &c. Dat. in Citatio ad sentẽtiam.

in nostro Monasterio N. die 29. Iunij anni 1656.

Ita est P. Iustus Prouincialis Relig. N. Abbas.

Ego P. Fidelis de N. Relig. N. Sacerdos Actuarius

45. *Hæc citatio, per Actuarium præsentetur Reo, & eius Consiliario, & idem Actuarius deinde referet in actis, vt sequitur hic.*

46. Per me Actuarium infrascriptum de mandato, &c. præsentata fuit suprascripta citatio personalitèr F. Seuero de N, Conuerso Reò, nec non P. F. Sapienti de N. Concionatori eius Consiliario Religionis N. die 29. Iunij, anni 1656. in nostro Conuentu N. & in fide, &c.

Citationis executio, & relatio.

Ego P. Fidelis de N. Actuarius Relig. N.

47. *Nota, quod sequens sententia condemnatoria contrà Reum fertur, præsupposito, quod in rei veritate minimè releuantes, & euacuantes probationes, in defensionibus allatæ sint.*

48. In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Gloriosissimæ Virg. Mariæ. Amen.

Forma sententiæ condēdatoriæ.

Christi nomine inuocato. Nos P. Iustus de N Ordinis N. Prouincialis Abbas visis, & diligentèr discussis omnibus, & singulis in causa, & causis coram nobis actitatis, cōtra F. Seuerum de N. Conuersum Religionis nostræ Reum, de consilio R. R. P. P. Diffinitorum huius Prouinciæ N. Pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu nostrum iudicium prodeat, per nostram diffinitiuam sententiam.

49. Christi nomine repetito, dicimus, sententiamus, declaramus, pronunciamus, atq; diffinimus, dictum F. Seuerum in processu contrà eum fabricato, culpabilem, & de Iure punibilem repertum fuisse, ac in pœnam grauioris culpæ incidisse, ideòq; illum ad dictam pœnam condendandum fore, & esse prout illum ad eam subeundam condemnamus, sententiamus. Nimirum, vt, &c. *Hic specificetur pœna seù pœnæ, præsertim iuxtà vniuscuiusque Religionis Constitutiones, Statuta Generalia facta, & facienda seu approbatas consuetudines; Deinde terminetur sententia, vt hic sequitur.*

Et id non solum hoc, sed omni meliori modo. In quorum, &c.

Ita est P. Iustus de N. Prouincialis Religionis N. Abbas.

P. Petrus de N. Diffinitor Relig. N. Prior.

P. Andreas de N. Diffinitor Relig. N.

P. Ioannes de N. Diffinitor Relig. N.

P. Thomas de N. Diffinitor Relig. N.

Locus ✠ Sigilli.

Lata, lecta, & publicata fuit hæc sententia die 30. Iunij, anni 1656. in nostro Conuentu N. & in cella Diffinitionis, præsente, audiente, acceptante, & subscribente eòdem F. Seuero de N. coram testibus infrascriptis ad hæc specialitèr vocatis.

Ego F. Seuerus de N. Conuersus Religionis N. accepto, vt supra.

Ego P. Accreditatus de N. Prior Relig. N. fui præsens vt supra.

Ego P. Senior de N. Sacerdos Relig. N. fui præsens, vt supra.

Ego

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos Relig. N. Actuarius.

50. *Si Reus non acceptaret sententiam, sed appellaret, in fine sententiæ vtendum erit formula, quam infra inuenies in Prax. 4. nu. 149. vbi in sequentibus habentur reliqua præstanda post appellationem.*

51. *Plures duersarũ sententiarum formulas habes infra in 4. Prax. à n. 137. vsque ad n. 148.*

52. *Nota; In sententia subscriptiones, de quibus hic supra, Diffinitorum admodum valere, à sententia enim à solo Prouinciali lata, appellatio datur; Si verò feratur à Prouinciali cum Diffinitoribus, appellatio, quo ad effectum suspensiuum non conceditur, sed tantum quo ad effectum deuolutiuum; Cum autem nostri Actuarij non habeant, sicut habent Notarij, plenam legalitatem; Valdè opportunũ erit ad Actuariorum supplendam fidem, vt saltem duo adhibeantur testes, qui in sententia subscribant, vt hic suprà proximè.* Subscriptio Diffinitorum in sentẽtia ad quid valeat.

Finis Praxis Primæ.



PRA-

PRAXIS SECVNDA;

SEV FORMA PROCEDENDI Per viam Denunciationis.



E, nimio labore afficiantur ij, ad quos hic noster breuis tractatus de forma denunciationis ad manus deuenerit, reuocare debent in mentem, quæ in prima parte huius nostræ Praxis n. 1. egimus, vt congruo ordine procedere valeant.

Denũciatio scripta in actis inserenda. 1 *Quando Iudex per denunciationis viam iudicium inchoaturus erit; denunciationem in actis inseri curabit; Siue in scriptis porrecta denunciatio fuerit, siuè oretenus proposita, & ab Actuario in scriptis redacta; Iuxta tradita sup. in p. 1. q. 19. n. 4. & 5. Et pauca, in quibus diuersificatur processus per viam denunciationis, ab eo, qui est per inquisitionem, sunt ea quæ hic subnectentur.*

Forma denunciationis. 2. Reu. Pater Iuste de N. Prouincialis Prouinciæ N. Abbas Ego F. Auditor de N. Sacerdos Religionis N. denuncio iuridicè Paternitati V. Reu. Fratrem Seuerum de N. Conuersum huius Conuentus, qualitèr die Veneris proximè præterita, sexta huius mensis, magno quodam cultro nostræ culinæ, grauitèr vulnerauit in brachio sinistro, nec non in capite Sæcularem, qui reperitur vulneratus in hoc Conuentu, nomine Animulum de Occultis de Monte Caluo, cum magna sanguinis effusione, in nostra Sacristia; Quod delictum publicum in hoc Conuentu, ego denuncio, non odio, nec maleuolentia, sed honoris Dei zelo, Religionisq; boni. Dat. in hoc nostro Conuentu N. die 7. Iulij anni 1649.

Testes sunt; Patres Fratres Verus de N. & Contestadius de N. nostri Baccalaurei, & F. Resistens de N. Clericus noster Sacristanus.

Ego F. Auditor de N. Sacerdos N. denuncio iuridicè vt sup.

Quomodo se gerere debeat Iudex, porrecta sibi denunciatione, actum est in par. 1. q. 20. Quis verò possit, vel non possit iudicialiter denunciare, quæue sint intrinseca denunciationis requisita, vide ibidem q. 17. n. 19.

Præsentatio denunciationis, electio Actuarij, & decretum inquirendi de corpore delicti. 3. Die 7. Iulij Anni 1649. in nostro Conuentu N. Coram R. P. Iusto de N. Prouinciali N. Prouinciæ N. Abbate præsentata fuit suprascripta denunciatio; Ideo plurimum de integritate P. Fidelis de N. Sacerdotis nostr. Ordinis confisus, idem R. P. ipsum sibi in Actuarium elegit; Decreuitq; prout præsenti decreto decernit, ante omnia de corpore inquirere delicti. Omni, &c. In quorum, &c. Dat. in Conuentu N. die 7. Iunij Anni 1649.

Ita est P. Iustus de N. Prouincialis N. Abbas

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

4. Visum, & repertum, &c. vt sup. Prax. 1. n. 5. & 6.

Decreti inserendi 5. Attentis suprascriptis, cum plenè in actis constet de corpore delicti, R. P. Iustus de N. noster Prouincialis Abbas, supra præsentatam denũciationem,

iussit

iussit inseri in actis, prout, &c. eamque admisit, si, & in quantum, &c. Et volens debitè suo officio satisfacere, decreuit, prout præsenti decreto decernit, in causa, & causis procedere, informationes sumendo, testes examinando, & alia præstando, quæ de iure nouerit facienda, &c. Omni, &c. In quorum, &c. Dat. in nostro Conuentu N. die 8. Iunij 1649. — In actis denunciationem eam admittendi, & procedendi.

Ita est P. Iustus de N. Prouincialis N. Abbas.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

Forma procedendi in delicto non relinquente post se vestigia per viam denunciationis, inuenies infra in Prax 4. n. 20.

Quoniam non rarò Denunciator examinandus est, ad hoc vt suam declaret denunciationem, seu vt cum iuramento plenius denunciata exponat, siuè ad alios similes effectus; Ideò hic forma eum examinandi subnectitur. Sed voluntarius Denunciator, de iure non debet, vt testis examinari; Sicut potest necessarius, puta publicus Denunciator, vt Syndicus, & similis, vt probatum est supra in par. 1. q. 20. n. 9. & 10.

6. Die 8. Iunij, Anni 1649. in nostro Conuentu N. Coram R. P. Iusto de N. Prouinciali N. Abbate vocatus fuit P. Auditor de N. Sacerdos N. Denunciator ætatis suæ annorum 30. Religionis verò 12. & delato ei iuramento, de veritate dicenda, prout iurauit tacto pectore, more Sacerdotali; ad opportunas interrogationes, respondit vt infra. — Examen denunciatoris.

7. Interr. An R. P. Prouinciali ipse aliquam denũciationem præsentauerit?

Resp. Vnam heri præsentaui, contrà F. Seuerum de N. nostrum Conuersum.

Interr. Vtrum recordetur rerum in d. denunciatione contentarum?

Resp. Ita Pater.

Interr. Quomodo ipse res sciat denunciatas?

Resp. Cum ego sim ex familia huius Conuentus, hic pluries, & à pluribus audiui F. Seuerum de N. Conuersum N. vulnerasse, vt in denunciatione, Adimulum de Occultis Sæcularem, & præsertim audiui à P.P. Baccalaureis. Vero de N. & Contestadio de N. qui asseruerunt facto interfuisse, & vidisse, dum F. d. Seuerus magno cultrò in bracchio, & in capite, in nostra Sacristia d. Adimulum vulnerauit, cum magna sanguinis effussione.

Interr. An alij interfuerint d. contensioni?

Resp. Audiui a dictis Baccalaureis, interfuisse F. Resistentem de N. Sacristanum nostrum.

8. Interr. An d. casus sit secretus, vel publicus?

Respondit. Statim post factum prædictum, & etiam postea, ego multoties de eo publicè audiui Fratres in hoc Conuentu inter se colloquentes; & præsertim dictos Baccalaureos, & Sacristanum; Et puto, omnes ferè Fratres huius familiæ vidisse d. Adimulum in nostra forestaria vulneratum, sicut & ego vidi, & vna voce, & publicè assertum fuit, F. d. Seuerum eum vulnerasse, die 6. huius mensis. — Deponitur de fama.

9. Tunc R. P. Iustus de N. Prouincialis Abbas mandauit, vt Denuncianti ostẽderetur, distinctèq; suprascripta denũciatio legeretur, prout, &c. Deinde.

Interr.

Interr. An ista eius sit denunciatio? Velitque aliquid aliud addere?

Resp. Mea hæc est denunciatio, & nihil aliud mihi superest dicendum.

10 Et relectum confirmauit, & propria manu subscripsit.

Ego P. Auditor de N. Sacerdos N. deposui, vt supra.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

Reliqua remissiuè vsque ad n.16.

11. *Examinandus est hic vulneratus; & formam eum interrogandi reperies hic supra in Prax. 1. n. 9. 10. & 11.*

12. *Formam verò examinandi post vulneratum, primum testem, quam hic inseres; habes hic supra in Prax. 1. n. 19. vsque ad n. 25.*

13. *De teste iuuando, vide ibidem n. 26. Deindè pro forma examinandi alios testes, & quæ seruanda sint, vide ibidem n. 27.*

14. *Antequam Reus constituatur, præuidenda erunt adnotata ibidem n. 28. vsque ad num. 32.*

15. *Constitutum Rei cum reliquis vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, inuenies sup. in Prax. 1. n. 33. vsque ad finem eiusdem Praxis.*

16. *Plura, quæ desiderari possunt in proposito adnotabuntur in Praxi 4. & præsertim de appellatione, de apostolis, &c. à n. 149. vsq. ad n. 154.*

Finis Praxis Secundæ.



PRA-

PRAXIS TERTIA.

SEV FORMA PROCEDENDI
Per viam Accusationis.



E Accusationis Praxi, seu forma, breuem tractatum ad commoditatem Iudicum, facturi, necessarium duximus admonere lectorem, vt consulat huius nostræ Praxis primam partem, n. 1. vbi licèt de Inquisitione specialitèr agatur, tamen adnotata sunt ea, quæ etiam possunt spectare ad hunc tractatum.

1. Processum per viam accusationis, dum instruere debet Iudex ante omnia, an legitimus adsit Accusator diligentèr perpēdat, cum verò illegitimum eum inuenerit, nullo modo eum admittat, iuxta c. dignum 3. q. 9. Qui verò legitimus est Accusator, intèr Regulares, aut in scriptis, aut oretenus, statim tamen in scriptis, ab Actuario redigendam accusationem porrigat, iuxtà tradita sup. in p. par. q. 23. n. 8. Et licèt bonum sit accusationē à Regularibus relegari, eo maximè, quod per iuridicam denunciationem suppleri possit, vt post Tho. de Iesu. not. Leza. to. 1. c. 27. n. 22. nihilominus, si Accusatio præsentetur in aliquo casu vt suis cōditionibus non careat, accusationis forma adnotanda erit. Qua accusatione posita, & à Regulari Iudice acceptata, in causa, & causis, eòdem ferè modo procedendum erit, quo diximus in inquisitione speciali, & in denunciatione procedendum esse, vsq; ad sententiam diffinitiuam. Pauca verò quæ in processu Accusationis specialia sunt, hic proximè insinuantur.

Accusator sit legitimus. In scriptis accuset. Quomodo procedendum.

2. Coram R. P. Iusto de N. Prouinciali N. Abbate Prouinciæ N. Comparet personalitèr P. Auditor de N. eiusdem Ordinis Sacerdos, & per viam iuridicæ accusationis exponit; Qualitèr F. Seuerus de N. Conuersus huius Conuentus, die Veneris proximè præterita sexta huius mensis, in nostra Sacristia, cum magna sanguinis effusione, magno quodam cultro nostræ culinæ, grauitèr vulnerauit in brachio sinistro, necnon in capite sæcularem nomine Adimulum de Occultis de Monte Caluo, qui vulneratus reperitur in forestaria huius Conuentus, in quo hoc delictum est publicum. Accusatoris sibi hoc assumpsit officium F. Auditor prædictus non animo calumniandi, neque odio, vel maleuolentia, sed iustitia, boniq; communis zelo, ne delicta impunita remaneant; Spondens ad pœnam talionis, se delictum probaturum, causamque vsque ad finem prosequuturum; Instans pro Rei debita punitione. Dat. in nostro Conuentu N. die 7. Iunij Anni 1649.

Accusationis forma.

Producit in testes.

P. Verum de N. Baccalaureum N.

P. Contestadium de N. Baccalaureum N.

Et F. Resistentem de N. Clericum, & Sacristanum N.

Ego P. Auditor de N. Sacerdos N. accuso, vt supra, & propria manu me subscribo.

3. Pro-

Reliqua de accusatione remissiuè

3. Prosequere hanc Prax. tertiam, registrando hic ad literam ea; quæ habentur sup. in Praxi secunda à n.3. vsque ad n.16. idest vsque in finem;

4. Tantum in hac Praxi erit mutandum, vt hic sequitur; Videlicèt. Vbi in Praxi 2. in testis examine, dicitur. Testis vocatus; In hac Praxi 3. dicendum erit; Testis productus. Item dum in Praxi 2. repertuntur hac verba; Denunciator, Denunciatio, vel similia; In hac Praxi 3. scribendum erit. Accusator; Accusatio, vel similia verba.

5. Et dum delictum, super quod per accusationem producitur esset de illis, quæ post se vestigia non relinquunt, vtenda esset forma, de qua infra in Praxi 4.

Finis Praxis Tertia.



PRA-

PRAXIS QVARTA.

DIVERSARVM FORMVLARVM;

In tribus præcedentibus Praxibus, seu formis procedendi præter missarum, vel quia in illis non congruebant, seu quoniam in singulis ferè indifferenter aptari possunt, siue ad euitandam in ijsdem prolixitatem.



Vdex in primis, qui proficere voluerit, & intelligere, quæ in hac parte vltima nostra Praxis apponenda sunt, debet semper spectare ad ea, quæ in eodem tractatu parte prima n. 1. egimus, vt ex illo recurrendo ad Teoriam, optimè scire valeat, quomodo se gerere debeat in praxi.

1. *De Formulis, quibus Ordinarij Iudices, in iudicialitèr procedendo, vti possunt, in superioribus actum est. At cum frequentèr contingat, Ordinarios eosdem suas alijs committere vices; Formulæ diuersarum Commissionum erunt hic subnectendæ, vna cum formulis, in illis exequendis, à Commissarijs seruandis.*

2. Reu. in Christo P. Prudentio de N. Priore N. P. Seraphinus de N. eiusdem Ordinis Generalis Abbas, salutem. Cum in Prouincia N. quædam sint disponenda negocia, pro quibus nos interesse, sicut cupimus, non valeamus. Hinc te, de cuius prudentia, & Religionis zelo maximè confidimus; virtute præsentium, Visitatorem generalem, & vices nostras per omnia gerentem, super præfatam Prouinciam constituimus, & declaramus; Dantes tibi facultatem, & omnimodam nostram auctoritatem in vtroque foro, visitandi, monendi, corrigendi, puniendi, ligandi, & absoluendi à casibus reseruatis, dispensandi super irregularitatibus; per censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas coercendi, & compellendi; Nouitios ad Ordinem recipiendi, causas cognoscendi, & terminandi; Si opus fuerit in carcerem trudendi, & rigoroso examine contrà quoscumq; nobis subditos vtendi, etiam per torturam funis seruatis seruādis; Capitulum conuocandi, & celebrandi, vbi, & quandò tibi magis expedire videbitur; Electiones confirmandi, seù infirmandi, & generalitèr omnia, & singula integrè perficiendi, quæ nos ipsi facere possemus, si personalitèr adessemus. Præcipientes Religiosis vniuersis in d. Prouincia nobis subditis, vt tibi, perinde ac nobis, in omnibus obediant, pro toto tempore, quo in d. Prouincia commoraberis, & vsque ad decem dies postquam ab ea recesseris. Peracto autem Capitulo, omnibus expeditis, quæ ad tuum officium pertinere poterunt, ad tuam Prouinciam N. redire curabis. In quorum fidem has manu nostra subscripsimus, & sigillo maiori Officij nostri muniri iussimus. Dat. Romæ die 20. Maij 1649. Cōmissio ad visitādam Prouinciam.

P. Seraphinus de N. Generalis N. Abbas.

Locus ✠ Sigilli.

Cōmiſſio publicetur. *3. Supraſcripta Commiſſio perlegenda erit in publico refectorio in ingreſſu Prouinciæ, ad quam Viſitator dirigitur viſitandam; congruumque erit, vt in Conuentu præcipuo, vel de præcipuis, hac publicatio fiat; Necnon coram Capitulo Prouinciali, ad primas functiones, congregato. Tradicta Formula, mutatis mutandis, aptari poterit pro Commiſsione, ad viſitandum vnum, vel plura Monaſteria. In proceſsibus verò frabricandis aliiſq; præſtandis, iiſdem vti poterit Viſitator Formulis, de quibus ſuprà, & infrà, eòdem modo, quo vtuntur Generales, & Prouinciales.*

Cōmiſſio ad vnam cauſam. 4. R. P. Prudentio de N. Concionatori *N.* & Priore P. Seraphinus de N. eiuſdem Ordinis Generalis Abbas, ſalutem.

Cum ad nos per iudicialem denunciationem delatum fuerit, F. N. de N. Conuerſum N. in electionibus facinus ſubornationis perpetraſſe, prout latius in eadem denunciatione, à nobis ſi, & in quantum, &c. admiſſa, ad quam, &c. Cum per nos ipſos, grauioribus negocijs præpediti in hac cauſa, & cauſis procedere non poſſimus. Confiſi de tua doctrina, induſtria, & integritate, virtute præſentium, te Commiſſarium Generalem, vices noſtras, in hac cauſa, & cauſis, per omnia gerentem, conſtituimus, & declaramus; Dantes tibi facultatem Religioſos nobis ſubditos Prouinciæ *N.* ad te vocandi, examinandi, carcerandi, & rigoroſo examine per torturam compellendi; Nec non ſæculares, aliorumq; Ordinum Regulares, quatenus voluntariè examini ſe ſubijciant, alijſq; ſeruatis ſeruandis, examinandi; Cauſamque, & cauſas eaſdem, vſque ad omnimodam expeditionem, & terminationem per ſententiam, ſeù decretum incluſiuè proſequendi. Et ad ſupradicta perficienda, facultatem tibi impertimur quocumq; te conferendi, cum ſocio, ſeu ſocijs tibi benè viſis, teque, & eoſdem à iuriſdictione omnium Prælatorum nobis inferiorum eximimus. Præcipientes in virtute ſanctæ Obedientiæ omnibus, & ſingulis noſtris ſubditis, vt omni mora poſtpoſita, in his, quæ concernunt celerem, & legitimam huius cauſæ expeditionem cum annexis, & connexis, tibi pareant. Dat. Romæ die 20. Maij 1649.

P. Seraphinus de N. Generalis *N.* Abbas.

Locus ✠ Sigilli.

5. Hac vti poteris forma, paucis mutatis, in Commiſsione ad plures cauſas, nec non ad vniuerſitatem cauſarum, vnius ſeu multorum Monaſteriorum, ſiuè vnius, aut plurium Prouinciarum.

Præſtāda à Cōmiſſario ante proceſſum. *6. Commiſſarius, ſeu Delegatus Iudex, ſuas Patentes delegationis literas diligentèr perpendat, ne metas in ipſis ſibi præfixas tranſiliat. Et antequam cauſa proceſſum incipiat, eaſdem Patentes literas, Conuentus Superiori manifeſtet, nec non Religioſis in Refectorio, ſeù Capitulo conuocatis palam legi iubeat; At dum hoc aliquando non eſſet expediens, ſingulis examinandis ſuam notificet authoritatem; Proceſſum verò inchoabit, vt ſequitur.* Vide ſup. q. 4. n. 3. in fin.

Forma procedēdi à Commiſſario. 7. In nomine Domini. Amen. Die 4. Iunij 1649. in noſtro Conuentu Spoleti. Acceptis nuper à R. P. Prudentio de *N.* Priore *N.* Patentibus literis Adm. R. P. Seraphini de *N.* noſtri Generalis Abbatis, manu ipſius ſubſcriptis, & Generalatus Officij Sigillo munitis, ſub dat. Romæ 20. Maij 1649. Quibus

d. P. Prudentius Commiſſarius Generalis inſtituitur in cauſa, & cauſis contra F. N. de N. noſtrum Conuerſum, prout latius in eiſdem Patentibus literis, quæ incipiunt R. P. Prudentio de N. & deſinunt; Dat. Romæ 20. Maij 1649. P. Seraphinus de N. Generalis N. Abbas; Quas inſimul cum denunciatione, de qua in ipſis mentio fit, incipiente. Adm. R. P. Generalis N. Ego P. Auditor de N. Sac. N. iuridicè denuncio; & deſinit. Ego P. Auditor de N. Sacerdos N. iuridicè denuncio, vt ſupra; Idem P. Commiſſarius iuſſit inſeri in actis, prout, &c. (*Vel dicatur de dictis Patentibus*) Quarum tenor eſt talis. R. P. Prudentio de N. &c. *Et hic ad literam Patentes literæ deſcribantur; & hoc præſtandum præſertim erit, dum Commiſſio eſt ad cauſas plures, contrà diuerſos Reos, vt ſinguli proceſſus habere ita poſſint congruum initium.*

8. Commiſſione ergo per P. Prudentium prædictum iuxtà præfatas Patentes literas accepta; Plurimum de integritate P. Fidelis de N. Sacerdotis confiſus, ipſum in eius ſibi Actuarium elegit: Decreuitque, prout præſenti decreto decernit in cauſa, & cauſis ſibi commiſſis procedere, informationes ſumendo teſtes examinando, & alia, prout de iure, præſtando; Omni. &c. In quorum, &c. Inſtituitur Actuarius, & decretũ de procedendo.

Ita eſt P. Prudentius de N. Commiſſarius Generalis N. Prior.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

9. Reliqua præſtanda à Commiſſario, ſeu à Iudice Delegato, ſumenda erunt ex formulis infraſcriptis, vel ex ſupraſcriptis Praxibus ab Ordinario vtendis. Et in delictis poſt ſe veſtigia relinquentibus, non vt hic ſupra proximè, ſed iuxtà adnotata ſup. in Prax. 1. à n. 3. vſq; ad 11. & in hac 4. à n. 43. vſque ad 48.

10. *Tempore Viſitationis cum de iure communi, totum externum contentioſum regimen, ad Viſitatorem pertineat; Ad Prælatos autem inferiores, ſiuè Conuentuales, ſiuè Prouinciales, voluntaria tantùm ſpectet iuriſdictio, vt probat Leza. to. 2. c. 13. n. 28. citans Portel. in dub. Regul. verſ. Prouincialis, in addit. ad add. De quo agit Sanch. lib. 3. de matrim. diſp. 8. Ideò, ſi cauſa, præſertim inchoata, committenda fuerit, en forma, quæ, in calce proceſſus à Prælato Inferiori præſentati, regiſtranda erit.* Contẽtioſum regimen pertinet ad Viſitatores.

11. Die 4. Iunij 1649. in noſtro Conuentu N. In aduentu noſtro ad hanc Prouinciam viſitandam, cum R. P. Petrus de N. eiuſdem Prouincialis, in hoc proceſſu, cauſam, & cauſas præſentaſſet, contrà N. de N. noſtrum Conuerſum, cum omnibus in eòdem proceſſu actitatis; Non valentes per nos ipſos grauioribus viſitationis curis præpediti, cauſam, & cauſas proſequi. Mandamus d. P. Prouinciali, vt ipſe, vel ſolus, vel cum vno, ſeu cum pluribus, aut cum omnibus R. R. P. P. Diffinitoribus huius Prouinciæ, vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè prout de iure, &c. eam proſequatur. Omni. &c. In quorum, &c. Cõmiſſio cauſæ in proceſſu inchoato

Ita eſt P. Seraphinus de N. Generalis N. Abbas.

Locus ✠ Sigilli.

Vtenda hic erit forma in procedendo, vt hic ſup. n. 7. 8. & 9. mutatis mut. Ordinarius, cui fit commiſſio, an per hanc fiat Delegatus, Vide ſup. Par. 1. q. 2. nu. 1.

14. Die

Delegatur examen testium. 12. Die 4. Iunij 1649. in noſtro Conuentu N. In cauſa, & cauſis coram nobis agitatis contra F. N. de N. noſtrum Conuerſum, opus eſt Domini Meuij N. teſtimonium recipere, nec eſt nobis facilè eundem perſonalitèr adire, neq; eum ad nos vocare, cum podagra aliquantulum laboret; Ideò ob rationabiles cauſas, viſum eſt nobis, iuxta noſtras Inſtructiones deſtinare, prout deſtinamus, ad domum d. D. Meuij P. Maturum de N. Sacerdotem N. qui cum ſocio ſibi benè viſo eò ſe conferat, ibiq; prudentèr, & cautè, vel in alio congruenti loco veritatem ab eòdem audire ſatagant medio iuramento. Ita cenſemus, deſtinamus, & mandamus, hoc, & omni, &c.

Ita eſt P. Petrus de N. Prouincialis N. Abbas.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

13. *Si in cauſa procedatur per viam proceſſus, in teſte, vel teſtibus examinandis, vnus ex dictis Delegatis fidelitèr depoſitiones in ſcriptis, altero præſente, rediget; & vtentur formula, de qua ſup. in Traxi 1. n. 16. vſque ad n. 22. quam perluſtrabunt. Si verò per viam procedatur articulorum, magis erit ſummariè examen excipiendum; In vtroque tamen caſu, ſinè ſuggeſtiuis interrogatorijs.*

Prænotāda in generaliſſima inquiſitione. 14. *Sæpè generaliſſima inquiſitio, quæ in viſitatione fit, ad ſpecialem, viam aperit, vnde bonum erit, vt illa in ſcriptis redigatur; Sed antequam ad hanc deueniatur, proficuum erit, vt prius ab aliquibus Religioſis indifferentibus, fide dignis, optimèq; informatis, Viſitator, præſertim aduena, de ſingulis viſitandis in tota Prouincia, compendio informationes ſumat, adnotando in familiarum tabulis, quaſi croniculam ſingulorum;* E. g. P. N. de N. Sacer. Spiritualis, indifferens, ſincerus. P. N. de N. Concionator fide dignus. P. N. de N. Factionarius, largus, modicè veridicus. P. N. de N. Articuloſus, & inquietus. Vt hanc croniculam præ oculis in viſitando habens Viſitator, illicò dignoſcere valeat, quanta fides ſingulis præſtanda ſit; cum quibus ſit inſiſtendum, vt vniuerſales, particulareſque neceſſitates in medium proferant; quiuè audiendi tantum ſint, ſuſpendendumq; circà audita iudicium &c.

Forma generaliſſimæ inquiſitionis in viſitatione. 15. In nomine Domini, &c. Hæc eſt inquiſitio generaliſſima facta à R. P. N. de N. Prouinciali N. Abbate in Conuentu N. 4. Iunij 1649. in qua intimata viſitatione in publico Refectorio, cum efficaci hortatione Religioſis, vt quæcumque, vel in Regulari obſeruantia, vel in morum diſciplina, correptione indigere iudicauerint, ad eumdem corrigenda deferant. Ad cubiculum ſuæ reſidentiæ, idem ſe conferens, vocauit, & interrogauit Religioſos, qui reſponderunt, vt infra.

16. Eadem die, & loco, & coràm eòdem; Vocatus fuit F. Titius de N. Conuerſus N. & de infraſcriptis fuit interrogatus.

An nouerit, vel ab aliquo audierit, aut fama perceperit, aliquid in hoc Conuentu, ſeu in aliquo alio huius Prouinciæ, contrà Dei præcepta fieri? Reſp. Ego nihil ſcio.

Interr. An nouerit, &c. Dei cultum frigidè, aut malè peragi?

Reſp. Ego nihil obſeruaui, niſi in P. Tepido de N. Baccalaureo, qui raro conuenit in Chorum ad Diuinum Officium, celebrationem verò Sacri ſepè

re-

relinquit, & correptus à P. Priore pluries in publico Capitulo nunquam emendatum vidi.

Interr. An nouerit, &c. Aliquid aduerſus Regulam, & eius puram obſeruantiam ſerpere? Reſp. Nihil ſcio.

Interrogatus. An nouerit, &c. Conſtitutiones, & Superiorum ordines violari? Reſp. Silentium ſæpè frangitur etiam de nocte.

Interr. An habeat aliquid aliud ad dicendum; Habeatq; aliquam ſuam indigentiam. Reſp. Non Pater.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego F. Titius de N. Conuerſus N. dixi, vt ſupra.

Hoc modo, ſinguli Religioſi viſitandi, interrogentur, ſingulique proprijs depoſitionibus ſubſcribant, quamuis in illis nihil ſe ſcire affirmauerint, ad hoc, vt, in ſyndicatu, oſtendere poſſit Viſitator, ex defectu non manifeſtantium, ſe remedia præbere non potuiſſe. Et dum viſitatio eàdem die terminata non fuerit, iterum, in viſitationis carta, alia dies apponatur. Et hæc acta ad prædictos, & ad omnem alium bonum finem, apud ſe Viſitator reſeruet.

17. *Dum defectus, in generaliſsima viſitatione reperti leues quotidiani ſunt, pro quibus etiàm leues imponuntur pœnitentiæ; ex adnotatis in ipſamet viſitatione, audito ſimplicitèr imputato, deueniri debet ad debitas correptiones, pro opportunitate, vel ſecretas, vel publicas, nec non ad pœnitentiarum iniunctiones; Si verò defectus eſſent adeò graues, vt meritò ſuper his proceſſus formandus eſſet; Dum delicta, de quibus agitur, de numero eſſent illorum, quæ poſt ſe veſtigia relinquunt, proceſſum generalis inquiſitionis inchoabis, vt hic ſequitur.*

Modus puniendi defectus, in generaliſſima inquiſitione repertos.

18. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & B. V. Mariæ. Amen. Quoniam in generaliſſima inquiſitione in viſitatione facta huius Prouinciæ N. ad aures R. P. Iuſti de N. eiuſdem Prouinciæ Prouincialis Religionis N. Abbatis deuenit, à quodam ex Religioſis N. dicti Ordinis, Adimulum de Occultis, &c. vt hic ſup. in Praxi 1. à n. 3. vſque in finem eiuſdem Praxis.

Poſt generaliſſimam inquiſitionem in ſcriptis redactam, in delicto poſt ſe veſtigia minimè relinquente, proceſſum, vt proximè ſequitur, incipies.

Proceſſus, cui d. inquiſitio viam aperit, in delicto poſt ſe veſtigia relinquente.

19. Quoniam, in generaliſſima inquiſitione in viſitatione facta huius Prouinciæ N. ad aures R. P. Iuſti de N. Prouincialis N. Abbatis deuenit, delictum ſubornationis in electionibus Capituli Prouincialis perpetratum fuiſſe, decreuit, prout præſenti decreto decernit, ſuper delicto, & delictis, de quo, & de quibus ſupra, generalitèr inquirere, informationes ſumere, teſtes examinare, & alia, prout de iure præſtare. Et plurimum de integritate P. Fidelis de N. Sacerdotis N. confiſus, ipſum in eius ſibi elegit Actuarium. Omni, &c. In quorum, &c. Dat. in noſtro Conuentu N. 4. Iunij 1649.

Hic ſubſcribant Prouincialis, & Actuarius.

Die 8. Iunij, &c. vt ſupra mutatis mutandis in Praxi 1. n. 14. vſque in finem illius Praxis.

Proceſſus, cui inquiſitio generaliſſima viâ aperit, in delicto poſt ſe veſtigia minimè relinquente?

Dum verò qualitas delictorum, in generaliſsima inquiſitione detectorum, requireret, vt per viam articulorum in ſcriptis redactorum procedendum eſſet, quorum

veri-

veritas medio iuramento, vel præcepto ſanctæ obedientiæ habeatur; Formula vtenda erit, quam in hac Praxi infra inuenies n.23 vſque ad n.30.

Proceſſus p viã denũciationis in delicto poſt ſe veſtigia minimè relinquẽte.

20. Reu. Pater Abbas Iuſte de N. Prouincialis N. Ego P. N. de N. iuridicè denuncio P. V. Reu. F. N. de N. Conuerſum N.; Qualitèr in proximo præterito Capitulo Prouinciali commiſit in electionibus delictum ſubornationis; Quod ego denuncio, non odio, nec maleuolentia, ſed honoris Dei zelo, Religioniſq; boni. Dat. in noſtro Conuentu N. die 7. Iunij 1649. Teſtes ſunt PP. N. de N. & N. de N. noſtri Baccalaurei; Necnon F. N. de N. Cõuerſus.

Ego P. N. de N. Sacerdos N. vt ſup. iuridicè denuncio.

Admittitur denũciatio cũ decreto de procedendo, & inſtitutione Actuarij.

21. Eãdem die, & loco, coram eòdem; Præſentata fuit ſupraſcripta denunciatio per P. N. de N. Sacerdotem N. & à P. Prouinciali eòdem admiſſa, ſi, & in quantum, &c.; Qui volens debitè ſuo officio ſatisfacere, decreuit, prout præſenti decreto decernit, in cauſa, & cauſis procedere, informationes ſumendo, teſtes examinando, & alia præſtando, quæ de iure nouerit facienda. Et plurimum de integritate P. F. Secreti de N. Sacerdotis N. confiſus, ipſum in Actuarium ſibi elegit. Omni, &c. In quorum, &c.

Ita eſt P. Iuſtus de N. Prouincialis N. Abbas.

Ego P. Secretus de N. Sacer. N. Actuarius.

Formam examinandi denunciatorem, quando opus eſſet iuxta tradita ſupra in Praxi 2. n.5. inuenies ibidem n. 6. vſque ad n.10.

Formam verò examinis teſtium, conſtituti Rei, & reliqua, vſque ad terminationem cauſæ, habes ſupra in Praxi 1. n.19. vſq. in finem illius Praxis.

Cauſæ procedẽdi per viã articulorum.

22. *Non rarò, vel ob non admodum grauem delicti qualitatem, vel quia de delicti corpore non conſtat, ſeu ob aliam ſimilem rationem, contingit, cauſas inchoare, aut proſequi, ſiuè terminare, iudiciaria tela nullatenus ſeruata, ſed per viam articulorum. ex vi articulorum, pœna grauis, puta priuationis, vel ſimilis, infligenda non ſit, niſi articuli in ſcriptis redigantur, & eorum veritas habeatur medio iuramento, vel præcepto Sanctæ obedientiæ, audito Reo, & voto conſultiuo dato Diffinitorum, ſi commodè haberi poſſit, aut grauiorum PP. qui præſentes erunt in Monaſterio; Ideò forma ſequens, ad hac ritè præſtanda, ignoranda non eſt; Et dum præceſſit denunciatio, ipſa prius admittatur & in actis redigatur, ſeruatis ſeruandis.*

Forma procedendi per viã articulorũ in ſcriptis medio præcepto obedientiæ.

23. Cum in decurſu viſitationis huius Prouinciæ N. ad aures R. P. Petri de N. Prouincialis N. peruenerit, F. N. de N. Conuerſum N. abſque legitima licentia de hoc Conuentu exiſſe, & per ſpatium vnius horæ circitèr abfuiſſe ab eo; Decreuit, prout præſenti decreto decernit in cauſa, & cauſis procedere per viam articulorum in ſcriptis redactorum, quorum veritas habeatur medio iuramento (ſeu, Cum præcepto ſanctæ obedientiæ) informationes ſumendo, teſtes examinando, & alia præſtando, quæ nouerit facienda, vſq; ad complementum cauſæ, & cauſarum. Et plurimum de integritate P. Fidelis de N. Sacerdotis N. confiſus ipſum in ſuum Actuarium elegit. Omni, &c. In quorum, &c. Dat. in noſtro Conuentu N. die 4. Iunij 1649.

Ita eſt P. Petrus de N. Prouincialis N. Abbas.

Ego P. Fidelis de N. Sacer. N. Actuarius.

Re;

Reliqua, vt hic proximè n.25. vsque ad n.30.

24. Præsentata cum fuerit coram nobis, in decursu visitationis generalis huius Prouinciæ N. suprascripta denunciatio, contrà F. N. de N. Conuersum N. in qua insinuatur, quod epistolas plurimas Superiorum ad inferiores intercepèrit, & aperuerit, prout latius in eâdem denunciatione, quam admittimus, si, & in quantum; sed quia de corpore delicti nullatenus constat, iudicauimus in causa, & causis procedere, informationes sumendo, &c. per viam articulorum in scriptis redactorum, &c. vt hic sup. n.23. Forma ad idem, præcedẽte denunciatione, vsque ad n. 30.

25. Die, & loco, quibus suprà, & coram eòdem; Vocatus fuit in testem P. N. de N. & delato ei iuramento, prout iurauit tacto pectore (vel; Facto ei præcepto sanctæ Obedientiæ) de veritate dicenda, ad opportunas interrogationes respondit vt infra. Examen testium.

26. *Interrogentur testis iuxtà formam sup. in Praxi 1. exaratam à n.14. vsque ad n.27. mutatis, mutandis magis summariè, at sinè suggestione.*

27. Eòdem die, & loco, & coram eodem. Constitutus F. N. de N. Conuersus N. Reus ætatis suæ annorum 30. Religionis verò 8. & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis, &c. (vel, Facto ei præcepto sanctæ obedientiæ, &c.) ad opportunas interrogationes respondit, vt infra. Cõstitutum Rei.

28. *Vtenda erit summariè forma pro interrogando Reo, de qua sup. in Praxi 1. n. 33. 34 & 35. Rei completo examine, terminus ei ad se defendendum assignatur, cum copia repertorum; Formæ autem ad hæc, elici poterunt, ex d. Prax. 1. n.40. & 41. De defensionibus verò vide n.42. & 43.*

29. Die 8. Iunij 1649. in nostro Monasterio N. R. P. Petrus de N. Prouincialis N. Abbas, visis videndis, & consideratis considerandis; Cum in causa, & causis contra F. N. Conuersum N. processum fuerit per viam articulorum in scriptis redactorum, quorum veritas habita fuit medio iuramento, audito Reo mediantibus suis defensionibus, cum voto consultiuo R. R. P.P. Diffinitorum huius Prouinciæ, definiuit eumdem F. N. de N. repertum esse culpabilem, & punibilem; Et ideò decreuit, prout præsenti decreto decernit, vt priuatus ex stat vtràque voce per tres annos; Insupèr, vt, per sex menses, dicat quotidiè suam culpam in publico Refectorio, more Nouitiorum, & per eosdem sex menses qualibèt sexta feria ibidem se disciplinet per spatium vnius miserere, comedendo tantùm panem, & vinum. Et id non solum hoc, sed omni meliori modo. In quorum, &c. Decretũ cõtrà articulatũ.

Ita est. P. Petrus de N. Prouincialis N. Abbas.

Tradictæ pœnæ; sunt e. g. assignatæ; Sed illæ in facti contingentia imponendæ sunt, quæ delictis conuenient.

30. Latum, lectum, & publicatum fuit hoc decretum, die, & loco, quibus suprà proximè, præsente, acceptante, & subscribente eodem F. N. de N. Conuerso, coram testibus infrascriptis, ad hæc speciàlitèr vocatis.

Hic subscribant Reus, duo testes, & Actuarius.

31. Die 6. Iunij 1649. in Monasterio N. Ego infrascriptus coràm R. P Petro de N. Prouinciali N. Abbate, me declaro, de contentis in denũciatione à me Reuocatur denũciatio.

præſentata contrà P. Magiſtrum N. de N. non habere certam ſcientiam, ſed ſolum, me inconſideratè locutum fuiſſe, de auditu alieno, & exiſtimans d. P. Magiſtrum probum Religioſum, modò denunciata vera eſſe non credo; & ideò dictam denunciationē ſpontè; & ex conſcientiæ impulſu, reuoco, rogans, vt habeatur pro non data. Et in fide præſentem ſcripſi, & ſubſcripſi.

Ego P. N. de N. Baccalaureus N. manu propria.

Proceſſus ſuper epiſtoli vſq; ad n.42. 32. In nomine Domini, &c. Die 6. Iunij 1649. in Monaſterio N. Cum præterito proximo Ordinario, per poſtam (*ſi alitèr fuerit, alitèr enarretur*) deueniſſet ad manus R. P. Iuſti de N. Prouincialis N. Abbatis, quædam epiſtola, quæ incipit. R. P. obſer. Iniuſtitiæ P. N. de N, Et deſinit. Tuſculani 23. Maij 1649. V. P. R. Ser. & obed. Filius F. N. de N. Conuerſus N. A tergo verò; R. P. obſer. P. Prouinciali N. Romam. Et in eādem epiſtola, res contineantur, ſuper quibus informationes legitimæ ſumendæ de iure ſunt; Prædictus P. Prouincialis, vt ritè procederet, ſibi in Actuarium elegit P. Fidelem de N. Baccalaureum N.; Et exhibens dictam epiſtolam, iuſſit eam in actis inſeri, prout, &c. Et decreuit, prout præſenti decreto decernit, ad recognitionem eiuſdem epiſtolæ deuenire, & alia præſtare, quæ de iure præſtanda ſunt. Omni, &c. In quorum, &c.

Quæ inſeri in actis cum decreto recognitionis.

Ita eſt P. Iuſtus de N. Prouincialis N. Abbas,

Ego P. Fidelis de N. Baccalaureus N.

Si eſſet per viam articulorum procedendum, vide hic ſup. n.23. vſque 30. ſupponamus d. epiſtolam eſſe tenoris ſequentis, & eſſe originalem.

Reuer. Pater. obſer.

Epiſtola d. 33. Iniuſtitiæ P. N. de N. Prioris N. vſque ad tyrannidem deuenerunt; & ideò proteſtor, me vlterius manere cum iſta fera beſtia non valere; P. V. alibi me collocet, aliàs non baculo, ſed ferro vtar, & prædictum interficiam; humilitèr eam veneror. Tuſculani 23. Maij 1649. P. V. R. Ser. & obed. Fil. F. N. de N. Conuerſus N. *A tergo verò* R. P. Obſer. P. Prouinciali N. Romam.

34. Die 7. Iunij 1649. in Monaſterio N. Coram R. P. Iuſto de N. Prouinciali N. vocatus fuit in teſtē P. N. de N. Sac. ætatis ſuæ 30. ann. Religionis verò 12. & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tacto pectore, ad opportunas interrogationes reſp. vt inf.

Teſtis examen.

35. Interr. An ſcribere ſciat, & practicus ſit in manuſcriptis recognoſcēdis?

Reſp. Scribere ſcio; Aliqualemquè praxim habeo in recognoſcendis manuſcriptis.

Tunc R. P. iuſſit, vt exhiberetur, & teſti oſtenderetur, præberetur q; in manibus epiſtola, de qua ſuprà; eamq; teſtis in manibus accipiēs, alta voce legit.

Interr. An cognoſcat, cuius manus ſit illa epiſtola?

Reſp. Character huius epiſtolæ eſt F. N. Conuerſi N.

Dictum eſt ei, vt benè, & diligentèr illam inſpiciat epiſtolam; Poſt quam autem teſtis iterum, atq; iterum eam vidit.

Interr. An benè, & quomodo characterem illius epiſtolæ cognoſcat?

Reſp. Benè cognoſco characterem huius epiſtolæ eſſe d. Conuerſi; non modò,

modò, quia pluries vidi eum ſcribentem, & illius character eſt omninò ſicut iſte, quem in iſta video epiſtola, ſed etiam, quia fui præſens, & vidi, dum eamdem ſcriberet; & diligentèr obſeruaui, eſſe illius tenoris, de quo in eàdem epiſtola à me lecta.

Interr. An aliquid vltra dicere velit?

Reſp. Non Pater.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego P. N. de N. Sacerdos N. depoſui, vt ſupra.

Ego P. Fidelis de N. Baccalaureus N. Actuarius.

36. *Eodem modo examinetur ſaltem alter teſtis, qui, dum conteſtatur, deueniendum erit ad examen Rei, vt hic ſequitur.*

37. Eòdem die, & loco, & coram eòdem Conſtitutus fuit F. N. de N. Conuerſus N. ætatis ſuæ annorum 27. Religionis verò 10. Delatoq; ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis ſacris ſcripturis; & manifeſtato ei ſtatu ſuæ cauſæ in genere; præmiſſaq; monitione de veritate dicenda, ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra. Rei examen.

38. Interr. An ſcribere ſciat?

Reſp. Ita Pater.

Interr. An vnquam ſuo P. Prouinciali ſcripſerit?

Reſp. Paucis ab hinc diebus, vnam ei direxi epiſtolam.

Interr. An propria, vel aliena manu d. epiſtola ſcripta fuerit?

Reſp. Mea propria manu illam ſcripſi.

Interr. De qua materia in ea ſcripſit epiſtola?

Reſp. Scripſi de iniuſtitijs P. Prioris N.

Interr. An d. epiſtolam recognoſceret, ſi eam videret?

Reſp. Ita Pater.

Tunc R. P. iuſſit, vt epiſtola exhiberetur, de qua ſupra in actis inſerta, & in manibus Reo daretur, ad eam videndam, & legendam, prout, &c.; Quam cum Reus vidiſſet, & intelligibili voce legiſſet.

Intèrr. An hæc ſit epiſtola prædicta, & manu eius fuerit ſcripta?

Reſp. Hæc eſt mea epiſtola, quam manu mea propria ſcripſi, & P. V. R. tranſmiſi.

Interr. Qua ratione ſcripſerit contrà P. Priorem N. ea quæ in eàdem epiſtola continentur, & legit?

Reſp. Satis rationabilitèr eã ſcripſi, cum ſatis malè ſe geſſerit cum ſuis ſubditis, & præſertim mecum.

Interr. Quo ferro intellexerit in d. epiſtola ſe velle vti, & quare minatus fuerit, ſe velle d. P. Priorem occidere?

Reſp. Nullam ſiniſtram habui intentionem occidendi, vel ferro vulnerandi d. P. Priorem, ſed tantùm, ita iactando, ſcripſi, vt P. V. me remoueret de illo Monaſterio, & ita me ſubtraherem à periculis, in quibus reperiuntur ſubditi illius, cum ſit extrauagantiſſimus, vltrà quam credi poſſit.

39. *Hic, ſi qua alia Reus diceret contrà d. P. Priorem, adnotanda eſſent, & pro* *oppor-*

opportunitate alia addenda interrogatoria. Reliqua verò ad hunc processum terminandum, mutatis mutandis, & dimissis ibidem dimittendis, desumi poterunt supra à Praxi 1. n. 35. vsque in finem praxis eiusdem.

Quid si Reus neget epistolam? 40. *Si Reus epistolam, vel aliam scripturam exhibitam, ab eo confectam esse negauerit: Imperare ei poterit Iudex, vt propria manu in eius constituto verba scribat per Iudicem dictanda: & in dictando, plura ex verbis in d. exhibita epistola, sub diuerso tamen tenore, scribi faciet, vt, ex identitate dictionum, facilius comparatio manus, & recognitio per peritos fieri possit; & ita vniuersalitèr, ait, practicari Ambrosin. de modo fabricandi processum infor. lib. 2. c. vlt.*

Epistola recognita quantum probet? 41. *Prætermittendum hic non est, quod licèt recognitio epistolæ, seu alterius scripturæ priuatæ, facta per scribentem plenè contrà eum probet, Castren. Alex. & Tusch. litera R. concl. 50. n. 29. Sicut etiam dum recognitio facta fuit per contestes, qui viderunt eumdem illam scribere, deponentes de contētis in scriptura, Anchar. Ruyn. Socin. Sen. Crauct. & Ioseph Ludou. in par. 1. decis. Perusin. 7. n. 13. vbi testatur de comm. omnium DD. Subscribunt præsertim Bar. Alex. Gram. Marsil. Paris. & Tusch. vbi sup. n. 2. Si verò contestes tantùm dicant, præsentes fuisse, & scribi vidisse, arbitrio Iudicis remmittitur, an plenè, vel semiplenè probent, Bar. Curt. Ruyn. Caccialup. Ias. & Ioseph Lud. ibid. n. 14. vsque ad 16. testans de comm. requirens in hoc casu ex Didaco, & Alciato, præsentiam trium testium. At dum testes dicunt, scripturam agnoscere, quia notam habent scribentis manum, cum pluries viderint eum scribere, sed non fuisse præsentes, nec vidisse eam scripturam, de qua agitur scribere; Tales testes, licèt contestes essent, non plenè probarent, illam scriptam esse manu prætensi Rei, Alex. Bart. Gram. Mars. Paris & Tusch. vbi sup. Ioseph autem Lud. loco cit. n. 18. sustinet, nullam prorsus eos fidem facere, citando Bar. Bal. Rip. Rom. Ias. & alios, & testando de communi, quæ nullos habet contradictores. Alia est recognitio, quæ per comparationem fit, quæq; non conuincit, Tusch. vbi sup. n. 26. vsque 28. Et de hac diffusè agens Ioseph Ludou. ibidem n. 1. vsq; n. 10. tot requisita huius recognitionis refert, vt ad eam vix pertingi possit; Et nihilominus ea perfecta, eamdem ad torturam inditium non facere in criminalibus, tenuit Farin. lib. 1. cons. 70. n. 14. ex Aym. Curt. iun. Vulpel. & Thom. Triuis.; licèt Mascar. cum relatis ab eo concl. 130. n. 26. contrarium sentiat. Ratio autem cur dictis recognitionibus modica, vel nulla fides adhibeatur, est, quia forma scribendi quotidiè mutatur, & fingitur; Tusch. d. n. 28.*

42. *Ex supradictis infero, quod cum vix legitimæ probationes in recognitione scripturarum habeantur, regularitèr consultum erit, vt in similibus casibus, per viam articulorum in scriptis redactorum, procedatur, iuxtà formam, de qua hic supra n. 23. vsque 30.*

Corporis occisi visitatio. 43. Visum, & repertum fuit per me Actuarium infrascriptum, præsente R. P. Petro de N. Prouinciali N. Abbate Cadauer cuiusdam hominis indutum habitu Monacorum N. iustæ staturæ, barbæ rubicundæ, ætatis, vt videbatur, annorum 30. circitèr; Indumenta autem eius erant; Vnus habitus, cum caputio rotundo, panni rudis, ferè noui, nigri coloris; femoralia, tibialia, & torax ex lino albi coloris; Zona, lana contexta, erat præcinctum, & cal-

& calceamenta in pedibus eius, ex nigro grosso corio. In sacculo dextro femoralium habebat quatuor nummos argenteos, vulgo dicti, Paoli, inuoluti in nasi tergio; & vnam subulam satis oblongam infixam in paruo ligno.

44. Repertum fuit d. cadauer iacens in terra, intrà portam præcipuam horti huius Monasterij N. & propè eam, quod duo vulnera habebat, vnum in medio capitis, satis profundum, vsque ad cerebrum, & securi factum videbatur, & erat longitudinis ferè vnius palmi, alterum in sinistro humero, penetrans vsque ad ossa, longitudinis quasi palmaris, & securi item videbatur factum.

45. Prædictas res in sacculo repertas, vt supra, ego infrascriptus Actuarius accepi animo eas seruandi; Omnia verò supra scripta ego vidi, gessi, & adnotaui de mandato, &c. vt sup. præsentibus R. P. Prouinciali, & testibus infrascriptis ad hoc specialitèr vocatis. Actum in Monasterio N. die 7. Iunij 1649.

Subscribant hic Prouincialis, duo testes, & Actuarius.

46. *Examinari poterunt testes (sed vide in Praxi 1. n. 7.) qui fuerunt vocati, & subscripti in Viso, & reperto, & quatenus opus erit, etiam alij, super prædicti cadaueris recognitione, ad hoc vt de occisi nomine, cognomine, & patria in actis constet, iuxta doctrinam Clari, quem sequitur Ambrosin. de mod. form. proces. inform. lib. 1. cap. 1. n. 26. Qui si statim haberi non possent, relinquendum esse cadauer, vbi repertum fuit, seu deferendum ad Ecclesiam, vel ad locum, vbi pertranseant personæ, quæ occisi cognitionem habeant; Et in omni euentu, lapso competenti interuallo temporis, mandet Iudex, cadauer humari; Et licèt nomen occisi ignoretur, prædicta sufficerent, vt dicatur de corpore delicti constare, Clar. & Ambros. n. 27. sed si cadauer fuisset humatum, antequam vt supra visitaretur ad effectum ipsum visitandi, & recognoscendi, exhumari posset, Clar. & Ambros. ibid. Dum autem cadauer esset, dictis vocatis testibus benè notum. Sufficiet, vt dicatur in Viso, & reperto; Quod cadauer ab illis testibus benè agnitum fuit, esse F. N. de N. &c. Et omnia supradicta redigantur in actis. Et vti poteris, mutatis mutandis, forma in prædictis, & in reliquis ad fabricandum processum, de qua sup. in Praxi 1. In delicto furti cum fractura; Forma visitandi corpus delicti, erit componenda, adamussim enarrando fracturam loci fracti, cum singulis circumstantijs. Dum verò delictum post se vestigia relinquens esset ambiguum, forma sequenti vti poteris.* De eius recognitione. In furto cum fractura.

47. Visum, & repertum, *&c. vt hic sup. n. 43.* Repertum fuit d. cadauer in Cubiculo quodam huius Monasterij N. contiguum scalæ Chori, iacens supinum in terra, totum aqua madefactum, paulo antè, vt asseritur, extractum de puteo d. Monasterij, in quem erat demersum (*si aliqua signa apparuerint vis illatæ, explicentur; Sicut etiã pro opportunitate describantur, in d. Cubiculo, reperta*) Corporis delicti dubij visitatio.

Prædictas res repertas vt sup. ego, *&c. vt sup. hic n. 45. & 46.*

Dum verò ex depositionibus testium, Iudex delictum abesse cognoscet, vlterius minimè procedere deberet, sed simul cum processu silere.

48. Visum, & repertum, *&c. vt hic sup. n. 43* Repertum fuit d. cadauer in Cubiculo quodam huius Monasterij N. contiguum scalæ Chori, iacens supi-

Corporis delicti dubij de veneno visitatio.

num in terra, quo, de mandato R. P. Prouincialis Abbatis, denudato, visum, & repertum est maculis respersum, & coopertum, præsertim circà cordis regionem. Et dicta indumenta, prædictasq; res, *&c. hic sup. n.45. & 46.*

De quo interrogentur Medici.

49. *Supponatur hic testes benè recognouisse cadauer prædictum esse F. Meuij de N. Conuersi N. Et cum in eodem cadauere inueniantur prædictæ maculæ, signa veneni; Cumq; non semper ex causa extrinseca, videlicèt, & cibi, potusque veneno admixti sumptione, venenum contingat, verum etiam ex corpore malè affecto, ex aeris, vel humorum corruptione contractum, vel ex alia causa, vndè incognitum esse possit, non expertis, quid iudicandum sit; Iudex vocato vno, vel pluribus peritis Medicis, cadauer visitari curet, qui separatim, iuxtà sequentem formam (dum sinè scandalo hoc præstari poterit) interrogentur.*

Examen Medici.

50. Die, & loco, quibus supra, & coram eodem. Vocatus fuit Excel. D.N. de N. Doctor medicinæ, ætatis suæ annorum 55. & delato ei iuramento, cui rogatus se subiecit, de veritate dicenda, prout iurauit, tactis sacris scripturis, ad opportunas interrogationes, resp. vt infra.

51. Interr. An nouerit F. Meuium de N. Conuersum N.?

Resp. Benè noui.

Tunc R. P. iussit, eidem ostendi cadauer F. Meuij, prout &c. Et

Interr. An cognoscat, cuius sit hoc cadauer; Videatq; an in eo inditium eius mortis inueniat? Qui D. Medicus diligentèr eòdem denudato, perspecto cadauere in omnibus, & singulis eius partibus.

Resp. Ego optimè nosco hoc cadauer esse d. F. Meuij de N. Certum iudicium de causa mortis eius dare non possum, sed suspicor veneno eumdem peremptum, attentis maculis, quibus hoc est respersum, coopertumq, cadauer, præsertim circà cordis regionem, & iuxta meam professionem, suspicor probabilitèr, veneno interemptum fuisse F. Meuium prædictum.

Interr. An aliquid aliud velit dicere?

Resp. Non Pater.

Et relectum confirmauit, & manu subscripsit propria.

Subscribant hic Medicus, & Actuarius; Deinde testes examinentur.

Examen testis.

52. Die, & loco, quibus supra, & coram eòdem; Vocatus fuit in testem P. N. de N. eiusdem Ordinis Baccalaureus Sacerdos, ætatis suæ annorum 40. Religionis verò 20. & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tacto pectore, ad opportunas interrogationes, resp. vt infra.

Interr. An nouerit F. Meuium de N. Conuersum N.

Resp. Ita Pater.

Interr. An sciat, d. F. Meuium cum aliquo habuisse inimicitiam?

Resp. Iste F. fuit rixosus, vt tota familia huius Monasterij est conscia, & ideò odiosus; Sed nescio quicquam, de aliqua eius graui inimicitia.

Interr. An d. F. Meuius fuerit aliquandò infirmus?

Resp. Paucis ab hinc diebus, tenebatur magnis febribus, & ego, in hac infirmitate, pluries eum visitaui.

Interr. An sciat d. F. Meuium ante, vel in ipsa infirmitate, aliquid nociuū comedisse?

Resp.

Reſp. Nihil ſcio.

Interr. Quis fuit dapifer d. F. Meuij, dum infirmaretur?

Reſp. Pluries vidi F. N. de N. infirmariæ Præfectum, deferentem d. infirmo, cibos, & medicinas.

Interr. An ſciat d. F. Meuium in ſua infirmitate aliquando euomiſſe, poſt ſumptum cibum, vel medicinam?

Reſp. Neſcio.

Interr. An ſciat, d. F. Meuium conqueſtum fuiſſe, in d. ſua infirmitate, de aliqua moleſtia, vel cruciatu?

Reſp. Vna vice, dum eum viſitabam, & erat ſolus, de magna cruciatione circà cor, & in orificio ſtomachi, conquerebatur.

Interr. An ſciat cauſam mortis d. F. Meuij?

Reſp. Credo, ex vehementia malignæ febris deceſſiſſe.

Interr. An velit aliud dicere?

Reſp. Nihil aliud.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Subſcribant teſtis, & Actuarius. Vtere eadem forma in examinandis alijs teſtibus, de facto ſimiliter informatis.

53. *Non obſtante Regula illa; Probationes ſumendas non eſſe de domo Rei; Quam affert præſertim Boſſ. tit. de exami. Reorum, n. 9. & habetur in l. nimis graue, C. de teſtibus; quæ quidem Regula in ciuilibus vtique, non in criminalibus, locum ſibi vendicat, vt notat Ambroſin. de modo form. proceſſ. infor. lib. 1. cap. 5. n. 2. Sæpè Reorum domus perquiruntur, ad aliquid contrà Reos ipſos reperiendum, Clar. in §. furtum, verſ. quæro nunquid, in eius Praxi; hoc enim medio non rarò delinquentium, & delictorum habetur notitia, quæ fortè aliàs non haberetur, in qua perquiſitione, ea, quæ ad cauſam facere videntur adnotata, aſportari, ac deponi poſſunt. Vt autem talis perquiſitio ritè præſtetur, eius accipe formam.* Perquiri poteſt domus Rei.

54. Cum de mandato R. P. N. de N. Prouincialis N. Abbatis fuiſſet F. N. de N. Conuerſus N. carceri mancipatus; Idem P. Prouincialis vna mecū Actuario, & teſtibus infraſcriptis, acceſſit ad cubiculum d. F. N. ſitum in hoc Monaſterio N. contiguum Bibliothecæ, quod reperit clauſum, & iuſſit per vim aperiri, quo aperto in eum intrauit, & ego cum eo, nec non prædicti teſtes, & cum res in eo repertas, perluſtraſſet, diligentèrq; perquiſiſſet, videns quandam capſam albam ibi exiſtentem clauſam, iuſſit eam per vim aperiri, &c. & in ea fuerunt repertæ duæ tunicæ albi coloris, & quædam alia indumenta; nec non vnus culter in ſummitate acutus, totus ferreus, longitudinis duorum palmorum circitèr; Item vna crumena ex ſerico rubeo, cum octo nummis aureis, vulgo dictis, Zecchini, & 25. nummis argenteis, ſeu Paulis, Prædictus verò culter, & pecunia, conſignati mihi fuerunt, de mandato, &c. Omni, &c. In quorum, &c. Act. N. die, &c. Forma huius perquiſitionis.

Hic ſubſcribant P. Prouincialis, teſtes, & Actuarius.

55. *Si Reus inchoato proceſſu ex Monaſterio, vel ex carceribus aufugerit; In actis ſcribatur locus, tempus, modus, atque aliæ fugæ circumſtantiæ; Et ſuppoſito, quod in*

Quid agendum cum Reo fugiente dum proceſſus fabricatur. *actis ſint ſufficientia inditia ad tranſmittendam ei inquiſitionem, ſeu monitorium; ad tradita ſup. Par. 1. q. 78. n. 2. monitorium tranſmitti poterit, vt ſequitur.*

Monitorium ad cõparendum cõtrà Reũ cõtumacem. 56. Nos P. N. de N. Prouincialis N. Abbas Tibi P. N. de N. Baccalaureo N. tenore præſentium, præcipimus, quatenus intra tres dies, ab huius executione computandos, cuius primus dies pro primo, ſecundus pro ſecundo, tertius pro tertio, & peremptorio termino tibi aſſignatur, ſub pœna confeſſorum delictorum, de quibus imputaris, & priuationis omnium officiorum Ordinis, coram nobis comparere debeas, ad te exculpandum, & defendendum ab inſraſcriptis criminibus tibi imputatis; Nempè, &c. (Hic inſeratur tota facti criminoſi ſeries, cum ſuis circumſtantijs, locis, temporibus, & alijs accidentibus alicuius momenti.) Et his patratis in pœnas Iuris incurriſti; deinde in fugam te dediſti. Volumus autem, præſens monitorium noſtrum tibi perſonalitèr præſentari, ſi tua perſona haberi commodè poterit, ſin autem ad portam tui ſoliti cubiculi, & ad valuas Refectorij huius Monaſterij copias illius affigi. Taleq; monitorium ſic executum, ita coarctare, & afficere, ac ſi perſonalitèr præſentatum foret. Certificantes te, quòd ſi in prædicto termino, non comparueris; Nos ſeruatis quatuor terminis iuxtà ſtylum in ſimilibus ſeruari ſolitis, ad declarationem incurſus pœnarum Iuris, illarumq; executionem contrà te procedemus, non obſtantibus quibuſcumque. In quorum, &c. Dat. in Monaſterio N. Die 7. Iunij 1649.

Subſcribant hìc P. Prouincialis, & Actuarius.

57. *Hoc Monitorium Actuarius exequatur, & à tergo ſcribat.* Affixum fuit prædictis in locis die 8. Iunij 1649. *Deinde referat in actis, vt hic ſequitur.*

Monitorij executio, & relatio. Per me Actuarium infraſcriptum de mandato, &c. d. monitorium affixum fuit in ſupradictis, locis, cum Reum inuenire, poſt perquiſitionem, non potuiſſem; Die 8. Iunij 1649.

Ego P. Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

Lapſo autem termino debito, omiſſis alijs citationibus, quæ in ſæcularibus iudicijs ſolent fieri, deuenietur ad ſententiam declaratoriam incurſionis legitimarum pœnarum forma infra adnotandam n. 141. & 142.

58. *Quoniam aliquandò accidit, Reum ex legitimis cauſis Iudicem ſuſpectum habere: Eo caſu ſi ipſemet Reus ſuſpectum Iudicem recuſare velit, antequam in eo conſentiat, hoc præſtare debet, vt probatum eſt ſup. in 1. par. q. 6. n. 22. vſque ad n. 26. aliàs enim à Iudice ſuſpicio tolleretur, ibidem n. 25. & propterea, dum Reus antè Iudicem conſtituitur, ante quam iuret, & in eo conſentiat, ſuis interrogationibus reſpondendo, eumdem ſub ſequenti forma recuſare poterit.*

Quando Iudex ſuſpectus ſit recuſandus.

59. Die 20. Octobris 1649. In Monaſterio N. Coram R. P. Petro de N. Prouinciali N. Abbate, Vocatus, & cõſtitutus P. Auerſus de N. Sacerdos N. ætatis ſuæ annorum 30. Religionis verò 10. & declarato ei ſtatu ſuæ cauſæ, præmiſſaq; monitione, &c. nec non delato ei iuramento de veritate dicenda; Noluit iurare; Recuſando R. P. vt Iudicem ſibi ſuſpectum, cedula præſentata infraſcripta recuſationis.

Forma recuſandi Iudicẽ ſuſpectũ.

Conſtitutus perſonalitèr coram R. P. Petro de N. Prouinciali N. P. Auerſus

ſus de N. Sacerdos N. proteſtauit, ſe non conſentire in eius iuriſdictione, cū ſibi valdè ſuſpectus ſit, & ex grauiſſimis cauſis, ſibi capitalis inimicus, quod ſe exhibet debito tempore probaturum.

60. *Dum non prædictæ, ſed aliæ eſſent ſuſpicionis cauſæ, iſtæ inducendæ eſſent in recuſatione; De quibus ſup. Par. 1. q. 6. n. 35. vſque in fin.*

61. Et cum periculoſum ſit coram Iudice ſuſpecto cauſam dicere, ideò d. P. Prouincialem ſibi valdè ſuſpectum, ex grauiſſimis cauſis capitalis inimicitiæ recuſauit, & recuſat, appellat, & prouocat ad Admodum R. P. noſtrum Generalem. Abbatem Omni, &c. In quorum, &c. Dat. N. die 20. Octobris 1649.

Hic ſubſcribant P. Auerſus, & Actuarius.

62. In nomine, &c. *vt ſup. Prax. 1. n. 33. Sed ſupponatur hic delictum contra Reum conſtare in actis per dictum Adimuli vulnerati, nolentis, niſi mutilatè deponere, vt ſup. Par. 1. n. 9. & 10. Et vlterius per depoſitionem duorum teſtium oculatorum, & auriculatorum, vt ibidem n. 20. vſque ad n 27.* Con[illegible] tentum Rei [illegible] gantis [illegible] tromiſſio- nibus.

63. Interr. Vbi ſit ex familia, & ex quo tempore?

Reſp. In hoc Monaſterio, à duobus menſibus circitèr.

Interr. An in d. tempore in hoc Monaſterio acciderit, vel attentatum fuerit furtum aliquod?

Reſp. Nihil ſcio.

Interr. An nouerit Adimulum de Occultis de Monte Caluo?

Reſp. Non noui talem hominem.

Interr. An ſciat, aliquem vulneratum reperiri in Foreſtaria huius Monaſterij.

Reſp. Nihil ſcio.

Interr. An noſcat P. Verum de N. Baccalaureum huius Monaſterij.

Reſp. Ita Pater.

Eòdem modo interrogetur de P. Conteſladio, & ſupponatur idem reſpondiſſe.

Interr. In quo conceptu d. Pater habeatur, & ipſem et illum habeat?

Reſp. Ego eum habeo pro tali, qualis eſt; & quid de eo alij ſentiant ego neſcio; Illi alij interrogentur.

64. Interr. An in culina huius Monaſterij ſit, vel fuerit aliquis culter ferreus ſine cuſpide?

Reſp. Nunquam hoc obſeruaui.

Tunc R. P. iuſſit, vt exhiberetur culter, de quo ſupra in actis, prout ſtatim fuit exhibitus, & oſtenſus d. F. Seuero.

Interr. An viderit vnquam talem cultrum?

Reſp. Nunquam alias talem cultrum vidi.

Monitus grauitèr, vt caueat a mendacijs, cum in actis habeamus, plenè probatum, ipſum benè conſcium eſſe attentati furti gemmarum in Sacriſtia huius Monaſterij, & contrà furantem d. Adimulum ſe oppoſuiſſe.

Reſp. Nihil ſcio de tali furto, neque de Adimulo.

Iterum grauiùs monitus, vt non perſiſtat in negatiua prædicta, caueatquè à periurijs; Cum non modò in actis habeamus plenè probatū, prædictorum

ipſum eſſe benè conſcium; verum etiam, ipſum ſupradictum cultrum in culina accepiſſe, & cum eo in manu perrexiſſe erga huius Monaſterij ſacriſtiam.

Reſp. Omnia prorſus falſa ſunt.

Monitus iterum, atque iterùm admodum grauius, vt à periurijs cum graui Dei offenſa, & animæ ſuæ, abſtineat, cum prædicta omnia in actis conſtent, in quibus per duos conteſtes apparet etiam, ipſum d. cultro d. Adimulum grauitèr vulneraſſe.

Reſp. Tremula voce. Hoc eſt falſiſſimum.

Videns R. P. Reum pertinacitèr veritatem negantem, dimiſit examen. Animo, &c.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Hic ſubſcribant Reus, & Actuarius.

65. Præfatus, &c. *vt ſup. in Praxi 1. n. 37. & 38. vbi inuenies decretum carcerationis, carcerationem ipſam, & relationem factam de hoc ab Actuario. Deuenitur hìc ad conſtitutum ſecundum.*

Conſtitutũ 2. negantis. 66. Die 12. Iunij 1649. in eòdem loco, & coràm eòdem R. P. Nec non eòdem P. Aſſiſtente. Conſtitutus, & vocatus iterum F. Seuerus de N. Conuerſus N. Reus, extra carceres, delatoq; ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis ſacris ſcripturis, ad opportunas interrogationes, reſpondit, vt infra.

67. Interr. An melius ſit diſpoſitus ad veritatem fatendam de his, de quibus heri examinatus fuit?

Reſp. Ego diſpoſitus ſum ad veritatem fatendam, iuxtà quod heri depoſui.

Dictum eſt ei, vt tandem velit veritatem fateri, ſe Adimulum cognoſcere, & ſcire eum vulneratum fuiſſe, & quis eundem vulnerauit, cum de his conſtet in actis plenè?

Reſp. Ego omninò nihil de his ſcio.

Monitus grauitèr, vt caueat á periurijs, cum ſit in actis plenè conuictus per conteſtes, ipſum ſcire prædicta, immò ipſummet fuiſſe delinquentem, & vulnerantem.

Reſp. Omnia falſiſſima ſunt.

Epilogus. 68. Dictum eſt ei; nimium eum pertinacem eſſe, dum negat ea, de quibus in proceſſu conuictus eſt per plures teſtes conteſtes; Ex quibus vnus deponit. *Hìc ſpecificabis ea, quæ teſtis deponit.* Alter verò teſtis deponit. *Hìc iterum ſpecificabis. Et idem præſtandum erit circà depoſitiones aliorum teſtium, quandò alij eſſent, circa famam, & confeſſa ab ipſo Reo, &c.*

Reſp. Ego dico me innocentem eſſe, quicquid dicant alij, &c.

Legantur hic in facie Rei teſtium depoſitiones, ſic.

Legũtur Reo teſtium depoſitiones. 69. Tunc R. P. ad Reum arguendum, in facie ipſius, teſtium depoſitiones legi iuſſit contrà ipſum examinatorum, ſinè tamen eorum nominibus, & talitèr, vt quantum fieri poſſet non dignoſceretur, quiſnam in ſingulis atteſtationibus eſſet deponens, prout, &c. Et prius lecta fuit ei, ſed non in totum, depoſitio primi teſtis N. de N. vt ſup. ab illis verbis. Paucis ab hinc diebus, &c.

&c. Vſque ad illa. F. Seuerum eum vulneraſſe. Qua depoſitione Reo perlecta intelligibili voce, & diſtinctè. Dictum eſt ei, quid ipſe dicat huic claræ depoſitioni?

Reſp. Ego dico totam eam falſam eſſe.

Tunc de mandato, &c. Perlecta fuit in facie Rei, teſtis ſecundi N. de N. depoſitio, vt ſup. ab illis verbis. Ego quamuis, &c. vſque ad illa; Nihil aliud. Et dictum eſt ei; Vt videns in proceſſu ſe plenè conuictum, veritatem, vt tenetur, fateri non vlterius renuat, nec periuria multiplicet.

Reſp. Innocens ego ſum, & contra me deponentes periuri ſunt calumniatores. Tunc R. P. examen dimiſit; Animo, &c. Ipſumq; conſtitutum in locum ſuum reponi mandauit. Sed antè relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Hic ſubſcribant Prouincialis, Reus, & Actuarius.

70. Eadem die, & loco, & coram eòdem. Conſtitutus F. Diſcolus de N. Conuerſus N. Reus, & delato, ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis ſacris ſcripturis ad opportunas interrogationes, reſpõdit, vt infra Confrontatio teſtis, vt Reum recognoſcat.

71. Interr. An melius ſit diſpoſitus ad veritatem fatendam de his, de quibus iam fuit interrogatus?

Reſp. Ego paratus ſum ad confirmandam veritatem, in alijs examinibus, à me aſſertam.

72. Dictum eſt ei. Alitèr in proceſſu conſtare, quàm ipſe depoſuit; Et quid dicet, ſi teſtes fide digni, teſtificabuntur in eius facie ſuum delictum, & eum delinquentem recognoſcent?

Reſp. Innocens ego ſum, & quiſquis contrarium afferet, falſum dicet.

73. Ad ipſum Reum de mendacio conuincendum, ipſumq; diſponendum ad veritatem fatendam, & ad omnem alium bonum finem, & effectum, R. P. N. mandauit, prout præſenti decreto mandat, adduci tres alios, habitu, facie, ſtatura, & ætate ipſi Reo ſimiles, nempè F. N. de N. F. N. de N. & F. N. de N. Conuerſos Religionis N. & propè ipſum Reum collocari, prout, &c. Deindè mandauit in facie ipſius Rei, & omnium prædictorum, accerſiri P. N. de N. Baccalaureum N. & eo accerſito, delatoq; ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tacto pectore, &c.

Interr. An inter iſtos quatuor, hic in ordine poſitos, ſit ille, de quo, in eius examine mentionem fecit?

Reſp. Inter iſtos eſt ille, de quo ego heri depoſui.

Dictum eſt ei, vt dextera ſua manu eum tangat, de quo ipſe depoſuit; Mouens ſe tunc teſtis de loco, ad locum, manu dextera d. Reum tetigit, dicens; Iſte eſt ille F. Diſcolus, qui, vt depoſui furatus fuit oſtenſorium argenteum in Sacriſtia huius Monaſterij, me vidente.

Illicò Reſp. Reus; Ego non vocor F. Diſcolus, ſed F. Negans; Et neſcio, quid dicat iſte mendax.

74. Tunc R. P. N. mandauit, ad claram amborum intelligentiam, ipſius teſtis examen legi, alias factum die N. huius menſis, quo lecto, & per ambos,

 vt

vt aſſeruerunt, benè audito, & intellecto.

Interr. Teſtis, An, quæ modò lecta fuit, eius ſit depoſitio, & in ea depoſita vera ſint?

Reſp. Ita Pater; Et omnia in ea contenta, vt veriſſima in facie F. Diſcoli confirmo.

Conuerſus R. P. N. ad Reum; Interr. Quid reſpondeat ad ea, quæ iſte teſtificatur?

Reſp. Ego non ſum F. Diſcolus, & teſtis mendax eſt.

Replicauit d. teſtis. Et ego dico, veritatem depoſuiſſe.

Cumq; vterque perſiſteret in ſuo dicto, d. R. P. teſtem dimiſit. Deindè examen continuando, Reo dixit. Nonne vides miſer, quod veritatem negas, quam teſtis in faciem tuam confirmauit?

Reſp. Non veritatem, ſed mendacium firmauit.

75. *Viſa* Rei obſtinatione, R. P. *N.* dimiſit examen; Animo, &c.

Et relectum confirmauit, & manu propria ſubſcripſit; Et ad ſuum reductus fuit locum.

Ponantur hic ſolitæ ſubſcriptiones. Deinde confrontentur, vt ſup. proximè, alij teſtes, &c.

76. Eàdem, &c. *vt hic ſup. n. 70. & 71. mutatis mutandis.*

Confrontatio in tortura ſociorum criminis cum Reo

Interr. Quid dicet ſi ſocius criminis in eius facie cõmune delictum aſſeret?

Reſp. Ego dicam ipſum eſſe delinquentem, ſed me innocentem; At non credo aliquem me imputaturum.

Tunc R. P. *N.* ad diſponendum Reum ad veritatem fatendam, & ad omnem alium bonum finem, &c. Mandauit, ad faciem ipſius F. Diſcoli Rei adduci F. Complicem de *N.* Conuerſum *N.* Quo adducto, & delato huic iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis ſacris ſcripturis, factaq; mutua nominum, & perſonarum recognitione, ad opportunas interrogationes; Idem F. Complex reſpondit.

Interr. An ea, quæ ipſe depoſuit in eius examine die *N.* huius menſis ſint vera, & an ea, velit modo ratificare in facie F. Diſcoli hic præſentis?

Reſp. Ita Pater, vera ſunt, & omnia ea ratifico.

77. Tunc, &c. *vt hic ſup. n. 74. mutatis mutandis.*

78. R. P. *N.* ad tollendam, quantùm fas eſt omnem inhabilitatem, quæ circà perſonam, & dicta ipſius F. Complicis conſiderari poſſet, cum ſe faciat criminis ſocium, & ad omnem alium bonum finem, mandauit d. F. Complicem in conſpectu d. Rei, in caput ipſius, & aliorum nominatorum, duci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, ligari, & funi applicari, prout &c. Et antequam in altum eleuaretur, fuit per R. P. *N.* benignè monitus, ad ſimplicem veritatem fatendam, quæ ſola ab ipſo requiritur.

Reſp. Veritatem depoſui, quam modo confirmo.

79. Ad effectum prædictum tantùm, & non alias, &c. R. P. *N.* mandauit, iuſſit F. Complicem in altum eleuari, præſente d. F. Diſcolo, vidente, & omnia [illegible] intelligente; Qui ſic eleuatus, dixit; [illegible], quare me torquetis, ego veritatem iam dixi.

Interr.

Interr. An ea, quæ depoſuit contra F. Diſcolum, hic præſentem, & alios, ſint vera, & velit ea confirmare?

Reſp. Quicquid in meo examine depoſui contrà F. Diſcolum, hic præſentem, & contra alios, veriſſima ſunt, & ea confirmo. Hei mihi, deponite me ab iſto tormento.

80. Tunc R. P. N. mandauit legi per me Actuarium, ad claram amborum intelligentiam, ipſius torti depoſitionem, de qua ſup. ſub die N. huius menſis, & per ambos benè auditam, & intellectam, vt aſſeruerunt.

Interr. Idem tortus. An, id quod ei modò lectum fuit, eius ſit depoſitio, an ſit verum, velitq; id coram F. Diſcolo ratificare?

Reſp. Quicquid mihi modò lectum fuit verum eſt, & eſt meum examen, illudq; pro veritate, in facie F. Diſcoli ratifico.

Statim F. Diſcolus præſens, ait; Iſte magnus eſt mendax; Et me calumniando animam ſuam damnat.

Cui tortus replicauit; ex hoc non timeo damnationem animæ meæ; cum veritatem dicam.

81. Videns R. P. N. quod vterque perſiſteret in ſuo dicto, mandauit tortum de tormento deponi, ſolui, brachia, reaptari, reueſtiri, & ad ſuum locum reponi, cum ſtetiſſet eleuatus per ſpatium circiter vigeſimæ partis vnius horæ, prout, &c.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Subſcribant Prouincialis, Tortus, Reus, & Actuarius.

82. Die, & loco eòdem, & coram R. P. Petro de N. Prouinciali N. Abbate Comparuit perſonaliter F. Pardus de N. Conuerſus N. Reus prætenſus in cauſa, & cauſis, de quibus ſup. Aſſerens ſe detentum fuiſſe, & eſſe tali impedimento, ne talia fecerit, & faciat, Nec poſſe torturæ funis ſubijci (*ſpecificetur hic impedimentum, &c.*) Ideò d. R. P. elegit, & deputauit peritum ſpectatorem huius facti F. N. de N. Conuerſum N. infirmariæ Præfectum, vt cum ſocijs ſibi benè viſis videat; An res ita ſe habeat, ſicut aſſerta fuit, & deinde omnia referat ad d. R. P. vt ad vlteriora procedere valeat. Omni, &c. Forma re cognoſcẽdi in Reo, vel in teſte impedimentũ.

Subſcribant hic Prouincialis, & Actuarius.

83. Supradictus F. N. de N. eàdem die, vna mecum, ad Carcerem ſe contulit, vbi inuenit d. F. Pardum, & de mandato &c. præſentibus infraſcriptis teſtibus, vidit, & audiuit, &c. *Hic ſpecificetur.* Deinde coram d. R. P. eòdem die, & loco comparuit, & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis ſacris ſcripturis, retulit, vt infra.

Interr. An perfecerit, vt Peritus ea, quæ in mandatis habuit?

Reſp. Ita Pater, Comitibus P. N. de N. & P. N. de N.

Dictum eſt ei, vt referat, quæ in propoſito, vidit, & audiuit.

Reſp. Fui ad carcerem, vbi inueni F. Pardum de N. & vidi, &c.

Hic ſpecificentur ſingula. Deinde ſubſcribant Peritus, duo teſtes, & Actuarius.

84. Quoniam F. Videns de N. Conuerſus N. depoſuit contra quemdam Religioſum eiuſdem Ordinis, quem de viſu tantùm, cognoſcere dixit; Ideò

Forma recognoscēdi Reum, qui a teste ex visu tātum cognoscitur.

ad hoc, vt melius constet, an F. N. de delicto prætenso ab alio teste imputatus, sit ille, contrà quem deposuit d. F. Videns, iussit R. P. N. &c. in medio quatuor aliorum Fratrum, habitu, & statura, quo ad fieri potuit similium, nempè, &c. (*Hic nominentur isti quatuor Fratres*) præsentari d. F. N. in faciem d. F. Videntis, prout executum fuit; Et introductus ipse F. Videns ad præsentiam prædictorum delatoq; ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis sacris scripturis, ad opportunas interrogationes, resp. vt infra.

Interr. An inter istos hic præsentes, sit ille, de quo ipse deposuit in processu furtum perpetrasse? & videat, & singulos benè inspiciat. Qui testis cum oculos in singulos adstantes direxisset, & intuitus eos sufficientèr fuisset.

Resp. Inter istos est ille, qui calicem, vt deposui, furto subtraxit. Dictum est ei, vt manu d. delinquentem tangat, & designet.

Resp. Et dixit, manu designando, & tangedo; Iste, qui positus est hic in secundo loco, habitu nouo indutus, quiq; pileum satis pulchrum, & curiosum in manu gerit, est ille delinquens, de quo, iuxta sinceram veritatem, ego in processu deposui, & iterum depono, furtum calicis in nostra Sacristia perpetrasse. *Si dictus designatus, aliqua verbā proferret, vel signa aliqua daret, seu etiam, sileret,* hic adnotandum esset. Et cum ille indicatus à F. Vidente esset N. de N. prætensus Reus, de quo in processu, alij prædicti introducti quatuor licentiati fuerunt, Reusq; detentus, &c. Omni, &c. In quorum, &c.

Subscribant hic Prouincialis, Testis, & dum aliquid dixerit, etiam Reus, & tandem Actuarius.

Obseruāda in recognitione, de qua infra proximè.

85. *Dum recognitio Rei facienda esset ipso negante, se esse illum, de quo in sententia condemnatoria, vel contrà quem testes deposuissent, quod contingere, tunc præsertim posset, intèr Regulares, dum aliquis Apostata, in aliena Prouincia caperetur. In hoc, & similibus casibus, ponatur idem Reus inter tres, vel quatuor alios ætate, statura, & aspectu, quantum fieri potest, similes, vt omnis occasio falsum fabricandi euitetur, vt docet Chartar. & post ipsum Ambrosin de modo forman. process. inform. lib. 6. c. 2. n. 3. & vt sequitur Reus prius, postea testes, qui eum recognoscere poterunt, interrogabuntur.*

Recognoscitur Reus negās se illum esse, qui est.

86. Interr. Reus prætensus. Quomodo vocetur? Et quæ eius sit professio?

Resp. Vocor. P. Negans de N. & sum Eremita.

Tunc R. P. N. de N. Prouincialis N. Abbas ad faciendam personam constituti recognosci, mandauit ad locum examinis adduci tres Fratres, qui magis similes, ætate, statura, & aspectu reperiri potuerunt in hoc Monasterio N. (*Hic explicentur nomina horum trium Fratrum.*) Qui simul ducti, mandauit R. P. vt ordinatè collocarentur, & inter eos d. prætensus Reus constitutus in secundo loco; Successiuè autem mandauit, vt, in facie prædictorum, conducetur P. N. testis, qui conductus, delatoq; ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis sacris scripturis, ad opportunas interrogationes, respondit, vt infra.

Interr. An cognoscat has quatuor personas, hic præsentes? Et ostensi fuerunt ei d. Constitutus, & prædicti tres Fratres.

Resp. Benè cognosco quatuor istos Fratres.

Di-

Dictum eſt ei; ſi ſciat, vt ſingulos proprio nomine, patria, & profeſſione appellet.

Reſp. Hic primus vocatur F. N. de N. Hunc ſecundum, qui defert Eremitalem habitum, ſatis benè noſco, eſſe F. Diſcolum de N. noſtræ Religionis Conuerſum; Tertius hic F. eſt N. de N. & quartus hic, eſt F. N. de N. noſtri Conuerſi.

Interr. Quomodo ſciat hunc ſecundum, qui ex habitu videtur Eremita, eſſe F. Diſcolum de N. noſtrum Conuerſum?

Reſp. Scio, quia anno elapſo, per duos circitèr menſes, commoratus fui in noſtro Monaſterio N. & eòdem tẽpore, iſte F. Diſcolus, ibi erat ex familia, & erat coquus.

Dictum eſt ei, vt manu tangat eum, qui, ex iſtis quatuor, eſt F. Diſcolus.

Tunc teſtis dextera tetigit d. F. Conſtitutum, Reum prætenſum, qui in ordine ſecundus erat, & ait. Iſte, qui in ordine eſt ſecundus, eſt F. Diſcolus, de quo ſuprà depoſui.

At d. ſecundus Conſtitutus, tunc reſpondit; R. P. neſcio, quid dicat iſte Frater, dum aſſerit ſe me cognoſcere; Ego eum non cognoſco; numquam fui in veſtro Monaſterio N. Credo, quod ſomniet, dum ait me fuiſſe ex veſtra Religione, & quod fuerim coquus; Nec ego vocor F. Diſcolus, ſed F. Negans.

Interr. d. N. teſtis. Quid reſpondeat ad verba hominis iſtius, quem ipſe tetigit?

Reſp. Ego aſſeuero ipſum, F. Diſcolum vocari, & ab omnibus ita vocabatur in d. Monaſterio; eumq; optimè recognoſco.

Cum autem, tam teſtis, quàm prætenſus Reus, in eorum perſiſterent dictis; R. P. d. teſtem dimiſit.

87. *Idem fiat cum alijs teſtibus; Quibus conteſtantibus; licentiatis teſtibus, interrogetur, vt ſequitur, Reus perſiſtens in negatione.*

88. Interr. Quomodo audeat negare, ſe eſſe F. Diſcolum de N. cum ſit recognitus, & conuictus a pluribus teſtibus, ſe illum eſſe?

Reſp. Ego, non F. Diſcolus, ſed F. Negans, vocor, ſum Eremita, non autem de veſtra Religione.

Monitus, vt deſiſtat multiplicare periuria, quia, etſi in negatiua perſiſtat, vt conuictus, ſententia condemnatoria contrà eum exequi poterit.

Reſp. Ego F. Diſcolus certè non ſum; Nec debeo condemnari cum innocens ſim; Et demoſtrabo in meis defenſionibus, quas peto.

Tunc R. P. N. &c.

89. *Animaduerte, quod quamuis prædictus Reus Conſtitutus in ſua perſiſteret negatione; nihilominus, ſi per teſtes ſufficientèr conuictus erit, quod ſit ille F. Diſcolus, condemnatus in ſententia, hac aſque alia confeſſione, executioni demandari poterit. Farin. q. 11. n. 25. & Ambroſin. vbi ſup. lib. 6. cap. 2. n. 5. Si verò conuinci non poterit, ipſum eſſe illum, de quo in ſententia condemnatoria, puta, quia haberi non poſſunt conteſtes, qui illum recognoſcant, ſi aderit probatio ſufficiens, vel inditia æquipollentia ad torturam, poterit ſuper identitate perſonæ, & illius recognitione* Quid ſi d. Reus in negatione perſiſtat?

tor-

torqueri, Chartar. quem ſequitur Ambroſin. vbi ſup. n.7. Quo caſu talis Reus interrogandus eſſet, non modò de nomine, patria, profeſſione, &c. Verum etiam de tempore diſceſſus à ſua patria; vbi interim commoratus fuerit; qua de cauſa diſceſſerit; & de alijs pro opportunitate, prout natura cauſæ, inditiorum, & ipſius condemnati reſponſiones, occaſionem præbebunt, Chartar. & Ambroſin. vbi ſup. n.8. Quod ſi Reus tortus fateatur, ſe eſſe illum Fratrem Diſcolum, de quo in ſententia condemnatoria, quamuis dicat, ſe delictum non commiſiſſe, ad eiuſdem ſententiæ executionem deueniri poterit, Chartar. & Ambroſin. vbi ſupra n. 10. Si verò in negatiua perſiſteret, relaxandus, & liberandus eſſet, Farin. q.11. n.25. verſ. amplia rurſus, in fin.

De leui tortura teſtiũ, & quot ſint examinandi.

90. *Teſtes non ſunt adeò grauitèr torquendi, ac ſi Rei principales eſſent, ſed leuius, arbitrio Iudicis; Qui arbitrabitur, quandò plures, vel pauciores, aliqui, ſeu omnes, iuxtà perſonarum, delictorumque qualitates, torquendi erunt, Clar. quem ſequitur Ambroſin. de modo form. proceſſ. inform. lib.1. c.4. n.17. & 18.*

91. Interr. An arma aliqua vnquam viderit in huius Monaſterij Sacriſtia?

Forma interrogandi, & cogendi teſtem, renuentem reſpõdere, ſub ſcribere, &c.

Reſp. Quod ſciebam, dixi, nihil vltra dicam.

Dictum eſt ei; vt ad interrogata reſpondeat. At noluit reſpondere.

Dictum eſt ei, vt ſuo examini ſe ſubſcribat. Reſp. Nolo.

Cumque prius benignè, deindè grauitèr fuiſſet monitus, & increpatus à R. P. N. de ſua renitentia, vt ad interrogata reſpondeat, & deindè depoſitis ſubſcribat. Permanſit in ſua pertinacia, riſuque, & verbis impertinentibus Iudicem contemnere cæpit.

Tunc R. P. N. teſtem iterum, atque iterum corripuit, & monuit, vt reſponderet, & ſubſcriberet. Videns verò, quòd in ſua pertinacia contumacitèr perſiſteret; Decreuit, prout præſenti decreto decernit, vt idem P. N. de N. teſtis, maneret in ſuo cubiculo, nec indè exiret, ibique in pane, & aqua ieiunaret, quoaduſque mandatis pareat. (*Si opus fuerit, & rei grauitas poſtulet, compellatur teſtis per grauiorem torturam, ſeu per excommunicationis comminationem.*) Dat Die N. &c. in Monaſterio, N.

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

Si teſtis poſtea reſipiſcat, eius depoſitio, vt ſequitur in actis notetur. Die N. &c. vbi ſuprà. Licentia obtenta de ſuo cubiculo exeundi, comparuit d. teſtis coram R. P. N. veniamq; de inobedientia petijt.

Reſipiſcens interrogatur.

Interr. Autem ſtatim fuit. An in huius Monaſterij Sacriſtia vnquam arma viderit aliqua?

Reſp. Vidi, ſunt iam decem dies, intra ſcrinium, ſeu credentiam d. Sacriſtiæ, vbi pluuiale, & tunicellæ ſeruari ſolent, duo archibuſeta, vulgo d. Ca-mazagatte, &c.

Fiant pro opportunitate alia interrogatoria; ſubſcribatur, &c.

92. Tunc R. P. Prouincialis Abbas. Viſis, &c. Stante qualitate F. N. de N. teſtis, & conſiderata eius inhabilitatis nota (*explicetur ſpecies inhabilitatis*) qua affectus eſt, ad tollendam maculam, ac ad omnem meliorem finem, & effectum; Mandauit, prout præſenti decreto mandat, eumdem F. Diſcolum per integrum diem in ſuo cubiculo recludi, & vt cum nemine loquatur, ibiq;

Tortura teſtis inhabilis.

in

in ſolo pane, & aqua ieiunet (*Vel pro opportunitate, & grauitate facti, dicatur.*) *Duci ad locum torturæ, &c. iuxta formam, de qua infra hic n. 98. cum ſequenti.*

Actum in Monaſterio N. die N. Menſis N. Anni N.

Subſcribant Iudex, Teſtis, & Actuarius.

93. Tunc R. P. Prouincialis Abbas; Viſis, &c. Ac perpenſa variatione, & inconſtantia F. *N.* de N. teſtis, qui in priore examine facto, die *N.* &c. aſſertiuè depoſuit, ſe vidiſſe F. N. de *N.* gladio vulneraſſe P. *N.* de *N.* In præſenti verò, idem deponat ſub dubitatione, & vulneraſſe baculo, non inducendo huius variationis ſufficientem, aut veriſimilem cauſam; Ad tollendam maculam periurij, & variationis, ſi quæ ineſt, nec non ad ſciendum, in quo dicto teſtis perſiſtat, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum; Citrà tamen præiudicium quorumcumq; iurium Fiſco, ex dicta priore eius depoſitione acquiſitorum, quibus, per præſentem torturam, nullo modo præiudicare intendit, & non aliàs, alitèr, &c. de quo expreſsè proteſtatur; Mandauit, prout præſenti decreto mandat, ipſum teſtem in carcerem formalem trudi, manicis ferreis conſtringi, & in compedibus poni, nec cum aliquo loqui, ibiq; ſolo pane, & aqua veſci, donec puram facti veritatem teſtetur, &c. *Vel alitèr in decreto dicatur pro qualitate facti, & perſonæ. Et ſubſcribant Prouincialis, Teſtis, & Actuarius.* Tortura teſtis varij.

94. Præfatus R. P. Prouincialis Abbas; Viſis, &c. examinibus P. *N.* de *N.* & P. *N.* de N. teſtium deponentium, F. Videntem de *N.* noſtrum Conuerſum in teſtem vocatum, fuiſſe præſentem, & ſcire perpetrati criminis ſeriem, pluribuſq; monitionibus ipſi F. Videnti præmiſſis, vt veritatem fateatur, veriſimilèq; ſit ipſum vidiſſe, quomodò factum ſe habuerit, & quis delinquens fuerit, quamuis hæc ipſe neget expreſsè; Conſideratiſq; alijs inditijs, ex proceſſu reſultantibus, & contra eum facientibus, &c. Idem R. P. ad habendam à F. Vidente plenam, & integram veritatem, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum. Mandauit, &c. *vt hic ſup. n. 92. vel 93. Vel pro varietate contingentium; Dices, e.g.* Conſiderato, quod examinatus eſt vicinus; *vel*, ſolitus locum frequentare, in quo cadauer repertum fuit, & propterea, quod informatus eſse poteſt; mala etiam fama, & opinione eius concurrente. *Seu*, Conſideratis verbis per ipſum extraiudicialitèr prolatis, de quibus in Actis, ex quibus apparet, ipſum eſse informatum. *Varientur verba decreti, pro varietate facti, &c.* Tortura teſtis negantis id, de quo veriſimiliter eſt informatus.

95. Int. & monitus, vt factæ interrogationi reſpondeat. Noluit reſpŏdere. Interrogatus Reus nolens reſpondere, cogitur præcepto, & tortura.

Interr. Quare reſpondere recuſet? Non modo cauſam non allegauit, non reſpondendi; Sed omnino ſiluit. Et ideò R. P. præcepit ei ſub præcepto formali ſanctæ Obedientiæ, & ſub pœna inobedientiæ, nec non confeſſi criminis, & etiam ſub comminatione torturæ, vt ad interrogata reſpondeat. Reſponſum nullum dedit.

Monitus, vt non ſit vlterius contumax, & obſtinatus, aliàs enim ad pœnas, & ad torturam deuenietur.

Nihil prorſus reſpondit.

Interr. Et iterum, atque iterum monitus, vt reſpondeat.

Nec verbum quidem reſpondit.

Viſa per R. P. N. obſtinatione, pertinacia, & inobedientia F. Diſcoli; reſeruando ſibi ius, decernendi, & pronunciandi, quandò voluerit, ipſum dictas pœnas incurriſſe, &c. Mandauit eundem, in carcerem detrudi, ibique manicis ferreis, & compedibus conſtringi, & tantum eidem, vt ſubminiſtraretur panis, & aqua, donec interrogatis reſpondeat; Declarans ad ſolam extorquendam reſponſionem, hanc ſe infligere torturam. Actum, &c. *Cum ſubſcriptionibus Iudicis, & Actuarij: Et hæc formula valebit contrà non reſpondere congruè volentem, affirmatiuè, vel negatiuè, ſed per verbum, non recordor, non ſcio, &c. dummodò conſtet de corpore delicti; Tempus autem, & modus huius torturæ, remittitur arbitrio Iudicis, Ambroſin. de modo form. proceſſ. inform. lib. 2. c. 7.*

Præuidēda ante torturam funis. 96. *Diligentèr præuidenda, & prænotanda ſunt proximè ſequentia, antequam ad funis torturam deueniatur: Nempè, vt ad hanc præſertim funis torturam minimè, ſinè decreto de torquendo, deueniatur. Huiuſmodi autem decretum ita interponendum erit, vt ſtatim, quaſi vnico conteſtu poſt illud, niſi aliud obſtet, ad torturam deueniatur, Ambroſin. de modo form. proceſ. inform. lib. 3. cap. 1. n 26. Palamque interponi minimè debet, ne Reo appellandi detur materia, Clar. & Ambroſin. ibid. n. 27. Et propterea mandabit Iudex, Reum negantem, ad tortura locum duci, ibiq; ſpoliari, ligari, & funi applicari, & ibidem factis Reo monitionibus de veritate fatenda, & ne patiatur in altum eleuari, ſi pertinax fuerit, in altum eleuari mandabit Clar. & Ambroſin. ibid.*

Appellatio Rei à tortura, an ſit admittēda? 97. *Et dato, quòd Reus appellaret, poſtquam tormentis applicatus fuerit, eius appellatio accipienda non erit: ſicut recipi deberet, ſi Iudex palam anteà pronunciaſſet, Reum eſſe torquendum, vel contrà eum ſufficientia extare inditia ad torturam; dum idem Reus, antequam tormentis applicaretur, appellationem interponeret, Clar. Chartar. & Ambroſin. ibid. n. 28. Item, antè illationem torturæ, vide omnino notata ſupra, q. 99. n. 5. Item antequam Iudex deueniat ad torturam funis, notet, & ſeruet, quod dictum eſt q. 100. n. 10.*

Forma inferendi torturam funis. 98. Die, &c. *vt hic ſup. n 66. vſque ad n. 69. totum, vel partem, pro opportunitate.* Tunc R. P. N. viſa pertinacia, & obſtinatione F. N. de N. Viſis, & conſideratis diligentèr inditijs contrà ipſum exiſtentibus, eum duci ad locum torturæ, & ibi ipſum expoliari, ligari, & funi applicari, mandauit; Et hoc ſinè præiudicio quorumcumq; iurium Religioni, quomodocumq; acquiſitorum, & aliorum omnium, de quibus idem N. eſſet conuictus, vel confeſſus, ſuper quibus R. P. N. ipſum non intendit torquere, de quo proteſtatur, & huiuſmodi proteſtationem repetit nunc, prout ex tunc, in quolibèt actu, & non aliàs, &c. Ductus verò ad locum torturæ d. F. N. dum ſpoliaretur, & ligaretur, iterum à R. P. N. benignè monitus, & hortatus fuit, vt tandem veritatem manifeſtet, nec expectet in funem eleuari, prout eleuabitur, ſi in obſtinatione perſiſtet.

Reſp. Infligite mihi, quantam vultis funis torturam, & ego ſemper in depoſita à me veritate perſeuerabo.

99. Ani-

99. Animaduertens R. P. N. in pertinacia obstinatum d. F. N. iam expoliatum, ligatum, & funi applicatum sursum eleuari mandauit; qui eleuatus, clamauit; Iesus, Iesus, quæ iniustitia, quæ crudelitas est ista? Sursum eleuationis.

100. *Subnectam hic formulas pro diuersis gradibus huius torturæ funis; circa quos animaduertat Iudex, vt nullo modo eos infligat, nisi ponderatis ijs, quæ dicta sunt in p. par. hic sup. q. 99. ne. in re tam graui, cum errare contingat.*

101. Monitus, ne patiatur in tormento detineri, sed veritatem fateatur.

Resp. Veritatem iam fassus sum, & eam confirmo.

102. Videns R. P. N. torturam F. N. paruipendere, & parum tormenta sentire, eo quod corpore robustus sit; Mandauit, sinè ictibus, funem modicum quassari, & moueri; Quo præstito. Quassationis funis.

Interr. An tandem mendacia dimittere velit, & veritatem fatendo de tormento deponi?

Resp. Semper veritatem deposui; nec alitèr vnquam dicam.

103. Tunc R. P. N. mandauit, vt F. N. darentur duo ictus funis; Quo facto, tortus exclamauit; O crudelitas, ò crudelitas iniqua, & postea, per aliquantulum spatium temporis, tacuit. Duorum ictuum funis.

104. Inde R. P. N. mandauit ad pedes F. N. ferreos compedes apponi (*seu lapidem alligari ponderis librarum N.*) Et hoc adimpleto exclamauit F. N. Hæc est crudelitas, quæ neque apud Turcas exerceretur; Et monitus, vt veritatem dicat. Resp. Deponite me de tormento hoc, non possum vltra sustinere; & omnia manifestabo. Alligationis ponderum.

Dictum est ei, vt veritatem fateri incipiat, & postea deponetur.

Resp. In hoc tormento nihil dicere possum; Deponite me, & omnia dicã.

105. Stante hac promissione, & ad prædictum tantum effectum, &c. Animo tamen, &c. Mandauit R. P. N. leuitèr ipsum F. N. de tortura deponi, & super scamno ligneo accommodari; Quo executo. Depositionis ob promissionem fatendi.

Dictum est ei; Vt veritatem fateatur, promissumq; seruet.

Resp. Veritatem iam fassus fui; Nec possum alitèr dicere.

Dictum est ei; Vt promissum seruet in tortura factum, omnia dicendi, cum sincera veritate, alias statim in fune eleuabitur.

Resp. Torqueat me P. V. quantum vult; Et ego alitèr non deponam, quam id quod pro veritate deposui.

106. *Posset hic obijci, torturam eodem die repeti non posse, vt probatum est sup. in p. par. q. 106. n. 22. & propterea non ritè in hac formula sequenti insinuari, vt non modò eòdem die, sed etiam eàdem hora, iterum, atque iterum Reus de tortura deponatur, & iterum, atque iterum in altum eleuetur, ita enim videtur, quod tortura repetatur pluries eòdem die, immò, & eàdem hora. Solutio erit, quod ista non est repetitio torturæ, quæ prohibita est eòdem die, sed continuatio est eiusdem torturæ, quæ præstari potest pluries, etiam eàdem hora, vt declaratur, & probatur in d. q. 106. n. 23. & 24.* Tortura eàdem die non repetitur, sed continuatur.

107. Idem R. P. mandauit F. N. in altum eleuari; Qui eleuatus, cæpit exclamare; Hei mihi, Iesus Maria. Inde siluit paulum; Postea dixit. Deponite me Iterum eleuandi.

te me de hoc tormento; Ego necessitatem habeo, corpus leuandi.

Depositionis ad leuandū corpus. 108. Et R. P. ad hunc effectum, mandauit F. N. leuitèr de tortura deponi, prout, &c. factaque fuit ei facultas corpus euacuandi; Mox verò ductus coram d. R. P. & monitus, vt veritatē fateatur. Resp. Veritatem me deposuisse, iam dixi; & istis violentijs patet, velle, à me falsitatem extorquere.

Iterum eleuandi. 109. Videns R. P. N. in obstinatione F. N. permanere, iussit eum eleuari in funem, & eleuatus, nihil dixit; & pluries interrogatus, & monitus ad veritatem fatendam nihil prorsus respondit, quæ ego &c. Et cum stetisset in totū in tortura F. N. eleuatus per spatium integræ vnius horæ, iuxtà horologium pulueris; R. P. mandauit eum leuitèr deponi, solui, & brachia reaptari, indui, & in carcerem reponi; Animo, &c. Sed ante relectum confirmauit, & propria manu subscripsit.

Subscribant hic Index. Assistens, Tortus, & Actuarius.

110. *Si tortus, non simulatè, deficeret in tormento, statim ab eo deponendus esset; Et Actuarius, modum deficiendi, aquæ aspersionem, &c. describet in processu, vt hic sequitur.*

Depositionis Rei deficientis. 111. Cum videretur Tortus in tortura deficere, R. P. N. leuitèr ipsum de tortura deponi, & super sede lignea accommodari mandauit; prout, &c. Vbi pluries interrogatus, commotus, & concussus; responsum non dedit, immò semimortui imaginem habebat. Vnde mandauit R. P. N. in eius faciem aquam frigidam proijci, tempora, & nares aceto madefieri, & cum ad animum non rediret, nares ipsius sulphuræ (aut lino accenso) suffumigari. Quibus peractis, ad se rediens F. N. fuit interrogatus, &c. Respondit, &c.

Signa deficiendi, & quid in dubio? 112. *Signa, ex quibus dignosci potest, Tortum verè deficere, sunt; si ex ore spumam emittat; si nimis pallidus fiat; si nimis sudet; si verba pronunciare non possit, &c. Dum fuerit verum deliquium, ad vlteriorem torturam non procedatur. Sed si dubitetur de fictione; Medicus, vel alius expertus adhibeatur, qui pulsibus tactis, &c. Si fidem faciat, eum nullo morbo laborare, ad vlteriorem torturam deueniri poterit; hac forma.* Visis, & auditis prædictis, mandauit R. P. N. iterum eleuari; *Qui eleuatus &c. vt hic sup. n.* 107.

Præuidēda ante torturæ repetitionem. 113. *Antequam Iudex ad tortura repetitionem deueniat, prauidebit adnotata sup. in par. 1. q. 106. n 14. vsque 27.*

Decretū torturam repetēdi. Viso rigoroso examine habito hesterna die à F. N. &c. in tormentis, à R. P. N. & maturè considerato, decreuit eumdem iterum ad locum torturæ ducendum, rursusq; admonendum ad veritatem fatendam, alias iterum torturæ subijcietur, & præsenti decreto, ipsum in prædictum locum adduci, & torqueri mandauit. Dat. &c.

Hic subscribant Iudex, & Actuarius. Interrogatoria erunt, vt in prima tortura, mutatis mutandis.

114. *Dum tortus in tortura fassus fuit, postera die extrà locum torturæ coram Iudice ducatur, ad hoc vt ratificet hac forma.*

Forma ratifica- 115. Die, &c. *vt supra in hac praxi n. 66.*

116. Interr. An vltra id, quod in alijs suis examinibus deposuit, & heri præ-

sertim in tortura, in qua delictum confessus fuit, velit aliquid aliud dicere ? tionis extra torturam.

Resp. Nihil aliud.

Interr. An totum id, quod in tortura funis heri fassus fuit, sit verum, vel falsum, & an illud confirmet ?

Resp. Quod dixi, nimis verum est, & ideò totum confirmo.

Tunc R. P. N. mihi Actuario mandauit, vt clarè, & distinctè eius examen, de verbo ad verbum F. N. legerem, prout in processu habetur; quo lecto, & ab eo, vt asseruit benè audito, & intellecto.

Interr. An ea, quæ nunc ei lecta fuerunt, in eius examine prædicto, ab eo deposita fuerint, prout audiuit ?

Resp. Quæ lecta mihi modò fuerunt, sunt verè illa, quæ ego heri in tormento funis deposui, confessusq; fui.

Interr. An prædictis rebus velit aliquid addere, vel minuere; Seu easdem, vt veras, & ab eo confessas ratificare ?

Resp. Nihil addere, vel minuere volo, sed ea omnia, vt vera approbo, & ratifico.

Et relectum confirmauit, & propria manu subscripsit.

Subscribant Iudex, Assistens, Deponens, & Actuarius.

117. *Confessione principalis delicti à Reo facta, dum in casibus à Iure permissis, tortura eidem Reo inferenda erit, pro habenda vlteriori veritate sociorum criminis, & aliorum delictorum; Animaduertendum erit, quòd si Reus in tortura dicat, se delictum iam confessum non commisisse, dum de socijs, &c. interrogatur, ne dictam responsionem* Iudex *scribere faciat, quasi interrogatorio suo datam, sed tanquam prolatam à Reo ex se ipso, vt post Chartar. docet Ambrosin. de modo form. proces. inform. lib. 6. cap. 4. n. 11. forma autem talis erit.* Reus cōfessus, si confessa neget, dū torquetur, quid agēdum ?

118. Interr. An habuerit socios in delicto confesso, & aliud patrarit ? Forma cū interrogandi, & torquēdi, pro habēda vlteriori veritate, sociorū, &c.

Resp. Habui socium tantum F. N. de N. nec aliud crimen commisi. *Si ex actis constaret plures habuisse socios, vel tale delictum sinè pluribus socijs perfici non posse, &c. vlterius, vt sequitur, interrogetur.*

Dictum est ei; vt veritatem fateatur, cum habeatur in processu, plures in delicto habuisse socios; & plura cōmisisse delicta, quæ non est verisimile cum vno tantum socio patrata; Alias erit deueniendum ad iuris, & facti remedia.

Resp. Nullum alium habui socium, nisi F. N. de N. nec aliud delictum perpetraui.

Tunc R. P. N. Visis, & perpensis, &c. *vt hic sup. n. 98. & 99. & pro opportunitate etiam ibidem sequentibus; mutatis mutandis, & terminetur, vt n. 109.*

119. *Visa* pertinacia F. N. de N. in neganda veritate, R. P. N. mandauit, prout præsenti decreto mandat, eundem F. N. ad locum torturæ duci, ibiq; spoliari, & antè faciem manus fune alligari, nec non virgis cædi. Ductus verò ad locum torturæ, dum spoliaretur, & ligaretur, pluries benignè monitus, vt veritatem fateatur, & virgis cædi non permittat, prout flagellabitur, si in pertinacia permanserit. Forma tormenti flagellationis.

Resp. Ego veritatem iam dixi, eamq; confirmo.

Idem

Idem R. P. obstinatum mandauit virgis cædi, qui dum flagellaretur, exclamauit. O Deus, ò Deus, quæ crudelitas est ista?

Interr. An veritatem fateri velit?

Resp. Iam eam fassus fui.

Mandauit R. P. vt idem durius flagellaretur; Et interim iterum, atque iterum monitus, vt, obstinatione dimissa, veritatem fateatur.

Resp. Pater eam dixi.

Terminetur, vt sup. n. 109. mutatis mutandis.

Tormentũ ignis recessit ab aula.

120. *Nota, tormentum Ignis, teste Ambros. de modo form. process. inform. lib. 4. c. 8. n. 9. recesisse ab Aula sæculari, quia est nimis seuum, & præiudiciale, & multò magis recedere debet ab Aula Ecclesiastica, & Regulari. Formula tamen, tale tormentum inferendi proposita est, vt saltem, pro rarissimo casu, in promptu habeatur. Sed bonus Iudex Regularis à dicto tormento, quantum fieri potest, semper caueat, iuxtà consilium Ambrosin. vbi sup. n. 11. Nec non à tormentis Vigiliæ, Taxillorum, & sibilorum, iuxta instructionem doctrinalem traditam sup. Par. 1. q. 99. n. 5. Sed vt nihil hìc desiderari possit ad tormenta prædicta inferenda, subijcere formas non renuam. Vide totam d. q. 99.*

Forma tormenti Ignis.

121. R. P. N. Prior Visa pertinacia, & obstinatione Rei, visis & consideratis inditijs contrà ipsum existentibus, cũ Reus tormento funis torqueri non posset, eò quod esset ruptus, &c. Pro habenda veritate, mandauit, eum ad locum tormentorum adduci, ibiq; tormento ignis supponi, illoq; tormentari. Et ad præfatum locum adductus, pluries per R. P. N. benignè monitus ad veritatem fatendam, antequam tormento ignis supponatur.

Resp. Veritatem iam patefeci, nec aliter dicam, exequatur P. V. quicquid vult.

122. Tunc R. P. N. videns Reum veritatẽ fateri nolle, mandauit, tormento Ignis, illum supponi, prout, &c. Qui sic suppositus, pedibus nudatis, lardo porcino inunctis, & in cippis iuxta ignem validum detentis, cum ita mansisset per spatium vnius credo in dicto tormento tacitus, post a vociferando, dixit; Hei mihi, ò magna crudelitas, nonne videtis, quod me claudũ redditis?

123. Cum videret R. P. N. Reum ostendere, se magnum sentire dolorem, mandauit tabulam ante Rei pedes apponi; Animo, &c. Qua apposita; Dictum est ei; Vt simplicem fateatur veritatem, alias tabula amouebitur, & tormentum continuabitur.

Resp. Veritatem iam patefeci; Sed videmini velle, vi tormentorum, mendacium extorquere.

Statim R. P. mandauit tabulam, ad pedes Rei positam, amoueri; amotaq; indè ad modicum temporis spatium, alta voce clamauit Reus; O iniquitas, ò crudelitas, &c.

Iterum R. P. mandauit, tabulam ante Rei pedes apponi; Animo, &c. Et apposita; Monitus Reus, vt suam dimittat obstinationem, veritatemq; fateatur.

Resp. Ego innocens sum, & veritatem deposui.

Videns R. P. persistere Reum in negatiua; Mandauit eum à tormẽto amoueri,

ueri, cum in eo ſtetiſſet, computatis etiam appoſitionibus tabulæ, per ſpatium duorum miſerere, & ad locum ſuum reponi; Animo, &c. Sed antè relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Subſcribant Iudex, Reus, & Actuarius.

124. *Tormentum Vigiliæ, eſt ſcamnum ligneum, à terra altum per ſeptem circitèr palmos, tribus inhærens aſtis, non planum, ſed paululum accliue, & in medio faciens angulum obtuſum, ſuper quo angulo debet manere Reus, ano denudato; & obtuſus debet eſſe angulus, quia ſi eſſet acutus, poſſet, fractis inferioribus partibus, Reum interimere, Ambroſin. vbi ſup. lib. 4. c. 10. n. 4,* Qualitas tormenti Vigiliæ.

125. Cum Reus tormento funis torqueri non poſſet (vel videretur tormẽtum funis parui pendere, Vel attenta atrocitate delicti, cũ iam torturæ funis ſuppoſitus nihil faſſus fuiſſet, & contrà ipſum inditia minime eſsent purgata) R. P. Viſis, &c. Mandauit ipſum ad locum tormentorum adduci, ibiq; ſpoliari, ligari, & in tormento Vigiliæ poni, prout, &c. Qui ſic in d. tormento natibus denudatis, brachijs poſt terga vinctis, & vndique ligatus, de mandato, &c. poſitus, benignè per R. P. N. ad veritatem fatendam monitus. Forma tormenti Vigiliæ.

Reſp. Veritatem iam dixi Pater.

Hic pro opportunitate addantur alia interrogatoria. Et quæ in ſingulis horis, Reus, in tormento poſitus, dicit, & facit, ab Actuario ſcribenda ſunt, cum interrogatorijs, &c. eidem factis. E. g. Currente hora 1. per R. P. fuit Reus interrogatus. An noſcat F. N. de N.? Scribẽda in Actis.

Reſp. Iam dixi me eum non noſcere, &c.

Currente hora 2. Ex ſe Rèus dixit; Permittite me manere in hoc tormento, quantũ vultis; nihil aliud dicam, quàm quod dixi pro ſincera veritate, &c.

Et cum manſiſset Reus in d. tormento per ſpatium quatuor horarum, & aliud ab eo haberi non poſset, R. P. N. mandauit Reum de tormento deponi, diſsolui, & brachia reaptari, reueſtiri, & ad ſuum locum reponi, Animo & c. *Hic ponantur ſubſcriptiones.*

126. Cum &c. *vt hic ſup. n. 125. mutatis mutandis.* Mandauit ad locum tormentorum adduci, ibiq; Taxillorum tormento, quod vulgo, ſtanghetta, nuncupatur, ſupponi. Qui ſic adductus, antequam tormento ſupponeretur, pluries benignè monitus fuit, ad veritatẽ dicẽdã, aliàs dicto tormẽto ſupponetur. Forma tormenti Taxillorum.

Reſp. Si veritatem vultis, ego eam iam dixi.

127. Mandauit R. P. N. Prior Reum in d. tormento torqueri; Qui eidem tormento ſuppoſitus, in terra proſtratus, denudato talo dexteri pedis, inter duos ferreos taxillos concauos poſito, & F. N. de N. eos ſtanchetta comprimente, alta voce Reus clamauit; Hei mihi, &c.

128. Dictum eſt ei, vt veritatem fateatur, &c.

Reſp. Veritatem iam dixi.

Alia interrogatoria hic addi poterunt pro opportunitate.

Cum in d. tormento manſiſset Reus per ſpatium duorum miſerere, & aliud haberi non poſset ab eo; Mandauit, &c. *Subſcribantur &c.*

129. Cum &c. *vt hic ſup. n. 125. mutatis, mutandis,* R. P. N. Prior Manda-

uit

Forma tormenti ſibiloſũ. uit Reum tormento ſibiloꝝum ſupponi. Qui ita ſuppoſitus tormento, manibus antè iunctis, & inter binos ſingulos digitos earum ſibilis accommodatis, & F. N. de N. illa funiculo currente fortitèr comprimente, clamauit, & dixit; Hei mihi, &c. Dictum eſt, &c. *hic ſup. n.* 128. Dicendo. Cum in tormento manſiſſet Reus, per ſpatium, trium Pater noſter &c.

Renunciatio defenſionũ. 130. Coram R. P. Prouinciali N. Abbate comparuit F. N. de N. prætenſus Reus in cauſa, & cauſis, de quibus, ſuprà, & ſpontaneè dixit, & declarauit, nolle amplius facere, neque deducere defenſiones aliquas, & ex nunc renunciat cuicumq; termino probatorio, & inſtat pro expeditione ſuæ cauſæ; Omni, &c. Dat. &c. *Subſcribat Reus. Sed tamen Iudex terminum Reo aſſignet, & expectet, vt decurrat, antèquam ad ſententiam deueniat; cum regularitèr defenſionibus renunciari non poſſit, vt viſum eſt ſup. par. 1. q. 98. Reliqua ſpectantia ad praxim defenſionum habentur ſupra in Praxi 1. n. 40. vſque ad n. 43.*

Forma repetitionis teſtiũ vſque ad n. 135. 131. Eadem die, & loco, & coram eòdem. Comparuit F. Meuius de N. Reus prætenſus, & petijt teſtium repetitionem contra eum examinatorum, ſupèr interrogatorijs ab eo dandis; & idem R. P. petitionem admiſit, ſi, & in quantum, &c. Et decreuit, prout præſenti decreto decernit; repetitionem dictorum teſtium, dans Reo trium dierum terminum, ad interrogatoria in actis producenda; Omni, &c. In quorum, &c.

Subſcribant Iudex, Reus, & Actuarius.

Interrogatoria admittũtur. 132. Eàdem die, & loco, & coràm eòdem; comparuit d. F. Meuius Reus, & præſentauit cartam interrogatoriorum, quæ incipit; Interrogatoria F. Meuij de N. & definit; eius. Et R. P. admiſit, ſi, & in quantum, &c. Omni, &c. In quorum, &c.

Subſcribant Iudex, Reus, & Actuarius.

Supponatur, interrogatoriorum cartam præſentatam eſſe tenoris ſequentis.

Eorũ forma. 133. Interrogatoria F. Meuij de N. facienda ſingulis teſtibus, contrà ipſum examinatis.

Interrogatorium 1. An vnquam inter ipſum, & F. Meuium de N. fuerit aliqua contentio, ſeu diſplicentia?

Interr. 2. An viderit vnquam d. F. Meuium in domo N? Et ſi viderit, interrogetur de loco loci, & vbi tunc ipſe manebat?

Interr. 3. Quantũ diſtabat locus, vbi tunc manebat teſtis, à loco, vbi tunc reperiebatur F. Meuius?

Interr. 4. An tunc eſſet aliqua res intermedia, inter ipſum, & F. Meuium, quæ liberam impediret viſionem eius?

Alia poterunt addi interrogatoria ad fauorem Rei, & ad teſtium falſitates detegendas. Sic igitur repetitio fiet.

Repetitio teſtis. 134. Eàdem die, & loco, & coram eòdem. Vocatus fuit P. N. de N. teſtis, aliàs pro informatione curiæ examinatus, & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis ſacris ſcripturis, ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra.

Interr. iuxtà interrogatorium 1. præſentatum à d. F. Meuio.

Reſp.

Resp. Pater nunquam.

Interr. iuxtà secundum. Respondit. Ita Pater, prout in alio meo examine deposui; Et eum vidi in fine vnius aulæ, seu salæ prægrandis, quæ est in illa domo; Ego verò tunc sedebam in principio eiusdem salæ.

Interr. Iuxta 3. Resp. Distantia erat tota longitudo d. salæ.

Interr. Iuxta 4. Resp. Non erat ibi impedimentum intermedium; & ideò optimè omnia perspexi.

Absolutis interrogatorijs à Reo præsentatis, continuetur eiusdem testis examen, vt sequitur.

135. Interr. An ea, quæ in alio examine, coràm eòdem, in hac causa deposuit, fuerint, & sint vera, illaq; pro veritate deposuerit?

Resp. Ita Pater; Omnia, quæ hic coram P. V. diebus elapsis deposui, vera sunt, & ea pro simplici veritate deposui.

Et lecto per me, de mandato, &c. distinctè eius examine, & ab eo, prout asseruit, benè intellecto.

Interr. An ea, quæ modò ei lecta fuerunt, deposita ab eo fuerint, & sit eius examen, de quo suprà.

Resp. Istud est præcisè meum examen.

Interr. An huic examini velit ipse aliquid addere, seù minuere, aut reuocare in totum, vel in parte, seu pro veritate in totum confirmare?

Resp. Pro veritate totum confirmo.

Tunc R. P. N. testem ipsum dimisit; Sed ante relectum confirmauit, & propria manu subscripsit. *Subscribant Testis, & Actuarius.*

136. *Quoniam, de Iure, vt visum est sup. in par. 1 q. 51. n. 11. Reo petente, testium repetitio facienda est; Quo casu Reo ipsi terminus dandus erit, ad sua interrogatoria producenda; Et per Reum ijsdem interrogatorijs productis, vel etiam non productis, lapso tamen termino ad illa producenda, singuli repetendi testes coram Iudice, & Actuario vocandi sunt, priusq; singuli interrogandi, iuxta interrogatoria per Reum producta; postea verò super examine, aliàs per singulos eosdem testes, facto; quo ab illis confirmato, perfecta repetitio erit, vt sup. proximè.* Seruanda in testiū repetitione.

Prætermittendum non est hic consilium Clar. circa testium repetitionem, §. fin. q. 53. vers. quartus est, in fin. vbi Iudicibus consulit, præsertim in criminalibus, vt sint renitentes, & quantum fieri potest, caueant à testium repetitionibus, ad instantiam partium, nam, vt ipse Clar. ait, sæpè talibus repetitionibus processus inuoluuntur, & destruuntur, magnaq; subornationibus, & falsitatibus testium occasio præbetur, & subscribunt Farin. q. 66. n. 263. & 264. & Baiar. q. 49. nu. 35. Vt tamen, dum omnino repetitio facienda erit, debito fiat modo, seruetur forma supra scripta proximè. A qua caueat Iudex in criminalibus.

137. In nomine, &c. *vt sup. in Praxi 1. n. 48. & 49. Et pro opportunitate post assignatam in sententia pœnam addatur decretum sequens.* Sententia condemnatoria cum decreto.

138. Eidem præterea comminando caparonem per duos menses, si, & quoties contra aliquem Religiosum verba infamatoria protulerit, idq; legitimis probationibus constiterit. *Vel.* Comminantes, quod si in futurum

ipse Reus solus inuenietur cum sola muliere in aliquo loco secreto, vel suspecto, de sollicitatione ad turpia punietur.

Sententia ad excipiendum à dignitatibus.

139. In nomine, &c. *vt sup. Prax. 1. nn. 48.*

140. Christi nomine repetito, dicimus, sententiamus, & declaramus diffinitiuè, d. F. N. de N. Reum, de criminibus in exceptionibus contrà ipsum propositis, fuisse conuictum, & propterea inhabilem ad qualcumque Dignitates fore, & esse, prout ipsum inhabilem sententiamus, & declaramus, ita quod ad eas eligi, aut electus in eis, nequeat confirmari. *Reliqua in d. Trax. 1. num. 49.*

Sententia contra contumaciam.

141. In nomine, &c. *vt sup. Prax. 1. n. 48.*

142. Christi nomine repetito, dicimus, & declaramus, d. F. N. de N. culpabilem, & punibilem esse repertum; Ideò eum condemnamus, &c. *Specificentur hic pœnæ; Deinde.* Nec non in pœnas in monitorio sibi facto assignatas, cum intra terminum in eo præfixum non comparuerit, &c. *Reliqua in d. Traxi n. 49.*

Sententia declaratoria.

143. In nomine, &c. *vt sup. Prax. 1. n. 48.*

144. Christi nomine repetito, dicimus, & delaramus d. F. N. de N. à criminibus contrà ipsum propositis immunem esse, neque in pœnas aliquas incidisse. *Vel è contrà.* Crimina contra ipsum proposità perpeti asse, & consequentèr in pœnas; (*Specificentur pœnæ*) incidisse, &c. *Reliqua, vt in d. Traxi n. 49.*

145. In nomine, &c. *vt sup. Trax. 1. n. 48.*

Sententia absolutoria.

146. Christi nomine repetito, dicimus, declaramus, pronunciamus, & diffinitiuè sententiamus, d. F. N. de N. non fuisse repertum culpabilem, nec de iure punibilem, sed prorsus à crimine innocentem, de quo fuit accusatus (*Vel, denunciatus, seu inquisitus*) Ideò tanquam de tali crimine innocentem absoluimus, & absolutum declaramus. *Reliqua, vt in d. Traxi n. 49.*

147. In nomine, &c. *vt sup. Traxi 1. n. 48.*

Sententia pro non reperto culpabili

148. Christi nomine repetito, dicimus, sententiamus, & declaramus d. F. N. de N. ex deductis in processu, non fuisse repertum culpabilem, nec de iure punibilem, de delicto, seu delictis, de quibus fuit inquisitus; Quare illum, tanquam non repertum culpabilem, nec punibilem, à præsenti iudicio, & instantia, absoluimus, & liberamus, absolutumq; ac liberatum declaramus. *Reliqua, vt in d. Traxi n. 49.*

Quoniam, vt ostensum est sup. in par. 1. q. 148. n. 4. Reus ad appellandum, spatium habet decem dierum, ideò si non statim appellaret, cum aliqua exactior appellationis forma requiratur, propterea hic ea subnectitur.

Appellatio à sententia, ex interuallo.

149. Die 8. Iunij 1649. in Monasterio N. Coram R. P. N. de N. Prouinciali N. Abbate Comparuit personalitèr F. N. de N. & à sententia contrà eum lata ab eòdem R. P. die 4. huius mensis, appellauit ad Reuerendiss. P. N. Generalem, dicens, se grauatum sentire ab eadem sententia, petens sibi de apostolis responderi instantèr, instantius, & instantissimè; Omni, &c. In quorum &c. *Subscribant appellans, & Actuarius.*

Si

Si autem Reus ſtatim appellaret, in fine ſententiæ vti poterit hac forma.

Lata, lecta, & publicata fuit hæc ſententia (tali die, & loco) præſente, audiente, & appellante F. N. de N. ad Reuerendiſſimum Patrem Generalem noſtrum, & petente ſibi reſponderi de apoſtolis, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime. Statim dum appellatur.

Ego F. N. de N. appello, vt ſupra. *Subſcribant teſtes, & Actuarius.*

150. *Antequam ad vlteriora procedat Iudex poſt interpoſitam appellationem, prævideat, & notet; Quod de apoſtolis poteſt vtique Iudex, ſi velit ſtatim reſpondere; tamen habet ſpatium 30. dierum ad deliberandum, an appellationem admittere, vel reycere velit, & ad reſpondendum de apoſtolis, vt viſum eſt in par. 1. q. 148. n. 29. Et non dando ſtatim apoſtolos Iudex ſpatium competens appellanti præfigere debet, in quo appellans pro apoſtolis reuerti teneatur, ibidem n. 31. Dum verò apoſtolos dimiſſorios Iudex præbet Reo, etiam terminum competentem, ad ſe præſentandum cum apoſtolis coram Iudice appellationis, aſſignare poteſt.* Notanda poſt appellationem, & de apoſtolis.

151. Eadem die, & loco; Idem R. P. Prouincialis appellationem ſupradictam admiſit, ſi, & in quantùm, & non aliter; Prædictoque F. N. de N. appellanti terminum decem dierum ad redeundum pro apoſtolis conſtituit. Omni, &c. In quorum, &c. Admittitur appellatio, termino pro apoſtolis aſſignato

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

152. Nos P. N. de N. Prouincialis N. Abbas de N. ſalutem.

Quoniam, à diffinitiua per nos contra te lata ſententia, die 4. Iunij 1649. in cauſa, & cauſis, de quibus in actis, appellaſti ad Reuer. noſtrũ P. Generalem Abbatem; Ideò à noſtra iuriſdictione, ad eum, ad quem appellaſti, his literis te dimittimus, & remittimus; præfigentes tibi 25. dierum ſpatium, ad hos apoſtolos dimiſſorios, coràm eòdem Reuerendiſs. præſentandum. In quorum, &c. Dat. &c. Apoſtoli dimiſſorij.

Subſcribant Prouincialis, & Actuarius.

153. Nos P. N. de N. Prouincialis N. Tibi F. N. de N. Salutem.

Quoniam a noſtra ſententia diffinitiua appellaſti, ſed friuolè, & temerariè; propterea tuæ appellationi nequaquam detulimus. Et hoc tibi reſponſum, pro apoſtolis refutatorijs concedimus. In quorum, &c. Dat. &c. Reijcitur appellatio friuola, cum apoſtolis refutatorijs.

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

154. Nos P. N. de N. Prouincialis N. Abbas, Tibi, &c. N. de N. ſalutem.

Quamuis appellatio tua à noſtra diffinitiua ſententia, friuola, & temeraria ſit; Ob noſtram tamen in Apoſtolica Sede, ad quam appellaſti reuerentiam, & venerationem, illi duximus deferendum, prout detulimus; Et hos tibi proinde reuerentiales apoſtolos concedimus. In quorum, &c. Dat. &c. Defertur appellationi, cũ apoſtolis reuerentialibus.

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

155. *Pauca adnotata ſunt ſup. in par. 1. q. 148. n. 3. de appellatione coram honeſtis viris, quibus adde; Appellationem hanc intrà decendium interponi debere, Franch. Lancel. & Scac. de appellatione q. 6. n. 38. Et quando cauſa metus fit talis appellatio, cauſa hac exprimenda eſt, non autem eſt neceſſe cauſam cauſæ exprimere,* De appellatione corã honeſtis viris.

re, nisi in causa prosecutione, Franch. & Stacc. n. 11. Prædicti verò honesti viri non possunt admittere appellationem, neq; si, & in quantum, &c. Nec quid simile præstare; Sed tantũ testimoniales apostolos dare queunt, nam quodammodo testes sunt, Marta de compilationibus to. 1. de appell. c. 74. citans decisionem Marchia, Lapus allegatione 38. n. 1. & 2. Accipe huius appellationis formam.

Forma appellationis corã honestis viris.

156. Die 4. Iunij 1649. in Monasterio N. Coram RR. PP. FF. N. de N. & N. de N. Lectoribus N. Comparuit personalitèr, tanquam coram honestis viris, P. N. de N. Sacerdos N. prætensus Reus, in causa, & causis assertæ subornationis, & sentiens se grauatum à sententia contrà eum lata in prædicta causa, & causis à R. P. N. de N. nostro Prouinciali, sub die 2. huius mensis, prout in ea, eo quod prædictum delictum subornationis non perpetrauerit, alijsque de causis, suis loco, & tempore deducendis; Et non audens, iusto timore in constantem virum cadente, detentus, coràm eòdem R. P. Iudice à quo appellare, nec valens, attenta eius absentia; Iuxta Sac. Canones, coram supra dictis honestis viris, & infrascriptis testibus, appellat ad Reuerendiss. P. nostrum Generalem; Et instantèr, instantius, & instantissimè, à dictis honestis viris, petit sibi responderi de apostolis testimonialibus. Omni, &c. In Quorum, &c.

Ego P. N. de N. Sacerdos N. appello, & peto, vt suprà manu propria.

Apostoli testimoniales.

157. Eàdem die, & loco; Nos P. N. de N. & P. N. de N. Lectores N. plenam, & indubitam fidem facimus, quibus spectat, & pro veritate requisiti attestamur, P. F. N. de N. Sacerdotem N. supradicta die, & loco, personalitèr coram nobis comparuisse, causasq; metus, & absentiæ Iudicis à quo allegasse, appellasse, & postulasse, prout, in scriptura, manu eiusdem exarata, hic supra, latius apparet, ad quam, &c. Quæ incipit. Die 4. Iunii. Et finit. Vt supra, manu propria; Et præsentibus infrascriptis testibus. In quorum fidem, hos testimoniales apostolos, propria manu scriptos damus. Omni, &c.

Ego P. N. de N. Prior, & Lector N. manu propria.
Ego P. N. de N. Lector N. manu propria.
Ego P. N. de N. Sacerdos N. testis.
Ego P. N. de N. Sacerdos N. testis.

Spectantia ad Iudicem appellationis.

158. *Iudex appellationis ad actum aliquem deuenire non debet, nisi prius appellans coram eo præsentet apostolos, quibus præsentatis ad eum cognoscere, & decernere spectat, an appellatio legitima, & admittenda sit; An tempore debito appellatum sit; An deserta sit appellatio, & similia, iuxtà tradita sup. Par. 1. q. 152. n. 2. & 3. vbi n. 4. & sequentibus agitur de pluribus alijs, quæ idem Iudex præstare potest. Et vti poterit ijsdem formulis, paucis mutatis, prout in suprascriptis quatuor Praxibus. Vndè hic proximè, paucæ superaddendæ erunt formulæ, ad secundam instantiam pertinentes; In qua sententia nulla ferretur, nisi prius coram Iudice appellationis, omnia acta substantialia primæ instantiæ fuerint transportata, vt probatum est sup. q. 152. n. 22. & seq.*

159. In nomine Domini Amen. Die 4. Iunij 1649. In Monasterio N. Coram

ram Reuerendiſs. P. Petro de N. Generali N. Abbate Comparuit F. Meuius de N. Conuerſus N. & præſentauit dimiſſorios apoſtolos; incipientes; Nos P. Iuſtus de N.; Et finientes; P. Fidelis de N. Sacerdos Actuarius; qu bus ad eumdem P. Generalem, idem F. Meuius, fuit per R. P. Iuſtum de N. Prouincialem N. dimiſſus, & remiſſus, cum à ſententia eius diffinitiua contrà eum lata ad ipſum appellauerit, & ſentiens ſe grauatum, iterum nunc appellat, petens eamdem reuocari ſententiam. Idem P. Generalis conſideratis conſiderandis, &c. iuſſit eoſdem apoſtolos inſeri in actis; & decreuit, prout præſenti decreto decernit, omnia, & ſingula acta ſubſtantialia primæ inſtantiæ coram ſe tranſportari, & in cauſa, & cauſis procedere, prout de iure. Et plurimum de integritate P. Secreti de N. Sacer. N. confiſus, ipſum ſibi in Actuarium elegit. Omni, &c. In quorum, &c.

Præſentatis apoſtolis dimiſſorijs, Iudex ad quem decernit.

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

160. *Si Iudex appellationis iuſtam appellationem fuiſſe cognouerit, inhibere, & alia præſtare poterit pro cauſæ proſequutione, & terminatione.*

161. In nomine, &c. Die, &c. Coram Reuerendiſs. P. Petro de N. Generali N. Abbate Comparuit F. Meuius de N. Conuerſus N. & præſentauit refutatorios (*Vel reuerentiales*) apoſtolos, ſibi datos à R. P. Iuſto de N. Prouinciali N. Abbate à cuius ſententia contrà eum lata appellauit, & iterum dicens ſe grauatum ſentire, appellat, petens eandem reuocari ſententiam; Sed cum ex iiſdem apoſtolis productis manifeſtè pateat, appellationem tempore debito non fuiſſe interpoſitam; propterea appellationem idem P. Generalis non admiſit; ſed decreuit, prout præſenti decreto decernit, reijciendam, & reiecit; Prædictos tamen apoſtolos, incipientes; Nos P. Iuſtus; &c. Et finientes. De N. Sacerdos Actuarius; Iuſſit inſeri in actis, prout, &c. Et ad actum iuridicum perficiendum, ſibi P. N. de N. Sac. N. Sibi in Actuarium elegit. Omni, &c. In quorum, &c.

Iudex ad quem viſis apoſtolis refutatorijs, ſeu reuerentialibus præſentatis, reijcit appellationem.

Subſcribant Iudex, & Actuarius.

Iuridica Compoſitio, cum ſæpè Iudici expediens ſit, vt releuetur ab onere probationum, & appellationis periculo, nec non Reo ad inquietitudines, vexationesque litium fugiendas, de qua viſum eſt ſup. q. 94. n. 48. vſque in finem. Accipe formulam Compoſitionis, & ſupplicationis, quæ poterit eſſe, vt hic ſequitur.

163. Ego F. N. de N. reperiens me proceſſatum apud Ad. R. P. V. P. N. de N. Prouincialem huius noſtræ Prouinciæ N. Abbatem de tali crimine, vel de talibus criminibus (*explicentur crimina;*) licèt innocens, & immunis ſim à crimine, vel criminibus ſupradictis, nihilominus conſiderans, quod ad Religionem veni, non ad fouendas lites, ſed ad proprias deflendas culpas, & ad Chriſti Domini crucem baiulandam, & vt ab inquietudinibus, & litium vexationibus redimar, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, ſupplico, ac ſupplicitèr obſecro, & obteſtor eadem A. R. P. V. velit ſupradicto Proceſſui finem, & ſilentium imponere, nec vlterius procedere; liberè, ac ſpontè totalitèr me ſubmittens ad eam pœnitentiam exequendam, quam dignabitur mihi aſſignare; *Vel;* offerens me ad trium annorum

Supplicatio pro Compoſitione.

vtriuſ-

vtriusque vocis priuationem; *Vel*; ad exilium a Prouincia per biennium; *Vel*; ad pœnam formalis carceris per annum, &c. Quod totum pro gratia profiteor me recepturum. Datum in loco nostro &c. die &c.

Ego P. N. de N. supplico, vt supra.

164. Præfatus P. Prouincialis supradictam supplicationem per P. N. de N. comparentem, porrectam, admisit si, & in quantum &c. Et iussit eam in actis adnecti, prout &c. Die &c.

P. N. de N. Actuarius.

Decretũ compositionis. 165. Nos N. de N. Prouincialis N. Abbas Attenta supplicatione Nobis exibita per P. N. de N. prætensum Reum in Causa, & Causis, de quibus sup. in processu, vt eius, & Religionis (quantum in Domino possumus) quieti paci, bonoq; prospiciamus, alijsq; rationabilibus de causis animum nostrum mouentibus prædicti P. N. de N. supplicationibus inclinati, virtute præsentis Decreti, Compositionem, quam ante dictus P. N. de N. ex se, & spontè per suam porrectam in scriptis supplicationem cum Regulari nostra Curia expostulat, & offert, admittimus, & acceptamus, ea scilicet lege, vt per tres annos priuatus existat vtraque voce; *Vel*; biennio exulet ab hac sua N. Prouincia, & in Prouincia N. relegatus permaneat; *Aut*; per annum formalibus carceribus mancipetur, à die huius lati Decreti computandum (*vel plus, minusuè pro qualitate criminis, seu criminum, de quibus imputatur, & pro conditione inditiorum, quibus grauatur, magis; vel minus vrgentibus*) & sic prædictæ Causæ, siuè Causis finem imponimus, ac perpetuum silentium indicimus, ita vt super præmissis amplius non debeat, vel valeat molestari: Sic dicimus, acceptamus, & decernimus, & omni alio meliori modo. Datum, &c. Die, &c. in loco nostro &c.

Ita est P. N. de N. Prouincialis Abbas.

Ego P. N. de N. liberè, ac spontè assentior supradictæ compositioni, & accepto supradictum decretum cum gratiarum actione. Et in fidem mea manu me subscribo.

P. N. de N. accepto, vt supra.

Ego P. N. de N. assistens fui.

Ego P. N. de N. assistens fui.

Ego P. N. de N. Actuarius.

Hic Praxis, & tota nostra Epitomes sistit; Quam, cum Isaiæ oraculo, ex septuaginta Interpretibus c. 10. verbum breuiatum in toto orbe terræ; ad perpetuã rei memoriã, facientẽ, audite: Erudimini ex Psal. 2. qui iudicatis terrã: Audite Iudices, ex Deuter. c. 5. iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris, discite, & opere complete. In ea namque misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia, & pax osculatæ sunt: Ad Dei Summi iustissimi Iudicis, misericordiarumq; Patris gloriam; Nec non B. V. Mariæ, quæ & specialis iustitiæ, & misericordiæ Matris titulo indesinenter insignitur a S. Catholica Ecclesia, cui denuò tandem me, omniaque mea incomparabili deuotione humilitèr subijcio.

Finis Quartæ, totiusq; Praxis.

Amico, & Sapienti Lect.

Licèt seduli huius Operis censores in suo incubuerint munere; cum tamen vix, raro, vel nunquam adhuc liber mendorum nescius luci fuerit datus, hæ quoque chartæ cum aliarũ sorte prodeunt. Veniam Benigne Lector, Typis da, in quibus præter censorum intentum sequentia variata fuerunt: hoc tamen scias, errores hic adnotatos non in omnibus exemplaribus reperiri, sed tantùm in aliquibus paucis; vnde facilè tibi forsan dabitur vt habeas exemplar omnibus penè expers erroribus; de literis autem similibus vt Typographi vocant false, scilicet ſ pro f, c pro e, n pro u, non curauerunt hic corrigere; non n. liber hic pueris dirigitur, qui nisi, quod materialibus caracteribus exprimitur, legere nequeunt; ergo si quid tale inuenies, iudicio tuo, sapiens amice corrige.

Errata Theoriæ.

Pag.	col.	Errata	Corrige
8	2	Lexa	Leza
27	1	fiue	fine
42	2	corrunt	corruunt
50	2	fit	fit
58	2	foro	foro
62	2	Ividium	Iudicium
72	1	citas	citans
96	2	per	pro
103	2	facti	facti
117	2	ranibus	rationibus
149	1	subnectencta	subnectenda
149	1	lodis	locis
159	1	talis	talia
164	1	nun	non
171	1	periurius	periurus
173	1	cum	eum
173	2	Ang. ad Ang.	Aug. ad Ang.
180	2	redde	reddere
181	2	consanguinatis	consanguineitatis
184	2	dinandum	dicendum
184	1	quauis	quamuis
219	2	iudicis	iudicijs
220	2	quo	quod
241	2	Bertan.	Bertaz.
252	2	coniugi	coniungi
254	2	tolli	tollit
261	1	idum	dum
261	2	homicida	homicidia
261	2	Parin.	Farin.
279	1	furibus	pluribus
298	2	falsa	falsa
301	2	Beliam.	Bellam.
304	2	proccdi	procedit
373	1	cum crimin.	cum in crimin.
380	1	subsidiarum	subsidiarium
380	2	si plenè	fit plenè
412	2	recipieris	recipientis
414	2	homicidia	homicida
425	1	q. 486.	n. 486.
443	1	auxiliorum	auxiliatorum
542	2	accusato	accusatio
555	1	circa	citra
586	1	Sar.	Bar.
598	2	scibam	scribam
604	2	Amasiam	Amasiam
616	2	Iun.	Iul.
653	1	refuraroris	refutatorios

Errata Praxis.

Pag.	Errata	Corrige
13	duersarum	diuersarum

REGESTVM.

† †† a b c d e f g h i k l m n. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz. Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Ssss. a b A B C D E F G.

Omnes sunt Duerniones, præter Ssss, quæ est Ternio.

